

# DIVI BASILII MAGNI

## ORATIO ADVERSVS EOS QUI

### GALVMNIANTVR NOS QVOD TRES

DEOS COLAMVS:

IANO CORNARIO *Interprete.*



*John. 15.*

**M**AGNUM solatium est animis per hoc quoddam odio habentur afflictis, quoddam cum Domino odio habentur. Si enim mundus vos odio habet, noscitur, inquit, quoddam me prius quam vos odio habuit. Quapropter si dilectus & vnigenitus ille odio habetur, quid magni est si nos odio digni censemur apud homines, apud quos odij possessio abundat? Impedit orationem meam memoria illa rerum tristium ad cor decurrens, & lachrymæ præcedentes vocem intercipiunt, quum cogito quod charitate & pace nobis à Domino relicta, non quarimus id quod relictum est. Inconspicuum est donum, quod in nullo reperitur. Caritas relicta est, & pugna inter nos versatur: Vnio data est, & odium accensum est. Magnum odij rogam inter nos mutuo accendimus. Vnusquisque apud seipsum deploramus, verum inter nos mutuo non concordamus. Quis dabit mihi theatrum vniuersum orbem terrarum, & vocem tuba validiorem, & lamentationes Hieremiæ, & lachrymas laetas ad dirupendum cor doloribus contritum, vt diffundamus puluerem nunc ex ignominia nobis aspersum, vt deploremus commuhem calamitatem? Quia defecit charitas radix ipsa mandatorum. Quapropter infatigabili spiritus complexu presentes complector, quod spectaculum nouum ostenderunt, dum vnus alteri est conglutinatus. Facti sumus enim vnusquisque apud seipsum velut arena, non coniuncti inter nos sed singuli per se diuisi. Neque enim edificationem consistere possibile est, ligamentis detractis: neque ecclesiam in altum crescere, vinculis non colligatam pacis ac charitatis. Paulisper porro nobis patienter aures accomodate, non ad ostentationem dicturis, sed hoc studio habentibus, vt ad rerum tristium societatem vos assumamus. Affert enim solatium lugentibus suspiriorum societas. Fortassis autem & vnica nostra tristitia ad Dominum fortius penetrarit, singulis nobis per se exaudiri nequeuntibus propter operum infirmitatem. Mutuo vnitos esse id quod iam videmus, veteris patrum charitatis reliquiae sunt. Huius enim rei gratia illi publicos hos contentus excogitarunt, quod ab alienationem ex temporibus indutam, per temporum conuentiones renouaret, & ij qui extra fines habitant, hunc vnum locum apprehenderes, principium amicitiae ac charitatis, congressum suum exhiberent. Hoc ipsum spiritualis est conuentus, vetera renouans, futuris initium præbens. Non enim venimus vt rerum venalium faciamus permutationem, sed vt charitatis mutuum commutationem vicissim exhibeamus, vt plenam demus, & plenam accipiamus charitatem. Hæc patres nostri constituerunt: Nos autem ea velut per manus tradita accipientes, cur definimus ostendere ea quæ videntur? Plurimi presentium exploratores magis sunt eorum quæ dicuntur, quam discipuli eorum quæ docentur. Et doctrina verbi non requiritur ad edificationem presentium, sed ad calumniam insidiantium. Et si quidem quid dictum fuerit conueniens cupiditatibus eorum qui sententiam explodit, abijt qui suscepit, velut qui proprium apud nos comperit. Hæc inscribantur cordibus vestris, testes eritis veritati &

*Γυζμν.*

**A** nobis, aduersus eos qui talia diuulgant, quod videlicet nos vetus donum renouauimus. Hæc enim sunt non timentium Dominum verba aperientium contra nos, velut nos tres Deos proferamus. Qui tres Deos prædicat, quid querit in ecclesia Domini? alibi multitudo Deorum, & alibi diuinus cultus. Qui tres dicit, audeat etiam dicere quatuor, extendat numerum vsq; ad duodecim. Quæ est igitur insania eorum qui exactam linguam habent contra veritatem? Non sum pusillanimis ad hos refellendos, sed expecto iudicium Christi. Istic contra nos sistentur qui hanc calumniam confiterunt. Nouit Dominus suos, & qui calumniatur pauperem, exasperat eum qui fecit ipsum. Si patrum fidem persequor, cur omisis patribus me bello impetis? Si credo in patrem, si confiteor filium, si non reprobo Spiritum sanctum. Si qui Trinitatem confiteretur, tres Deos nominat, ignominia afficit baptismum & impugnat fidem: cur mea persona supposita Dominum bello impetis? Quis reliquit baptizare in nomen Patris & Filij & Spiritus sancti? Ego aut Dominus? Cuius sunt verba? præconis? aut eius qui misit? Cur persona mea calumnijs ex facili exposita iuuenta, per me impugnas veritatem? per me concutis fidei munimentum? Ego quidem facilis captus sum, fides autem immobilis persistat. Vnus Dominus, discite Paulo loquente, non duo, non tres. Et si nominauero Dominum Filium, non in duos Dominos, non in multos Deos diuini dominationem. Dominus Pater, Dominus Filius, dominatio vna, vnus Dominus, vna fides. Propterea vna fides, quia vnus Dominus. Vnum ad vnum sequitur vnum ad vnum Dominum. Vna fides, vnum baptismum. Sic vnum ex vno per vnum confirmatur. Si verò quod non ignominia afficio spiritum, neque in eodem cum creatura ordine loco, propterea hanc calumniam suscipio, ne dicas quoddam non dico. Et videamus probabilem calumniae tuæ structuram. Quid occultas tuam ipsius calumniam ob mendacium execrande, dicens quod nos tres Deos prædicari, & non dicis aperte, quod nos sumus, qui eos qui Spiritum sanctum creaturam dicunt detestamur. Hanc accusationem admitto. Ob hoc & ignem & gladium exactum subibo. Et siue rota collidat, siue tormenta contra me moueantur, in eadem certitudine ac perfectione supplicia suscipiam. Mecum consentiunt & qui hic siti sunt martyres, qui coronis digni facti sunt, propter accusationem eorum qui aliam opinionem tutati sunt. Hoc itaque nomine me accusa, quod non inter creaturas numero Spiritum sanctum. Si verò quid amplius dixeris, dabis rationem iudici, quum venerit ille paracletus. Nunc legebatur paracletus. Tu verò calumnias occasionem ad detractionem fecisti. Paracletus, inquit, qui pro te aduocatus est, per quæ te beneficio afficit, per ea tu ingratus es. Non suscipis itaque paracleti beneficentiam: aut non Dominus hanc appellationem ipsum decere sancit? *Mitt. an vobis & alium paracletum.* Qui & alium dixit, non seipsum ostendit ante alium? Si ex me ipso loquor, ne audias me. Si vero quæ scripta sunt lego, succumbet veritati. Perfectus neque minuitur neque augetur. Vnus ingenuus Deus, vnus huius vnigenitus Filius & Deus. Sicut non est congenitus Deus alius, sic neq; congenitus Filius alius. Quemadmodum non ratione Pater, sic neque ratione Filius. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Deus perfectus Pater, Deus perfectus Filius.

*2. Tim. 2.*

*Ephes. 4.*

*John. 14.*

*Incor.*

Incorporeus Pater, incorporeus Filius, incorporeus character, & imago incorporea. Credis quod genitus est, ne quæras quomodo. Si enim licet quærere, ingenitus quomodo est ingenitus, licet etiam quærere, genitus quomodo genitus est. Si autem non relinquit quæstionem ingenitus, quomodo ingenitus est: neque genitus relinquit quærere quomodo genitus est. Ne quæras quæ inueniri non possunt, non enim inuenies. Si enim quæris, à quo discere potes? à terra? non subsisterat: à mari? nondum erat liquidum: à cælo? non erat eleuatum: à sole & luna ac astris? nondum creata erant. At à seculis? ante secula vnigenitus. Ne interrogas ea quæ non semper sunt, de semper existente. Si verò nõ vis sed contendis, derideo tuam amentiam: imò potius deploro tuam temerariam audaciam. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum; & Deus erat verbum. Vox erat, obliterat vocem, non erat.* Et Deus obliterat vocem, non Deus. His quæ scripta sunt crede, quæ non sunt scripta, ne quære. Hoc verbum Filius ille Dei, homo factum est propter elapsionem hominem Adam. Propter Adam, incorporeus in corpore. Propter corpus, accepit lux ipsum verbum corpus, vt ne combureret ea quæ videmus. Condescendit in carnem vt in illo caro coeleuaretur. Inuisibilis in visibili, vt succumberent ea quæ videntur. Velut homo sub tempus, velut Deus ante tempora. Vox velut, non similitudine, sed veritate, vt vtrumque Deus & homo. Deus erat, homo factus est propter dispensationis mysterium, Non prius est, factus est: & tunc erat: sed prius est, erat: & tunc factus est. Ne igitur id quod propter mysterium est, tollat vnigeniti deitatem. Hæc enim sunt hæreticorum effugia, & Manichæorum insaniam. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. Genitus est per mulierem, vt genitos regeneraret. Crucifixus est volens, vt inuitè crucifixos detraheret. Mortuus est volens, vt inuoluntariè mor-

Ioan. 1.

1. Cor. 3.

tuos exfuscitaret. Suscepit quam non suscipiebat mortem, vt eos qui sub morte sunt viuificaret. Deuorauit ipsum mors ighorans, vbi deuorasset cognouit quem non deuorauit. Deuorauit vitam, deuorata est à vita. Deuorauit vnium cum omnibus, perdidit propter vnium omnes. Rapuit vt leo, contracti sunt dentes ipsius. Quapropter etiam velut debilis contemnitur. Non enim amplius velut leonem timemus, sed velut pellem conculcamus. Vnigeniti ex patre generatio silentio colatur. Nouit enim ipse qui generauit, & qui genitus est. Nolle enim debemus quæ loqui oportet, & quæ oportet silere. Non omnia per linguam dici possunt, vt ne mens velut oculus totum solem intueri volens, perdat etiam id quod habet lumen. In hoc enim cognoscis, si cognoueris quod non comprehendisti. Illam igitur generationem arcanam & inenarrabilem silentio colamus. Si verò etiam circa hanc deficiemus, ne contristemur. Illa enim horrenda est propter naturam: hæc vero inexplicabilis propter nouitatem. Ioannes quidem vox dicebatur clamantis in deserto, verum homo erat natura. Ne igitur tollas propter nomen verbi vnigeniti substantiam. Fortassis autem dixeris: Cur igitur ex dextris sedens honoratior est? At si quidem per seipsum honorem haberet, reuera honoratior esset. Si verò à genitore accepit, eius qui dedit est beneficium. Non erit alius Filius, vt ex sinistris sederet. Vnus ingenitus Deus. Vnus huius vnigenitus Filius & Deus. Decebat igitur non filium porrigere patri dexteram, sed patrem filio. Nimirum separatè à nobis natura, etiam intelligentiam separato. Nam apud nos pater ex alio patre & temporibus opus habet, & educatione, & augmento & alia cura, & non quod vult pater generat. At vero Deus concurrentem voluntati habens potentiam genuit dignum seipso, genuit velut ipse nouit. Cui gloria in secula. Amen.

# SANCTI BASILII

## CONSOLATIO IN ADVERSIIS

### INCERTO, SED ANTIQVO,

INTERPRETE.



**V**EMADMOBYM nauis cum vndarum tempestate quassatur, nisi gubernatorem peritissimum habeat, à fluctibus maris cito conteritur: ita & homo cum in aliquibus aduersis fuerit constitutus: nisi habuerit mentem diuinis eloquijs eruditam, cito animus eius frangitur, & salutis suæ sustinet damnum. Quisquis ergo ille es positus in aduersis: paulisper peto, verbis meis aurem diligenter accommoda: vt tibi in quantum possum, consolationem ex scripturarum fontibus proferam. Igitur si egestate constrictus, pœnuriæ pondere opprimeris: si amissa sæculi dignitate, ignobilitatis te vita contristat: si membrorum fortitudinem subsequens languor debilitat: si extinctis charis & liberis, tristitia sæculi animum tuum mentemque cõturbauerit: vel si lepræ macula corpore ac mēbris repletus, populi multitudine & turba carueris: noli tamen in his aduersis positus frangi, vel mente concidere: sed ad Dei potius præcepta cõstigas, vt inde consolationem calamitatis tuæ assumas: vt ex verbis Dominicis instructus, velut optimus gubernator nauigium tuum, hoc est conuersationem vitæ tuæ, in portum tranquillitatis inducas. Ne ergo velis frater dilectissime odij causa existimare Deum super nos castigationem inducere: imo erga nos maxime vera eius charitas approbatur, ita enim te per Salomonem ipse Dominus in prouerbij monent, Fili, noli deficere à disciplina Domini, ne fatigeris cum ab eo corrigeris, quem

enim diligit Dominus, corripit. Nam & pater quamuis charissimum filium, in errore inuentum castigat: & magister sæpe discipulum, vt in melius proficiat, verberat. Duplex autem causa est ob quam castigatio diuinitus hominibus irrogatur. Flagellat interea iustum, vt emendetur in melius, & pristinae conuersationis corrigat vias. Et hoc esse ita, diuinis eloquijs approbabo. Sed primum conuenit explicare quod iustus propterea affligitur: vt per tentamenta plurima probetur. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationibus varijs incideritis: scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur, inquit Iacobus in canonica. Item in sequentibus ponit & dicit: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam reprobis non datur. Vnde ergo gaudendum est charissime, cum corpus hoc nostrum affligitur: vel cum Dei iudicio duris examinatur laboribus. Nec enim tantum in prosperis rebus quantum in aduersis conuenit gloriari Christiano. Audi denique in quibus Paulus gloriatur. Gloriamur autem in spe charitatis Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus: quia tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem. Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Vide quantæ virtutes iustus viris ex tribulationibus oriuntur. Et quemadmodum terra cum fuerit pinguis ac fertilis, nisi per industriam agricolæ crebro ac iugiter fuerit culta, non solum fructus hominibus denegat, verum etiam e contrario generat spinas: ita iustus, nisi varijs

zjis tentationibus fuerit confectus affidue, non solum ipse non proficit, sed aliquoties in lapsum incurrit. Et hoc ita esse, supradicti magistri docemur exemplo. Qui cum multis de virtutibus sibi conscius esset: & in tantis meritis coram Deo processisset, vt vsque ad cælum tertium raptus, & in Paradisum ductus, ineffabilia verba audisset: ne tamen eum pro his virtutibus superbia tumor inuaderet, & gratiam meritorum amitteret: colaphizandum eum diuina prouidentia angelo Satanæ tradidit. in quo ille exultans, ita ad Corinthios scripsit: Ex sublimitate (inquit) reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet, vt non extollar. Propter quod ter Dominum rogavi vt diceret à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate perficitur. Et iterum; Placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cum enim infirmor: tunc potens sum. Gratulanter igitur ac patienter omnia aduersa mundi quæ nobis inferuntur, debemus excipere: scientes nos certissime tunc in Dei esse memoria. Valde enim delicatus est qui & in hac vita constitutus, abundanter vult omni læticia perfrui: & in futuro sæculo dona cœlestia adipisci. Quis enim aliquando sanctorum à periculis sæculi potuit esse immunis ac liber: Quia si diligenter eorum scrutaberis vitam, nullum absque tentationibus de hoc mundo migrasse reperies: sed omnes diuersas tribulationes quas habet mundus, patientissime tolerantes, ad veram & incorruptam gloriam peruenerunt. Denique Abraham patriarcha tanta gratia fidei erat repletus, & intantum dilexerat Dominum: vt charissimum pro eo filium pene gladio interimeret. Magis enim voluit paricida audiri, quam Dei imperium præterire. Præcius enim erat vocis salutaris dicentis: Si quis dilexerit filium aut filiam super me, non est me dignus. Vt Deo igitur dignus haberetur, secundum eius præceptum filium vnicum hostiam offerebat. Et quem heredem putabat: interficiendum proprijs manibus non dolebat. Cur igitur non dolebat? Quia cor eius amor diuinus accenderat: & calor fidei eius omnem dolorem extinxerat. Talis igitur ac tantus patriarcha Abraham, sic amabilis Deo & charus, cui etiam ipse Dominus testimonium perhibuit, dicens: Nunc cognoui, quoniam tu times Deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me, non potuit esse immunis, vt abique tribulatione ac tentamentis securam degeret vitam: sed omnia perpessus aduersa, meruit omnium sanctorum pater audiri. Denique cum quodam tempore pestilentiam famis præualere in terra sentiret, & cum Sarra coniuge sua in Ægyptum descendisset: timens ne ab Ægyptijs propter pulchritudinem interficeretur vxoris, ait ad eam: Ne me dixeris virum tuum esse; sed fratrem me potius confitere, nequando me interfecto, te possideant. Nulli esse dubium puto, qualem quis possideat mentem, quando interfectionem sibi imminere suspicatur, quando vicinam mortem ab aliquo sibi opinatur inferi. Non cibus vel potus ei dulcis est, sed amarus. Sed & cum somnus eum oppresserit, etiam tunc iugulari se à carnifice perspicit in somno. Quamuis ille auxilio Dei protectus, ab omnibus perseuerabat illæsus: veruntamen suspicione contritus, magna eum formido inuaserat. Aliam quoque parem tribulationem in terra Geraram sub Abimelech rege perpessus est: & eos quos aduersarios metuebat, & à quibus sibi imminere mortem putabat, ab his maximis honoribus Dei nutu venerabatur. Isaac quoque filius eius similem tribulationem in terra Geraram ipse sustinuit. Nam & ipse timens ne interficeretur, Rebeccam vxorem, sororem esse confessus est: sed etiam nihilominus maximas tribulationes perpessus est. Denique cum Jacob Esau fratre suo benedictionis causa persequeretur: in terram Mesopotamiam Jacob mortis formidine effugatus est. Nam & quando filium eius Ioseph fratres in Ægypto vendiderunt, & patri nuncium retulerunt, dicentes eum à bestia deuoratum: tantum ei dolorem incusserunt, vt vestimenta propria scindens, & squalore se facci operiens, filium amantissimum lugeret amissum. Ipse quoque Ioseph multa tentamenta perpessus, probabilis factus est. Denique æmulationis causa in Ægypto à fratribus in seruitutem redactus est. Itaque Dominus suus

bonam eius conuersationem aspiciens, principem eum domus suæ constituit. Domina vero propter speciem decoris in amore adolescentis turpiter colligata est, & capta fœditate libidinis, famulum Christi conabatur inuadere. Cumque talibus accensa ardoribus, sapius eum ad opus sceleratissimum inuitaret: & ille tam durissimum facinus perpetrare abnueret, vna è diebus solum eum operantem reperire accessit, & per vestimentum eum tenuit impudenter, & veneno mortifero ore repleto ait ad eum, Concumbe mecum. O perniciofa cohortatio! Impudentissima mulier hanc mihi oblationem profers temporalem, vt læticia me sempiterna defraudes? Quid mihi vipereo ore mortuum pestiferum & insanabilem conaris infundere? Quid ad deceptionem meam profers verborum blandimenta, quæ dolo & amaritudine plena sunt? Mel quidem labia tua lallare videntur: sed vitanda est talis dulcedo quæ postremo fel efficitur. Per te enim à principio diabolus de paradiso Adam protoplastum expulit: sed illius expulso ad meam cautelam proficiet. Venundatus sum, vt tibi seruitutem exhiberem: non vt in tuum adulterium fœditissimum consentirem. Venundatus sum, vt tibi obsequium præberem: non vt castitatem meam perderem. Licet ob fratrum meorum inuidiam, seruus hominum factus sim, peccati non efficiar seruus. Patrum meorum sequor vestigia, criminis tui particeps esse non patior. Tunc Ioseph relinquens vestimenta in manibus eius nudus exiit foras: licet indumeto corporis nudus, castitatis gloria cooperatus. Vestimentum quidem quod veterascit, & à tineis deuoratur, reliquit: sed pudicitia quæ semper floret, indutus abcessit, & oblectatione spurcissima irritari non passus est. Sed illa impudens cum se confusam intuetur, & à viro castissimo triumphatam: omnem ardorem libidinis deflectit in furiam: & veniente marito verbis accusat innoxium. Induxisti (inquit) ad nos puerum, qui nos deludat. At ille verbis fallacibus persuasus, statim eum detruit in carcerem: sed Deus erat cum eo. Et licet retrusus humiliaretur in vinculis: liberabat eum puritas mentis. & si squalore ergastulii membra horrebant, pudicitia animæ refulgebat. Sed Dominus semper qui innocentibus præsto est: & qui exaltare humiles consuevit, ab omnibus tribulationibus eum eripuit, & totius terræ Ægypti dominatorē cōstituit. Et iste quæ in seruitutem venundederunt fratres paulo post malorum omnium immemor, fratribus alimenta præbebat. Et quia Domini nostri saluatoris typum gerebat, pro malis bona retribuebat. Idcirco autem Iob exemplum nobis producat in mediū, quod velut generalis medela infirmas & inualidas mentes satis superq; roborare sufficiat. Si quis enim quibuslibet oppressus miserijs: si quis innumeris calamitatibus occupatus, hunc virum diligenter mentis obtutu perspexerit, maximam ex eo consolationem sui doloris inueniet. Iste enim intantum diuino famulatu se mæcipauerat, & ita Dominum inculpate colebat, vt ita laudari eius præconio mereretur. Sic enim diuina scriptura testatur: Ait (inquit) Dominus diabolo: Considerasti sensū tuo puerum meum Iob: quia non est ei similis qui quā in terris: homo si ne crimine: verax Dei cultor? Sed & pro filijs intantum erat sollicitus, vt pro eis sacrificia quotidiana offerret. Et quidem cum scriptura nulla filiorum delicta commemoret: ille tamen qui vere ac religiose filios diligebat, timebat ne forte in corde suo (vt homines) aliquid cogitarent aduersum Deum, malitię: & sola opinione contreritus, per diuinas hostias filiorum corda mundabat. Quanti hodie patres filios aperte negligere in multis ac peccare conspiciunt: & non solum sacrificia pro eis non offerunt: sed nec sermonem ad arguendum eos proferunt, vt prauas derelinquant vias. Et dum eos contristare nolunt ad modicum, æternam eis tristitiam generant. Sed huiusmodi patres ostendunt se non veram charitatem habere, sed falsam. Si autem eos diligerent: vtique secundum scripturam diligenter corripere, sed propterea fortasse peccantes filios negligunt: quia nec suæ salutis aliquando curam habuerunt. Beatus autē Iob quæ admodū ipse sine querela Domino seruebat, ita filiorū corda donis ac muneribus procurabat. In viduis autē fidelibus quā misericors fuerit, ipsū ausculta dicentē: Os (inquit) viduæ benedixit me; iustitia autem indu-

tus eram. Vestitus eram iudicio sicut chlamide. Oculus eram cæcorum: pes autem claudorum. Ego autem eram pater impotentium. Sed & quod infinitas possederit diuitias, scriptura testatur. Fuerunt (inquit) Iob filij septem, & filiarum tres. Et erant pecora eius, oues numero septem millia: Cameli tria millia: Iuga bouum quingenta: Asini fœminarum gregales quingentæ: & ministerium multum nimis habuit. Audiens itaque etiam ille bonorum æmulus diuina voce laudari, inuidiâ litore exarsit, & postulauit à Domino ut suæ ditioni eius traderet facultates. Et ecce subito diuersis modis omnem eius substantiam vastare aggreditur: & tunc de præda iumentorum, modo de combustione ouium: post hæc de interfectione nunciat famulorum. Ipse enim diabolus qui hæc cuncta agebat, ipse quoque nuncium defererebat. Nec tamen ex improviso tantam perniciem inferens, virtutem fidei eius potuit frangere, vel animum illius in verba blasphemiarum declinare. Nouerat enim Iob nihil se intulisse in hunc mundum: verum nec auferre quid posse. Ad ultimum autem cum ei de filiorum ac filiarum nunciatum est nece: commota sunt viscera eius: & ita vestimentum proprium scidit, ac sui capitis comam rotundit: & in eam terram puluerem sparsit. Nec tamen hæc faciens, in verba blasphemiarum mens eius inflexa est: sed confestim ad Dei laudes conuersus, procidens in terram adorauit, & dixit: Nudus exiui de matris utero: nudus vado etiam super terram. Dominus dedit, Dominus abstulit. sicut Domino placuit, ita factum est. sit nomen Domini benedictum. Magnum nobis Iob sanctissimum documentum ostendit: ut contra omnes fluctus seculi turbulentos mens nostra inconcussa permaneat, ne fatigati aduersis in verba blasphemiarum erumpamus, sed ut iisdem verbis vtamur, quibus & ipse vsus est dicens: Sit nomen Domini benedictum in secula. Sed infatigabilis aduersarius cum tot damnis eum afficiens, nihil in eum agere potuisset: & cum rursus eum à diuina potentia laudari audisset, ait ad Dominum: Pelle pro pelle, & omnia quæcunque habuerit homo, pro anima sua dabit. sed mitte manum tuam, & tange ossa eius & carnes, & vide, an in faciem tibi benedicat. Tunc Dominus præscius omnium futurorum tradidit ei corpus tantummodo, animam autem custodire præcepit. Tradidit eum Dominus, non ut voluntati diaboli pareat: sed ut famulum suum probabiliorem efficiat: & eius tolerantia in vniuerso mundo clarescat. Tunc percussit Iob vulnere pessimo à pede vsque ad caput. Et tulit testam ut saniem vulnerum raderet: & sedebat in stercore extra ciuitatem, qui paulo ante in regali sedebat solio. Et despiciebant eum vniuersi quem primum subditi metuebant. Isti igitur tali ac tanto qui in tanta excellentia eminebat, nunc vxor eius de mercede operis sui exhibet alimentum: quæ etiam sempiternum supplicium ei inferre conata est, dicens: Dic vnum verbum in Domino, & morere. At ille vir philosophicus, at ille totius patientiæ magister repletus spreuit ac repulit tale consilium, dicens, Tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona excepimus de manu Domini: mala non toleramus? Vide tentationum pondus, ut patientiæ magnitudinem possis agnoscere. Sublimis erat in potentia sua, abundans in diuitijs, copiosus in filijs, & vniuersis his priuatus, nudus apparuit. Mos enim est athletarum ut ad certamen nudi procedant. Merito ergo & hic beatus contra diabolum congressurus, cunctis facultatibus velut quodam vestimento exutus est. Sed in tali certamine constitutum, hæc verba eum contra diabolum arbitror protulisse: O (inquit) diabole, idcirco in me tam crudeliter desauisti, ut per me tua potentia arguatur: Quid tanquam vorago cunctos quaris absorbere? Quid qui te nihil læserunt, deuorare quaris ut leo? Quid innocentes nocere festinas? Non erubescis cum toties sis à famulis Dei prostratus ac victus? Non tibi sufficiebat cum de tanta humilitate ad hanc me egestatem perduceres? Non tibi sufficiebat cum filios meos ac filias meas sub vno momento necares? Insuper sæuissimis doloribus corpusculum meum afflixisti: ut ex putredine carnum vermium globi ebulliant. Tu quidem contra membra fragilia aggressus es bellum inferre, sed stabilitatem animæ commouere non poteris. Improbis venenis confidens, fidem meam quassare conatus es: sed ego

A confidens in Deo meo, effrenatas tuas conteram vires. Et cum sis subdolos, in tuis me laqueis irretire tentasti: sed me ab his retibus eripuit Dominus. Tu licet temporales mihi inferas cruciatus, ipse in sempiternis es torquendus supplicijs. Et quidem si mortales vermes de meo procedant corpusculo, tu ab immortalibus vermibus deuorandus es in gehenna. Tu licet multiplicata inferas tentamenta: ego non mutabo meam innocentiam: & licet proiettis extra urbem, Deum meum benedicere non desinam. Sed & iusti illius Thobiarum exemplum si diligenter consideres: maximam ex eo consolationem inuenies. Ille denique in ministracionibus pauperum admodum occupatissimus fuit. Et si qui ex genere eius defuncti fuissent: secundum religionis nostræ ritum ut conuenit sepeliebatur. Siquidem (ut fertur) consuetudo talis Assyrijs est: ut mortuis terræ denegent sepulturam, sed eorum cadauera pellibus inuoluta, super faciem terræ exponunt, scilicet ut à bestijs vel auibus deuorentur. Hic ergo dum captiuus cum plurima multitudine Iudæorum apud Assyrios degeret: & ad sepeliendum defunctorum corpora (ut dixi) studium daret: ab hoc opere tam religioso, tam pio, prohibuit aliquando à rege Assyriorum, nihilominus tamē etiam occulte opus vsitatum, prout poterat, conabatur explere. Quodam denique tempore cum in Pentecostes die festissimo, epulæ sibi utpote pro solennitate solito gratiores præparatæ fuissent, non est passus cibos suos solus sumere. Ait ergo ad filium: Vade (inquit) fili, & voca si quem inuenieris pauperem ex fratribus nostris, eum tamen qui timet Dominum, ut manducet nobiscum: & ecce sustineo te fili, donec venias. At ille dum iret, reperit quendam Hebræum necatum laqueo, & proietum in publico. Qui continuo regressus, quod viderat, indicauit patri. Ille cum hæc audisset, non eum paratæ epulæ, non eum diei festiuitas, non saltem minarum tyranni à bono opere retraxerunt: sed surgens illico pergit ad publicum: atque cadauer humo (ut solebat) operiens, reuersus cum lectu prædium quod reliquerat sumit. Hic ergo tam pius, tam operibus bonis ornatus, ad vltimum aspectu caruit oculorum. Et qui primum miseris conferebat solatium: aliorum postmodum indigebat auxilio. Sed Dominus ad fidei eius patientiam comprobendam, tentari eum taliter voluit. Et ille sciens magis sibi aduersa prodesset quam prospera, æquanimiter vsque in finem patientiam tenuit. Idcirco eum Raphael Angelus collaudat, & dicit: Opera Dei reuelare & confiteri, honorificum est. Nam quando orabas tu & Sara nurus tua: & ego obtuli memoriam orationis vestræ in conspectu claritatis Dei: & cum sepelires tu mortuos similiter. Et quia non cunctatus es exire & derelinquere prandium tuum, & abijisti misericordiam tentare te. Et iterum, Miste me Dominus curare te: & Saram nutum tuam. Et quidem nos hæc breuiter ut potuimus, explicauimus. Si qui autem diligentissime sanctorum omnium vitam attendat, non aliter eos nisi in laboribus & aduersis claruisse perspiciat. Hoc iam, quia verbera profunt (ut superius præmissimus) comprobandum est: & quod tunc erga nos diuinus amor agnoscat, cum diuersis cruciatibus ac tentamentis conficimur. Sic enim nos Salomon in Proverbijs instruit: Qui parcat (inquit) baculo: odit filium suum. Si autem diligit, diligenter corripit. Ergo cum nutu Dei corripimur in aduersis: non odium tunc in nos, sed charitas comprobatur. Ideo autem castigat, quia non vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Non nos affligit ac verberat, ut nos in interitum mittat, sed ut conuertamur ad eum, & misericordiam ipsius adipisci possimus. Ipsum denique Dominum per prophetam audi loquentem, qui ait: Si dereliquerint legem meam, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis: neque decipiam eos in veritate mea. Frequenter enim rerum prosperitas arrogantiam generat, & per longanimitatem in superbia mens inflatur humana. Propterea verus ille animarum medicus Deus, cum diuersis langoribus vitorum agrotare nostram viderit mentem, hoc est cum nos superbiæ tumor inflauerit: vel

ad diripiendum aliena, auaritiæ morbus pulsauerit: vel ad concinnandas insidias fratribus, inuidia persuaserit: vel cum desidia animus noster oppressus, religionem Dei neglexerit: per corporales castigationes, veluti per quædam medicamina animum nostrum curare festinat. Cum enim permittit nos aut captiuitate vastari, aut rerum nostrarum sustinere iacturam: aut ingentem valetudinem membra nostra pulsare: vel cuiuslibet in nos tentamenta generis irrogari, sanitatem nobis animæ per hæc cupit inferre, non damna. Ita enim per Esaiam prophetam ipse testatur: Et propter peccatum (inquit) modice contristauit eum, & percussit eum, & auerti faciem meam ab eo, & contristatus est, & ambulauit tristis, & consolatus sum eum, & sanauit eum. Denique Manasses ille rex cum abundantia ac delicijs fruere, & super Iudaicum populum principem se ceruere: insuper elatus recessit à Domino: templum quoque Dei repleuit idolis, ac plurimorum sanctorum sanguinem fudit: sed & Esaiam prophetam serrâ lignea secavit, & multa execranda opera perpetravit. Cum autem ab Assyrijs captus fuisset: victus compedibus atque onustus ferro, in Babyloniam deductus videns se oppressum angustijs, in amaritudine animæ suæ conuersus clamauit ad Dominum: qui salutem animarum, non mortem desiderat: & ereptum eum ex inimicorum manibus, in pristinum constituit regnum. Vides quomodo eum calamitas ab erroris via corripit. Vides quod ei captiuitas velut quoddam medicamentum animæ remedium contulit: & salutem suam quam prius per elationem amiserat, miserijs postmodum afflictus inuenit. Ecce quantum generi humano profunt damna carnalia. Securitas autem rerumque prosperitas sæpe, vt diximus, animæ generat detrimentum. Et quid dicam de peccatoribus: Dauid ille iustus, qui secundum cor Domini fuit electus, de quo ipse Dominus dixit: Inueni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas, cui regni potestatem, ac prophetiæ concesserat gratiam: cum esset in maxima abundantia: & in securitate ac diuitijs floruilset: multasque sibi nationes auxiliante Domino subdidisset: quia paululum ab eo tribulatio elongauerat, immobilen se esse putabat. Ipse denique ait: In mea abundantia non mouebor in æternum. Tamen iste ab vna muliere captus, in vno delicto duo crimina perpetravit. Vriam Ethem virum innocentem occidit: cuius adulterauerat coniugem. Si autem tunc tribulationibus pressus fuisset: in tam grande peccatum minimè incidisset, per quod naufragium Spiritus sancti pateretur. Vnde postquam delictum suum agnouit: & sancto Spiritu priuatum se esse persensit, ad recuperandam pristinam gratiam obsecrans clamabat ad Dominum: Spiritum rectum innoua in visceribus meis: & ne proicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Quædo autem tribulationibus maximè esset confectus, & congregationibus hostium vndique circumdatus, qui cum eo sapissime mimicantes, quiescere eum non sinebant: ex toto corde clamabat ad Dominum: à quo protinus impetrabat auxilium, sicut ipse ait in Psalm. Ad Dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Et iterum: In die tribulationis meæ Deum exquisiui: manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Non solum autem in his positus, à delictis se grauibus abstinere: verumeriam modicam incontinentiam velut crimen maximum arbitratur. Denique quodam tempore cum gens Philistinorum Bethleem obsideret, & Dauid esset in munitione, desiderauit, & dixit: Quis dabit mihi aquam, vt bibam, de lacu qui est in Bethleem in porta? Cumque tres viri potentes inter media castra Philistinorum erumpentes, aquam ei de eodem lacu bibere detulissent, reprehendit se, & noluit bibere, sed libauit eam Domino & dixit: Propitius esto mihi Domine: non faciam hoc, vt sanguinem virorum horum, qui abierunt in animabus suis, bibam. & noluit bibere. Considera ergo frater diligenter, ac perspice quale ille naufragium prius in abundantia pertulit, & quale postmodum humilitatis intulit philosophiam. Cum in securitate degeret, occidens virum innoxium, ignorabat esse peccatum. In humilitate vero allatam sibi cum periculo aquam;

A crimen arbitratus est bibere. Animaduertens igitur beatus Dauid quod sibi vtilitatem conferebat humilitas, dicebat ad Dominum: Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Item in eodem psalmo in humilitate sua gratulanter adiecit, Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Et iterum: Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Quando enim in tribulationibus positus est homo, sæpe memor est Dei, & Deus est iuxta eum, imò & requiescit. Sic enim declarat ipse Dominus per prophetam. Super quem, ait, requiescam, nisi super humilem, & mansuetum, & trementem verba mea? Difficile autem poterit esse quisquam humilis vel quietus, nisi fuerit prius confectus tribulationibus. Non te ergo dilectissime corporis damna contristent: sed quicquid Dominus miserit, gratulanter ac viriliter suffer. Si te diuersi corporis languores pulsauerint: peto ne turbetur cor tuum, ne animus tuus frangatur, ne vox tua erumpat in verba blasphemiae, sed potius patientissimi illius beati Iob exemplum ante oculos tuos pone. Dico quod audisti ipsum dicentem: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Noui enim quosdam, maxime eos qui lepræ macula sunt corpore aspersi, in tantam desperationem pro hac plaga venire, vt putent se omnino destitutos esse à Domino. Sed hoc patitur ille qui non est diuinis eloquijs eruditus. Si autem in lege Domini die nocteque meditaretur: si sciret Dei esse vera iudicia & iustificata in semetipsa, & desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum: tanquam vera medicamina, vlcera morbi susciperet. Diceret quoque & ipse, Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine, & consolatus sum. Licet enim paruo tempore asperum & amarum hoc vulnus, grande animæ remedium generat in posterum. Crede mihi frater, nunquam sic in balneis corpora abluuntur sordibus, vt animæ sordes per huiuscemodi languores emundantur. Nonne & medicus cum vulnus curauerit ægroti, ferri concisione membra dilaniat, aut si necesse fuerit, etiam per ignis ministerium exurit: & dolorem ideo infert, vt dolorem quem habuit mors generare, expellat? Nunquid ergo medicum per odium hoc fecisse incusas: cui vt hoc faciat, munera ante & dona largitus est? Multo magis ille celestis medicus Deus paterno affectu cupit curare quos fecit, quos etiam à morte ipse redemit. Et ideo in corpore nostro temporales infert plagas, vt animam nostram à plagis quæ mortem generant æternam, liberet. Noli ergo turbati frater: sed libenti animo quæcumque Dominus intulerit, suscipe. Noli grauiter ferre quod deserueris populum ciuitatis. Quid enim te inuat habitare cum turbis, aut quid te lædit si à turbis fueris segregatus? In hoc enim omnibus modis laborandum est, ne in futuro seculo ciuitate Dei priuemur. Nam & hi qui morantur in vrbibus, & quibus muros ambitus apti videntur, si scelerum morbo correpti, suam neglexerint vitam: ciuitatis illius celestis, quæ sanctorum omnium mater est, priuantur consortio. Et tu cum sis in plagis ac doloribus constitutus: & ab hac luce vrbe exclusus: si sapienter hæc toleraueris: & humiliter Deo tuo serueris: ciuitatis ipsius ac paradisi colonus efficiaris. Non enim pro execratione animæ: sed propter qualitatem ægritudinis, à populi consortio recessisti: eo quod generis eius morbus (vt quidam asserere volunt) cõtractu suo soleat polluere. Animam vero non solum non polluit: verumeriam si fuerit immunda, purificat. Vnde peto non confundaris charissime: ne turbetur cor tuum: ne te asperitas vulnere, ad desperationem vitæ futuræ adducat. Ne velis stultam illam opinionem cogitare quorundam: qui se ita in die resurrectionis arbitrantur resurgere, & hæc quam vana, quam inanis suspicio? Dic mihi, quisquis ille es qui ista affirmas, ex mentis arbitrio loqueris: an alicubi in diuinis paginis scriptum esse legisti? Sed apparet mihi nunquam te diuinarum scripturarum verba legisse. Nam si huiusmodi rebus studium habuisses: nunquam te morbus perfidie inuasisset. O quantam perniciem animæ, impericia generat! O quam seuerissimum vulnus, mens in eruditâ acquirat! Sed iam ab his perfidie cogitationibus, peto frater vt fugias. & quia multum erras, dum scripturas ignoras: pete à Domino, vt

tibi tribuat intellectum. Clama ad Dominum, & dicit. Da mihi intellectum, & discam mandata tua: & doce me iustificationes tuas, quia beatus homo quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum: vt mitiges ei à diebus malis. Si autem de lege sua te docuerit Dominus: nullo modo te perfidiæ procella perturbabit. Si ergo cupis vt te instruat Dominus: scripturas inspiratas à Domino, assidue lege, vel certe legenti libenter aurem accommoda: & magnam ex his consolationem inuenies, quæ te à doloribus mitiget. Nō parua medicamina sunt frater charissime, libris inserta diuinis, verbi gratia. Si multis peccatis oppressus animus tuus ægrotat: lege librum psalmodum, & ibi inuenies medicamentum vulnerum tuorum. Dicit ad Dominum, Ego dixi Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. Si autem ob desperationis morbū animus dubitat pœnitere: ipse te Dominus per prophetam ad se inuitat, dicens, Conuertimini ad me: & ego conuertar ad vos, Et iterum. Nunquid non est resina, aut medicus in Galaad? quare non ascēdit sanitas filiæ populi mei? Iterum in Euāgelio ipse Dominus dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego requiescere faciam vos. Si vero mēs tua per superbiam vitium intumescit: inuenies in Prouerbij scriptū, Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiā, vt hoc quoque medicamine possimus malum euitare superbiam, & humilitatem assumere. Iterum si te auaritiæ ardor inflammat: audi Apostolum, qualiter huius morbi qualitatem exponat, dicens, Radix omnium malorum est pecuniarum cupiditas: quam quidam appetentes, naufragauerunt à fide: & inseruerunt se doloribus multis. Tunc tu huius pessimi vulneris agnoscens malitiam: clama ad Dominum, Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam. Nec enim est vlla passio animæ cuius non in libris diuinis medicamentum inuenias: quorum nunc facere mentionem, tempus non patitur. Nam & ipse si ad requirendum adhiberis studium: sine dubitatione vlla Deo donante reperies. Sed quoniam nunc in hac parte animi tuum ægrotare intelligo; cum dicas hoc, qui cum plagalepræ de mundo excesserit: ita eum denuo post mortem resurgere: ausculta igitur diligenter: vt hanc mortiferam suspicionem à te possis auertere. Ergo si ita est vt dicis, quicumque in quo statu defunctus fuerit: in eo iterum esset necesse resurgere, verbi gratia: qui cum vno oculo aut pede vel manu, vel aliquo debilitato membro ex hac vita decesserit: ita eum resurgere oporteret. Noli frater, noli sic impie credere: sed audi in quo statu nos post resurrectionem Dominus esse prædixerit. Qui autem meruerint resurrectionem: non nubunt neque nubentur: sed erunt sicut Angeli in cœlis. Si non nubunt, sed sunt sicut Angeli: vtique nec infirmitati alicui vltra subiaceret caro: sed quæ fuit mortalis, induit immortalitatem. Item de hoc Dominus audi quid dicat. Tunc (inquit) iusti fulgebunt in regno patris sui, sicut sol. Manifestum autem nobis est, quod iustorum plurimi innumerabilibus confecti vultibus, hæc luce priuati sunt: maximè cum beati Martyres manibus ac pedibus amputatis, ac toto corpore laniati: alij truncatis aatribus naribusque, alij effossis oculis, coronam in cœlis adepti sint. Quis igitur sit tam impius, tam sacrilegus: vt eos in eo statu in quo defuncti sunt, affirmet resurgere? Ecce & Lazarus ille mendicus, qui toto corpore repletus erat vlcibus: ante foras diuitis iacebat: de cuius mensa micæ cupiebat vt suam esuriam satiaret: & ille diues bysso utebatur & purpura: & corpore robustus ac pinguis iucundabatur in epulis: & hic quidem ita: sed vide post paululum qualis repentina in eis immutatio facta est. Ille qui splendide delectabatur in epulis: post excessum vitæ cruciabatur in flammis. Et ille qui fuerat vlcibus repletus ac fame consumptus: in Abraham sinibus consolabatur. Vide quantam requiem Lazarus meruit pro corporis cruciamento: & in quibus ardoribus diues deputatus est propter parui temporis lætitiā. Quid ei profuerunt illæ saginatæ carnes? quid illi contulerunt diuitiæ? Ecce in tantis ardoribus positus est: vt guttam aquæ impetare non valuerit. Viderat namque Lazarum in Abraham sinu iucundari: & eleuauit vocem suam, dicens, Pater Abraham miserere mei: & mitte Lazarum, vt intingens extremum digiti

A sui in aquam, refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Ecce quem paulo ante superelatus despiciebat: cuius carnes vulneribus tabefactas horrebat: nunc ab eo solatiij patrociniū oppressus cruciatibus postulat. Sed quid ad eum respondit Abraham? Fili (inquit) recepisti bona in vita tua: similiter & Lazarus mala: nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Hoc solum te debuit charissime suadere, quod ideo ad tempus hæc sustineas mala: vt in perpetuum in Abraham sinibus collateris: & non ita rursum viueret te arbitris post mortem. Audi autem quid beatus Iob sperabat, cum in tantis vulneribus esset constitutus: qui magis idcirco tormenta corporis patientissime tolerabat: quia cōfidebat id ipsum corpus in die resurrectionis in melius conformari. Denique ausculta quid in ipsis vulneribus dicat. Scio, inquit, quod redemptor meus viuit: & in nouissimo resurrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea: & in carne mea videbo Deum: quem visurus sum ego ipse, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Et tu quoque frater habeto talem spem & talem fiduciam quod possis post immortalis splendorem induere: & omnes corporis cruciatus facile ac leuiter sustinebis: & non solum te dolores pœnales in nullo contristabunt: sed infuper animæ lætitiā generabunt. Quia si de corporis imutatione hæc quæ diximus, pauca sunt: accipe quid etiam Paulus huiusmodi causa apertissime doceat: quem admodum dubios & incredulos assertionem plenissima arguit. Dicebant quidam etiam tunc: Quomodo resurgunt mortui? quo autem corpore veniunt? Quibus ita respondit. Insipiens (inquit) tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminatur, nō corpus quod futurum est, seminas: sed nudum granum: vt puta tritici aut alicuius alterius. Deus autem dat illi corpus prout voluit. Hoc est quæ admodum tu granum tritici nudum spargis in terra nullam in se viriditatem habens, nullum amictum, & cum in terra fuerit putrefactum, denuo multiplicatum resurgit in spicas: & non nuda grana, sed velut pulchri cuiusdam corporis foliorum amictū vestita: (hoc est enim quod ait, Deus enim dat illi corpus prout vult.) Ita enim corruptibile corpus hoc, cum nunc fuerit in sinibus terræ sepultum: vere non viuificatur: nisi veluti granum tritici seminetur. Quando autem nutu Dei tempus resurrectionis aduenit: non corruptibile vt seminatum est: sed incorruptibile & immortale resurget. Ita namque in posterioribus sequitur: Seminatur (inquit) in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in contumelia: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spiritale. Hoc est, corpus hoc quod nunc gerimus: cito post mortem corrumpitur: & in putredinem vermium vertitur: aliquoties etiam ante mortem dissoluitur, antequam spiritus exhalet: membrorum compagine languorum putredine amputantur. Multas contumelias patitur: infirmitates plurimas sustinet, esurit, sitit, lassatur, anxiatur, asperitatem frigoris patitur: sed hoc corpus animale est, hoc est animæ per quam in hac vita consistimus. Quod autem resurget, spiritale est, quia sancto Spiritu recreatur. Sic enim in Psalmo scriptū est, Emittes spiritum tuum & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Modo terrenum circumferimus corpus: tunc cœlesti induemur: quia sunt corpora cœlestia: & corpora terrestria. Sed alia cœlestium claritas: & alia terrestrium. Terrestrium quidem claritas temporalis est & caduca. Cœlestium autem claritas, sempiterna est: quod tunc manifestabitur, quando corruptibile hoc induerit incorruptionem: & mortale hoc induerit immortalitatem: Noli ergo dubitare charissime quod possis cœlesti corpus induere. Ne velis arbitrari quod lepræ macula aut qualecunque corporis vulnus à claritate nos cœlestium separet: imo per hæc magis regnum cœlesti acquiritur: vt memorati Lazari ac beati Iob docemur exemplo. Excludimur verò à regno: si vitia in nobis & peccata permaferint. Excludimur à regno: si omnipotentem Deum credimus impotentem. Impotentem autem ille asserit Deum: qui se existimat non posse ab eo transformari in melius. Nunquid Dominus qui potest arefactas & in nihilum redactas carnes atque ossa atenia viuificare & resuscitare: con-

uertere in claritatem cœlestem non potest? Noli fratri rogo, noli sic credere, vt Deum omnipotentem esse non deneges, & in hac parte asseras impotentem. Sed fortè inde animus tuus ad desperationem adducitur vitæ: eo quod te dicas deliquisse in multis: & peccatorum causâ his te vulneribus respersum. At in hoc magis Dei in te amore debes arbitrari, non odium: quia in hoc te seculo tanquam filium voluit emendare: vt purum te animo atque immaculatum in futuro recipiat. Sic enim scriptum est, Quem diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Si ergo videris peccatorem nulla dispendia pati: nulla ægritudine corporis laborare: nullis opprimi angustijs: agnosce quod hunc Dominus (eo quod multum deliquerit) recipere non vult. Et propterea non flagellatur: quia suscipi nõ meretur. Te autem ideo castigat, vt æternæ morti non tradat. Sic enim ait beatus Dauid, Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Nam & Hierusalem cum peccaret in Dominum: & prophetas qui ad corrigendum eam missi fuerant, occidisset: ideo eam in direptione & captiuitate in Babyloniam tradidit: vt per captiuitatis iugum ad se filios suos conuerteret: non vt puniret: sed ad meliora corrigere. Denique post septuaginta annos ad pristinam eos patriam reuocauit. Ita enim eam per sacerdotes in Hieremia misericors Dominus consolatur. Loquimini sacerdotes ad cor Hierusalem, & consolamini eam: quia bibit de calice furoris Domini: & recipit à Domino duplicia peccata sua. Igitur si iustus es: gaudere te conuenit in aduersis: vt probabilior fias. Quia si peccator es: similiter quia afflictus es gratulari. Propterea enim hic affligeris, vt à sordibus te diluas peccatorum: & in seculo futuro consolationem inuenias. Vtrisque proderit cordis afflictio: quia facri-

A ficiu Deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Nam peccator cum castigatur à Domino: si priores actus suos emendare noluerit: & in desperationem vitam suam adduxerit: si dixerit, iam mihi nulla est veniam me oblitus est Dominus: iam omnis vita mea in perditione posita est: nullam requiẽ spero post mortem: si me meus factor, causa hominis, non despexisset: non me talibus pœnis conficeret: iste talis ipse sibi causâ mortis efficitur: vltro se desperationis gladio perimit: deque eorum se numero esse congnat, quos propheta denunciat, cum dicit, Flagellasti eos, & non doluerunt: verberasti eos, & noluerunt percipere disciplinam. Sed tu frater à tali consortio omnibus modis rogo declina: & diuinum iudicium grate & dulciter suscipe. Dico & ipse, Iudicia Domini dulciora super mel & fauum. Nam & si amara castigatio videatur ad tẽpus: dulces fructus in posterum generat. Ista te castigatio à vitijs reuocat: & ad virtutes instigat. Per hanc castigationem mors expellitur: & vita acquiritur. Castigatio ista caret pœnæ futuræ tristitia: & iucunditatem acquirit æternam. Castigatio ista superbiam reprimat: & humilitatẽ in qua quiescit Dominus generat. Dico & tu, Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Quia si libenti animo hæc à me dicta perceperis: & in Dei laudibus atque in gratiarum actione permaneris: & per singulas horas Deum benedixeris: senties te in spiritu cum Domino. Qui enim semper memor est Dei: semper erit cum eo. Ipse quoque dolores tui corporis mitigabit: ipse ad tolerantiam animũ tuum corroborabit. Et licet corpore repletus videaris viceribus: mentem intrinsecus sanam & in columem possidebis: adiuuante Domino nostro Iesu Christo: qui viuit & regnat in seculis seculorum, Amen.

LITURGIA SEV MISSA

SANCTI BASILII

EX VETVSTIS CODICIBVS

LATINÆ TRALATIONIS DESCRIPTA.

*Primum Patriarcha, cum sequentis ordinis clero, Ecclesiasticis vestimentis induto offeruntur in sacrario ab oblationarijs mundata, & composita oblata, à populis suscepta, quas ponit in patenis, & adolens super eas incensum dicit hanc orationem.*



DOMINE Deus noster, qui cœlestem panem, escam omnis mundi, Dominum Deum nostrum Iesum Christum misisti nobis saluatorem, & redemptorem, benefactorem quoque, & benedictorem, atque sanctificatorem: ipse & nunc, Domine, benedic vntaria ista, & suscipe ea in supercœlesti altari tuo. Memento, Domine, cum benignitate, & misericordia, eorum qui illa offerunt, & pro quibus offeruntur, & immaculatos nos conserua sancto tuo mysterio: quoniam sanctificatum, & glorificatum est super omnia glorificum nomen tuum, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Tunc ante aduentum Pontificis, intrant Ecclesiam Presbyter & Diaconus, & stantibus ante cancellos, dicit Presbyter, inclinato capite, hanc orationem secretè.*

Domine, Deus noster, cuius potestas est sine numero, & gloria sine mēsurā, qui in misericordia innumerabilis, & in-

D comprehensibilis es: ipse Dominator Domine, secundum clementiam tuam, respice in nos & in sanctam domum istam, & fac nobiscum diuitem misericordiam tuam: quoniam tibi debetur omnis gloria, & honor, & adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

*Et cantant cantores tres vel quatuor versus psalmi;*

Bonum est confiteri Domino.

*Post quos stans Diaconus in secundo gradu ambonis, dicit  
alta voce:*

In pace Dominum postulemus.

*Et iterum Presbyter dicit secretè hanc orationem:*

E Domine Deus noster, saluum fac populum tuum & benedic hereditatem tuam; plenitudinem Ecclesiæ tuæ custodi, sanctifica diligentes decorem domus tuæ glorificantes te diuina virtute tua, & non derelinquas nos Deus sperantes in te.

*Diaconus dicit alta voce:*

Suscipe, salua, miserere, & custodi nos, Deus, gratia tua, Sanctissimæ & intemeratæ dominatricis nostræ Dei genitricis, & semper virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memorantes, nos ipsos & adiuuicem atque omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.

*Populus respondet:* Tibi Domine.  
*Presbyter alta voce:*  
 Quoniam tuum est imperium, & tuum est regnum, virtus, & gloria, Pater, & Fili, & Spiritus sancte, nunc, & semper, & in secula seculorum.

*Pop. respondet:* Amen.  
 Et cantant cantores in ambone tres vel quatuor  
*versus psalmi:*

Dominus regnavit, decorem indutus est.  
*Cum Alleluia, & Gloria.*

*Post Gloria, dicit Presbyter:*  
 Vnigenite Fili, & Verbum Dei, cum sis immortalis, dignatus es propter nostram salutem incarnari, & de sancta Dei genitrice, & semper virgine Maria immutabiliter humanari ac crucifigi: Christus Deus noster, morte mortem calcasti, vnus qui es de sancta Trinitate conglorificatus Patri, & sancto Spiritui, saluos nos fac.

*Diaconus in ipso loco stans, dicit.*  
 In pace Dominum postulemus.

*Pop. respondet:* Kyrie eleison.  
*Presbyter secreta.*  
 Qui communes istas, & consonantes nobis dedisti orationes, quique duobus vel tribus consonantibus in nomine tuo postulationes tribuere promissisti, ipse & nunc seruatorum tuorum postulationes commodè adimple, dans nobis in presentia seculo agnitionem tuæ veritatis, & in futuro vitam æternam.

*Diaconus.*  
 Suscipe, salua, miserere, & custodi nos, Deus gratia tua, sanctissima, & intemerata dominatricis nostræ, Dei genitricis & semper virginis Mariæ, cum omnibus Sanctis memorantes, nos ipsos & ad inuicem, atque omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.

*Pop. respondet:* Tibi Domine.  
*Presbyter alta voce.*  
 Quia benignus & clementissimus es, Deus noster, & tibi gloriam offerimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum.

*Pop. respondet:* Amen.  
 Et cantant Cantores.  
 Venite exultemus Domino. *Cum Antiphona.*  
 Saluos nos fac fili Dei, qui surrexisti à mortuis cantantes tibi Alleluia.

## LITANIA I.

*Et procedit Pontifex. Diac. dicit:*  
 In pace Dominum postulemus.

*Pop. respondet:* Kyrie eleison.  
*Pontifex dicit:*  
 Domine Deus noster, qui constituisti in cælis ordines, & militiam angelorum in ministerium gloriæ tuæ, fac cum introitu nostro introitum sanctorum angelorum fieri ministrantium, & conglorificantium tuam benignitatem: quate decet omnis gloria, & adoratio, & tibi gloriam offerimus Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum.

*Pop. respondet:* Amen.  
*Diac.* In pace Dominum postulemus.  
*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*  
 Pro superna pace, & salute animarum nostrarum, Dominum postulemus.

*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*  
 Pro sancta domo ista, & cum fidei reuerentia, & timore Dei, introeuntibus in eam, Dominum postulemus.

*Pop.* Kyrie eleison.  
*Diaconus.*  
 Pro Archiepiscopo nostro N. honorifico sacerdotio in Christi ministerio, & omni clero, & populo, Dominum postulemus.

*Pop.* Kyrie eleison.  
*Diaconus.*  
 Pro liberatione nostra ab omni tribulatione, ira, periculo, & angustia, Dominum postulemus.  
*Pop.* Kyrie eleison.

*Pontifex secreta orationem ad ter sanctum hymnum.*  
 Deus sanctus, qui in sanctis requiescis, & ter sancta voce à Seraphim laudaris, & à Cherubin glorificaris, & ab omni cœlesti virtute adoraris: qui ex nihilo esse fecisti vniuersa, qui creati hominem secundum imaginem, & similitudinem tuam, omni que tuo dono eum ornasti, dans postulantiam sapientiam, & intellectum, & non despeciens peccantem, sed posuisti penitentiam in salutem: qui dignatus es nos humiles & indignos seruos tuos in hora hac stare coram altari gloriæ tuæ, & debitam tibi adorationem & glorificationem offerre: tu Domine, accipe ex ore nostro peccatorum, ter sanctum hymnum, & visita nos in benignitate tua, & indulge nobis omne delictum, volutarium etiam & non voluntarium. Sanctifica nostras animas & corpora, & da nobis in sanctitate deservire tibi omnibus diebus nostris, intercessionibus sanctæ Dei genitricis, & omnium Sanctorum qui à seculo glorificauerunt te.

*Leuante Sacerdote caput, Diaconus dicit:*  
 Suscipe, salua, miserere, & custodi nos Deus, gratia tua.  
 Sanctæ & intemeratæ dominatricis nostræ, Dei genitricis & semper virginis Mariæ, cum omnibus Sanctis memorantes, nos ipsos, & ad inuicem, atque omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.

*Pop. respondet:* Tibi Domine.  
*Sacerdos excelsa voce:*  
 Quia sanctus es Deus noster, & tibi gloriam offerimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum.

*Pop. respondet:* Amen.  
 Et cantant cantores.  
 Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, miserere nobis.  
 Et ascendit Pontifex cum Sacerdotibus & Diaconis ad Thronum & descendentibus Cantoribus de ambone, dicit Pontifex: Pax vobis.  
 Respondet populus: Et cum spiritu tuo.

*Et sedet Pontifex cum Sacerdotibus, stantibus Diaconis ac Subdiaconis, & clero, & populo, & cantatur responsum in ambone. Inde legitur Apostolus. Inde Alleluia cantatur.*  
 Deinde descendit Pontifex de sede, & inclinanti sibi Diacono dicit:  
 Dominus dabit verbum euangelizantibus virtutem suam.  
 Et legitur Euangelium, stantibus omnibus, cum timore, & reuerentia.

## LITANIA II.

*Lecto Euangelio Diaconus in ambone,*  
 Dicamus omnes, Kyrie eleison.  
*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*  
 Ex omni anima, & ex omni mente dicamus omnes, Kyrie eleison.  
*Pop.* Kyrie eleison.  
*Iterum Diaconus.*

Domine omnipotens, Deus patrum nostrorum qui es diues in misericordia, & benignus in miserationibus, postulam te exaudi, & miserere.  
*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*  
 Qui non vis mortem peccatorum, sed conuersionem, & vitam, ac penitentiam, postulam te exaudi, & miserere.

*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*  
 Pro sancta domo ista, & cum fidei reuerentia, ac timore Dei introeuntibus in eam, Dominum postulemus.  
*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*

Pro Archiepiscopo nostro N. honorifico Sacerdotio in Christi ministerio, & omni clero, & populo, Dominum postulemus.

*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*  
 Pro pijsimo, & à Deo conseruando Imperatore nostro, omni que palatio, & exercitu eius, Dominum postulemus.  
*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*

Pro quo & pugnare Dominum Deum nostrum & subijcere sub pedibus eius omnem hostem, & bellatorum, Dominum postulemus.

*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*  
 Pro liberatione nostra, ab omni tribulatione, ira & periculo, & angustia, Dominum postulemus.



Pop. Kyrie eleison. Diac.

Pro circumstante populo, & expectante eam, quæ apud eum est, diuitem misericordiam Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Miserere nostri Deus, secundum magnam misericordiam tuam, postulamur te, exaudi, & miserere.

Pop. Kyrie eleison. *Per duodecim vices: tunc conuertit se Pontifex ad populum, & facit tres cruces super eum, primam in medio, secundam ad sinistram partem, tertiam ad dexteram: & conuertit se iterum ad altare, & dicit:*

Quia misericors, & clementissimus Deus es, & tibi gloriam offerimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum.

Pop. respondet: Amen.

Oratio fidelium prima.

Tunc eleuans manus Pontifex dicit secretè.

Domine Deus noster, extensam istam postulationem suscipe à seruis tuis, & miserere nostri secundum multitudinem misericordiæ tuæ, & magnitudinem miserationum tuarum, & mitte super nos, ac super omnem populum tuum, expectantem eam quæ apud te est, diuinam misericordiam.

Et exclamat alta voce:

Quia misericors & clementissimus es Deus: & tibi gloriam offerimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum.

Pop. respondet: Amen. Diac.

Orate, fideles, pro catechumenis, postulantes vt Dominus eis misericors sit.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Instruat eos verbo veritatis.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Reuelet eis Euangelium iustitiæ.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Suscipe, salua, miserere, & custodi eos Deus, gratia tuâ.

Pop. respondet: Kyrie eleison.

Diaconus:

Catechumeni capita vestra Domino inclinate.

Pop. Tibi Domine.

Pontifex secretè orationem catechumenorum.

Domine Deus noster, qui in cælis habitas, & respicis in omnia opera tua, respice in seruos tuos catechumenos, qui inclinauerunt ceruices suas in conspectu tuo: impone eis Domine leue iugum; fac eos membra Ecclesiæ tuæ, & idoneos eos fac lauacro regenerationis, remissione peccatorum, & indumento incorruptionis, & agnitione Filij tui veri Dei nostri.

Pontifex excelsa voce:

Vt & ipsi nobiscum glorificem honorificentissimum & magnificentissimum nomen tuum, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in secula seculorum.

Pop. respondet: Amen.

Diaconus alta voce:

Omnes catechumeni procedite, catechumeni procedite, omnes catechumeni procedite, nemo de catechumenis remaneat. Omnes fideles, iterum atque iterum in pace Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison.

Tunc procedunt catechumeni si sunt: Pontifex secretè.

Tu Domine, ostendisti nobis magnum istud salutis mysterium, tu dignos nos fecisti miseros, & indignos seruos tuos fieri ministros sancti altaris tui, idoneos nos fac virtute sancti tui Spiritus, in ministerio isto, vt indamnabiliter stantes, in conspectu sanctæ gloriæ tuæ, offeramus tibi sacrificium laudis: tu es enim operans omnia in omnibus. Da Domine & pro omnibus nostris peccatis, & populi tui ignorantia, acceptabile, & susceptibile fieri sacrificium nostrum in conspectu tuo.

Diaconus ipse qui legit Euangelium.

Suscipe, salua, miserere, & custodi nos Deus, tua gratia.

Pop. Kyrie eleison.

Pontifex voce excelsiori.

Quia te decet omnis gloria, honor, & adoratio, Pater, & Fili, & Spiritus sancte, nunc, & semper, & in secula seculorum.

Pop. Amen.

## LITANIA III.

Diaconus.

Iterum, atque iterum in pace Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison.

Diaconus.

Pro superna pace, & salute animarum nostrarum in pace Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Pro liberatione nostra, ab omni tribulatione, ira, periculo, & angustia, Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison.

Pontifex secretè orationem fidelium secundam.

Deus, qui visitasti in misericordia, & in miserationibus humilitatem nostram, & statuisti nos humiles & peccatores, ac indignos seruos tuos in conspectu sanctæ gloriæ tuæ, ministrare sancto altari tuo, tu conforta nos virtute sancti tui Spiritus in ministerio isto, & da nobis sermonem in apertione oris nostri, ad inuocandam gratiam sancti Spiritus tui super proponenda munera.

Diaconus in ambone.

Suscipe, salua, miserere, & custodi nos, Deus, gratia tuâ.

Pop. Kyrie eleison.

Pontifex voce excelsiori.

Vt sub imperio tuo semper custoditi, tibi gloriam offeramus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & nunc, & semper, & in secula seculorum.

Pop. Amen.

Descendit Diaconus de ambone, & cantant cantores ac populus.

Qui Cherubim mysticè imitatur, & viuificæ Trinitatis sanctum hymnum offerimus, omnem nunc mundanani deponamus sollicitudinem, sicuti Regem omnium suscepturi, cui ab angelicis inuisibiliter ministratur ordinibus. Alleluia.

D Interea deportantur, & proponuntur munera à presbyteris, & post lauacrum manuum, petit ministros pro se orare, & respondent.

Spiritus sanctus superueniat in te, & virtus altissimi obumbret te, & comminifret tibi.

Depositis muneribus, & super altare compositis, dicit Diaconus:

Iterum postulationem nostram Domino. Pro propolis honorificis muneribus Domino Deo nostro, & pro commodis & bonis animarum nostrarum, Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Pro ciuitate nostra, & omni ciuitate & regione, & his qui in fide Christi habitant in eis, Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Pro temperie bona aëris, & abundantia fructuum terræ, & tempore pacifico, Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Pro nauigantibus, iter agentibus, aërotis, captiuis, & salute eorum, Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Pro liberatione nostra ab omni tribulatione, ira, periculo, & angustia, Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison.

Pontifex secretè:

Domine Deus noster, qui creasti nos, & induxisti in vitam hanc, qui ostendisti nobis vias salutis, qui dedisti nobis cœlestium mysteriorum reuelationem, tu es, qui posuisti nos in ministracionem hanc in virtute Spiritus tui sancti: prosperare, Domine, fieri nos ministros noui Testamenti tui, & ministros sanctorum mysteriorum tuorum, suscipe nos appropinquantes sancto altari tuo, secundum multitudinem misericordiæ tuæ, vt simus digni offerre tibi rationabile istud, & absque sanguine sacrificium pro nostris peccatis & populi ignorantia: quod sacrificium accipiens in sanctum & supercœleste, ac intelligibile tuum altare, in odore suauitatis, emitte nobis gratiam sancti Spiritus. Respice in nos, Deus, & vide super seruitutem nostram hanc, & suscipe eam sicut suscepisti Abel munera, Noë sacrificium, Abrahæ

holocaustum, Moyfi & Aaron facrationes, Samuel hostias pacificas, sicut suscepisti de sanctis tuis Apostolis verum istud mysterium, sic & ex manibus nostris peccatorum suscipe munera ista in benignitate tua Domine, vt idonei facti, ministrare impollute sancto altari tuo, inueniamus mercedem fidelium & prudentium ministrorum in die terribili retributionis tuae iustae.

*Diac.*

Suscipe, salua, & custodi nos, Deus, gratia tua.

*Pop.* Kyrie eleison. *Diac.*

Diem omnem, perfectam, sanctam, pacificam & absque peccato, à Domino postulemus.

*Pop.* Da Domine. *Diac.*

Angelum pacis, fidelem ductorem, custodem animarum, & corporum nostrorum, à Domino postulemus.

*Pop.* Da Domine. *Diac.*

Indulgentiam, & remissionem peccatorum nostrorum, & propitiationem delictorum nostrorum dona, & commoda animabus nostris, & pacem mundi à Domino postulemus.

*Pop.* Da Domine. *Diac.*

Reliquum tempus vitae nostrae in pace perficere nos, à Domino postulemus.

*Pop.* Da Domine. *Diac.*

Christianos fines in vita nostra: fideles, indoleros, inconfusos, inexpugnabiles, & bonam responsonem in terribili, & horribili tribunali Christi, Christum Dominum postulemus.

*Pop.* Da Domine. *Diac.*

Sanctae & intemeratae dominatricis nostrae, Dei genitricis & semper virginis Mariae, cum omnibus Sanctis memorantes, nos ipsos, & adiuuicem, atque omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.

*Pop.* Tibi Domine.

*Pontifex voce excelsa:*

Per miserationes vniogeniti Filij tui, cum quo benedictus es, vna cum sancto, & benigno, ac viuifico tuo Spiritu, nunc, & semper, & in secula seculorum.

*Pop.* Amen.

*Pontifex.* Pax omnibus.

*Diac.* Diligamus iniuicem. *Ostia.*

*Et dant omnes pacem.* *Diac.* *Ostia.*

*Et clauduntur Ostia.* *Diac.*

Intendamus, & canamus symbolum.

*Et cantant omnes symbolum, incipiente Archidiacono. Post symbolum leuatur tertio, & sic tertio tollitur linteam desuper muneribus.*  
*Et dicit Diac.*

Stemus bene: stemus cum timore: intendamus sanctam oblationem in pace offerre.

*Pop.* Misericordiam, pacem, sacrificium laudis.

*Pontifex voce excelsa.*

Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei patris, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.

*Pop.* Et cum spiritu tuo.

*Pont.* Sursum corda.

*Pop.* Habemus ad Dominum.

*Pont.* Gratias agamus Domino Deo nostro.

*Pop.* Dignum, & iustum est.

*Pontifex secretè:*

Qui es dominator Domine Deus pater omnipotens, adorande, dignum verè, & iustum, ac decens est magnitudini sanctitatis tuae, te laudare, tibi hymnum dicere, te benedicere, te adorare, tibi gratias agere, te glorificare solum verum Deum, & tibi offerre in corde contrito, & spiritu humilitatis rationabile hoc ministerium nostrum: quia tu es qui tribuisti nobis agnitionem tuae veritatis. Et quis est idoneus loqui potentias tuas? auditas facere omnes laudationes tuas, & enarrare omnia mirabilia tua in omni tempore: Domine, Domine vniuersorum, Domine caeli, & terrae, & omnis creaturae visibilis, & inuisibilis, qui sedes super thronum gloriae & respicis abyssos: non habens initium, inuisibilis, incomprehensibilis, incircumscriptus, immutabilis, pater Domini nostri Iesu Christi, magni Dei, & Saluatoris, spei nostrae, qui est imago tuae bonitatis, & obsignatio equalis figurae, in ipso ostendens te Patrem, Verbum vitae, Deus

verus, quae est ante secula sapientia, vita, sanctificatio, virtus, lumen verum: à quo Spiritus sanctus apparuit, veritatis spiritus, adoptionis donum, pignus futurae haereditatis, initium aeternorum bonorum, viuifica virtus, fons sanctificationis: à quo omnis creatura rationalis, & intelligibilis confortata tibi seruit, & tibi aeternam offert glorificationem. Quia omnia seruunt tibi: tibi laudant angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, virtutes, & multoculi Cherubim, tibi adsunt in circuitu Seraphim, sex alae vni & sex alae alteri, & duabus quidem velant facies eorum, duabus autem pedes, & duabus quidem volant, & clamant alterum ad alterum incessabilibus vocibus,

**B** intacibilibus doxologijs.

*Et alta voce:*

Triumphalem hymnum canentia, clamantia, & dicentia.

*Et dicit populus cum Clero.*

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli & terra gloria tua, ofanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini, ofanna in excelsis.

*Actio secreta, seu canon. pontifex secretè:*

Cum his beatissimis virtutibus, Domine clementissime, & nos peccatores clamamus, & dicimus: Sanctus es verè, & sanctissimus, & non est mensura magnificentiae sanctitatis tuae, & sanctus in omnibus operibus tuis, quia in iustitia, & in iudicio vero omnia induxisti in nos: plasma enim hominem, puluerem accipiens de terra, & imagine tua Deus honorificasti eum. Posuisti eum in paradiso deliciarum, immortalitatem vitae, & delectationem aeternorum bonorum in cōseruatione mandatorum tuorum promissisti ei: sed non audientem te verum Deum, qui creasti eum, sed suafione serpentis seductum, mortificatum etiam proprijs delictis, exiliasti eum in tuo iusto iudicio Deus de paradiso in mundum hunc: & conuertisti eum in terram ex qua venit, disponens ei regenerationis salutem, quae est in ipso Christo tuo. Non enim conuertisti plasma tuum in finem, quod fecisti benigne, neque oblitus fuisti opus manuum tuarum, sed visitasti multis modis per viscera misericordiae tuae. Misisti enim prophetas, fecisti virtutes per sanctos tuos, qui per singulas generationes, & generationes glorificauerunt te. Locutus fuisti nobis per os seruorum tuorum Prophetarum, praenuntians nobis futuram fieri salutem: legem dedisti in adiutorium, Angelos constituisti custodes. Quando autem venit plenitudo temporis, locutus es nobis in ipso filio tuo, per quem & secula fecisti, qui est splendor gloriae tuae, & figura substantiae, portans etiam omnia verbo virtutis suae. Non enim rapinam arbitratus est esse aequalis tibi Deo patri, sed Deus cum sit ante secula, in terra visus est, & inter homines conuersatus est, & ex virgine sancta natus, exinaniuit seipsum, formam serui accipiens, conformis factus corpori humilitatis nostrae, vt nos conformes faceret imagini gloriae suae. Quia enim per hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors properauit, bene placuit vniogenito tuo filio, qui est in sinibus tuis Dei patris, factus ex muliere, sancta Dei genitrice, & semper virgine Maria, factus sub lege, condemnare peccatum in corpore suo: vt qui in Adam mortui eramus, viuificaremur in ipso Christo tuo: & inhabitans mundo hoc, dans praecipua salutis, discedere nos ab erroribus idolorum, induxit nos in agnitionem veritatis tuae veri Dei, & patris: acquirens nos sibi ipsi populum acquisitionis, regale sacerdotium, gentem sanctam & purgans nos in aqua, & sanctificans Spiritu sancto, dedit seipsum commutationem morti, in qua tenebamur venditi sub peccato: & descendens per crucem ad inferos, repleter vt se ipso omnia, absoluit dolores mortis, & resurgens ac iter faciens omni carni ad ex mortuis resurrectionem, sicut non erat possibile teneri sub corruptione principem vitae, factus est primitiae dormientium, primitiuus ex mortuis, vt sit ipse omnia in omnibus primatum habens. Et ascendens in caelum sedet in dextera magnitudinis tuae in excelsis, qui venturus est reddere unicuique secundum opera sua. Dimisit autem memorationes salubris suae passionis: ista quae proposuimus secundum sua mandata. Debens enim

enim

enim exire in voluntariam, & beatissimam, & viuificam suam mortem, in nocte qua tradebat seipsum pro mundi vita, accipiens panem in sanctis suis, & immaculatis manibus, & ostendens tibi Deo & patri, gratias agens, benedicens, sanctificans, frangens:

*Et voce altiori:*

Dedit sanctis, suis discipulis, & Apostolis, dicens: Accipite & manducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum.

*Pop. respondet:* Amen.

*Iterum secretè:*

Similiter & calicem de genimine vitis accipiens, miscēs, gratias agens, benedicens, sanctificans, dedit sanctis suis Discipulis, & Apostolis dicens:

*Et altiori voce:*

Bibite ex hoc omnes: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis, & multis effundetur in remissionem peccatorum.

*Pop. Amen. Secretè iterum:*

Hoc facite in meam commemorationem.

Quoties enim comeditis panem hunc, & calicem istum bibitis, meam mortem annuntiate, meam resurrectionem confitemini. Memorantes ergo, Domine, & nos salutarium eius passionis, viuificæ crucis, triduanæ sepulturæ, ex mortuis resurrectionis, in calum ascensionis, in dextera tua Dei, & patris sessionis, & gloriose ac terribilis secundæ eius præsentia.

*Et voce excelsiori:*

Tua ex tuis tibi offerimus, per omnia, & in omnibus.

*Pop.*

Tibi hymnum dicimus, te laudamus, tibi gratias agimus, Domine, & postulamus te, Deus noster.

*Pontifex secretè:*

Ideo, Domine sanctissime, & nos peccatores, & indigni ferui tui, qui constituti sumus ministrare sancto altari tuo, non propter iustitias nostras: non enim fecimus quid boni in terra, sed propter misericordias, & miserationes tuas quas effudisti ditaliter super nos, confidentes appropinquamus sancto altari tuo, & proponentes configuralia sancti corporis, & sanguinis Christi tui, te obsecramus, & te postulamus sancte sanctorum, beneplacita tua benignitate, venire spiritum sanctum tuum super nos, & super propofita munera ista, & benedicere ea, & sanctificare.

*Modo erigit se Pontifex, & signat.*

Et ostendere panem quidem istum, ipsum honorificum Corpus Domini, Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi: quod autem est in calice isto, ipsum sanguinem Domini Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui effusus est pro mundi vita.

*Iterum inclinatus se & dicit:*

Nos autem omnes de vno pane & calice participantes, coadunari inuicem, in vnus spiritus sancti communionem, & nullum nostrum ad iudicium, aut condemnationem facias accipere sanctum corpus, & sanguinem Christi tui: sed vt inueniamus misericordiam & gratiam in cœtu omnium sanctorum, qui à seculo tibi placuerunt, Auorum, Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarum, Martyrum, Confessorum, Doctorum, & omnis spiritus iustorum, finem in fide habentium.

*Pontifex voce excelsa.*

Præcipue sanctæ & intemeratæ, benedictæ dominatricis nostræ, Dei genetricis, & semper virginis Mariæ.

*Iterum secretè:*

Sancti Ioannis præcursoris & Baptistæ, Sancti N. illius, cuius memoriam faciamus, & omnium sanctorum tuorum, quorum postulationibus visita nos Deus. Et memento omnium dormientium in spe resurrectionis vitæ æternæ, & refrigerata eos vbi visitat lux vultus tui. Adhuc te obsecramus: Memento sanctæ, catholicæ, & apostolicæ Ecclesiæ, quæ est à finibus vsq; ad fines orbis terrarum, & pacifica eam, quam tuam fecisti honorifico sanguine Christi tui, & sanctam domum istam confirma vsque ad consummationem seculi. Memento, Domine, eorum, qui munera ista tibi obtulerunt, & per quos, & pro quibus ea obtulerunt. Memento,

A Domine, frugiferorum, & bene operantium in sanctis Ecclesijs, & memorantium pauperum, retribue illis diuitibus & cælestibus donis tuis. Da illis pro terrenis cælestia: pro temporalibus æterna: pro corruptibilibus incorruptibilia. Memento Domine, eorum, qui sunt in desertis, & montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Memento Domine eorum, qui sunt in virginitate, & viduitate, & reuerentia, & monachali habitu, & venerabili ciuilitate degentes. Memento, Domine, pijsissimi, & fidelissimi nostri Imperatoris, quem decreuisti regnare super terram: armis veritatis, armis bonæ voluntatis, corona eum. Obumbra super caput eius, in die belli: conforta brachium eius, exalta dexteram eius, corrobora imperium eius, subditas illi fac omnes barbaras nationes, quæ bella volunt. Tribue illi profundam & inablatam pacem. Loquere in cor eius bona pro Ecclesia tua, & omni populo tuo, vt in tranquillitate eius tranquillam, & pacificam vitam peragamus, in omni pietate, & venerabilitate. Memento Domine, omnis principatus, & potestatis, & qui sunt in palatio fratrum nostrorū, & omnis exercitus: bonos in bonitate conferua, malos bonos fac in benignitate tua. Memento, Domine, circumstantis populi, & pro certa causa remanentium, & miserere eis, & nobis secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Promptuaria eorum adimple omni bono, coniuges eorum in pace, & concordia conferua, paruulos enutri, iuuentutem baiula, senectutem contine, pusillanimes consolare, dispersos congrega, errantes reuoca, & coaduna sanctæ tuæ catholicæ, & apostolicæ Ecclesiæ: energumenos à spiritibus immundis libera, nauigantibus connauiga, iteragentibus coitera: viduis patrocinare, orphanos protege, captiuos libera, infirmos sana, qui in ergastulis, & in metallis, atque exilijs, seu amara seruitute, vel in quacunque tribulatione & angustia, siue anxietate sunt, releua. Memento, Domine, & omnium petentium magnam misericordiam tuam, & omnium amantium nos, & odientium, & postulantium nos indignos orare pro illis. Et omnis populi tui memento Domine Deus noster, & super omnes effunde diuitem misericordiam tuam, omnibus retribuens, quæ ad salutem sunt postulationes, & quorum nos memoriam non fecimus, aut per ignorantiam, aut per obliuionem, seu propter multitudinem nominum, ipse memento, Deus, qui scis vniuscuiusque ætatem, & appellationem, qui scis vnumquemque de ventre matris suæ. Tu es enim, Domine, auxilium inauxiliatorum, spes desperatorū, laborantium salus, nauigantium portus, languentium medicus, ipse omnibus omnia sis, qui scis vnumquemque & postulationem eius, domum, & necessitatem eius. Et erue, Domine, ciuitatem hanc, & omnem ciuitatem, & regionem à fame, pestilentia, terræ motu, demerfione, igne, gladio, incurfu alienigenarum, & ciuili bello.

*Modo excelsiori voce:*

E In primis memento, Domine, Archiepiscopi, N. quem da sanctis tuis Ecclesijs ad pacem, integrum, honorificum, sanum, longæuum, rectè tractantem verbum veritatis tuæ.

*Iterum secretè.*

Memento, Domine, omnium Episcoporum orthodoxorum; rectè tractantium verbum veritatis tuæ. Memento, Domine, secundum multitudinem miserationum tuarum, & meæ indignitatis, indulge mihi omne delictum voluntarium, etiam non volūtarium. Et non pro peccatis meis prohibeas gratiam sancti tui spiritus à propofitis muneribus. Memeto, Domine, honorifici presbyteratus, qui est in Christi ministerio, & omnis sacerdotalis ordinis. Et neminem confundas circumstantium sancto altari tuo. Visita nos in bonitate tua, Domine, appare nobis in diuitibus tuis miserationibus. Bene temperatos & viles nobis aëres tribue, pluuiam pacificam ad fructificationem terræ largire. Benedic coronam anni benignitatis tuæ. Comprime schismata Ecclesiarum, extingue incursiones gentium, hæresum insurrectiones citò destrue virtute sancti tui spiritus. Omnes nos suscipe in regno tuo, filios lucis, & filios diei ostendens, tuam pacem, & tuam charitatem da nobis Domine Deus noster. Omnia enim dedisti nobis.

*Et voce excelsiori:*

Da nobis vno ore, & vno corde glorificate, & laudate

honorificentissimum, & magnificentissimum nomē tuum, A  
patris, & filij, & spiritus sancti, nunc, & semper, & in secula  
seculorum.

Pop. Amen. Pontifex.

Et sint misericordiae magni Dei cum omnibus vobis.

Pop. Et cum spiritu tuo.

Diac. in ambone. Aperiantur ostia.

Et aperiantur ostia.

## LITANIA IV.

Diaconus.

Omnium sanctorum memorantes, iterum, iterumque B  
in pace Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Pro oblatis, & sanctificatis honorificentissimis muneribus Domini Dei nostri, & commoditate bonorum animarum nostrarum, Dominum postulemus, ut clementissimus Deus, qui accepit ea in sancto, & supercaelesti ac intelligibili suo altari in odorem suavitatis, emittat nobis gratiam, & communionem sancti sui spiritus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Pro liberatione nostra ab omni tribulatione, furore & angustia, Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison.

Pontifex secretè:

Deus noster, Deus saluans, tu nos doce dignè gratias agere tibi pro benefactis quae fecisti, & facis nobiscum: tu es Deus noster, qui accepisti munera ista, munda nos ab omni iniquitate carnis & spiritus, & doce nos perficere sanctificationem in timore tuo, ut in testimonio mundae conscientiae suscipientes portionem sanctificationis tuae, coadunemur sancto corpori & sanguini Christi tui, & suscipientes ea, habeamus Christum habitantem in cordibus nostris, & efficiamur templum tui sancti spiritus, & neminem nostrum Deus noster reum facias horribilium tuorum, videlicet istorum caelestium mysteriorum, neque infirmum anima & corpore ob indignam eorum susceptionem: sed da nobis ut que ad nouissimum anhelitum, dignè suscipere spem sanctificationum tuarum, in viaticum vitae aeternae: in excusatione acceptabilem in terribili tribunali Christi tui, ut & nos cum omnibus sanctis, qui à seculo tibi placuerunt, fiamus participes aeternorum bonorum, quae preparasti diligentibus te Domine.

Diaconus.

Suscipe, salua, miserere, & custodi nos, Deus, gratia tua:

Pop. Kyrie eleison.

Diaconus.

Diem omnem perfectam, pacificam, & absque peccato, à Domino postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Angelum pacis, fidelem ductorem, custodem animarum nostrarum, & corporum nostrorum, à Domino postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Indulgentiam & remissionem peccatorum nostrorum, ac delictorum, bona, & commoda animabus nostris, & pacem orbi terrarum, à Domino postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Reliquum tempus vitae nostrae in pace ducere, & finire nos, à Domino postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Christianos fines in vita nostra fideles, indoleros, inconfusos, inexpugnabiles, & bonam excusationem, in terribili, & horribili tribunali Christi Dei, Christum Dominum postulemus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Coadunationem fidei, & communionem eius spiritus postulantes, nos ipsos, & adiuuicem, atque omnem vitam, Christo Deo commendemus.

Pop. Tibi Domine.

Pontifex voce excelsiori:

Dignare nos, Domine, cum fiducia, indignabiliter aude-  
re inuocare te patrem Deum caelestem & dicere: Pater nos-

Clerus & populus simul cum illo leuatis manibus.

Pontifex.

Quoniam tuum est regnum, virtus, & gloria, pater, & filij, & spiritus sancte, nunc, & semper, & in secula seculorum.

Pop. Amen.

Pontifex. Pax omnibus.

Diaconus. Capita nostra Domino inclinemus.

Pop. Tibi Domine.

Pontifex secretè orationem.

Domine, Domine, pater miserationum, & Deus omnis consolationis, inclinantes tibi sua capita custodi, muni, confortat: ab omni opere malo discedere fac, in omni autè opere bono coadiuuat, & idoneos fac indignabiliter accipere intaminata & viuifica mysteria, in remissionem peccatorum, & spiritus sancti communionem.

Et voce excelsiori:

Gratia, & miserationibus, atque clementia vnigeniti tui filij, cum quo benedictus es, vnà cum sancto, & benigno, & viuifico tuo spiritu nunc, & semper, & in secula seculorum.

Pop. Amen.

Diac. Intendamus.

Pontifex exaltans patrem, dicit:

Respice, Domine Iesu Christe, Deus noster, ex sancto habitaculo tuo & veni ad sanctificandum nos qui sursum patri confides, & hic nobis inuisibiliter coes, dignare manu tua forti dare nobis sanctum, & intaminatum corpus tuum & preciosum sanguinem, & per nos peccatores populo tuo.

Et voce magna.

Sancta sanctis.

Populus respondet.

Vnus sanctus, vnus Dominus, vnus Iesus Christus in gloria Dei patris, cum spiritu sancto. Amen.

Et cantant Cantores communionem, & sic communicant omnes: Post communionem autem, portantur munera in sacrarium, cantantibus omnibus haec:

D Repleatur os nostrum laude tua, Domine, ut hymnum dicamus gloriae tuae, quia idoneos nos fecisti sanctorum tuorum participare mysteriorum, salua nos in sanctificatione tua, tota die meditantes iustitiam tuam. Alleluia.

Diaconus.

Recti qui accepimus partem diuinorum, intaminatorum, immortalium, & caelestium, atque horribilium mysteriorum, dignè gratias agamus Domino.

Pop. Kyrie eleison.

Pontifex secretè:

Gratias agimus tibi, Domine Deus noster, in assumptione sanctorum, & intaminatorum, immortalium, & caelestium mysteriorum, quae dedisti nobis in benefacto, & sanctificatione, atque sanitate animarum nostrarum, & corporum: ipse Domine vniuersorum, da fieri in nobis communionem corporis, & sanguinis Christi tui, in fide confusa, in charitate non ficta, in multiplicatione sapientiae, in sanitate animae, & corporis, in auertione omnis aduersarij, in perfectione mandatorum tuorum & excusatione acceptabili, in terribili tribunali Christi tui.

Diaconus alta voce:

Suscipe, salua, miserere, & custodi nos Deus.

Pop. Kyrie eleison. Diac.

Diem omnem perfectam, sanctam, pacificam & absque peccato postulantes, nos ipsos, & adiuuicem, atque omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.

Pop. Tibi Domine.

Pontifex voce excelsiori.

Quia tu es sanctificatio nostra, & tibi gloriam offerimus, patri, & filio, & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum.

Pop. Amen. Diac.

In pace procedamus in nomine Domini.

Pontifex post haec vadit retro lecturum,

& dicit Diaconus.

In pace Dominum postulemus:

Pontifex.

Pontifex.

Qui benedicis benedicentes te, Domine, & sanctificas confidentes in te, salua populum tuum & benedic hereditatem tuam. Plenitudinem Ecclesie tue custodi, sanctifica diligentes decorem domus tue, glorifica glorificantes te diuina virtute tua, & non derelinquas nos sperantes in te, pacem

A mundo tuo da, Ecclesijs tuis, Sacerdotibus, Imperatori nostro, & omni Populo tuo: quia tu es Deus noster, & tibi gloriam offerimus, patri, & filio & spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum.

Et respondent ministri. Amen.

Et pergunt in sacrarium, tollere vestimenta sua.

NOBILITATE, ERVDITIONE,  
PRVDENTIA PRÆCLARISSIMO  
ATQVE  
AMPLISSIMO VIRO DOMINO  
AVGERIO ABVSBECK,  
EQVITI AVRATO,  
CONSILIARIO CÆSARÆ MAIESTATIS,  
ET EIVSDEM QVATVOR FILIORVM IVNIORVM  
AVSTRIÆ ARCHIDVCVM GVBERNATORI SVMMO,  
ANDREAS MASIVS, S. P. D.



**M** nuper Mosen Bar-Cepha de Paradiso, quem ex Syro Latinum feceram, constituissem ad Plantinum meum, industrum sanè & diligentem typographum dare, mi Augeri animo meo carissime, atque ea occasione capsam Syrarum literarum meam euoluerem, obtulit se Anaphora Diui Basilij Casareæ Cappadociae Episcopi (is enim existat Syrici libelli titulus) quam ante annos complurimos crebro hortatu summi viri Iulij Pflug Pontificis Numburgensis ex peruetusto exemplari, quod Syrica lingua & caractere scriptum ab Syro homine precio fueram nactus, traduxeram in Latinum sermonem. Eam igitur Anaphoram, vt illi vocabulo Graeco appellant, hoc est, Missam, à me tratatam, vt ad Syricum suum exemplar nunc corrigere, atque vnà ad bibliopolam mitterem, me in primis induxit, quod meam illam rudem & eius viri monitu, imo flagitatione, qui & auctoritate apud me valebat plurimum, depererat translationem ad multos lectores pridem emanasse meminissim. Deinde etiam vel eo magis id mihi faciendum putabam, quòd eos ritus, quos iam olim vniversa Graecia Basilio attribuit, Syricae quoque testimonio, illi diuino

planè viro vindicarem, praesertim hoc saeculo, quo plerique stulti mortales nihil sacrum, nihil sanctum ducere non verentur, praeter ea quae sibi fingunt ipsi somnia. Equidem & vt mihi certè videor, magnis de causis sic existimo, qui hunc colendi Dei ritum, in quo admirabilis atque maxima mysterium per procedentes mirifico ordine θεητικῆς προσευχῆς, ἐν ἁγίοις, καὶ ἐν ἁγίοις, teste Augustino, tractatur, inde ab ipsis Apostolorum temporibus in Ecclesia vsurpatum negant, eos antiquitatis aut summa turpissimam, inscientia, aut impio odio laborare, sed hoc hastenus. Atqui, inquires, non pauca lego in illa Basilio Graeca λεξιλογικῆς, quae tu de tua Syrica non expressisti. Fateor equidem, prolixiorum esse Graecam, quippe is fuit perpetuo hominum in religione sensus, vt intra praescriptas à Patribus ceremonias quantumuis sanctissimas, sese continere pauci potuerint, vnde cum temporis tractu ad illas pro vario Antisistum pietatis affectu alia atque alia addita, multa etiam mutata videre est, & quod est longè maius malum, non pauca etiam superstitiones esse enatas, quae in re mihi fuisse videntur Syri tanto Graecis, Latinisq; temperantiores, quanto minus diu in tranquillo, ne dicam luxurioso, apud illos Christiana res statu est versata. Sed enim mihi dubium nullum fit, quin ab eodem vno auctore profecta sint & Graeca illa, & haec Syrica Liturgia, siue Anaphora, quum hac vniversa penè Syria, vt à Basilio tradita, iam olim sacrificans vratur. Sed tantum de Basilio Anaphora, siue Liturgia dictum modo esto. Reperi in super in illa mea capsula professiones fidei Christianae duas, quibus duo homines Syri capita suae quisque religionis professi sunt Romae ante hos non multos annos, quorum alter fuit Patriarcha Antiocheni legatus, alter populi Nestoriani Patriarcha designatus. Ad haec duas epistolas gentis Nestorianorum ad Pontificem Romanum scriptas. Quae omnia ego ex ipsis Syricis autographis, quorum antigrapha apud me habeo, feceram Latina, cum illis temporibus Romae cuiusdam Principis essem legatus, atque per ocium alterum illum, qui ab Antiochia venerat, vtrum sanè peritissimum priuatim audirem in Syricis rebus doctorem, alterum verò hominem, vt videbatur, integritatis atque innocentiæ singularis, & aliqui peregrinum lubenter mea, quae potui, opella iuuarem, cum praeter me, quòd sine omni arrogancia dico, tum Romae appareret nemo, qui quas hic à suis popularibus attulerat Syricas literas legere, nedum Latine interpretari quiret. Eas itaque & professiones, & epistolas, cum paucarum sint paginarum, atque ipse quoque ad declarandam quadantenus sanctissimam Catholicam Ecclesiae consensionem facere videantur, simul cum illa Basilio Anaphora ad librarium dare modo visum mihi est. Tibi verò, mi Augeri, ista dicauit, quia olim omnibus mutuis inter nos officijs amanter certamus, postquam meo, vt soles ingenue predicare, consilio, crescere plurimum dignitate cepisti. Et simul vt tibi in memoriam reuocarem id, quod aliquando abs te per epistolam flagitasti, quando Constantinopoli apud Turcarum Imperatorem Augustissimi Caesaris Ferdinandi legatum summo & splendore, & gratia agebas: tu verò quia paulo post ea legatione desungerbaris, praestare tunc non potuisti, hoc est, vt si qua daretur ratione, Syrorum scriptorum praecleara aliqua ad nos monumenta procurares, qui post illud tuum munus publicum hanc curam habebas maximam, vt Graecorum librorum tibi parares vndiquaque copiam, quam sanè insignem conquisuisti etiam, atque inde ad nos euexisti. Sed vt de illo ab Nestorianis designato Patriarcha tibi pauca, situ opinor non iniucunda, & quaedam etiam ad intelligendas illas epistolas non inutilia explicem, qui per Syriam, Persiamq; & reliquas Orientis provincias passim habitant homines Christianae religionis praeter Graecos & Armenos, quatuor fere istis appellationibus hoc saeculo distinguuntur, vt alij Nestoriani, alij Iacobitae, quidam Maronitae, nonnulli etiam Aegophiti, siue Cophiti vocentur. Iacobitae ab Euthyce & Diocoro profecti horum hereses maxima ex parte nunc abdicasse videntur, nisi quòd errorem illum de vnica in Christo natura nimio pertinacius quam oportuit adhuc sectati sunt. Hi passim quidem per Orientem suas habent ecclesias, sed non admodum frequentes. Maronitae Romani pontificis doctrinam planè obseruant, sed fere non latius quam se mons Libanus porrigit; habitant: extra eos enim sine paucas reperias Maronitarum ecclesias.

August.  
epist. 59.

Iacobitae

Maronitae

Aegophiti

Ægypti.  
Nestoriani.

Ægypti vero (sic enim scripsi eos vocant, quos Coptos nos dicere solemus) magis ad Ægyptum vergunt, unde nomen habent, & ad Habeshinos atque Æthiopas. At Nestoriani & Latæ, & magno numero per vniuersum Orientem suos sacros catus habent, vsque ed vt in vna Seleucia Parthorum ad Tigrim, qua hodie Mozal est, is. templa celebrent, reliquis tribus Iacobitarum religioni dicatis: sunt enim omnino in ea vna vrbe templi Christianorum hominum 18. Caterum an famosissimi illius Nestorij impia doctrina profus hi iam alieni sint, haud satis adhuc compertum habeo. Equidem cum bene magnum volumen solemnium præcationum, quibus ipsi plerumque ad Deum virantur, legendo decurrissem, nihil inueni quod probæ opinionis in nostræ religionis virum iure offenderet, nisi quod illud suspiciebam, diuam virginem nusquam θεοτόκος, sed parentem vita & lucis pro eo titulo vocari. Nihil etiã, dum sæpe multumq; per familiare colloquium in eam rem inquirerem, odorari quivi. Igitur Nestoriani, vt ad id quod proposui, veniam, cum eam a maioribus suis traditam sibi consuetudinem iam olim obseruent, vt vita sancto Patriarcha suo, qui plerumque Mozal, hoc est, Seleucia ad Tigrim habitat, alium designare quidem ipsos sibi, sed designatum non nisi adhibitis quatuor, aut vt minimum tribus Metropolitanis sua professionis & sectæ initiare posse putent, vsque adeo vt si Metropolitanorum numerus ille tum expletus inter Nestorianos non sit, ab solo Romano Pontifice, tanquam principis Apostolorum successore, consecrari illum debere statuant. Anno autem post Christum natum c. d. l. c. l. i. euenisset, vt mortuo ipsorum Patriarcha, atque alio Sulaca, siue Siud nomine electo, ne vnus quidem esset Metropolitanus reliquus, propterea quod desunctus ille improba ambitione amplificandi suam ipsius familiam & genus, nullum iam diu nouum creauisset (est enim solius Patriarchæ Metropolitanum consecrare eum quem sibi, vt dixi, Patriarcham designarant Sulacam; cum literis Romam ablegauerant, viris circiter lxx. comitatum ad Ierusalem vsque, & inde tribus Romam. Sed horum vnus via longioris incommodis est exstinctus: vnus item morbo impeditus atque retentus: tertius verò Caleph nomine, vir nobili loco in insula quadam Tigris, quam illi sue lingua vocabulo Gezerta, hoc est, insulam ܩܗܪܬܐ vocant, natus, Romam cum Sulaca saluus peruenit, atque cum eodem tandem initiato est domum remisit. Sæpe autem audiui ego cum duo isti memorarent, in tabularijs populis sui scriptum exflare inter recentissima suorum gentium erga Pontificem Romanum obligationis atque obsequij exempla ante annos plus minus trecentos pari casu Romam amandatum venisse Nestorianum alium, nomine Maraum, qui etiam ipse ab illius temporis Pontifice fuerit sacro illo munere imbutus, atque Patriarchæ gentis sue factus: neque dubitare populum Nestorianum, quin eius rei memoria maneat etiam in Rom. Pontificum ἀρχαίοις conseruata. Sed postulat hic locus, mi Augeri, vt huc addam, ne quid desiderare possis, quos ritus in eligendo Patriarcha isto esse obseruatos, mihi homines illi sæpe narrare solebant, cum magno me talium rerum cognoscendarum desiderio teneri intelligerent. Aiebant enim, populum Nestorianum & sacri & profani ordinis iam pridem agrè ferentem summum illud Patriarchatus (vt sic dicam) sacerdotium, in eadem vna familia per centum prope iam annos quasi hereditarium retineri; verentemq; ne eius Patriarchæ, qui tum recens obierat, fratris filius, artibus quibusdam improbis nisus, patrii sui successor euaderet: mox audita illius morte concurrisse tumultuario in illam, quam modò dixi, Tigris insulam, quæ c. x. circiter passuum millibus supra Mozal posita decem fere millia passuum suo ambitu continet, muris vindique cincta, & à paucis alijs quam Christianis hominibus habitata, atque ibi subitarijs consilij de nouo sibi Patriarcha secundum canones veteres designando deliberasse. Et iam tum plerisque omnes in Sulacani animis inclinasse, deinde vero rursus ad præstitutum diem alium conuenisse in Mozal, vrbe tantum spatio amplissimam, tum mercaturis frequentissimam, quam Parthorum Seleuciam esse, & Nestoriani quoque Patriarchæ domicilium, paullo ante dixi; sitam haud procul à celeberrima quondam vrbe Ninive, sed intra Mesopotamiam. Hinc inquam conuenisse qui tum in Syria, Assyria, & Persia superstitès erant, eius sectæ episcopos tres, quorum vnus Arbele, Darij clade nobilis ciuitatis, alter Salmastis, tertius Ador-beigani antistites erant. Sunt autem Salmastum, & Ador-beiganum Persiæ vrbes, diuerim circiter octo iterere ab Ninive posita versus orientem. Et præter illos etiam alios sacerdotes, canobitaq; multos, tum ex singulis quoque ciuitatibus Latè vicinis ternos quaternosq; primates, qui suorum ciuium auctoritatem voluntatemq; representarent, & publicis literis testarentur. Exempli causa, ex Bagdat, hoc est, Balybonia, ex Carcha haud procul à Ninive disita vrbe in Assyria, ex illa quam nuper dixi, insula Tigris, siue Geserta, ex Tauris, amoenissima Parfarum Regis sede, quam Ecbaranam Iudite historia nobilitatam esse ventur multi, ex Nisibi, que Mygdonie Antiochia veteribus fuisse videtur, posita ad annem Saocorum, nunc Hormiz vulgò nominatum, & mirifica fertilitate vicinos agros, quos crebro ex monte Masio inundans perluit, imbuentem. Insuper ex Merdino, que Marde Ptolemao est, & ex Emed, Ammeam idem vocat, que due vrbes exstant in Mesopotamia ad montem, quem illi homines Torad-Coros, hoc est, montem Cyri appellant. Denique ex Hasan-Cepha, quod est, si Latine dicas, forti petra, vrbe munitissima scilicet, & foro rerum omnium generis venalium florentissima, & supra prædictam Tigris insulam rupi asperæ imposita. Atque vt semel finiam, ex reliquis omnibus circumquaquæ vicinis locis, in quibus quidem Nestorianorum hominum conuolutus sunt. Ibi porò cum illorum episcoporum vnus coram vniuerso cætu sacris esset operatus, atque Euangeliorum librum, sanctæque crucis imaginem, quo solo per trita, vrbe munitissima scilicet, & foro rerum omnium generis venalium florentissima, & supra prædictam Tigris insulam rupi asperæ imposita. Atque vt semel finiam, ex reliquis omnibus circumquaquæ vicinis locis, in quibus quidem Nestorianorum hominum conuolutus sunt. Ibi porò cum illorum episcoporum vnus coram vniuerso cætu sacris esset operatus, atque Euangeliorum librum, sanctæque crucis imaginem, quo solo per

Insula Tigris disita  
Gezerta  
vulgo.  
Mozal siue  
Seleucia  
Parthorū.  
Arbela vrbs  
Salmastium  
vrbs.  
Ador-beiganum  
vrbs.  
Bagdat Balybonia.  
Carcha  
vrbs.  
Tauri, siue  
Ecbarana.  
Nisibi.  
Hormiz fluminis.  
Saocoras, siue  
Merdinum, siue Marde.  
Emed, siue  
Ammea.  
Torad-Coros  
mons.  
Hasan-Cepha vrbs.  
Rabban-Hormizd.  
Alcus  
Monumentum Nabii propheta.

## ANAPHORA

## DIVI BASILII

EPISCOPI CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ,

EX VETVSTISSIMO CODICE SYRICA LINGVA,

ET CHARACTERE SCRIPTO,

Traducta per ANDREAM MASIVM.

PRECATIO ANTE PACEM.



ETERNE Deus, qui in principio homines creasti ad immortalitatem: mortē porrō per invidiam diaboli ingressam in mundum, per salutarem aduentum vnigeniti filij tui Domini Dei & redemptoris nostri Iesu Christi destruxisti, viribusque cassam reddidisti, & cælesti pace terram impleuisti: tu, inquam, quem exercitus etiam Angelorum celebrabant, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, atque inter homines bona voluntas; reple ô suauissime Deus corda nostra bona voluntate tua pacis conciliatrice, expurgans nos omni labe & dolo, omnique simultatis pertinacia, quæ mortem inuitat; ac dignare nos mutuum nobis inter nos precari pacem cum osculo sancto, & diuino: vt expertes omnis culpæ fiamus participes donorum tuorū cælestium, & immortalium, per Christum Iesum Dominum nostrum, per quem, & cum quo tibi debetur gloria, honor, & potestas, vnā cum sanctissimo tuo Spiritu [bono, adorando, vitam largiente, atque tibi in substantia æquali, nunc, & semper, & in secula seculorum.] *Populus.* Amen. *Sacerdos.* Pax [ & tranquillitas omnibus vobis. ] *Populus.* Et Spiritui tuo. *Diaconus.* Demus pacem [alter alteri cum osculo sancto, & diuino, ac caritate Domini nostri Iesu Christi.] *Populus.* Dignare nos [ Domine Deus noster. ] *Diaconus.* Ante [sumptionem mysteriorum factorum quæ offeruntur, capita nostra coram Domino misericorde inclinemus.] *Populus.* Coram te Domine [Deus noster.] *Sacerdos.* Domine Deus noster tu qui de abundantia gratiæ tuæ in omnia extendisti, nobis plus quàm petimus, tribuis, & benignius quàm intelligimus, nobiscum agis: extende Domine manum tuam non aspectabilem, & benedic seruis, & ancillis tuis, mundatoque ipsos ab omni macula carnis, & spiritus, atque dignate eos fieri participes corporis vnigeniti filij tui, quo cum puritate & sanctimonia supplices preces tibi offeramus, & vnigenito filio tuo Domino nostro Iesu Christo, atque Spiritui tuo sanctissimo [bono, adorando, vitam largiente, tibi que in substantia æquali, nunc & semper, & in secula seculorum.] *Populus.* Amen.

## Precatio super velaminē.

SACERDOS. Domine, qui ab Angelis & Archangelis extolleris à Seraphim sanctis pronuntiatis, super Cherubim sedes, atque ab his simul omnibus, nullo interposito silentio, vocibus diuino sermone informatis gloriose laudaris, & à nobis etiam terræ incolis sacerdotali functione coli vis; non quod nostro opus cultu habeas: sed vt nos sanctitatis tuæ reddas participes: sustine nos Domine ad altare tuum sanctum accedentes, neque propter labem peccati, qua ego noxius homo commaculatus sum, despicias seruos tuos, qui coram te consistunt. Tu enim, vt qui ipse fictor es, cognitum exploratumque habes figmentum nostri,

quod non iustificetur coram te vllus ex muliere natus. Sed tu dignos effcito nos qui puro corde stemus corā te, tibi que ministremus, atque offeramus sacrificium hoc reuerendum & incruentum ad abolenda delicta nostra, & pro piaculo populi tui, eorumque peccatorū, quæ ille per inscitiam admisit, ac pro tranquilla requie eorum, qui antehac occubuerunt, cum spem haberent in vnigenito filio tuo. Cum quo tibi debetur gloria, honor, & potestas, ac simul sanctissimo tuo Spiritui [bono, adorando, vitam largienti, tibi que in substantia æquali, nunc & semper, & in secula seculorum.] *Populus.* Amen. *Diaconus.* Stemus decenter, [stemus reuerenter, intentique simus dum hæc Anaphora cum pace peragitur.] *Populus.* Misericordiam & pacem [ac sacrificium, & gratiarum actionem.] *Sacerdos.* Charitas Dei Patris [ & gratia Domini Iesu Christi, ac communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. ] *Populus.* & cum Spiritu tuo. *Sacerdos.* Surfum sint mentes. *Populus.* Sunt ad Dominum. *Sacerdos.* Gratiās agamus Domino reuerenter. *Populus.* Dignum & iustum est. *Sacerdos inclinatus.* Domine Deus omnipotens adorande, æquum certè & iustum est, conuenitque maiestati sanctitatis tuæ, vt te laudemus, te celebremus, tibi gratias agamus, tuam gloriam prædicemus: tibi vero Deo offeramus corde contrito, & spiritu humili fructus spirituales, sacrificium laudis, cultum \* rationabilem: quia tu is es qui donasti nobis cognitionem veritatis tuæ. Sed quis valeat eloqui potentiam tuam? aut celebrare omnes laudes tuas? vel enarrare mirabilia opera tua, qui rerum omnium obtines imperium, qui que cæli & terræ, omnisque creaturæ & aspectabilis, & non aspectabilis es Dominus: qui sedes super solium maiestatis tuæ, atque intueris abyssum: principio carens non visu, non sensu alio, non vllō denique modo comprehensibilis: qui es Pater Domini nostri Iesu Christi magni Dei, redemptoris & Domini nostri, qui est imago bonitatis tuæ, & forma æquali sigillum, quo te repræsentat; verbum viuum; Deus verus; sapientia quæ fuit ante secula, vita, sanctitas, virtus, ac lumen verum, quod reuelauit nobis spiritum illum bonum & sanctum, spiritum veritatis, & adoptionis piorum; spiritum principalem, arrabonem futuræ hereditatis; primitias bonorum æternorum, virtutem vitæ effectricem; fontem sanctitatis, ex quo omnis creatura, quæ ratione prædita est, & quæ intellectu pollens corpore vacat, sanctificata atque illuminata tibi laudem prædicationemque perpetuam gloriæ offert. *Hic suscitit vocem Sacerdos.* Te adorant Angeli, & Archangeli; te laudant throni, & dominationes; te prædicant principatus, & potestates; te celebrant virtutes, & exercitus cælestes; coram te consistunt duo animalia veneranda cingentia sanctum solium maiestatis tuæ; quæ plures habent facies, pluresque oculos, ac fenas alas singula, Seraphim, & Cherubim, binis alis obregentia facies suas, ne intueantur non aspectabilem thesaurum diuinitatis tuæ; binis item pedes suos, ne adurantur ab æstu reuerentiæ tuæ, à cuius minimi ardoris, exiguæque scintillulæ vehementia confunduntur omnes creaturæ tum quæ sola mente intelliguntur, tum quæ sensu percipiuntur. Demum binis voluntia acclamant inuicem nunquam cessantibus oribus;

Quæ hæc signis [ ] inclusi, ea vti notissima non habebatur in exemplari Syrico, sed sic addenda esse, rescripti mihi meo doctor Syrus Moses Maronensis.

\* Rectè etiam veritas, cultus verbalis, hoc est, qui verbis fit.

oribus, & diuinæ prædicationis vocibus perpetuis laudem victoriæ redemptionis nostræ concinentia, vociferantiaq; ac dicentia. *Populus.* Sanctus, Sanctus, Sanctus [Dominus Deus Sabaoth, plena sunt cælum & terra gloria tua, &c.] *sacerdos inclinatus.* Sanctus enim verè es, neque vlla est mensura magnificentiæ sanctitatis tuæ; & benignus es in omnibus operibus tuis. Nam cum iustitia, & certo veroque iudicio induxisti omnia super nos. Condideras enim hominem sumpto de terra puluere, honoratumque eum tua imagine posueras in Paradiso deliciarum, vitæ promissa immortalitate, si quidem tuum obseruaret mandatum. Verum quando tibi Deo conditori suo non obtemperauit, subiectus est fallaciæ serpentis, mortuusque per tua ipsius delicta. Tu verò in exilium quidem misisti æquissimis iudicij tuis extra Paradisum deliciarum in hunc mundum, atque ad eam ipsam terram denuo redire coegisti eum, ex qua desumptus fuerat: sed ita ut destinaret ipsi salutem per eam regenerationem, quæ est in ipso Christo tuo. Neque enim dissoluisti prorsus figmentum tuum quod feceras, ò bone: nec sustinuisti ut ad consummatam intentionem redigeres opus tuum; sed visitasti ipsum per benigna misericordiarum tuarum viscera; placuitque tibi ut per denuo nascendi rationem reduceres nos ad eam vitam, quam amiseramus, variisque oberrantes vijs quæsiuisti nos, & varijs modis nos reuocasti. Exhibuisti viros iustos sæculis pristinis, qui nobis ad cognoscendas veritates tuas viam monstrarunt; misisti prophetas prænuncios futuræ salutis nostræ: operatus es miracula, atque potentiam exercuisti per sanctos tuos, nimirum testificans de ipsis quod essent dispensatores thesauri tui. Legem in subsidiū dedisti; Angelos custodes constituisti. Denique ubi venisset plenitudo temporum, locutus es nobis per ipsum Filium tuum, per quem feceras etiam mundum, qui cum sit splendor gloriæ tuæ, & expressa imago tui ipsius, adducatque vniuersa verbo potestatis suæ, neuiquam rapinam existimauit hoc ipsum, quod esset æqualis Deo: sed Deus ipse æternus, super terram visus est, & cum hominibus est conuersatus. qui cum in forma Dei esset, inaniuit se ipse forma serui sumpta, incarnatusque de Spiritu sancto, & ex sancta semperque virgine Maria conformis exitit humili corpori nostro, ut conformes redderet nos imagini & gloriæ suæ. Quia enim per hominem peccatum intrauerat in mundum, & per peccatum mors, voluit vnigenitus tuus, ille qui est in sinu tuo Patris, cum esset factus ex muliere, & esset sub lege, damnare peccatum in carne, quod nos, qui per Adamum mortui eramus, viuere per Christum. Cùmque ætatem ageret in hoc mundo, instruit nos præceptis salutaribus, remouitque ab idolorum cultu, atque deduxit in cognitionem tui, Dei veri, & Patris, comparansque nos sibi in populum, populum peculiarem, regnum sacrum, cætum selectum, atque mundans nos aquis, & sanctificans nos per Spiritum, dedit ipse se precium illius mortis, in cuius manu detinebamur, cum venundati essemus per peccatum. Porro postquam descendisset de cruce ad inferos, ut expleret ipse omnia, surrexit tertia die, fecitque viam vniuersæ carni ex mortuis resurgendi. Quia nefas erat, ut is qui erat principium vitæ, retineretur per corruptionem, factus est ille, qui erat primitiæ dormientium, primogenitus mortuorum, quod esset ipse primarius in omnibus. Ut autem ascēdit in cælum, confedit ad dexteram maiestatis in excelsis: is qui etiam vëturus est tributum vnicuique homini secundum opera eius. Reliquit verò nobis memoriam passionis suæ salutaris ea quæ proposuimus, secundum ipsius mandatum. *Et hic sacerdos extollit vocem suam.* Cùm enim esset exiturus ad crucem suam voluntariam ac salutarem, in ea nocte qua tradebatur pro vita & redemptione mundi, accepto pane in sanctas, incontaminatas, puras, & illibatas manus suas, gratias egit: benedixit: sanctificauit: fregit, & dedit discipulis suis, & Apostolis sanctis dicens: Accipite, comedite de ipso. Hoc est corpus meum, quod pro vobis & pro multis frangitur, & diuiditur in expiationem culparum, remissionemque peccatorum, ac in vitam sempiternam. *Populus.* Amen. *Sacerdos.* Similiter autem & calicem vini nati è vite, & postquam cœnauerunt, accepit, miscuitque aquis, gratias egit, benedixit, sanctificauit, ac gustauit, & diuisit discipulis suis, & Apo-

stolis sanctis, dicens: Accipite, bibite ex eo vos omnes; iste est sanguis meus ille noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur, & spargitur in expiationem culparum, & remissionem peccatorum, atque in vitam æternam. *Populus.* Amen. *Sacerdos.* Quotiescunque enim hoc facitis, mortem meam annunciat, ac memoriam sepulturæ, resurrectionisque meæ celebratis, donec ego venero. *Populus.* Mortem tuam Domine [annunciamus, atque resurrectionem profite mur, & aduentum tuum secundum expectamus; misericordiæ tuæ sint super nos omnes.] *Sacerdos.* Recolentes igitur etiam nos aduentum tuum Domine in carne, & mortem tuam, sepulturamque tuam, atque resurrectionem tuam à mortuis, quæ tertio die contigit, & ascensum tuum in cælum, ac sessionem tuam ad dexteram Dei Patris: præterea aduentum tuum secundum formidabilem & maiestatis plenum, in quo iudicaturus es orbem terræ cū iustitia, & populos cum æquitate: Supplices, ò Domine, tibi sumus, qui solus fuisti expiatio mundi, & es precium quod satis sit ad opponendum peccatis nostris: quia tuum solius est remittere peccata super terram, utpote Dei, in cuius potestate omnia sunt, ne in die illa, qua iudicaturus es orbem terræ per iustitiam, intres in iudicium eum seruis tuis, aut negligas hæreditatem tuam abalienatam à gratia sancti tui Spiritus, ut ne extortis fiat regno tuo cælesti. Propitius esto nobis & misericors in illa hora pronuntiandæ sententiæ, neque destituas nos ut fiamus hæredes tenebrarum penitus, omnis lucis expertium. Nequaquam alienemur Domine à peculo tuo, neque pronuncies aduersum nos illam sententiã; ite maledicti, possidete ignem sempiternum, ne abdicet nos, neque dicas nobis, Non noui vos: Neque torqueamur in inferno cū ijs qui non crediderunt, sed irratauerunt gratiam tuam. Verum recordatus misericordiæ & benignitatis tuæ propter quas te ipsum etiam tradidisti pro nobis, redime nos ò Domine à damnatione illa ærumnosa, libera nos à tormētis illis terribilibus, asserere nos à verme illo putrido & amaro, exime nos ab illo flumine ignis horrendo. Per hoc enim cognoscitur imperuestigabilis thesaurum placibilitatis tuæ, quod nostri misereare, qui bonorum seruorum non obtinemus stationem. *Populus* enim tuus, & hæreditas tua supplex tibi est, ac per te, & vnà tecum etiam Patri tuo dicēs. *Populus.* Miserere nostri [Domine Deus, Pater omnipotēs.] *Sacerdos.* Et nos miseri [peccatores consecuti gratiam tuam, gratias agimus tibi de omnibus, & pro omnibus.] *Populus.* Te laudamus: tibi benedicimus: te adoramus, obsecramusque Domine Deus, ut parcas nobis, miserearisque nostri. ] *Diaconus.* Quam veneranda est hora [ista, & hoc tempus, dilectissimi, cū Spiritus viuus & sanctus è supremis cælorum sedibus descendit, atque incubat, manetque super hanc Eucharistiam propositam; eamque consecrat! tacite igitur, & reuerenter orate.] *Sacerdos inclinatus. inuocatio sancti Spiritus.* Propterea Domine & nos miseri, & peregrini, atque inutiles serui tui, quos dignatus es administrare esse sanctorum mysteriorum, passionumque Christi tui, non quidem propter iustitiam nostram: nihil enim boni egimus super terram, sed per misericordiam & clementiam tuam, quas affatim effudisti super nos. Cum fiducia iam accedimus, ut contingamus altare tuum sanctum. Et qui proposuimus typum corporis & sanguinis Christi tui, adoramus, ac supplices rogamus te per bonitatis tuæ benignitatem, veniat sanctus tuus Spiritus super nos, & super hæc quæ proposuimus dona, ac sanctificet ipsa. *Sublat. a. que voce.* Domine exaudi me. *Populus.* Kyrie eleison. *Sacerdos.* Et \* efficiat panem istam corpus gloriosum Domini Dei nostri Iesu Christi, corpus cæleste, corpus vite efficiens, corpus pretiosum in expiationem culparum, & remissionem peccatorum, vitamque æternam ijs qui accipiunt. *Populus.* Amen. *Sacerdos.* Et calicem hunc, sanguinem preciosum Domini Dei regnantis super omnia Iesu Christi, sanguinem redimentem, sanguinem vitæ efficientem, sanguinem expiantem, qui effusus est pro redemptione & vita mūdi, in expiationem culparum, & remissionem peccatorum, vitamque æternam ijs qui accipiunt. *Populus.* Amen. *Sacerdos.* Nos autē qui de vno pane vitæ, & calice redemptionis accipimus, quo inter nos adunemur, dignare communicatione Spiritus sancti, neque nostrum quisquam in condemnatione sui edat aut

\* Legitur etiam, Efficitur, potest autem hoc verbū etiam interpretari, ostendit, sive exhibet



bibat propter multitudinem peccatorum nostrorum, sed misericordiam consequamur in die iustæ atque æquæ tuæ retributionis per gratiam, misericordiam, ac amorem vniuersi filij tui erga humanum genus, per quem, & cum quo tibi debetur laus, gloria, & potestas, cum sanctissimo tuo Spiritu [ bono, adorando, vitam largiente, atque tibi in substantia æquali nunc, & semper, & in sæcula sæculorum ] *Populus.* Amen. *Sacerdos inclinatus.* Sancte Sanctorum Domine Deus virtutum, offerimus tibi sacrificium hoc reuerendum, & incruentum pro Ecclesiis sanctis, quæ à finibus terræ vsque ad fines eius existunt. Memento etiam Deus huius nostræ Ecclesiæ, eorumque qui in Ecclesiis seruiunt, Patrum bonæ memoriæ, & Patriarchæ nostri, Domini N. atque reliquorum omnium orthodoxorum Episcoporum, prudentiamque & fortitudinem cuiuslibet illorum tribuito, vt recte pascant gregem tuum sacrum. Memento etiam Presbyterorum orthodoxorum, Diaconorumque, qui vbiuis siue mortui, siue superstites sunt, & dato ipsis vt inculpate seruiant ad aram sanctam. In virginitate, atque solitudine durantium memento Deus, ac miseræ etiam meæ, parceque mihi peccatori, inutilique seruo tuo, cui gratiam benignitatemque viscerum tuorum exhibuisti, ac me, etsi indignum, redime pro multitudine miserationum tuarum, vt te semper laudem per omnem vitam meam. Libera me ab omnibus qui oderunt me, & conuertantur inimici mei retrorsum. Aperi oculos mentis meæ, vt irradiet illustretque me lumen ad cognoscenda ea sensa, quæ tibi Deo congruunt. Memento Deus etiam populi sperantis in misericordiis tuis, ac domos eorum in pace conseruato. Herbarum quoque & terræ frugum memineris Deus, datoque nobis pluuia tempestiuas, ac benedictione tua prosequitor coronam anni benignissima, imperatoque terræ vt det fructus suos: quia oculi omnium abs te pendent. *Hic sustollit vocem.* Atque erue nos fortissime Domine à fame, lue, terræ motu, incendio, submersione, atque à persecutore; insurgentibusque aduersus nos inimicis aspectabilibus, & non aspectabilibus, qui ratione cernuntur, & qui sensu percipiuntur, à gladio malo, & ab omni manu populorum alienigenarum, ab hominibus improbis, & fraudulentis, atque à loquentibus peruersa. Et pacem tuam, quæ omnem intellectus captum excedit, donato nobis, imbitoque corda nostra benignitate, & probitate, ac dignare nos consistere coram te, tibi viuere, tibi placere omnibus diebus vitæ nostræ per gratiam, misericordiam, atque amorem vniuersi filij tui erga humanum genus, per quem, & cum quo tibi debetur laus, honor, & potestas, cum sanctissimo tuo Spiritu [ bono, adorando, &c. ] *Populus.* Amen. *Sacerdos inclinatus.* Memento etiam Domine eorum, qui vna nobiscum adstantes orant, & eorum qui hinc procul absunt. Eorum quoque qui has oblationes attulerunt tibi. Tum etiam eorum, quorum nos ex præcepto meminisse debemus. Insuper eorum, qui in Ecclesiis tuis fructuosi sunt, pauperum non oblit. Et eorum qui elemosynis, vestituque aliis subueniunt. Horum, inquam, & simul eorum, qui cupuerunt quidem, sed non valuerunt offerre. Et omnino vniuersiusque memineris pro animi sui proposito, & eorum quos modo commemorauimus. *Et hic extollit vocem suam.* Retribue Domine illis quorum meminimus coram te, & quorum non meminimus, pro terrenis cælestia, pro corruptibilibus incorruptibilia, pro temporariis æterna, & hæredes facito vt sint vitæ æterna. Viduis patrocinare per amorem tuum erga genus humanum. Pupillis esto pater, captiuos redime, ægrotos maleque habentes sano. Cum nauigantibus nauigato, facientibus iter comes esto. Denique eos qui in montibus, aut speluncis, vel fodinis, subterraneisque locis durant propter sanctum nomen tuum confirmato, atque adiutato dextera tua, qui in exilio, aut carcere sunt, liberato, errantes disperfosque colligito, congregatoque omnes in ouile tuum, vt sit vnum ouile, & pastor vnus, tibi que laudem attribuas, & gratias agamus, ac simul vniuersi Filio tuo, & sanctissimo tuo Spiritui [ bono, adorando, vitam largienti, tibi que, &c. ] *Populus.* Amen. *Sacerdos inclinatus.* Memor esto Domine Regum nostrorum laudabilis memoriæ, ac coronato eos spe bonæ voluntatis, & galea

A salutis, conseruatoque ipsos in fide sana, atque subigito ipsos sub iugum regni tui, & populos barbaros, reipublicæque Christianæ maleolos ipsi mancipato. *Et sustollit vocem.* Nobis autem Domine concedito habitationem tranquillam, & quietam, atque humilitatem perfectam. Tu enim es adiutor, præstasque victoriam omnibus qui nomine tuo magno militant, tuaque causa sumptis armis, stipendia merent in bello. Esto itaque Domine auxilio iis, qui pro populo tuo redempto bella gerunt, & victoriam ipsis largire, imo tu ipse aduersus eos dimicato qui illos odio habent. Nos autem Domine ab omnibus periculis, angustiis, necessitatibus assere, cui laudem, & gratiarum actionem offerimus, & simul vniuersi Filio tuo, sanctissimoque tuo Spiritui [ bono, adorando, vitam largienti, &c. ] *Populus.* Amen. *Sacerdos inclinatus.* Quia porro tu in vitam simul & mortem habes imperium, dignare nos eorum etiam meminisse, qui inde à sæculo placuerunt tibi, Patrum, & Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Ioannis Baptistæ, Stephani primi martyris, & sanctæ Dei genitricis, ac omnium denique sanctorum. *Et sublata voce.* Et si ad loca gloriosa, omnique materiæ expertia, & quæ extra omnem comparationem sunt, receperis in cætum sanctorum tuorum Domine, facito vt simus illorum cōsertes in Ecclesiâ primogenitorum, & bone. Cumque misericordiam tuam laudabilissimam, & amorem tuum erga genus humanum imitantes, assiduas preces, atque obsecrationes pro nobis tibi offerant, eoque memoriam illorum celebremus, vt quando nobis ipsi parum fidimus, memoria, & legatione illorum protecti, per eos audeamus ad te accedere, atque tremendo hoc, & reuerendo sacro munere defungi: esto expiator præuarcationum nostrarum tum propter sanctas preces illorum, tum propter sanctum nomen tuum, quod inuocatum est super nos. Quia Sanctus ipse es, & in Sanctis acquiescis. Tibi itaque laudem, & gratiarum actionem tribuimus, simulque vniuersi Filio tuo, & sanctissimo tuo Spiritui [ bono, &c. ] *Populus.* Amen. *Sacerdos inclinatus.* Memento etiam Domine eorum qui decesserunt, migraruntque ex hac vita, & Episcoporum orthodoxorum, qui inde à Petro & Iacobo Apostolis ad hunc vsque diem rectum fidei verbum clare sunt professi, & nominati Ignatij, Dionysij, Iulij, ac reliquorum diuorum laudabilis memoriæ. *Et sublata voce.* Memento Domine eorum quoque qui vsque ad sanguinem pro religione steterunt, & gregem tuum sacrum per iustitiam, & sanctitatem pauperunt in locis vberum pascuorum, & ad aquas amenas, hoc est, per diuinam doctrinam, ac per obsecrationes, supplicesque preces suas. Membra Ecclesiæ remota congregato in vnâ professionem, & religionem Apostolicam, vt pares omnium sint voces, & pares laudes, sicque comparato omnium nostrum voluntatem mentemque, vt simus sectatores fidei & professionis illorum. Quia benignus & summe misericors es, tibi que congruit laus, honor, & potestas, simulque vniuersi Filio tuo, & sanctissimo tuo Spiritui [ bono, adorando, vitam largienti, ac tibi in substantia æquali nunc, & semper, & in secula seculorum ]. *Populus.* Amen. *Sacerdos inclinatus.* Memento etiam Domine Patrum, fratrumque nostrorum, qui obierunt in vera fide, presbyterorum, diaconorum, hypodiaconorum, lectorum, cœnobarum in cœlibatu perpetuo viuentium, laicorum, quorum omnium tu numerum solus nosti, potissimum vero qui iam nominantur. *Et sublata voce.* Conditor corporum & animarum Domine, memento ad aram tuam cælestem eorum omnium qui decesserunt de hoc mundo ærumoso, recreatoque eos in tabernaculo tuo omnis decoris pleno. Traicito eos trans mansiones cruciatu horrendas, atque in tabernaculis luculentissimis collocato ipsos. Erue ipsos ex tenebris & caligine, atque ex tribulatione doloreque eripe, appaareatque ipsis vultus tuus pacificus, neque intres cum ipsis in iudicium, aut acrem quæstionem habeas de acta vita. Sed siue verbo, siue opera peccauerint, vt pote homines carne induti, remittito, aboletoque errores ipsorum. Nostri vero qui in viuis superstites sumus, tu conuersus miserere. Ecce enim quotidie ad iracundiam concitamus te fœdis & detestabilibus viuendi modis: quoniam vnus solus est qui non peccauit,

& qui à culpa liberat, Dominus noster, & seruator noster Iesus Christus, per quem nos quoque omnes speramus nos consecuturos misericordiam & remissionem peccatorum. \* Quapropter etiam nobis & illis. *Populus.* Ignosce, remitte. *Sacerdos.* Ignosce, remitte, condona Deus delicta illorum, quæ voluntarij, aut non voluntarij, scientes, vel ignorantes, et ipsa, aut solis cogitationibus patrauerunt, occulta & manifesta, quorum recordantur, & quorum obliui sunt, quæ omnia nouit nomen tuum sanctum. *Et sublata voce.* Sanctissime Deus memento etiam eorum, quorum memoriam hodie celebramus, omnesque illos veteres admite inter-nuncios & conciliatores pro animis omnium nostrum, dignareque nos esse consortes, & coheredes ipsorum. Atque omnium nostrum memor esto per benignitatem tuam: nos uisitato cum multitudine misericordiarum tuarum, appareasque nobis cum clementia tua, atque tales nos per efficientiam probitatis tuæ efficit, quales esse conuenit. Aboleas dissidia Ecclesiarum tuarum, insolentiam gentium, atque hæreticorum stationes dissipa. Nos denique uniuersos recipito in regnum tuum, & filios lucis effice, quæ omnes vno animo quasi ab ore vno, atque vno corde collaudemus nomen tuum magnum, & in-clytum, & simul Iesu Christi, & Spiritus tui sancti nunc, [ & semper, & in secula seculorum. ] *Populus.* Sicut erat, [ & est permanens in generatione generationum, & in seculo futuro. ] *Sacerdos.* Pax vobis. *Populus.* Et cum Spiritu tuo. *Sacerdos.* Sit misericordia [ magni Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. ] *Populus.* Et cum Spiritu tuo. *Sacerdos.* \* *frangit, & signat.* *Diaconus, proclamat Catholicam.* *Sacerdos.* *Oratio Dominica. Pater noster.* \* Benedictus es Domine, qui cælum terramque imple gloria tua, quique nos modo dignatus es vsurpare memoriam testamenti tui sancti, perficereque sacrificium hoc reuerendum, & incruentum. Tu itaque Deus noster, qui sanctificas sacramenta ista, purgato nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus, docetoque nos perficere quod sanctum est in timore tui, vt cum testimonio sincero conscientiarum nostrarum facti participes sanctificationum tuarum vniamur corpori & sanguini Christi tui, aptique simus, vt ipse habitet in nobis secundum promissionem ipsius, sicutque corda nostra pro hospitalitio illi bono spiritui. Ita Deus noster, ne facias quemquam nostrum reum corporis & sanguinis Christi Filij tui, neque ægrum animo, aut corpore, propterea quod indigni participemus sacrosancta mysteria: quin potius concede nobis, vt vsque ad extremum nostrum spiritum placeamus tibi, habeamurque digni sumere salutaria sacramenta Domini & redemptoris nostri Iesu Christi, neque indigni corpore sancto, & sanguini piaculari, sed idonei qui ea accipiamus, quo per ipsa corroborati, mundati, & perfecti possimus digne obsecrare te per precationem illam, quam nos docuit vnigenitus Filius tuus, corde puro clamantes, & dicentes, Pater noster, qui es in cælis. *Populus.* Sanctificetur nomen tuum, &c. *Sacerdos ait.* Domine Deus & seruator noster, ne inducas nos in tentationes difficiles, aut necessitates amaras, ne inducas nos in laqueos aduersarij, hostiumque animarum nostrarum, neque destituas nos vt incidamus in manus aspectabilium grassatorum, & qui vitam nostram lædere cupiant: sed libera nos ab omnibus tentationibus occultis, & manifestis cunctis diebus vitæ nostræ, atque exime nos omnibus malis, quæ propter iniquitatem nostram incurrunt in nos: quia tuum est regnum, & vnigeniti Filij tui, ac sanctissimi tui Spiritus [ boni, adorandi, vitam largientis, & tibi in substantia equalis, nunc & semper, & in secula seculorum. ] *Populus.* Amen. *Sacerdos.* Pax omnibus vobis. *Populus.* Et cum Spiritu tuo. *Diaconus.* Domino capita nostra (inclinemus.) *Populus.* Coram te (Domine Deus noster.) *Sacerdos dicit.* Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis, qui concessisti nobis vt reuerenter obseruaremus præcepta tua, & modo etiam dignos dixisti nos qui te aspiceremus, atque coram maiestate tua supplices nostras preces offerremus, conuersus ad nos mitte nobis benedictiones abs te defluentes, & circumda nos muro misericordiarum per sollicitam curam, amoremque vnigeniti Filij tui erga humanum genus, præstaque, vt sine noxa reddamur participes mysteriorum illius

salutarium, & vitæ efficientium, per gratiam, misericordiam, & charitatem vnigeniti Filij tui erga humanum genus. Cum quo tibi debetur laus, gloria, & adoratio, simulque sanctissimo tuo Spiritui (bono, adorando, &c.) *Populus.* Amen. *Sacerdos.* Pax (omnibus vobis.) *Populus.* Et Spiritui tuo. *Sacerdos.* Sit gratia Trinitatis (cum omnibus vobis.) *Populus.* Et cum Spiritu tuo. *Diaconus.* Reuerenter contempler-mur. *Sacerdos.* Sancta sanctis. *Populus.* Vnus Pater sanctus, (vnus Filius sanctus, vnus Spiritus vitæ efficiens sanctus: gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, qui vnus sunt in se-cula.) *Sacerdos.* Vnus Pater sanctus nobiscum. *Diaconus.* Stemus decenter omnes, (stemus reuerenter, intenti simus dum hæc anaphora in pace peragitur.) *Populus.* Gratias agimus tibi (Deus noster) *Sacerdos.* Exaltamus te Deum Patrem omnipotentem, & misericordem, laudamusque te conditorum vniversi atque adoramus te abundantem misericordia & gratia: quia miserus es nostri, & expiasti, deluisti que peccata nostra, ac dignatus es nos sumptione sanctorum, vitaliumque sacramentorum tuorum, in quæ etiam Angeli ipsi desiderant prospicere. Cedat igitur nobis ipsorum suauitas in piaculum, participatioque in remissionem peccatorum, quæ antehac à nobis admissa sunt, atque in medicinam eorum in quibus adhuc versamur, denique in effugium præsidiumque aduersus ea quæ posthac à nobis committi possent, & in gaudium, atque exultationem apud sanctos, qui inde à seculo placuerunt tibi: quia tuum est regnum, tibi que debetur laus, & vnigenito Filio tuo, vna cum sanctissimo tuo Spiritu (bono, adorando, &c.) *Populus.* Amen. *Sacerdos.* Pax (omnibus vobis.) *Populus.* Et Spiritui tuo. *Diaconus.* Post (sumptionem sanctorum sacramentorum quæ exhibita sunt, coram Domino misericordem capita nostra inclinemus.) *Populus.* Coram te Domine (Deus noster.) *Sacerdos.* Tibi Deo capiti viuorum, & Domino mortuorum offerimus supplices preces nostras, & coram te inclinamus capita nostra nos serui tui, & grex tuus rationalis, sperantes nos uisitato iri à tua gratia, in qua omnis subsidij copia est posita. Benignus igitur esto Domine, & demitte super nos donum quod abs te est, misericordiarumque tuas diuites, ac elue, expurgatoque nos omni macula, sordibusque peccati carnis, & spiritus, imbuere nos benedictione benignitatis tuæ, confirmans nos certa spe promissionum tuarum, atque in cultu obseruationeque legum tuarum salutarium effice nos sollicitos & reuerentes: inuictos vero contra \* copias aduersarias, damnosaque tentationes, atque omnes iniquitates peccati à nobis summo, vt adoremus, profiteamur, & laudemus te Domine, Patremque tuum, & Spiritum tuum sanctissimum (bonum, adorandum, vitam largientem, & tibi in substantia æqualem, nunc & semper, & in secula seculorum.) *Populus.* Amen. *Diaconus.* Benedic Domine. *Sacerdos.* Benedic omnibus nobis.

Finis Anaphoræ D. BASILII.

*Precatio Diui BASILII, qua solet operatus sacris uti apud Deum, translata ex Syrico per eundem Andream Masium Bruxellanum.*

**L**audetur essentia, quæ omnibus essentiis sublimior est, agantur gratiæ bonitati, quæ omnem excellit bonitatem, & quæ omnia dona perfecta largitur. Adoretur diuina trinitas, quæ & ipsa sanctitas est, & omnis sanctitatis domina, cuius radii illustrant omnes illæ copia, quæ sola ratione intelliguntur, & in cuius gloria celebranda sacræ illæ mentes prima sua religiosa, & quæ sola mente cernitur, functione occupantur: quæ perficit religiosos, quæ exornat sacerdotes, quæ sacris initiis ordinibus, quæ diuina dispensat dona, atque in tribus diuina maiestatis Ecclesiis ternis sanctificationibus sancta trinitas pronuntiat, & in hac etiam nostra terrena Ecclesia ab archipresbyteris, presbyteris, &

\* Quapropter etiam, G. nescio an hic non desideretur aliquid, coriè Syricum non plus habet.

\* Hic sacerdos defrastram sacra hostie particulam demittit in sanguinem Christi in calicem ac deinde patellam cum corpore Christi sufficit, & veluti ostendit populo interm dæconus alta voce clamas Catholica (nam sic etiam Syri loquuntur) excusat populum ad communionem. Catero qui Syri non eleuāt nudum corpus Christi, vt Romani. Hac mihi rescriptis meus præceptor Syrus Mose Mar-denus. \* Hac est præfatio ad orationem dominicam. Hic vniversa Ecclesia recitat orationem Dominicam, qua absoluitur, pergit sacerdos Domine Deus, &c.

\* Vel vires.

ris, & diaconis suis exaltatur, celebraturque: denique quæ in Patre non genito, Filio genito, & Sancto Spiritu procedente creditur, atque adoratur ab omnibus copiis, & quæ intelligentia sola, & quæ sensu percipiuntur, ratione præditis, & rationis expertibus, cui debetur laus & gloria in hoc tempore.

*Hactenus proœmium. Sequitur precatio tenor.*

SACERDOS magne, & religiosorum Domine Christe Deus noster, qui teipsum obtulisti genitori tuo hostiam piacularem, placastique per sacrificium, quod ipsius eras, Patrem tuum humanitati nostræ offensum, & supernaque cum infernis consociasti, ac pacem nobis omnibus per proprium tuum sanguinem donasti. Tu rerum omnium Domine sustine quæso per misericordiam expiationemque tuam, infirmitatem meam, qui nunc coram te confiso. Neque Domine ob respectum fœditatis animæ meæ expertem reddas populum tuum sanctificationis Spiritus tui sancti, aut propter conscientiam meam impuram Domine illum iam negligas, vel non exaudias. Ne obsecro detesteris Domine victimas eorum qui tuum nomen profiterentur, ob iniqua facinora quæ patrarunt manus meæ. Ne obsecro Domine respexeris me impurissimum peccatorem, meae causa iratus

A sis populo tuo. Ne memineris Domine turpiū sermonum, quos ex meo ore protuli, vt non exaudias preces meas, quæ abs te misericordiam gratiamque flagitant pro Ecclesia tua, quæ modo coram te conuenit. Sed inclina Domine aurem tuam, atque audi petitionem meam. Parce prauitati meæ, elue maculas peccatorum meorum, exterge sordes cordis mei, emunda mentem meam omni putredine delictorum. Constitue Domine custodiam ori meo, & animo meo, ne loquantur labra mea verba nugatoria, scurrilia, aut derisionis, detractionis plena. Ne occuper cogitationibus turpibus & impuris, quæ aut vigilantis, aut dormienti mihi obrepant. Contine mentem meam in metu iudicij tui formidabilis, quod in tuo aduentu secundo exercebis, in quo mortales omnes examinandi sunt, neque operam det vanarum rerum recordationis, aut improbo studio teneatur: sed concede mihi Domine, vt mundus, purusque animo & corpore efflagitem atque consequar cum mihi ipsi, tum vniuerso gregi tuo, qui pure nunc coram te congregatus est, misericordiam atque clementiam, pro cunctis autem gratiis beneficiisque tuis, quæ nobis exhibita sunt, laudem & gloriam offerimus tibi, & Patri tuo, qui te misit nobis redemptorem, sanctoque tuo Spiritui nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

S. P. NOSTRI BASILII  
CÆSARÆÆ CAPPADOCIÆ  
ARCHIEPISCOPI,

*Proœmium Expositionis in Esaiam Prophetam,*

ERASMO INTERPRETE.

Qui tamen temerè in dubium reuocat hanc BASILII Expositionem in Esaiam, sed refellit eum Godef. Tilmannus, Carthusianus, ex Simeone Logotheta, in Orationibus Basilianis, ex Anton. Melissa, & Maximo, pag. 640. Paris. edit.



PTATE \* ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Aduertendum est Deum non fecisse hyemem aut sabbatum reprehensibile, cum scriptum sit, Estatem & ver, tu finxisti ea. Verum in hyeme sumus, quoties carnis affectus imperium obtinent in nobis. Itaque sic intelligendum est dictum illud Euangelicum, ne nobis tum incidat fuga, cum deteriora in nobis dominantur, aut cum per inertiã vitam nostram traducimus. Nam id nobis significat per sabbatum, vt benedictionem illam consequamur. Beatus seruus ille, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem. Etsote prudentes sicut serpentes; forsitan ob id, quod prudenter ac sapienter abstergat senectutem. Etenim vbi iam pellem exuere parat, in locum angustum, qui que vndique corpus obstringat, immittit seipsam, atque ad eum modum transmittens sese, senectam exiit. Forsan igitur & nos vult hic sermo per arctam & asperam viam ingredientes, exuere veterem hominem, ac nouum induere, vt nostra quoque velut aquila iuuenta renouetur. Magna quidem atque adeo prima dos, quæque animam summe purgatam requirat, di-

\* Προέο  
χέει  
Matth. 24.  
Orate prop-  
rius conue-  
nis loco  
preseni.  
Psal. 73. 17.  
Matth. 24.  
20.  
Mat. 24.  
Mat. 10.  
Psal. 102.

uini afflatus esse capacem ad prophetandum mysteria Dei. Proxima vero secunda illam vt ipsa quidem mediocrem aut vulgarem curam desiderans audire, quid sibi velit ea que dicuntur a spiritu, vti ne perperam coniectes sententiam verborum, sed recta ad illam ducaris via, duce spiritu, quo auctore scripta est prophetia. Et gubernatur intellectus eorum, qui cognitionis donum acceperunt. Vnde & Dominus addidit dicens: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Præterea propheta quoque Iob: Quis sapiens, inquit, & intelliget hæc? intelligens & cognosceret ea? Et Apostolus eo loco quo de charismatibus loquitur, quoddam esse donum ait prophetiam: quoddam discretionē spirituum. Nam qui sese dignum exhibet instrumentum, per quod spiritus operetur, is propheta est. Porro qui vim eorum que denunciantur prudenter percipit, is donum habet discernendorum spirituum. Quapropter & Corinthiis præscribens: Prophetæ, inquit, duo tresve loquantur, ac reliqui diiudicent. Est autem donum hoc adeo magnum, vt Domini comminetur sese ablatum è Iudæa Prophetam, & coniectorem, & admirandum consultorem, & auditorem intelligentem. Nobis vero precandum, vt accipiamus sapientia ac scientia, neque non doctrina donum, vt omnia simul in principali animi parte concurrentia, imprimant formam omnis veritatis, quæ prophetia continetur. Est autem huius quidem vti sermone scientia, vt contempletur arcana spiritus. Huius autem sermone sapientia, ad appatanda, & excolenda ea, quæ inuolute ac paucis sunt prolata. Siquidem sapientia proprium est producere sermonem. Ait enim: Produxi sermonem & non attendit. Præterea doctrina donum, ad edificationem audientium. Itaque necesse est vt qui sit prophetaturus, huius animus ante sit idoneus redditus, sedatis affectuum, qui in nobis sunt, commotionibus, vti verbum illud quod est in omnibus, magis compositos diligens animos, in quibus nec exiguus affectuum motus dissonat cum ratione, iuxta portionem præcedentis apertitudinis, diuini spiritus inducat efficaciam. Neque vero solum requiritur affectuum sedatio ad digne suscipiendum spiritum, verum etiam moderatus fidei habitus vtilitasque, tum huius qui gratiam accipit, tum illorum qui in tempore audiunt, aut eorum etiam, ad quos in posterum prophetie vtilitas sit peruentura. Datur enim, inquit, vnicuique manifestatio spiritus ad vtilitatem, ac rursus iuxta portionem fidei. Itaque supra naturæ humane vires est, pronuntiare rationem modumque diuersæ operationis, quæ a spiritu diuino accidit in his qui merentur. Iuxta quam huic prophetia committitur, & id quidem ad certum modum, alius accipit dona sanationum, atque ea rursus ad certam mensuram. Alius operationes virtutum, maiorum aut minorum. Quando solus ista nouit is, qui cuiusque dignitatem penitus intruetur, & inuisibilibus iustitiæ mensuris diuidit vnicuique iuxta dignitatem. Quemadmodum prophetarunt puræ ac pellucida anime, veluti specula facta diuine operationis. Imaginem integram & inconfusam, nullaque ex parte turbatam carnis affectibus, representabant. Nam omnibus quidem adest sanctus spiritus. Verum in iis, qui puri sunt affectibus peculiarem vim ostendit. Ceterum qui gubernatricem anime partem confusam habent peccati sordibus, his non adest. Oportet autem præter puritatem, & recti status equalitatem exhibere. Neque enim qui inæqualiter est affectus temperantia, purus est, sed qui carnis prudentiam subiecit spiritui. Quemadmodum enim vultuum imagines non in qualibet materia redduntur, sed in iis duntaxat que laetorem & pellucenciam quamdam habent: Ita non in quibuslibet mentibus operatio spiritus, sed iis qua nihil habent obliquum, nihil obtortum. Candida quidem nix, verum ima-

Mat. 13.  
1. Cor. 12.  
1. Cor. 14.  
Isai. 3.  
Isai. 63.  
1. Cor. 14.  
Collatione/ elegari con- firmas.  
ginens

ginem intuentem non reddit, propterea quod in equalis est, & concreta spuma constans. Lac album, at non exhibet imagines, eo quod exigue quapiam sint bullule. Contra, aqua, tamen si nigra specie, tamen representat ob leuorem. Ita videlicet, vite inaequalitas nequaquam idonea est ad recipiendam diuinam operationem. Ergo cum anima, omni virtutis studio dedita vehementi in Deum amore, perpetuo Dei memoriam sibi impressam seruat, atque hac re primum apparat sese, vt Deum habeat velut inhabitantem, ex vehementissima in Deum intentione & arcano amore, numine afflata, digna Prophetia dono redditur, Deo diuinam virtutem impartiente, animique oculos aperiente, ad intelligendas, quas velit, speculationes. Quapropter & Propheta, a fronte videntes vocabantur, propterea quod futura, perinde quasi praesentia fuissent, prospicerent. Sed magis inducimur ad intelligendum propheticum afflatum ex visis, quae in somnis accidunt. Quemadmodum enim visis, principali animi parti impressis, vrbes aut regiones variae magnitudinis ac pulchritudinis, aut animalia supra naturam videre incipimus, aut etiam verborum aliquorum memoriam, quae auribus hausta sint, obtinemus: Cumque tam multa, tamque noua spectemus in nobis & audiamus, haud iam vere corporeo sensu videmus, neque audimus. Itidem & diuinorum ac beatorum virorum mens, aliquando reuera, aliquando per somnium impressis imaginibus, diuinis sermonibus ac visis impletur, cum neque per oculos imagines eorum quae videntur reuocant, neque per aures, aeris ictum, a vocis edendo instrumentis profectum acciperit. Neque enim sublimis ille thronus, & eleuatus, aliquid erat foris subsistens. Neque rursus in eo sedens, quem videbat Esaias, nec humana specie. Is qui apud Ezechielem describitur, electrinus est ab ilibus sursum. Igneus autem ab ilibus deorsum. Sed horum intellectus, maiore quadam virtute in eorum contemplatione gerebatur, spiritu diuinam naturam per enigmata representante. Vident autem Prophetae non futura solum, verum etiam quae in rebus praesentibus sunt absdita. Quemadmodum ait Paulus: Si vero propheteris, ingrediatur autem aliquis infidelis, ad indoctus, occulta cordis illius manifesta fiunt. Atque quemadmodum Heliseus: Nonne cor meum ambulabat tecum, cum reuerteretur vir cum curru suo tibi obuiam? Est autem & illud Prophetiae genus, cum aliquid per somnium praesentur, quemadmodum Ioseph in Aegypto, & Daniel in Babylone reuelatio facta est. At quomodo igitur Pharaos, & Nabuchodonosor, futura praesentur? Nemp de mundanarum rerum statu oportebat Dominos prauidere, vti his fides haberetur. At quomodo Balaam propheta & Caiphaz: Nimirum quod hi quoque habebant, quibus imperabant: hic quidem tanquam sacerdotum princeps; ille vero tanquam vates. Neque enim hic puritas animi fuit in causa, neque mentis pellucencia Deum contemplantis, atque inde virtutem haurientis; sed dispensatiue illis contingit sermo, non pro merito, sed pro temporis opportunitate. Quares autem, an quae sunt apud Esaiam & Ezechielem visiones, sint per huiusmodi phantasias conspectae, an potius mysticus sermo, spiritus per enigmata diuinitatis proprietates nobis significantis. Porro sunt qui dicant, eos extra se raptos prophetae, & humana mente a spiritu absorpta. Verum id abhorret a professione diuinae praesentiae, vt anentem reddat, qui a numine corripitur: cumque plenus diuinorum decretorum esse ceperit, tum a propria quoque mente excidat, & qui aliis ex sese praebeat vtilitatem, ipse ex propriis sermonibus nihil capiat vtilitatis. In summa, qui consentaneum est, vt quis ex sapientiae spiritu, similis in sano reddatur? Vtque intelligentia spiritus coherentiam excludat. Quin potius, neque lumen cecitatem parit, verum videndum a natura insitam expergefacit: neque spiritus tenebras inducit animis, sed ad contemplationem rerum intelligibilium, mentem a peccati maculis puram excigit. Non dissimile veri est, improbam demonum vim natura humane insidiantem, confundere mentem. Verum si quis dicat, spiritus diuini praesentiam idem hoc efficere, hic impie dixerit. Ad haec, si sapientes sunt sancti, qui fit, vt non responderint congruerintque eis quae prophetantes edebant? Sapiens enim, inquit, intelligit quae ab ore proprio proficiuntur. In labiis autem portat intelligentiam. Porro si, quoniam Isaac in ingressu filij sui extra se raptus fuit, & quoniam Dauid dixit, in excessu suo, ob id fingunt sanctos extra se rapti, intelligent, admirationem ac stuporem appellatum esse raptum. Quod genus est illud. Obstupuit caelum, & horruit terra. Porro illud in confesso sit, oportet, si qua inciderint, quae cum diuina natura pugnant, quantum ad verba pertinet, non ea sentire Scripturam, semotis communibus hominum cogitationibus ac sensibus. Quemadmodum illud communiter receptum est, vt diuinam naturam, bonam, mirasabilem, ac iustam esse confiteamur. Quare si Scriptura Deum irasci, aut penitere, aut aliquid praeter dignitatem agere dixerit, quid sibi velint verba querendum est, ac solcite cogitandum, quomodo in verum sensum restitui possimus. Non autem oportebit veras de Deo opiniones subuertere. Atque eum ad modum citra offensam in Scripturis versabimur, dum & ex iis, quae facile percipi possunt, adiuuabimur, & ab iis quae sunt intellectu difficiliora, non offendemur. Quod si quis illud diuinae Scripturae vitio vertat, quod non doceat, neque impariat, ea quae prodesse possint, is perpendat vniuersam rerum mortalium ordinationem, non solum in spiritualibus, verum etiam in inferioribus, atque in communis vite negociis, consideretque eam vim, quae gubernat vniuersa, mutis animantibus facilem ad vitam etiam, occasionem tribuisse, alimentum vitro praesens, operimentum sponte agnatum, e pilis aut testis indumentis: hominem autem solum, nudum producens, rationem omnium illorum vice dedit, per quam artes repperit, quibus illa sibi suppedit, puta, Architectura, textoria, agricultura, araria, fabrica, animo rationis copia supplente, quod deerat corporibus. Quemadmodum igitur in his opifex nosfer haudquaquam inuidens nobis, vitae commoditates non passus est eodem modo nasci quo bruta, sed rerum necessarium inopiam, data opera, addidit nobis. Velut ingenij exercitamentum: itidem & in Scripturis, studio voluit esse obscuritatem, ad vtilitatem mentis humane, suam ipsius indicans virtutem atque efficaciam. Primum quidem, vt his occupata, a deterioribus auocetur. Deinde, quod quae laborare parata sunt, ea, nescio quo pacto, magis amantur, quaeque longo tempore contingunt, constantius permanant. Porro quae facile parantur, his non perinde auidae fuimur. Negligitur enim rerum obuiarum copia, neque vlla custodia dignas ducit, qui possidet. Quapropter & somniorum obscura & inuoluta est ratio, ita vt non mediocrem desideret animi intentionem habentque infomniorum enigmatum plurimum affinitatis cum iis, quae in Scriptura sub inuolucro significantur. Vnde & Ioseph, & Daniel, per Prophetiae donum somnia dignoscant, quandoquidem ipsa per se cogitationis vis, non satis valet ad veri vestigationem. Denique accedit hoc quod vitae quoque puritas requiritur, vt ad moralis virtutis exercitacionem pertineat, quod in Scripturis obuolutum est, diiudicare. Requiritur autem praeter vitae puritatem, assidua in Scripturis exercitacio, vt Maestas, atque arcanum diuinorum verborum perpetua meditatione animo imprimatur. Ceterum ad diuinorum verborum exercitacionem, totam vitam impendi oportere Moyse vita demonstrat, qui quidem primis quadraginta annis Aegyptii disciplinam institutus est. Alteris autem annis quadraginta, hoc praetextu, tanquam pasturus oves in solitudines secessit, ibique contemplationi rerum operam dedit. Atque ita deinceps post quadraginta annos Dei visione dignus habitus, inuitus per Dei in homines studium, ad hominum curam reuocatus est. Quoniam ne tum quidem assidue in negotiali vita perseuerauit, verum subinde ad contemplatiuam reuertebatur. Vnde & ad Aegyptiacum idolorum cultum vniuersa inducta est multitudo, vir o illo sancto in monte cum Deo colloquente. Huiusmodi fuit & Helias, humanorum negotiorum tumultum fugiens, & in desertis versari gaudens. Quare si sancti cum omni principali anime partis tranquillitate, ad vestigandum veritatem elaborarunt, an non absurdum est, innumerabilium laborum fructus, nullo negotio velle acquirere? Etenim Heliam obserua, post quantos secessus, quantam quietem, quantos sudores, promeruit videre Deum. Argumentum huius libri patet, atque ex ipso libro percipitur. Quoniam Propheta iis temporibus vivebat, quibus exuperabant vitia magnitudinem malorum, quae illos manerent, exponit ac diuinae irae causam proponit, vt eos prouocet ad penitentiam. Exorditur autem primum ab iis sermonibus, qui ad Iudaeam pertinebant. Quandoquidem iuxta Petri dictum, tempus erat, vt inciperet iudicium a domo Dei. Nam natura domesticis maxime succensemus, quando in nos peccauerint, & in Ezechiele, Dominus proponens punire qui deliquerant: A sanctis, inquit, meis incipite. Eoque ab loco Deo delecto cepit, atque ea ciuitate, in qua templum erat, denuncians quae impenderent, deinde de Babylone, postea de tribu Moabitica, deinde de Damasco; quinto loco, de Aegypto, deinde de deserto, deinde de Iudaea, deinde de valle Sion, deinde de Tyro, deinde de quadraginta annis. Sub hoc sequuntur ea, quae acciderunt anno decimoquarto Ezechiae regis, post quae prophetiae sunt, absque villo titulo, praenuntiantes mala Hierusalem, & Iudaeae. Tum de iis, quae in dispersione essent euentura, deque illorum reditu, postea quam expleta esset vindicta. Praeterea quae Christo acciderunt, sparsim in vniuersa Prophetia interiecta. Atque vnumquodque horum, & iuxta historiam dicitur, & mysticum sensum habet annexum.

\* Ante videntes, vel Prauidetes, Prophetiae cur Videntes dicti. Isaia 6. Ezech. 1. 4. & 8. 2.

1. Cor. 14. 4. Reg. 5.

† ἐπὶ κα- λυπτου- μένους. Confirmat ab antihe- tis.

Pro. 10. 13. Psal. 30. & 15.

8. Scripturae mos. Gen. 6. Exo. 4.

† ἄνευ αἰσθη- τῶν. Sallust. pro curio Inuergitibini belli.

Somnia.

Moyse eru- ditus. Act. 7. 2. 2.

1 Pet. 4. Ezech. 9.

381

S. P. NOSTRI BASILII  
CÆSARÆÆ CAPPADOCIÆ  
ARCHIEPISCOPI,

Enarratio in Esaiam Prophetam,

GODEFRIDO TILMANNO Carthusiæ Parisiensis  
Monacho, interprete.

VISIO PRIMA.

Esaiæ 1.



**V**ISIO quam vidit Esaias filius Amos, quam vidit aduersus Iudæam, & aduersus Hierusalem in diebus Ozia, & Ioatham, & Achaz, & Ezechie regum Iuda: Inter sensuum nostrorum organa, vnum illud eorum quæ sensui subiacent † euentissimam obtinet cognitionem & intelligentiam, nempe visus. Quæ enim formidabilia sunt, nequaquam possit quis auditu interno se perinde ac visu. Adde quod alia vis nulla persequè apprehendit quid potissimum expetere debeas, vt visio. Hinc factum, vt eorum quæ veritate nituntur, speculatio, visio appellata sit, ob euentiam ac ratam certitudinem. Eam ob rem vocabatur Propheta, Videns, simul & præuidens, aut à fronte videns. Læctione enim Amos ipsi didicimus dixisse Amasium: Videns vade, abito in terram Iuda, & illic prophetabis. Proinde Samuel in Regnorum libro dictus est ἐπιπροθεὶν ὄρων, ante Videns, vel Præuidens. Ait enim scriptura: Vocabatur Antecernens, vel Præuidens. Quod enim perspicaciter cerneat quid esset futurum, ob id appellabatur Præuidens, siue à fronte Videntes: Quia vero Dei sententiam decretumve obseruabant, nuncupati sunt Videntes. Porro nostra omnium interfuerit, nec parui, curare sedulo, vt mens consentaneis sibi exercitiis ad perfectionem instituta perspicaci luce circumfundatur. Sane Dei donum est, quum \* spiritus sanctus mentem nostram luce illustrat cognitionis ad intelligenda Dei mysteria. Sed & visione priore loco statuta, expositionem verborum subtexuit, vt perspicue doceret se nequaquam ea auditu percepisse, imo quia enuntiaret eam verborum sententiam menti suæ insculptam atque insertam. Vt enim animo conceptas meditationes aliis prodamus, vtique vsu est opus vocalis organi. Deus vero eorum qui se dignos reddiderunt, \* principem animæ facultatem apprehendens, sententiæ suæ sui que consilij cognitionem ipsis inferit, Patris nomen qua ex causa attexuit? vt ostenderet donum prophetalis gratiæ patri prærogatum ad se etiamnum velut per manus peruenisse. Quam vidit aduersus Iudæam. Iteratio hæc quid sibi vult? vt per id quidem quod priore statuit loco, vium communem exprimeret visionis: per id vero quod posteriore, quiddam peculiare designat, nimirum qua sit visio hæc, qualis & quo discrepet ab aliis. Itaque sunt sermones isti, quos Propheta vidit, spectabiles, hoc est mente cerni queunt: ad quam loquendi formulam dictum est in Exodo: quia omnis populus videbat vocem. Nec secus præfati sunt & alij Propheta, puta visio Abdia, hæc dicit Dominus Idumæa. Auditionem audiui à Domino, & munitionem emisit in gentes. In Naum quoque: \* Assumptio Nimia, liber visionis Naum Hel-Habacuc I. cesai. In Habacuc insuper, Assumptio † quam vidit Habacuc \* ἀληθεια, Propheta. Malachias quoque transmittens nomenclaturam visionis, assumptionem dixit, hunc in modum loquutus, Assumptio verbi Domini super Israël, in manu \* angeli eius. Namine assumptionis innuere voluisse videntur non à se esse sortitos vim prophetiæ gratiæ operatoriam, sed quia acceperint. Itaque assumptio eiusmodi tantidem est, ac si

† Pro ἐρεγγεστάτην, leg. ἐναργεστάτην.

Amos 7.

1. Reg. 9.

\* τὸ πνεῦμα.

\* Mentem scilicet.

Exod. 20.

Abdia 1.

Naum 1.

Habacuc I.

\* ἀληθεια.

vide Hieron.

חבקים

Malach. I.

\* Sive nuntij.

**A** dicas, donum hoc à Deo profectum. Porro quidem hilibros suos nomine visionis nuncupant: cæteri vero suos sermones profitentur se audisse à Deo. Ait enim ille, Verbum Domini quod factum est ad Osee filium Beer, in diebus Ozia, Ioatham, Achaz & Ezechie regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israël. Initium sermonis Domini ad Osee. In Amos vero: Verba Amos quæ facta sunt ei in \* Akkirim ex Thekne, que vidit in Hierusalem in diebus Ozia regis Iuda, & in diebus Hieroboam regis Israël, ante annos duos terre motus. Ordo istorum præ eo qui apud Esaiam conseruatur, præposterus est. Illic enim præstituitur visio, mox sermones subtextuntur. Audi celum. His sermonibus priore loco positus, visio ipsa subsequitur. Verba enim Amos, non item visio Amos: non quæ audiuit, sed quæ vidit. Proinde in Michæa: Et factus est sermo Domini ad Michæam Morashtiten in diebus Ioatham, Achaz & Ezechie regum Iuda, super his quæ vidit de Samaria & Hierusalem. Et: Sermo Domini, qui factus est ad Ioel filium Bathuel. Et: Factus est sermo Domini ad Ionam. Et: sermo Domini qui factus est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godolia, filij Annumoria, filij Ezechie, in diebus Iosie filij Amos Regis Iuda. Peculiari quadam ratione apud Aggæum & tempus designatur, & prophetici sermonis depromitur acceptio. Ait enim: In secundo anno Darij regis, mense sexto, vna mensis factus est sermo Domini in manu Aggæi Propheta. Dicitur hoc, In manu, meo quidem arbitrato, tantidem est, & æquipollet dictioni illi, quæ aliorum monumentis inscripta est, nempe ἀληθεια Assumptio. Quin & in Zacharia: Octauo mense anni secundi Darij, factus est sermo Domini ad Zachariam filium Barachia, filij Addo, prophetam in diebus Ozia & Ioatham & Achaz & Ezechie. Temporum obseruatio non mediocre adfert lætori operæ pretium. Per eam enim dignoscitur & elucescit, ante quantum temporis prædicta post quantum temporis euenerint. Et quia quum abundasset morbus, superabundauit & Dei prouidentia. Plurimi enim eodem propemodum tempore inter se concurrerunt. Osee in diebus Ozia, & in diebus Hieroboam. Michæas in diebus Ioatham & Achaz. Sophonias in diebus Iosie filij Amos. Reliquorum proinde nonnulli quidem minime adscriperunt suis prophetiis tempora. Alij autem Barbarorum regna obfignarunt, tanquam compertiora, quod ea tempestate latissime rerum potirentur, suumque fuissimè propagassent imperium. Aggæus, Zacharias, Abdias, Naum, Abbacuc, Ionas & Malachias mentionem temporum suppresserunt. Atqui plures patrum meminere. Et forte illi quidem acceptiores reddi eo potuerit, quod ex illustri genere maiorum prodiissent. Quo enim quisque est sanguine clarior, hoc apud plerisque omnes maiorem impetrat fidem. Contra, qui ex obscuro & ignobili prognati sunt, fere transmittuntur silentio. Amos tamen quem allecctum habemus in classem Prophetarum duodecim, non is est pater Esaiæ. Non enim eadem est vtriusque pronuntiatio, nec idem quod ab vtraque voce prodit, significatum. Illud enim denfioe spiritu pronuntiat: hoc \* magis tenui. Quin & significatum alteutrius differt ab altero. Nomen \* enim patris Esaiæ, iuxta linguæ proprietatem, subindicat: σφετέρω σιν, δὲ ναμαρον και ισχυρι, hoc est, firmamentum, virtutem & fortitudinem, \* Illius aut. m

Osee 1.

Amos 1. \* Lege Hieron. in Amos. pro qua Complutenfis habet ἀκκίριμ.

Michæa 1.

Ioel 1. Sophon. 1.

Aggæi 1.

Zacharia 1. Intellectus Prophe- tis temporis obseruatio necessaria.

Rom. 5.

Osee. Michæa.

**B** non quæ audiuit, sed quæ vidit. Proinde in Michæa: Et factus est sermo Domini ad Michæam Morashtiten in diebus Ioatham, Achaz & Ezechie regum Iuda, super his quæ vidit de Samaria & Hierusalem. Et: Sermo Domini, qui factus est ad Ioel filium Bathuel. Et: Factus est sermo Domini ad Ionam. Et: sermo Domini qui factus est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godolia, filij Annumoria, filij Ezechie, in diebus Iosie filij Amos Regis Iuda. Peculiari quadam ratione apud Aggæum & tempus designatur, & prophetici sermonis depromitur acceptio. Ait enim: In secundo anno Darij regis, mense sexto, vna mensis factus est sermo Domini in manu Aggæi Propheta. Dicitur hoc, In manu, meo quidem arbitrato, tantidem est, & æquipollet dictioni illi, quæ aliorum monumentis inscripta est, nempe ἀληθεια Assumptio. Quin & in Zacharia: Octauo mense anni secundi Darij, factus est sermo Domini ad Zachariam filium Barachia, filij Addo, prophetam in diebus Ozia & Ioatham & Achaz & Ezechie. Temporum obseruatio non mediocre adfert lætori operæ pretium. Per eam enim dignoscitur & elucescit, ante quantum temporis prædicta post quantum temporis euenerint. Et quia quum abundasset morbus, superabundauit & Dei prouidentia. Plurimi enim eodem propemodum tempore inter se concurrerunt. Osee in diebus Ozia, & in diebus Hieroboam. Michæas in diebus Ioatham & Achaz. Sophonias in diebus Iosie filij Amos. Reliquorum proinde nonnulli quidem minime adscriperunt suis prophetiis tempora. Alij autem Barbarorum regna obfignarunt, tanquam compertiora, quod ea tempestate latissime rerum potirentur, suumque fuissimè propagassent imperium. Aggæus, Zacharias, Abdias, Naum, Abbacuc, Ionas & Malachias mentionem temporum suppresserunt. Atqui plures patrum meminere. Et forte illi quidem acceptiores reddi eo potuerit, quod ex illustri genere maiorum prodiissent. Quo enim quisque est sanguine clarior, hoc apud plerisque omnes maiorem impetrat fidem. Contra, qui ex obscuro & ignobili prognati sunt, fere transmittuntur silentio. Amos tamen quem allecctum habemus in classem Prophetarum duodecim, non is est pater Esaiæ. Non enim eadem est vtriusque pronuntiatio, nec idem quod ab vtraque voce prodit, significatum. Illud enim denfioe spiritu pronuntiat: hoc \* magis tenui. Quin & significatum alteutrius differt ab altero. Nomen \* enim patris Esaiæ, iuxta linguæ proprietatem, subindicat: σφετέρω σιν, δὲ ναμαρον και ισχυρι, hoc est, firmamentum, virtutem & fortitudinem, \* Illius aut. m

**C** Domini in manu Aggæi Propheta. Dicitur hoc, In manu, meo quidem arbitrato, tantidem est, & æquipollet dictioni illi, quæ aliorum monumentis inscripta est, nempe ἀληθεια Assumptio. Quin & in Zacharia: Octauo mense anni secundi Darij, factus est sermo Domini ad Zachariam filium Barachia, filij Addo, prophetam in diebus Ozia & Ioatham & Achaz & Ezechie. Temporum obseruatio non mediocre adfert lætori operæ pretium. Per eam enim dignoscitur & elucescit, ante quantum temporis prædicta post quantum temporis euenerint. Et quia quum abundasset morbus, superabundauit & Dei prouidentia. Plurimi enim eodem propemodum tempore inter se concurrerunt. Osee in diebus Ozia, & in diebus Hieroboam. Michæas in diebus Ioatham & Achaz. Sophonias in diebus Iosie filij Amos. Reliquorum proinde nonnulli quidem minime adscriperunt suis prophetiis tempora. Alij autem Barbarorum regna obfignarunt, tanquam compertiora, quod ea tempestate latissime rerum potirentur, suumque fuissimè propagassent imperium. Aggæus, Zacharias, Abdias, Naum, Abbacuc, Ionas & Malachias mentionem temporum suppresserunt. Atqui plures patrum meminere. Et forte illi quidem acceptiores reddi eo potuerit, quod ex illustri genere maiorum prodiissent. Quo enim quisque est sanguine clarior, hoc apud plerisque omnes maiorem impetrat fidem. Contra, qui ex obscuro & ignobili prognati sunt, fere transmittuntur silentio. Amos tamen quem allecctum habemus in classem Prophetarum duodecim, non is est pater Esaiæ. Non enim eadem est vtriusque pronuntiatio, nec idem quod ab vtraque voce prodit, significatum. Illud enim denfioe spiritu pronuntiat: hoc \* magis tenui. Quin & significatum alteutrius differt ab altero. Nomen \* enim patris Esaiæ, iuxta linguæ proprietatem, subindicat: σφετέρω σιν, δὲ ναμαρον και ισχυρι, hoc est, firmamentum, virtutem & fortitudinem, \* Illius aut. m

**D** Alij autem Barbarorum regna obfignarunt, tanquam compertiora, quod ea tempestate latissime rerum potirentur, suumque fuissimè propagassent imperium. Aggæus, Zacharias, Abdias, Naum, Abbacuc, Ionas & Malachias mentionem temporum suppresserunt. Atqui plures patrum meminere. Et forte illi quidem acceptiores reddi eo potuerit, quod ex illustri genere maiorum prodiissent. Quo enim quisque est sanguine clarior, hoc apud plerisque omnes maiorem impetrat fidem. Contra, qui ex obscuro & ignobili prognati sunt, fere transmittuntur silentio. Amos tamen quem allecctum habemus in classem Prophetarum duodecim, non is est pater Esaiæ. Non enim eadem est vtriusque pronuntiatio, nec idem quod ab vtraque voce prodit, significatum. Illud enim denfioe spiritu pronuntiat: hoc \* magis tenui. Quin & significatum alteutrius differt ab altero. Nomen \* enim patris Esaiæ, iuxta linguæ proprietatem, subindicat: σφετέρω σιν, δὲ ναμαρον και ισχυρι, hoc est, firmamentum, virtutem & fortitudinem, \* Illius aut. m

**E** Prophe- tia Osee

Osee 1.  
De hoc Ozias habes 2.  
Par. 26.  
qui idem dicitur est Azarias.  
4. Reg. 15.  
\* ἐν τῇ πρῶ-  
τῆρᾳ,  
verius in posteriore.  
\* Pro Chalia lege Iechalia.  
Esaia 6.  
secundum LXX.  
Deut. 4.  
iuxta LXX.  
Deut. 3. secundum LXX.  
Deut. 13.  
\* γραμμα-  
τοεισαγα-  
γῆς.  
litterarum eruditiores.  
† μετανο-  
μῆς.  
† ἡ ψυχὴ ὀυρανία.  
\* Locis prudenter intelligendus.  
Gen. 2.

tia Osee videtur prior fuisse, quam quæ Esaia est: quod ab illo dictum sit, *Principium verbi Domini ad Osee*. Sciendum tamen, quia Ozias hic idem est qui & Azarias dictus est. In priore enim Paralipomenon libro, Ozias est dictus: in secundo autem Regnorum, Azarias. Patris tamen matrisque nomina compta sunt. Eius enim mater \* Chalia: pater autem Amasias. Prophetavit vero Esaia anno regni Oziae quinquagesimo secundo. Osee item & Amos. Sed quia principium verbi Domini ad Osee, videndum an forte hic primus prophetare sit exorsus, quandoquidem & Amos ante duos annos terræ motus, attendendum num ante visionem Esaia, in qua ait: *Et elevatum est superliminare. Audi Cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus loquutus est.* Quandoquidem prophetia hæc edita est tempore illius reprobæ generationis, nec in hominibus haberet Esaia qui se exhiberet attentum eius auditorum; ipsam cum cælo terraque diserte loquens, edidit. Est enim data lex iisdem testibus, dicente Moysè: *Contestor vobis hodie cælum & terram.* Rursus, *Attende cælum & audi terra verba ex ore meo.* Vtique quo tempore lex primum data est, conveniebat hosce assumptos testes in argumentum & probationem acciri ad coarguendam ipsius legis prævaricationem. Ait enim. *Advocate ad me tribuum vestrarum principes, seniores vestros: indices & magistros, ut loquar in auribus eorum, & contestor eis cælum & terram.* Observatum autem est, quia sermo hiead canticum collatus quiddam habet contrarium. Illic enim, *Attende cælum, aut iuxta alias editiones, Auribus percipe cælum, & audito terra.* Hic vero, *Audi cælum & auribus percipe terra.* Nam cum sublimia deprobat voce, nec semotius à Deo absit, cælum tanquam è vicino consistens in testem afficit, & ut hosce suos sermones inferat auribus, adhortatur. Hunc enim sensum indicat illud: *Auribus percipe.* Elongatus vero à cælestibus, cum cælo ipso tanquam longius existente conferit sermones, dicens: *Audi cælum.* De terra idem prorsus sentendum. Ob hoc & Moyses quidem quasi in vicino habens cælum, ad promotionem populi ait: *Attende cælum, siue auribus percipe, ut & alij habent interpretes.* Esaia autem populo in peccatis consistente & nisi terrena respiciente, quasi in propinquo consistentem terram iubet auribus excipere sermones. Hunc enim sensum indicat illud: *Auribus percipe, aut* † metonymice, ut cælum transsumimus pro incolis cæli, quemadmodum & civitatem pro his exponimus qui incolunt civitatem, & terram pro omnibus qui in ea versantur. Hoc eo dixerim, vt ne qui vestrum ſunt se hinc pertrahi in fraudem erroris, vt arbitrentur cælum ac terram animata esse. Hac enim ratione cælum prædicatur thronus esse siue sedes Dei, quod cælestes ille virtutes in se retineant stabiliter insidentem Dei cognitionem. Terra item scabellum pedum dicitur, quod homines in terra degentes vix tandem possint capere quæ vel extrema de Deo celebrantur. Secundum hoc dictum est, vir astutus, sedes est sensus: sedes autem ignominie, mulier odio habens quæ iusta sunt. Quemadmodum enim se habet sedes sensus qui sensatus est, cordatus ac prudens: ita & qui intellexit quæ suprema sunt enarrationis de Deo: *Quia Dominus loquutus est.* Neglectim transmittere nec velle audire sermones Domini, res est prorsus plena formidinis & expauescenda. *Filios genui & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* O Dei erga nos clementia! Cum istis expostulat Dominus ius allegans suum & causificans, vt vel luculentis argumentis conuictos plectat pro cuiusque merito: *Filios genui & exaltavi, Subsistit homo anima & corpore conditus.* Caro è terra: † anima cælestis. Quam igitur inter vtrunque congener quædam intercedat cognatio, ea coarguit peccatum quod in tanta familiaritate confederatis reprehenditur: *Filios genui, & exaltavi.* Generationis \* duæ sunt nobis species. Vna est qua conformamur Deo, quæ operibus perficitur & dogmatum susceptione, quemadmodum Paulus per Evangelium gignebat refigens eos qui fide exciderant & veluti parturigine laborans reformabat ad pietatem. Est autem & altera quædam, nempe introitus ad hanc vitam, vt est illud: *Hic liber generationis cæli & terræ.* Sed enim vtranque hanc obicit & opprobrat Iudæis, quod ex nihilo conditi, ad imaginem insuper Dei facti sunt.

A Hoc enim est & genitos esse & exaltatos. At ne sic quidem gratias egistis tanquam creatori, neque vt assimilaremini ceu patri vestro pro virili contendistis. Verius isti per subdolum tergiversationem contempto Deo, diabolus sibi asciverunt in patrem, iuxta eam dicendi formulam: *Qui facit peccatum, ex diabolo genitus est.* Dominus item illis malignantibus ait: *Vos ex patre vestro diabolo estis.* Magni vtiq; æstimanda est isthæc insimulatio, quod qui filius est & corporali generatione perfruitur, erga suum genitorem ingratum se exhibet. Plane intolerabili est odio dignum, qui ad id honoris fastidium prouectus est, vt consors fieret cælestium bonorum, & ne sic quidem perseuerat in charitate erga tanti beneficii authorem. *Cognouit bos possessorem suum: & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit.* Boui & asino confertur Dei contemptor. Neque enim cum in honore esset, intellexit: quare comparatus est *iuuentis insipientibus, & similis factus est eis.* Equidem tales sunt qui non recta ratione, sed pro affectionum impetu suam institunt vitam, à vacuitate rationis transuersim abrepti ad pecuniam & brutalem vitam. Ad experendam vero similitudinem, ea assumptis animalia quæ nobiscum educantur & vernacula consuetudine notiora sunt, vt vel suppedescamus istis deprehendi insipientiores & ad ea collati minus obtinere benevolentia, quam refundamus in possessorem nostrum. Bos siquidem nobis mancipatus est ad agriculationem vt cooperetur, qui & sui pastoris vocem intelligit, eumque agnoscit qui pro consuetudine sibi porrigit pabulum. Asinus vel non iustus recta contendit ad consueta stabuli sui loca. Quod si istis vtiq; rationis expertibus tanta inest familiaritas erga suum prouiderem: quantam dilectionis mensuram erga Deum, par est repositi à rationali creatura? Obserua autem, quia testimonio istius scripturæ probatur bos præ asino pleniorē obtinere intelligentiam. Bos enim suum nouit possessorem: Asinus autem præsepe, idque solum docente scriptura, quo animal sit iussurcino ventri dedititium, eoque locum agnoscit & solum suæ voluptati destinatum. Bos vero nonnullam habet & eam vtilem intelligentiam propriæ honestatis ac boni. Hinc factum, vt cum animalia sint nullam inter se habentia familiarem consuetudinem veritum sit in Deuteronomio arare in boue & asino, in vnum: hoc est, eum qui sit exprompto animo & laborum toleranti connectere ei qui sit voluptatum amantior & captius teneat affectibus. Non enim de bubus cura est Deo, sed id nostri causa scriptum prorsus est. Contra autem, alio loco copulantur: *Beatus enim qui seminat super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant:* hoc est, qui sermone ad docendum apposito, exsuscitat vim animæ generosam ac laborum patientem, nec eius † obsequitur voluptatibus. Quemadmodum enim asinus, animal gestandis oneribus natum; sic & concupiscibilis portio animæ onere peccatorum prægrauata pessum it ac præcipitatur. Equidem hos suum nouit possessorem: Israël autem me non nouit suum creatorem. Et asinus præsepe agnouit sui Domini: Israël autem me non intellexit. Et præsepe quidem multa sunt, ac certè asinus nusquam aberrat à præsepi se possidentis. Deus autem quum sit vnus, populus perfidus & immemor beneficiorum post eos hallucinatur & decrat qui nihil minus sunt, quam dij. *Me non intellexit.* Qui cælo enarrante innotesco, qui terra marique me exhibeo cognobilem, qui per solem, lunam, astra, denique per omnem creaturam nulli non palam significor. Peculiari quidem similitudine bouis expressus est Israël: Asini autem simulacro simplex ac rudis popellus. Quanto enim differt bos ab asino, tantidem est discriminis, si Israël (qui † videns Deum interpretatur) cum vulgo componatur qui populus appellatur absolute. *Va genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam, filijs sceleratis.* Gens & populus plerumque dicuntur coniunctim sicuti est illud: In multa gente, gloria regis: in minoratione autem populi, contritio præfecti. Illud item. Vt quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Nunc autem exorsus est ab eo quod gens ipsa peccatrix sit, grauitatem exaggerans ipso progressu sententiæ. Plenus enim peccatis redditur populus. Et quod ab eo profluit semen nequam, filij

Ioan. 4.  
\* sal. 48.  
Deut. 22.  
Esa. 32.  
† Pro deprecacionem vocat Hieronymus violentiam.  
Rectus enim Dei, vel à dilectione Dei dicitur.  
† ὁ δὲ πρῶτον θεὸς. Hanc interpretationem vocat Hieronymus violentiam. Rectus enim Dei, vel à dilectione Dei dicitur.

filijs efficiuntur iniqui. Quemadmodum enim promotio ad virtutem à minoribus suam sortitur incrementum, vt ad id prouehatur quod præstantius est: ita & malitiæ scaturigo latius se effundens sumpto initio ab ijs quæ minorâ sunt; ad tandem fertur quod immedicabile est. Consentaneum proinde est & valde secundum naturam, semen referri ad filios. A semine enim ad hoc progreditur natura, vt generentur filij. Nec id modo secundum generationes corporum: sed & iuxta animæ promotionem per doctrinâ semina, sicut auditores susceptis doctrinis eo vsque promouentur, vt morum similitudine suos exprimant doctores, quare, & filij appellantur, siue filij regni cum exceptis salutaris doctrinæ seminibus, secundum ea degentes perficiuntur, aut gehennâ filij: si quid per peruersam & improbatâ doctrinâ sibi ipsis concilient perditionem. Peractis hæc est obiurgatio, quod tota gens nuncupetur peccatrix, ac sic ne vnus quidem in tota gente quidpiam recti operis cū laude conficiat. Populus insuper plenus peccatis, quasi nullum non genus iniquitatis & flagitij ab ipso exerceatur. Sed & quod obiectiones malitiæ aduersus eam ciuitatem deprehenderetur, ceu dictū est: *Plenus omni iniquitate. Et illud: Nondum enim cōpleta sunt peccata Amorrhæorum.* Quodq; ab ipso Salvatore dictum est: *Implete & vos mensuram patrum vestrorum. Semini nequam,* hoc scilicet quod ab inimico homine, nempe zizaniam puro frumento interfertum est & inspersum, quod vt primū adoleuit & maturuit, in filium euasit iniquitatis, filium inquam perditionis & gehennæ. Ob hoc digni sunt qui opplorentur & quos prosequamur luctu, qui pro eo quod filij essent altissimi, filij facti sunt exleges & iniqui. Pro eo quod non perseuerant in diuiniore sua regeneratione, semen fiunt nequam, nisi quod consueta eorum malitiâ in primis noxia est possidentibus eam. Exitus enim malitiæ est, quod secum dissidet. *Dereliquistis Dominum, & prouocastis sanctum Israël.* Quod dari potest maius argumentum malitiæ, quam ab eo deficere qui verè bonus est? Quæ vsquam grauior exuperantia malignitatis, quam eum exasperare, quo nihil melius ac placidius? Eadem & apud Hieremiam coarguuntur: *Me enim dereliquerunt fontem aque viue.* Pro modo ac quantitate istius derelictionis, singuli quæ sibi ipsis thesaurizant mensuram iræ in die retributionis. *Abalienati sunt tetrosum.* Hoc ex editione Theodotionis appositum est, velut interpretantis illud: *Dereliquistis,* hoc est, abalienastis vos à Deo, quod prolapsi sitis in peius. Quemadmodum enim is qui ad perfectionem contendit, in anteriora extendit se: ita & peccator in id quod ponè est, retrocedit se elongans à Domino, quamobrem & disperit, dicente scriptura: *Ecce qui elongant se à te, peribunt.* Ad hunc igitur modum vitam nostram instituauius, vt quæ præterierunt, nunquam præstantiora esse censeamus futuris aut præsentibus. Hoc enim facto interdicit Ecclesiastes dicens: *Ne dixeris, quoniam dies priores boni erant præ his:* quia non in sapientia interrogasti de hoc. Si enim qui præcesserunt dies meliores fuissent: meritò nobis diceretur: Tanta passi estis frustra, bonis vestris operibus ad nihilum redactis, quod quæ tandem futura erant, neglexistis præuidere. Ait enim Ezechiel: *Iustus si auerterit se à iustitia sua, & fecerit iniquitatem iuxta omnes iniquitates quas fecit iniquus, omnes iustitie eius non amplius erunt in memoria.* In peccato suo in quod ¶ prolapsus est, & in peccatis suis quibus peccauit, in ipsis morietur: *Quid ultra percutiemini, addentes legis prauaricationem?* Quod dicitur, tale est: Pro peccatis vestris eruditionis gratia vos flagellis cædebam. Ne sic quidem illos pœnitebat malè commissorum, vt etiam amplius delinquerent. Vrgebam semper & prioribus vehementiore cum acrimonia flagella admouebam, sic vt nulla nō pars corporis admonitionis gratia oppressa esset diris verberibus. Interminatur quidem scriptura se visitaturam in virga ipsorum prauaricationes & in verberibus iniustitias eorū qui in emendabilia commisissent peccata. Sed enim his qui immedicabiliter peccassent, dicit: *Quid ultra percutiemini?* Percussis omnibus plagis, omnes contempstistis, nihili dixistis flagra quæ ad conuersionem vestram facere debuerant. Prostris vos manet vna contractio. Hæc vox animi est non habentis in promptu quid statuat ac desperantis correctionem, quemadmodum & in Ezechiele: *Zelus meus re-*

**A** *cedet à te & non irascat aduersum te.* Earum proinde afflictionū quæ contingere creduntur fortuito calu, nonnullæ quidem irrogantur propter peccata, quædam autem ad correctionem morum eorū qui tentantur, aliæ verò pro exterendis & è terra delendis his quorū spes correctionis deplorata est, vt in Pharaone. Talibus igitur non iam vllam spem promittentibus futuræ emendationis, interminatur sententia hæc sublationem è medio: *Omne caput ad ¶ dolorem, & omne cor ¶ ad tristitiam.* Cur vltra percutiemini vos, quorum & corpora & animæ flagris dirè concisæ sunt, neque hinc vlla sequuta emendatio est? Caput omne miserè cruciatur, cor omne mœrore cõtabescit. Nullum omnino peculiare corporis membrum insinuat nomine capitis. Ac si diceret ipsam diuinam immorationem confirmati doloris: sed, omne caput pro eo: ac si dicat, ipsi ad vnum vsque homines, iuxta scripturæ consuetudinem. Accipite enim primitias ab omni synagoga siue cœtu filiorum Israël per cognationem, per populos, per domos familiarum, per numerum, ex nomine ipsorum, per caput ipsorum. Gens siquidem quum tota peccatix sit, populisquæ omnis plenus peccatis: ob id ad omnes peruenit supplicium. *Et omne cor mœrens.* Refertur hæc particula ad populum propter peccata in captiuitatem abductum: *A pedibus vsque ad caput non est in eo sanitas, neque vulnus, neque cicatrix, neque plaga tumens.* Illud caput pro toto accepit homine. A pedibus ad usque caput, non est in eo sanitas: neque vulnus, neque vibex siue cicatrix, neque plaga tumens, hæc eò adiecta quod ob vnumquodque peccatum inuecta sint flagella ab eo qui ipsorum obibat prouidam curam. Ad hæc dicendū, quia vulnus solutio est contiguar continuationis corporis, idque intercisa contiguitate secundum exiguam partem quandā. Vibex siue cicatrix vestigiū est incussæ plagæ subcreuentum & sugillatum, colliso corpore per repercussionem eius qui cecidit. Idque vestigium se colligit circa quandam portionem corporis. Plegmone tumor scilicet ignitus callosa est & feruens collectio humorum ad partem infirmam confluentiū & portionem morbo laborantem in naturali feruore inflammantium. Quid innuit sententia hæc? Nimirum in genere omnes ad vnum infirmitate esse detentos. Neq; enim (ait) vt vulnus, non quasi vibex, nō item velut tumens plaga vos ita apprehendit hæc ægritudo: sed ad vnum omnes continenter inuasit malum hoc, adeo vt omnia hæc, vulnus, vibex, & plaga permixtum confusanea sint: *Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.* Quandoquidē isthæc languens ægritudo superior euaserat vulnere, vibice & plaga per inflammationem intumescente, non iam integrum est imponere malagma, quemadmodum fieri solet ad plagam, neque oleum, vt ad vulnera. Ait ergo, Nullum iam operæ precium, nihil auxilij expectandum ab hisce fomentis. Quæ enim contigerunt, superant medelam: quippe quæ grauiora sunt, quam vt his venia condonetur. Porto quidem vulnera sunt in Ecclesia schismata, hoc est scissuræ siue sectæ: vibices autem corda tua, quæ licet obdlexerint cicatricem, subter tamen purulentia & sanie redundant. Phlegmone vero, tumor scilicet & collectio feruidi humoris est elatio animæ per falsam sui existimationem intumescens, & per hoc se eleuantius aduersus scientiam Christi. Atqui malagma, hoc est fomentum, sermo est cum mansuetudine & æquabili moderatione omnem stultè cōceptam elationem ad humilitatem reuocans. Oleum vero sermo est, qui commiserando & consentiente affectu mitigat ac detergit fraudulentam dolo sitatem, suppurulentiam & asperitatem eorum qui in hypocrisi loquuntur mendacium. Denique alligatura sermo est ea contemperans & cōiuens, quæ sollicitabant ad promouendam seditionem.

**F** *Terra vestra deserta, ciuitates vestra igni succense: regionem vestram coram vobis alieni denorant eam. Et desolata est, subuersa à populis alienis.* Simul atque decidit à spe futuræ correctionis, cladē extremam interminatur; quæ quidem nequiquam contigit temporibus Esaia: At certè consuetudo hæc \* Prophetiæ est peculiaris, vt quæ in futurum euentura sunt, enarret quasi facta, vt est illud: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Vt enim certo certius persuaderet super exitu rerum quas prædixerat circa controuersiam euenturas, id quod futurum erat accommodauit præterito.

1er. 2.  
I sal. 72.  
Eccles. 7. inuia LXX.  
Ezech. 33.  
† πρὸς τὸ σεί.  
Ezech. 16.

† πόνου.  
Vulnus quid Vibex, siue cicatrix.  
φλεγμονή.  
Vulnera. Vibices.  
Phlegmone.  
Malagma.  
Oleum.  
\* Canon Prophetiæ intelligit peculiaris. I sal. 68. 22.  
Porro

Porro hæc contigerunt, quo tempore in Babylonem abducti sunt captiui, & terra suis exhausta est habitatoribus. Ciuitates incendio conflagrarunt, & ab ijs qui ex Media missi erant, colonis, eorum regio deuorata est, cernentibus ipsis qui fuerant derelicti, quo etiamnum tempore ipsorum regio omnis subuersa est ab alienis populis. Iuxta vero sublimiorem intelligentiam quæ iam olim facta sunt, nobis ipsis accommodemus. Si quando ipsi descuerimus à Deo nostro, manusque nostras expanderimus ad Deum alienum, tunc trademur manibus alienigenarum qui nos ad extremam redigant vastitatem, dentque pessum. Quæcunque enim mala illi populo peccanti intentata sunt, licuerit & in nobis ipsis perspiciere: *Terra vestra deserta.* Plerisque locis scriptura terram vocat animam quæ suscipit semina verbi, vti sumus edocti in Euangelio per Dominicam parabolam, quia quædam quidem semina ceciderunt in terram bonam doctrinæ diuinæ capacem & apprimè accommodam fructificationi. E diuerso deserta quæ sapientiam non habens, neque sermones sapientiæ, talis vitam suam minime instituit ad rectitudinem iustitiæ, neque in veritate ambulat: *Ciuitates vestra igni succensæ.* Ciuitas cætus est hominum ex diuersis exercitijs atque institutis conspirantium ad communem vitæ societatem, id quod multam in se cõtinet vanitatem, ligna, sœnum & stipulam: quare die iudicij exurenda sunt, & cætus impiorum succendunt igni. *Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.* Quum merito vitæ prioris & conuersationis bonæ anima exuberarit fructibus Spiritus sancti, nimirum charitate, gaudio, pace, longanimitate, benignitate, secundum hæc, si cogitationes à ratione abhorrentes in eam animam impressione facta absumperint antea vitæ sudores; adde, & si in operatione quæ per vitam animæ negotiosam siue actiuam transigitur, nos ipsos dedamus impuris dæmonijs, terra nostra euertitur ab alienigenis & pessumit. Siquidem Dei agricolatio, Dei ædificatio sumus. Tantisper enim dum manemus palmites in vite Christo fructus edentes qui nos deceant: Deum obtinemus agricolam. Quod si descuerimus à viuificante nos radice fidei qua in Christum tendimus, vti que perare facti extra vineam projiciemur illo igne conflagraturi. Et quidem ædificatio nostra, si à doctrina penderit, nobis minus conuenienter vitam hanc exigentibus, subuertetur. Nisi enim in fundamento Apostolorum perseveremus ædificantes preciosa & honore digna, quasi nullo subnixi fundamento, cum impetu præcipites ibimus, fietque ruina nobis non exigua. Quasi enim temperantiam ac sobrietatem deuorat incontinentia & luxus vitæ profusior: simplicem animi candorem in dispertiendo sua exedit cupiditas congerendæ pecuniæ vim efficacem deligendi absumit studium accendendæ inimicitie. Spectaculum igitur miserabile est cernere animam præfertili fructificatione bonorum operum exuberantem dedi in deuorationem inimicis, qui ne nostra quidem desolatione vnquam exsultantur, donec ad extremam perniciem nos deduxerint. Subuersio eiusmodi fit per improbata documenta, perinde si anima solo tenus allidatur malignitate à fide aberrantium. Desolatio autem siue vastitas fit quum anima priuatur ijs quibuscum conuersari ritè consuevit. Fit hoc per quam facile circa humanam animam. Vide enim mihi tu iuuenem quempiam à puero in splendida bysso intra ædes educatum, alacriter & studiose ad orationes prodeuntem, nullum transmittentem beneficentiæ officium, æterni illius iudicij memorem, iugiter acquiscentem sermoni doctrinæ, talem denique mihi considera in fornicationem prolapsum. Quoniam pacto post abolitionem prioris continentie, post desolationem tantorum fructuum, deinceps miserabile illum è proximo consequitur omnimoda euersio priorum laborum? Ist hæc conscientia admitti facioris non iam eum comitatur, vt se conferat ad orationis locum, quod nequaquam persistit in officio ordineq; fidelium. Excidit enim. Non item in tractu consistit eorum qui in arcano secessu desunt. Illum enim suppudet. Fit hinc ad orationem cunctator. His qui causam exquirunt committitis necit excusationes. Respondet vrgeri se ab vno aliquo, quare non iam opperior horam communionis, & ob hoc ante orationem se subducit, vt ne deprehenda-

tur eius simulatio. Deinde sensim contracta consuetudine illius menti se inserit meditatio, vt ab arrepto proposito deficiat, denique ad omnimodam perditionem per varios errorum anfractus adducitur. In genere autem istis malignis potestatibus ac reprobis peculiare est hoc, nunquam secedere ab his quos ostenderint semel esse destitutos fructibus iustitiæ, prius quam implicuerint eos erroribus circa cognitionem veritatis. *Derelinquetur filia Sion* † sicut vmbra- <sup>† δρωρο-φουλακιορ ποτονυμν cufuoiim</sup> culum in vinea: & sicut tugurium in cucumerario. Iusti Dei iudicij argumentum exhibet similitum retributio. Dereliquit Dominum, eam ob causam derelinquetur filia Sion, nihilominus suam adhuc tuetur ac retinet erga illam benignitatem. Filiam nominat, priore illa agnominatio eam reuocans quam obtinuit priusquam se abalienasset. *Derelinquetur sicut vmbra culum in vinea.* Ad custodiam fructificantis vineæ, vmbacula siue tabernacula defiguntur. Sanè quidem quum præfertili copia fructuum exuberarit vinea, tunc instruitur vmbra culum, omnique diligentia digna habetur, vt qui custodia præficiatur, vnde quæque obseruet, ne forte qui prætergrediuntur viam, eam vindemient. Quod si continget eam infrangi esse, eiusmodi custodiæ neglectim prorsus transmittuntur. Ob hoc Israëlítico populo intentat derelictionem, quod minus atque conueniebat, fructificari. Ipsi igitur formidemus ac vereamur, ne deprehendamur fuisse infructuosi, vt ne visitatione Dei destituamur. Qui nos obseruat ac tuetur, Spiritus sanctus est. Sanè quidem anima quum vberes ex se fructus ediderit, planè dignos qui in æterna illa apotheca recondantur, perseuerat, & factus seruat incolomes longæque abaret ac deterrerit insidiosam molitionem illius † feri agrestis, si quando sua agricolatione profert vnam fellis, & botrum amaritudinis, eam infrangi animam ille spiritus in medio deserit discrimine, tum ab omni efferata & bestialia cogitatione proculcatur, ab omni proteritur concupiscentia prorsus vacua rationis. Scriptura multis adeo locis figurate populum Israëliticum insinuat nomine vineæ, ceu illud est: *Vineam ex Aegypto transulisti.* Et: *Vinea facta est dilectio.* Et: *Ego autem plantaui te vineam fructiferam omnem veram.* Quod si Israël vinea: vineæ porro istius vmbra culum siue tentorium forte domus est templi. Dicebatur enim tabernaculum siue tentorium gloriæ. Et, Tabernaculum, vbi habitauit in hominibus. Equidem vinea illa quamdiu vberes edebat ex se fructus, tandiu ad eius tutelarem custodiam consisterat tabernaculum illud. Postquam autem is qui ipsam plantaui, expectabat vt faceret vnam, protulit autem spinas, quibus Dominum coronarunt, eaque omnis conuersa est in amaritudinem. Fecit autem vnam fellis & botrum amaritudinis, proinde in escam dederunt Domino fel. Eam ob rem, in extremo discrimine, vineæ istius tabernaculum auxiliari ope destitutum est. *Ecce enim* (ait Dominus) *derelinquetur vobis domus vestra deserta.* Tunc istius oraculi comminatio plenius consummata est. Siquidem in medijs consistens periculis derelicta est sicut tabernaculum in vinea. Ex illo tempore mandatum est nubibus, ne deinceps pluât super eam vineam imbrem. Quocirca apud eos, non amplius propheta, non iam ros gratiæ cœlestis: sed conculcatio facti sunt in terram incultam & vastæ solitudinis. Sepes enim ac maceriæ populi illius sublata sunt & solo cœquata, ablata nimirum est sanctarum virtutum subsidiaria protectio, vt hodie ritus quosdam exequantur olim lege interdictos, hoc ipsum illis cedit in perditionem. Et sicut tugurium in cucumerario. Instante autumno ad custodiam fructuum molliorum, puta cucumerum, quædam extrui solent munimenta. Σικυλλάτων, igitur cucumerarium, locus est fructuum momento & breui tempore fugacium, plus aliquanto oblectationis, quam vtilitatis exhibentium. Talis nimirum lex illa fuit, vsum obtinens temporis exigui. Eius enim obseruatio ac seruitus temporaria quum esset & exiguo florisset tempore, dein formulam in instituendæ vitæ contradidit vero ac solidiori cibo, ad præscriptum videlicet doctrinæ Euangelicæ. Itaque derelinquetur Sion & tanquam <sup>δρωροφουλακιορ</sup> δρωροφουλακιορ, hoc est, quasi custodia teneriorum fructuum. Mollis enim & teneri corticis fructus vti que, non solidus est, nec diu consistens cibus: sed molliculus ac temporarius. Talis autem lex. Imitatur siquidem latram Deo debitam,

Matth. 16.

† τῶ δρωροφουλακιορ ποτονυμν cufuoiim

† ἐπὸ δρωροφουλακιορ ποτονυμν cufuoiim

† τοῦ μοριου του αγριου, porci qui & singulariter ferus. P sal. 79. 14. Ibidem. Esaiæ 5. Ierem. 2. iuxta LXX



debitam, non item ipsam veritatem patriæ obtinet, eoq; est exemplar & umbra cœlestium. Iam quâdo vniuscuiusq; anima cõfertur vineæ, vt in Psalmo: *Vxor tua sicut vitis abundans*, ait & Dominus: *Ego vitis, vos palmites*. Verendum nobis, ne quando nos anteuerant apprehendere istæ comminationes, non redditis fructibus quos conueniebat reprehendere. Forfan enim & hoc quidem tabernaculum corpus est quod inhabitat Spiritus sanctus. Numnam nescitis, quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti? Vineam enim anima est, à qua repositur copiosa vberitas fructuum, planè digna primigenia plantatione & agricolatione Dei. † Verè enim plantata est, ad imaginem veri Dei creata: per vices autem ac sensim multiformi prouidentia colitur sui conditoris qui fructus vberes proferentem expurgat, vt cumulationes edat fructus. Si enim nos addixerimus parandæ mundiciæ vitæ, ad expurgandas animæ perturbationes Deus ipse suppetias feret, complectens studiosam alacritatem perfectorum ad cõsectandam bonitatem festinantium. Sane quemadmodum putatur vitis quæ prohibetur per pampinorum superfluitatem ne vberes fructus proferat: sic & anima circuncidens & amputans consuetum studium circa res euanidas ac futiles, vim omnem suam dispensat & exercet ad bonorum operum fructificationem, ne fortè in mundo hoc ostentationis & iactantia præcupido, inuiti materia syluiscat & eluxuriet, omnemque suam facultatem exhauriat, perinde atq; vinea circa folia, clauiculos & capreolos (quæ figura sunt mundi) occupata. Anima insuper circumfoditur, quòd liberius cuncta adiacentia sibi vendicat ad propriam alimoniam, & ita probè se adornat ad excipiendam multiplicem doctrinam Spiritus sancti. Quemadmodum enim vitis per fodicationem non expirans, facillè euanescit neque capax fit vtilitatis quæ illi prouenisset ex infusione aquæ, propter densitatem terræ ei adiacentis: pari ratione anima minus ritè se componens circa hæc corporalia, quorum oppressa pondere ne respirare quidem potest, sed permanet infæcunda, referta graui onere materialium: quò fit, vt anima nullum ex se proferens fructum, nullius iam sit particeps cœlestis auxiliij. Porro ab anima infæcunda ille quidem Spiritus sanctus se submouet ac retrocedit. Maceria interim siue sepes concidunt, nempe angelorum subsidia. Ad hæc peregrini ac barbari obiter transeuntes in nos irruunt, nimirum potestates illæ effectrices peccatorum quæ admittuntur per superfluum scientiam, simul & vitiosæ affectiones & à ratione profusis abhorrentes sese volutantes in putido fœtore suis instar in volutabrum irruentis, quæ præoccupant eam animam, eandem corrumpunt. Tunc apud vnam animam impletur illud: *Derelinquetur filia Sion, sicut vmbraculum in vinea: sed & sicut tugurium vel pomorum custodia in cucumerario*. Et hi fructus proferunt apothecis diuinis indignos, nimirum deciduos & corruptelæ mundi huius obnoxios, & horum gratia sibi applaudunt, qui in diuitijs spem suam collocant, qui ob explendentem gloriam insolescunt, qui de se magna concipiunt ob progenitorum generositatem aut certè † temperatam habitudinem corporis, affimiles mihi videntur hi cucumerario, fructum dum colunt neutiquam idoneum alendæ animæ, ampullosa flatu superbiæ complentur, ad hoc componentes animam vt inani tumore superbiæ turgescat ac præter modum infletur. Horum cucumerum desiderio inardescens præcupidus ille populus qui & in eremo nutritus est. *Flebant enim* (ait scriptura) *memores cucumerum & peponum eduliorum Aegyptiacorum*; quod vtique cibi genus neutiquam esit Israelites qui cœlesti pane, nimirum Manna, enutritur, cuius contemptores ceparum desiderio tum tenebantur, quæ ne nos contingat pati, voluptuariam ac generalem vitam præferentes ei quæ præducunt sequitur rationem. Reuera enim voluptates corporeæ affimiles sunt cepis & allijs. Multum enim pingitiæ acrimoniæ & irritamenti suggerunt: inanciam vero graucolentiam & vix eluibilem immittunt ijs quorum voragini se semel ingesserint, plurimum lachrymarum conciliant suis affectatoribus. Inter autem comminationes illas est, quia in medio discrimine essent derelinquendi, quemadmodum & ciuitas quæ vallari obsidione cingitur & expugnatur. Nos quoq; hostes circumfident, no-

Psalm. 127.  
Ioan. 15.

† ἀληθ. vñ  
vera.

† Pro & u-  
dōξiα, lege  
ἐυεξίη.

Num. 11.

Voluptates  
corporeæ  
affimiles  
cepis & al-  
lijs.  
Plus aloes  
quam mel-  
lis habent.

stram obseruantes à bono opere cessationem, ex improuiso vt nos imprudentes adoriantur. Quemadmodum igitur expugnata ciuitate, mox vt diuitiæ quæ in ea reconditæ erant, vndiquaque fuerint dispersæ, non iam obseruantur eius portæ, non etiam custodes designantur qui ad mœnia excubent: sic anima quum exhausta fuerit thesauris Dei munere obtentis, deinceps quasi indigna quæ perfruatur custodia Dei, despectim præteritur. Ob hoc dictum illud est: *Omni custodia serua cor tuum*. Ab hoc igitur pijs votis contendimus deprehendi peruigiles, sobrii & attentii, vt ipsi sedulo aduigilantes nostræ custodiæ efflagitemus, *ne obdormiscat, neque dormitet qui custodit Israel. Nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam*. Si quando autem sua nos destituerit custodia, ob inopiam & vacuitatem bonorum operum: tunc exponimur hostibus ipsis, vt accincti ad direptionem, captiuitatem & abductionem. *Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis: & quasi Gomorra assimilati essemus*. Gens tota si peccatrix est, si vniuersus populus redundat iniquitatibus; omnesque filij exleges & iniqui: cuiusmodi tandem semen infertum est ipsi Israeli, quo intercedente non sustinerint afflictiones Sodomorum & Gomorrhæorum? Nam quod ipsi C Israeli inerat semen, semen erat nequam, indignum salute & perditionis operatorium. Quale erat hoc? Numnam id de quo in promissionibus Abraham dictum est: *Tibi dabo & semini tuo?* Ait enim Paulus, *Non dixit, & seminibus quasi in multis, sed quasi in vno: Et semini tuo qui est Christus*. Hoc itaque semen eos, qui quadantenus pro merito gestorundum viuerent, supplicia Sodomorum pati debuerant, nimirum igne ac sulphure exteri, ob ipsorum nequitiam qua ad mensuram pertigerant Sodomitarum, ne eadem paterentur, suo vnus ad ipsos aduentu prohibuit. Sed enim post illud in Christum inexpiabile facinus admisum, reliquæ quidem secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt: ceteri autem excæcati sunt & obdurati, qui quidem traditi sunt subuersioni, quemadmodum ait Amos, *Subuerit enim vos, sicut subuerit Dominus Sodomam & Gomorrhæam: & ne sic quidem rediistis ad me, dicit Dominus*. Quamuis subinde fuerit interminatus plagas, licet plerumque pepererit: ad extremum tamen quòd cor eorum necium pœnitere, non emoliretur ad pœnitentiam, calamitates inuexit illorum operibus nihil indignas. In alio enim quodam propheta, propter iniquitatem populi profilit concitus ad expectandam de eis vindictam: cunctatur tamen & tempus extrahit propter suam erga illos benignitatem. *Quid statuam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Quasi Adamam ponam te & sicut Seboim*. Vtraq; ad Sodomiticam Pentapolin pertinet, deinde per exuperantiam clementiæ suæ subnectit: *Conuersum est cornu in ipso. Conturbata est pœnitentia mea. Nequaquam faciam iuxta iram furoris mei*. At certè vbi ad extremam illam præuariationem delapsus est populus, templum quidem igni conflagrauit, ciuitas autem tota exhausta est incendio, illi verò † fame, peste, seditione inter se mortoria ac mutuis insidijs consumpti sunt, præterquam ea pars sospes & incolumis euasit, quæ fidè Christi complexa ex omni Israël inuenta est per electionem in exiguo numero, quæ quidè parua portio inter gentes facta perinde ac fermentum oēs ad suæ similitudinis pertraxit proprietatem: ita vt quicquid ex gentibus per eas reliquias Israël in Dominum credidisset, appellaretur populus Domini, & in occulto Iudæus, hæresq; spiritualium promissionum. Iam quando Sodoma sua interpretatione ἐκκλι Civ declinationem sonat, Gomorra autem ἰσχυρ rebellionem, seditionem, & horum nominum interpretatio sensum quèdam talem nobis explicat, quia nisi venisset semen quod promissum erat, nihil vetuisset quo minus decidissemus in omnimodam perditionem, quippe qui declinaueramus à Deo. Et nisi pax nobis ab alto affluisset, quæ exuperat omnem sensum, singuli quiq; à propria rebellione & hoste se inhabitante consumpti fuissetem. Noxæ enim & calamitates ex peccato prodeuntes, omnesq; commotiones per earum absurditatem consueuerunt ingignere animabus nostris tumultus obstreperos ac rebellionem irreconciliabilem. Ecclesia igitur probè intelligens quantum resiliit emolumentum è Saluatoris aduentu, qui velut semen perexiguum nostræ huic vitæ incidit per carnis hu-

Βεβαίωσις  
à simili  
Πεττα.

Pron. 4.

Psalm. 120.  
Psalm. 126.  
\* ἡγρόπυον-  
σευ, vigi-  
lanii.

כנאו  
מלחה,  
עזרתו,  
fortitudi-  
nes.

Gen. 13:  
Gal. 3.

Amos 4.

Ose. 11.  
\* Pro A-  
dam, lege  
Adama,  
una est ex  
Pentapoli.

† ἡμῶν  
λοιμῶν

סדו  
ממורום ושל  
סערותם,  
עמרה  
Populus  
rebelliis.

manæ

Nisi reli-  
quisset no-  
bis semen.

Quaestio.  
Solutio.

Gen. 19.

Ioan. 19.

Let. quid.

† τὸ ἀ-  
κούσθαι  
τὸ ἐνωτῆ-  
ρεσθαι.  
Matth. 11.

Exod. 24.  
Iuxta LXX.

mana assumptionem, in speciem gratiarum actionis, hæc dicit: *Audite sermonem Domini principes Sodomorum, attendite legem Dei populus Gomorrhæ.* Vt rationem exponeret, quia semen illud derelictum à Domino Sabaoth ipsi Ecclesiæ factum sit origo & princeps causa salutis, quum hi essent quandamtenus obnoxii calamitatibus quæ oppresserunt Sodomitas. Hinc ipsos principes Sodomorum & populum Gomorrhæ appellat, quippe qui exuperassent illorum principum flagitiosam nequitiam, ob hoc quasi Sodoma metropolis quidem fuisset illius nequitia: huius autem principes evasisent superiores exuperantia commissi facinoris. Vt quid autem principes vocat Sodomorum? An quia quemadmodum illi à se recellebant & auersabantur Lot, iudicio quæ iusta essent decernentem, cum adniteretur eorum manibus eximere à se hospitio exceptos, quum illi dicerent: *Ingressus es vt advena: num etiam vt iudicio decernas?* Ita isti à se rejiciebant & aspernabantur iustum iudicem, clamantes: *Crucifige, crucifige. Tolle hunc.* Improbandum hoc facinus tanto est illorum flagitij gratius. Etenim illi quidem in hospites nihil de se male committeris quærebant suam exercere flagitiosam libidinem: hi autem coorti sunt aduersus eum à quo præter omnem modum fuerant beneficijs affecti. Et illi in peregrinos, hi verò in eum qui in propria venit, fuere contumeliosi. Illi quidem iniurij fuerunt in Angelos, hi verò in Deum. Quare suo merito principes Sodomitarum sunt nuncupati. Attamen quum tales essent, beneficio afficit Deus, dū eos inuitat & adhortatur, vt sermones perquam viles exaudiant: populum autem ipsum, principum iugo subiectum & propter improbatam doctrinæ dogmata appellatum Gomorrhæ populum, ad attentam legis cognitionem reuocat. Eis quidem qui solertiores sunt, precipiens, vt audiant: his vero, nempe insipientibus, qui nimirum alienis se tradiderunt & externis disciplinis, attentij vt sint & auribus percipiant. Proinde quanta est sermonis ad legem collati differentia, tanto discrimine dissidet auditio ad intelligentiam relata quæ percipitur auribus. Est enim lex, regula iustorum & iniustorum, ea quidem imperans quæ agenda sunt, his contra interdicens quæ non veniunt facienda, ad cuius custodiam qui attentus est, celesiter euadit: etiam si ignoret quid utilitatis ex eius obseruatione dependeat. Sermo autem etiam causam assignat, cuius gratia quidem vt fiant, constituta sunt, vel maximè qui secundum nos est, sermo, legem ipsam sublimi enartans ac spirituali sensu. Porro sensus hic ad animam relatus tãto est ea obseruatione dignior quæ fit ad præscriptam literã. Quo tandem discrepat perceptio quæ auribus hauritur ab ipsa audicione? Quia auditio quidem intelligentiã est, ceu indicat Dominus, dum extimulat auditorem, vt intelligenter excipiat dictorum sententiam. *Qui habet* (inquit) *auris audiendi audiat.* Illud vero, auribus quiduis percipere, fit quum sonus quidam gracilis auribus inditur. Eoq; populus in Exodo ait, *Omnia quacunque dixerit Deus, faciemus & audiemus.* Tametsi consentaneum magis fuerat, vt dicerent: *Audiemus & faciemus.* Atqui sic legis sensum explorare, vel crassissimi cuiusuis est: ceu sunt, sabbatum obseruare iuxta corporalem sensum, ab edulij lege prohibitis abstinere, die octauo circumcidere, vtq; ter in anno in templo apparerent. Horum autem rationibus dignoscendis spiritualiter incubuisse, viri est iam perfecti & eius qui per vitæ curriculum in eiusmodi rerum cognitione sit plurimum versatus. Tenet proinde fama hæc sententiæ particulam præstitisse causam ijs qui ea ætate erant, concientiã aduersus Prophetam, insidiosã illius molitionis, nimirum, principes Sodomorum. Et quidem prius sic appellati quod in flagitiosos principatum obtinuisent, aut quia ipsi etiamnum improbatæ essent vitæ. Potest enim vnus aliquis in improbos principatum obtinens ad malitiã deflectere sibi subditorum. Quod si de populo quidem subticuisset, forsã locum hic posset habere sermonis ambiguitas. Nunc autem ipse populus à populo Gomorrhæ mutatus est nomen, quod minus vituperabile erat collatum ad eius populi principes, scriptura liquido rem exhibente, quod Sodomorum ciuitas Pentapoli præsideret, primaq; occuparet partes totius nefandæ illius nequitia, eoq; dignior quæ in tolerandis omnibus malis cæteras antecederet. Sed enim historia non prodidit memoriã principes So-

domorum. Tantum est, deuictorum regum commemorat. Atqui propter ingenuam istam libertatem increpandi iniquè agentes, de hoc Esaia ait Apostolus, *Audet & dicit.* Porro nonnunquam vt licuerit hac coarguendi fiducia, sed ei qui in dogmatibus sanis sit versatus, & vita perfruitur irreprehensibili, aduersus Ecclesiarum principes transgressores legis ac flagitiosè viuentes, aduersus item populum à reuerentia declinantem, nec vllò cum fructu conuersantem. *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus.* Inter ea quæ & à principibus audiri debent & conseruari à populo, est & hoc: *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum?* Siquidem, victimæ impiorum, abominatio apud Dominum. Qua, quæso, fiducia nixi per victimas quas quidem numerosè offertis, speratis vos assequuturos vllam redemptionem animarum vestrarum sine condigna ac rationabili pœnitentiã? Non enim sanguine animalium, non item mactationibus pecorum aræ impositis: sed corde contrito repropitiatur Deus & exorabilis fit. Victima enim Deo non ingrata, spiritus est contribulatus. Illud autem, Nolo, dici conueniet in eos qui ad infundendas expensas profusiores quidem sunt, non item ipsos inique gestorum pœnitent, quamobrem scriptura, non vsquequaque reprobat aut deprecatur victimas, sed eas reicit quæ Iudaico ritu offeruntur. *Quò mihi* (ait) *multitudinem victimarum vestrarum?* Repudiata tali multitudine, vnã requirit hostiam, nimirum vt quisque se conciliet & offerat Deo, seipsum sistens Deò in hostiam viuentem, Deo beneplacentem, per rationale obsequium immolans Deo sacrificium laudationis: quandoquidem multitudo illarum legalium victimarum explosa est, quippe nulli iam futura vsui, vna in hoc seculorum fine approbata est semel oblata in abolitionem peccati. Agnus enim Dei abstulit peccatum mundi seipsum offerens *oblationem & hostiam in odorem suauitatis. Plenus sum.* Consentaneum rationi est lectionem hanc certo hoc fine circumscribi suamque originem duxisse ab alio principio eorum quæ ordine sequuntur. Deum enim vel maximè addeceat, plenus vt sit suamet beatitudine, nec præter se egeat cuiusquam alienæ opis. Allere autem eum plenum esse nidore holocaustorum & sanguine iugularum pecudum, indignum proflus Deo est. Equidem plenus est, de cuius plenitudine accepimus omnes nos, is nimirum in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dæmonibus enim quòd appetentiores sint voluptatum, suisque pessimis tangantur affectibus: istiusmodi victimæ nonnihil adferunt voluptatis & commodæ utilitatis, suo, dum incenduntur, suffitu & exhalatione adulti sanguinis, sicq; per subtile eiusmodi extenuationem adsumitur ab eis † ad sui consentiam. Omnino enim vaporibus aluntur, non quòd eos subigant dentibus aut in ventrem transmittant, sed quemadmodum pili animalium, vngues & quæcunque istiusmodi sunt, excipiunt alimentum ad absolutam constitutionem suæ essentiæ. Eam ob rem multa cum ingluuie diuagantur ac deerrant circa nidores & aruinæ euaporationem, fumumque velut exporrecta manu captant ex suffumigatione thuris, perinde ac sibiipsis accommodum ad alimoniam. Fortè nonnulla cognatio brutis animantibus familiaris intercedit cum corporibus assumptis à dæmonibus quòd ad eorum priuam qualitatem pertinet. Qui enim de istis suam sententiam deprompserunt, tale aliquid in medium proferunt, quasi id proprius conueniat hisce nutricandis. Atqui quæ deceat Deum vox, hæc est: *Plenus sum.* Quum penes me vnus sint omnia, meique iuris: nihil à quoquam expeto. (Bonum enim illud est quod omnia appetunt. Reuera bonus est Deus.) Fons ego totius plenitudinis. *Nonne calum & terram ego impleo dicit Dominus:* Et, *Domini est terra & plenitudo eius.* Quocirca nullius sum alienæ opis indigus: his autem quibus propius me adiuuxero, inducam plenitudinem. Per me implentur sancti. *Stephanus plenus fide & virtute faciebat prodigia & signa magna in populo.* Et Paulus *excepta primum agnitione fidei plenus Spiritu sancto reuersus est in Hierusalem.* Huius plenitudinis merito Abraham quoque erat senior & plenus dierum. Et in \* conuerso populo dies pleni inueniuntur. *Holocausa arietum; Et adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo.*

Rom. 16.

Ephes. 5.

† eis τὴν  
Cύρα τῶν  
ἀυτῶν.  
Non hæc  
dicuntur.

Psal. 23.

Aff. 6.

\* Ideo con-  
uerteretur  
populus.  
Psal. 72.

nolo. Nunc audita ſententiã ſimul & lex attenda aure debent excipi. Obſerua enim, num quæ dicuntur, reclamant legiſtationi & his aduerſentur quæ promulgatione Moſaicæ legis ſancita ſunt. Siquidem lex ea poſcit: hic contra eadem auerſatur & ſaſtidi. Et quom ne vnum quidem iota vnam prætereat de lege, donec omnia ſiant: conſidera a fortè ſermo hic indiget hanc legis particulam non prætermittendam, quin ea exponi debeat ſpiritali quadam & ſublimiore intelligentia. Non enim animal ipſum, nempe arietem (ait) quo quomodo expetiuit: ſed mentem, nimirum præcipuã facultatem animæ indittractam, nec vlla terrenarum rerum ſolicitudo diſpertiam, ac veluti igne candenti perpurgatam & quæ ſe declararit probam eſſe. Hanc ego totam ad me depoſco remitti. Neque eſt flagitatio, vt adeps agnorum in ſegmenta ac minutim concila torreatur igni, inq; ſumum ac nidorẽ redigatur: ſed vt mihi conſecretur candor ſimplicitatisque morum ab innocente anima proficiſcens. Non etiam poſtulo, vt ad baſin altaris, ſanguis eſtundatur taurorum & hircorum: ſed vt facultates animæ ad concupiſcentiam & indignationem propenſiores, per operoſam ac ſtrenuẽ eſſuſam deprecationem, perque iugem perſeuerantiam in ſanctis locis conſumantur. Caterum obſerua eum non dixiſſe ſe nolle omnem omnino ſanguinem: ſed eum repudiat qui ex eiufmodi quibuſdam animalibus eſtunditur. Nã qui in hoc ſeculorum fine, in miſionem peccatorum eſt eſſuſus, melius olens quã Abel, hunc habet grauiſſimum. Quin & hæc victimas ad ſpirituale transfert ſacrificium, quandoquidem erat futura trãſlatio ſacerdotij. Quum enim ſacrificia corporalia abroget & reiiciat, ipſum quoque pontificem qui iuxta legis ſanctionem conſecrabatur, omnino ſpoliat dignitate. Quo fit, vt ſuperfluẽ pontifices iſti legales poſthac manus ſuas inſerant immolato in holocauſtum ariete, & nequicquam manus ſuperponunt oblatae hoſtiæ. Superuacaneã inſuper ſe aſperſerunt immolatio ſanguine qui deinceps nulla ſunt aſpergine eiufmodi ſanguinis expiandi. Hoc ſanẽ pacto ſe habet vtraque lex, Moſaica & introductio \* melioris. Qui igitur ex ſemine Aaronis conſecrabantur, excluſi ſunt: vt iſtis ſuccederet ſacerdos ſecũdum ordinem Melchizedech. Non iam illud iuge ſacrificium aut victimã continuò repetite. Non ampliũs quotidianã hoſtiã placationis, neq; poſthac cinis vitulæ ad immũdorũ purificationem. Vna enim hoſtia, Chriſtus, & quæ pro eius conſeſſione celebratur ſanctorum mortificatio. Vna aſperſio, nempe lauacrum regenerationis. Vna expiatio peccati, nimirum ſanguis ille pro ſalute mundi eſſuſus. Ob hoc abrogat ac reiicit prima, vt ſecunda ſtatuat. Neque veneritis vt appareatis mihi. A communi enarrat illud: Nolo. Non enim intelligit de ſacrificiis ſolum: ſed & de eo, quia oportebat omne maſculinum ter apparere in conſpectũ Domini. Itaque ex quo propter ſuas iniquitates à priore ſtatu demutati eſſent, & conſilia inſerant à reſtitutione exorbitantia, eiecit eos ab oculis ſuis.

*Psalm. 33* Oculi enim Domini ſuper iuſtos. Et, *Aequitates vidit vultus eius.*

*Psalm. 10.* Per iram autem hanc in famulos Domini ſubindicat auferri ab iuſdem liberam fiduciam interpellandi. Quod vero ter in medium producit maſculus ſpectandus Deo, exprimit agnitionem ſermonis de diuina Trinitate edifferrentis. Ob hoc ſanẽ mares prætulit, tanquam dignos qui ſiſtantur Dei oculis ſpectandi, oſtendens quia animas requirit vehementer ſtudioſas, & quæ ſtabiliter ac toto nixu ſua dogmata expleant, non item expetit verbum illud ſibi offerri molliculas, ad lapſum procliuẽ & effeminas.

*Exod. 23.* Quapropter ait: *Ter in anno apparebit omne maſculinum coram me, id quod etiamnum corporaliter adductum offerebatur ab ipſo carnali Iſraële: Quis enim quaſiuit hæc de manibus veſtris? Quæ ſint hæc legis corporalia, expreſſit: ceu ſunt aries, qui totus in holocauſtum conſumebatur: adeps agnorum, ſanguis item taurorum & hircorum, quodque etiamnum veſtribus corporis ſe in tempore conſecrerat, ¶ quaſi vero diuini illius numinis oculi opus haberent illorum propinquo occurſu, nec ſecus aſſequi acie oculorum illos poſſet Deus longius diſſitis. Ait igitur, *Hæc abiecta aded & terrena quis expetiuit de manibus veſtris? Vides quantam peccatorum eluuiem ſimul & intentatam calamitatem inducat, vt mentem legis ſpiritali interpreteretur ſenſu: Si quis**

enim verba hæc legis conſiteretur data eſſe à Deo, ea autem quæ nunc temporis ſunt, non requirit Deus; in conſeſſo eſt & citra controuerſiam, quia ratio nos eò adigit vt mentem noſtram ſuſtollamus ad ſpiritualem eius contemplationem, tantum non clamans & palam conteſtans: *Miſericordiam volo, & non ſacrificium: & ſcientiam Dei pluſquam holocauſtum.* Et, *Annuntiabo tibi homo, quid ſit bonum: & quid Dominus requirit à te, niſi facere iudicium & diligere miſericordiam, & paratum eſſe, vt ambules cum Domino Deo tuo? Et, Immola Deo ſacrificium \* laudis.* Scriptura omnis quæ de ſacrificiis eſt & holocauſtomatibus, contentanea ei videtur ac ſimilis quæ in ſe complectitur miſericordiam & dilectionem, quoniam lex tota ac veluti ſumma colligitur: *Dilige proximum tuum, ſicut teipſum.* Quin etiam de feſtorum celebritate ſubnectetur locus eadem formula expoſitionis diſſerendus, vt ne nos etiam celeberrimus Paſcha in fermento malitiæ & nequitie, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis, immolata ad velperum, hoc eſt, in conſumatione ſeculi, vera illa oue, nempe Chriſto, cuius caro verus eſt cibus, vtque habitemus in tabernaculis non ſtato dierum numero, ſed omni tempore incolatus noſtri, interim opperientes veram illam patriam, cuius artifex & conditor eſt Deus, vt in ſuper Pentecoſten celebriter agamus expletis ſeptem hebdomadibus dicrum, hoc eſt, Tantisper dum extremum vale dicamus vitæ huic. *Calcarea atrium meum non adiucietis.* Comminatio hæc plena eſt terroris, ſed his qui eius ſenſu tanguntur. Sunt etenim nonnulli ex Eccleſiæ filiis qui ad eiufmodi comminatoriam afflictionem ſenſibus occalluerunt. Et quidem quum poſſent venienti occurrere morbo, eam impendentem iacturam ſarcire per ignauiam negligunt. Alij autem quorum vita iudicio omnium reproba eſt ob peccatorum numeroſam multitudinem, comminationes ſuſque deque ferunt. Atqui ſermo hic velut ob oculos ponit eorum qui coarquantur, in templum inſolentem ingreſſum & quaſi qui ſummo veſtigio proculcent ſanctã. Sanẽ qui perfectus eſt, aduſque Sancta Sanctorum penetrat intra velamen, hoc eſt, vbi corporalia tranſcendit, licebit cum nuda contemplatione diuinarum ſententiarum congrui familiariter. Qui verò in domo Dei eſt infirmior, quæ obſequium corporale concernunt, obeat ſedulus miniſter & contrectet. Ruſum qui recens ad excolendam pietatem introducit, indulgetur huic pro manſione, templi atrium. Denique ab atrio excluſus, alienus cenſetur à locis veræ pietatis deſtinatis. Quantum igitur nobis impendet periculi, quando & id quod quis habere videtur, auferitur ab eo? Sed enim quiſquis ſanctẽ & ex affectu amat Deum, quicquid eximium & inſigne eſt, ad Dei honorem faciens, tuetur ac ſeruat dicens: *Concupiſcit & deſicit anima mea in atria Domini.* Planẽ enim nouit is non poſſe ſe in flores erumpere ac ne vllum quidem germen primigenium excipere ad proferendos fructus, niſi verſetur in atris Domini. Equidem hoſ Deus non mediocri afficit beneficio, dum eliminat aditu atrij Iudaici, vt profugere cogantur ad ouile ouium Chriſti, & fiat vnum \* ouile, & vnus paſtor. *Si obtuleritis mihi ſimilagine, vanum: incenſum, abominatio mihi eſt. Neomenias veſtras & Sabata veſtra, & diem magnum \* non fero. Ieiunium & ocium & neomenias veſtras odit anima mea.* Corporalem illam legis interpretationẽ perſpicuẽ abrogat & reiicit, promiſſa lege Dei, & ad eius attentam auditionem cum peracti obiurgatione principes populũque extimulans nihil quidem ſuoapte ingenio excogitatum denuntiat, præſcribit tantũ antiqua, ea profeſſus eſſe legem Dei, vt nihil deinceps fieret eorum quæ in eum vſque diem perſiciebantur. *Si obtuleritis mihi ſimilagine, vanum.* In ſacrificiis identidem vitur ſimilagine. Aliquando quidem inconditẽ citraque apparatus vllum, ſola infuſione olei. Interdum abſque oleo, vt in ſacrificio zelotypiæ. Similagine nonnunquã conſiciebantur lagana, hoc eſt, placentę. Eadem interim & azymi fiebant panes. Nonnunquam ſolam farinam ſimilagine conſpergebant oleo. Atqui nunc iſtiusmodi vſum profeſſus fruſtraneum eſſe ac vanum, interim plurimam partem ſacrificiorum deſcripſit. Quid igitur his diſtis inſinuat? Nimirum quia quum ſcriptura longẽ alia intelligat ſub inuolucro ſermonis, vos omiſſo conſilio ac mente legiſtatoris, ſtudium

\* legis gratia.

Matth. 9.

\* 217066; Laudationis

Matth. 5.

Psalm. 33.

Psalm. 33.

\* ποιμνη, ποιμνη, \* ἀνέχομαι.

Psalm. 33  
Psalm. 10.

Exod. 23.

† ἐπιπέσει.

omne

omne vestrum ac laborem declaratis circa rerum corporali-  
 um vanitatem. Conueniebat enim frumentum hoc trans-  
 ferre ad insinuandum Dei verbum, quod semina vitæ in-  
 ferit animabus vestris, vt denudata omni prorsus de mundo  
 hoc cogitatione, ipso per se vteremini in immateriali ac  
 sincero Dei cultu. Id proinde frumentum, illa est similago  
 spiritualis, verbum scilicet Dei à corporaliu rerum con-  
 ceptione & intelligentia disparatum. Itaque similago hæc  
 iuxta sensum corporalem intellecta oblataque pro more  
 Iudaicæ gētis, vana prorsus superstio est. Thymiam illud  
 prius, iam est fastidio & abominationi apud Dominum.  
 Reuera enim execrabile est afferere Deum præcepisse con-  
 fici pigmentariam compositionem Thymiamatis, vt per  
 nares captaret aspirantem voluptatis illecebram, ac non  
 magis vt ipsi intelligamus incensum istud esse corporis san-  
 ctimoniam quæ in anima perficitur per temperantiam &  
 sobrietatem, sic, vt corpus se habeat æquis viribus & citra  
 rebellionem erga alias facultates animæ. Ait enim, *Accipe*  
*tibi odorament a suau fragrantia, stacten, onycha, galbanum odoriferum & thus pellucidum*. Quatuor hæc ad quatuor referuntur  
 elementa, ob eam quam continent similitudinem ad ea  
 quibus & corpora constant. Stacte quidem ad quam refer-  
 fertur. Onyx ad terram, ob retorridam ariditatem. Galba-  
 num ad ignem, propter calorem præferuidum. Thus verò  
 aërem repræsentat, quod transparentis sit & dilucida perspi-  
 cuitatis. Æqui ponderis erunt: hoc est, acres impetus ex  
 intemperie subito coherentes & in absurdas concupiscen-  
 tias erumpentes castigans, ad æquabilem temperaturam  
 reuocabis. Et contundens hæc minutim vt fiat insubtile:  
 hoc est, sedulo curabis, vt efficias spirituale, exterminans  
 ab anima quod crassum est & affixum materiæ carnis, sicq;  
 apparatus pones coram tabernaculo testimonij, vnde  
 † *innotescam tibi illinc*. Simul enim atque æquabilis &  
 exacta horum coniunctio euenerit & ad subtiliatione per-  
 ducta fuerit permissio: tunc dignus is censetur qui in-  
 feratur in sancta, & viciniis propinquet diuinæ cogniti-  
 oni. Ait enim: *Pones ea coram tabernaculo testimonij, vbi innotesca*  
*tibi*. Cauti proinde lex, ne quis sibi ipsi conficeret tale vi-  
 guentum ad perfructum eo: hoc est, ne sibi ipsi adscribe-  
 ret quæcunque gessisset digna laudæ: sed ad Deum potius  
 transferberet id omne bonorum auctorem. Tale erat Thy-  
 miama: & Paulus quum diceret: *Christi bonus odor sumus*.  
 Rursus, *Gratia autem Deo qui nos semper triumphat, & odorem*  
*cognitionis suæ manifestat in nobis*. Corporale hoc Thymiam  
 cuius odor subit meatus narium, sensoriumque organum  
 olfactus conit, iure optimo existimatum est abominatio-  
 ni esse ei qui est incorporeus. Neomenias autem, hoc est  
 nouilunia, primos scilicet mensium dies siue kalendas quæ  
 decenter aptantur dimensionibus annorum secularium,  
 scriptura intelligi vult ab his qui intellectu præditi sunt, nõ  
 eam in integrum lunæ restitutionem quæ per diem trig-  
 nta curriculum fit & præuertit assequiturque solem, &  
 rursus se ab eo submouet: sed quando stultus vt luna mu-  
 tatur, signat reditum eius ad lucem à qua inspiens defece-  
 rat, & per pœnitentiã ad pristinũ gradum redintegratione  
 censet scriptura festum diem esse ei qui amator est fratrum  
 & eorum calamitatibus ex animo condolefcit, ac si dicat  
 Neomeniam esse principium vitæ in luce exorientis, quan-  
 doquidem lux defecerat per mutationem in peius: rursus  
 per conuersionem se ad pristinam lucem recipit. Secundum  
 hanc acceptionem licuerit dicere de sabbatis odio habitis:  
 vt est, *Noli tollere sarcinam*. Et: *Ne quis exeat à loco suo*. Et:  
*Ne accenderent ignem in omni incolatu suo*. Hæc quum per se sub-  
 indicent quiddam impossibile obseruatu & exacta custo-  
 dia, vtique eum qui legem corporeo sensu percipit, consti-  
 tuunt maledictioni obnoxium. Est enim nimisquam arduũ  
 ac difficile non emoueri loco. Proinde quicquid in sublime  
 tollitur, quamlibet id leue fuerit, βίαγμα dicitur, gesta-  
 men, sarcina, onus, puta vestimentum aut panis, seu quid-  
 vis ad vitam tanfigendam necessarium. Quinertiam iubet,  
 vt ne ignem accenderent: Hoc est, ne quis sinat se exuri  
 incendio carnalium affectionum. Non tollere autem sarcinam  
 siue onus: hoc est, vt ne vllò peccandi pondere degra-  
 ueris, nõve dimouearis à perenni perseverantia in Deo, in  
 fide firmus & immobilis. Qui sic sabbata perficiunt, non vt

A sibi tēperant ab improbis operibus, sed vt abstineat ab his  
 ad quæ ex officio tenentur, hos merito auersatur Deus ac fasti-  
 dit, nec is se auocat ab istis tanquã à mendacijs. Talia enim  
 sunt sabbata quæ vt misera à propheta desentur dicte: *Va*  
*qui propinquat & cōplectitur mendacia ac vana sabbata*. Vera enim  
 sabbata requiem insinuant populo Dei reposita, quæ quod  
 vana sint, grata habet Deus. Quinertiam prætergressus est  
 sabbata requietionis, apud quem & mundus hic crucifixus  
 est, nimirũ quisquis à sollicitudinibus mundanæ vitæ desci-  
 uir, & ad peculiarem locum spiritali quieti destinatum se  
 recepit, in quibus sabbatis tantisper dum versabitur, non  
 iam dimouebitur à priuato & peculiari loco destinata sibi  
 quietis & tranquillitatis circa eum vitæ statum consistentis,  
 nec accendet ignem cohabitando seculari vitæ. Ob hoc ne  
 inferat materiam accendēdo igni idoneam, ligna, fœnum,  
 stipulam. Nec tollet onus siue sarcinam: is nimirum qui  
 nulla sibi impendente sarcina peccati prægrauatur, reuera  
 talis tranquilla per ocia transiget sabbatum \* delicatum.  
 Sed enim pro magno die reliqui interpretes reddiderunt  
 κλητὴν vocatam siue accersitam. Theodotum autem \* ἐπι-  
 κλητον denominatam, Symmachus verò ἐπικλησιον οὐκ ἀνε-  
 ζομαι denominationem diei non feram, quare non existi-  
 mamus diem hunc magnum dictum esse vt præcipuum &  
 eximia cuiusdam celebritatis: sed omnem omnino diem  
 sic vocatũ esse, nempe κλητὴν. Ait enim de diebus azymis:  
*Prima denominata, quia sancta erit. Et dies septima vocata sancta erit*  
*vobis. Et dies septima nouorum, quando offeretis hostiam hebdomada-*  
*rum, denominata sancta erit vobis*. Rursus. *Decima mensis*  
*huius septimi, denominata sancta erit vobis*. Apparet igitur  
 vna hac sententia multos abrogare dies suo denomi-  
 natos nomine, ac prope modum rejicere omnes qui sanctio-  
 ne legis fuerint insigniter celebres & festi. Itaque hisce  
 abrogatis, vnã insinuat quam nulla excipiet nox, de qua  
 dictum est: *Diem Domini magnum*, quam vtique non hic  
 sensibilis Sol, sed exoriens Sol iustitiæ suo splendore illu-  
 strabit, quæ quidem vna erit & eadem perpes atque con-  
 tinua, nullam noctem quæ eam excipiat, habitura est, inq;  
 omne æuum se exporrectione. Reuera enim illa dies magna:  
 D Iudæus autem corpori affixus hic illum exquirat diem ma-  
 gnum, quum de præsentis seculi diebus pronuntiarit Iac-  
 cob, *quia parui & mali sunt*. Sabbatorum autem comme-  
 moratorum differentia quatuor sunt. Sunt quæ ritu Iu-  
 daico obseruantur, & hæc quidem vana. Sunt autem &  
 abominatione digna. Sunt & quædam indigna toleratu.  
 Sunt denique quarto loco inuisa & odio prosequenda, in  
 quibus numeratur ieiunium Iudaicum. Quemadmodum  
 igitur declaratum est inesse alijs quiddam, quod reiectitiũ  
 sit & repudiandum, quiddam est diuerso quod Deo acceptũ  
 sit: ita & in ieiunio. Abstinentiam quidem ab esculentis  
 quæ ad ostentationem fit; hanc Domini anima odio prose-  
 quitur. Inter quæ sunt: *Ne tetigeris, ne gustaueris, ne contrecta-*  
*ueris*. Quæ autem assumitur ad elationem carnis in seruitu-  
 tem redigendam, hanc diligit Deus, quod per carnis mace-  
 rationem rectã prouehat ad Sanctimoniam. Atqui ieiuniũ  
 istud commendabile vt quis ritè perficiat, non satis virium  
 per se habet abstinentia ab escis: sed oportet & reliquam  
 adesse instituendæ vitæ disciplinam, in sermonibus, in ge-  
 nere conuersandi, in familiari congressu cum his qui vñũ  
 esse possunt, ita vt hæc affectatio disciplinæ quæ fit per absti-  
 nentiam à cibis, transeat in spiritualem mentis exercita-  
 tionem. Est functio hæc sanequam peculiaris studioso ho-  
 mini multa mente complecti: & qui strenuam nauat ope-  
 ram indagandæ veritati, rarius descendit ad prouidentiam  
 F carnis. Vt is primum quæ necessaria sunt corpori citra ne-  
 gorium vllum & vt de se vltro offerunt, subministravit: toto  
 nixu resiliit ab occupatione rerum inutilium & ad prestitu-  
 tum initio sibi genus vitæ recurrit. Occasionem omnem  
 per quam elatio carnis coalescit ac nutritur, ratio talis vitæ  
 e medio tollit: adeo vt non deinceps caro tyrannidè exer-  
 ceat aduersus spiritum, neque eadem expleat iam opera na-  
 turæ suæ peculiaris, fornicationem, immundiciam, concita-  
 tum ac vitiosum affectum, concupiscentiam malam. Mor-  
 tificantes igitur nostra ipsorum membra quæ sunt super  
 terram, perque sermones increpatorios suppressimtes  
 omnem animi turbulentam intemperiem & per edulio-  
 rum

Exo 1. 30.

† γυαλι-  
σος, αλ.

Exo 1. 30.  
in. a LXX

2. Cor. 2.

De veris &  
mēdicibus  
Sabbatis,  
vide Hiero-  
nym.

\* Sabbatũ  
delicatum.  
\* For san  
ἐπικλητον,  
laudatam,  
celebrem.

Leui. 23. 6.

Sabbatorũ  
differentia  
quatuor.

rum abstinentiam ieiunemus ieiunium, hostiam planè acceptam ac beneplacentem Domino. Abstinentia enim à cibis coercet immoderatam ventris appetentiam & eorum quæ sub ventre sita sunt. Qui tolerandis laboribus strenuus est, in his se vtiliter exercebit, in exemplum sibi proponens vitam Helia, Moyfi, Danielis, Ioannis & reliquorum id genus sanctorum, quibus dignus non erat mundus, qui circueierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiat, afflicti. Atqui non statim in abstinentia ciborum, vis tota animi qua ad perfectionem contendimus, per se sufficiens, nisi se anima stabiliter constituat in omnimoda abstinentia eorum quæ alunt malitiam. Quemadmodum enim homo duplex, nimirum anima cõstat & corpore: ita & cibi duplices quum sint vtriusque alendæ substantiæ accommodati, ijdem quod alimentum accipit, reddunt efficacius atque robustius ad obeundas actiones sibi peculiariter congruentes. Quemadmodum enim in arte gymnastica, cibi athleticæ qui pro congrua proportione exercitiorum adhibentur alendis corporibus, quantò inualescunt vi nutrimentorum, tantò excitant ac promouent corpus ad præstantius robur temperaturamque vegetiorem. Proinde non mediocri accessio virium inditur corpori, per hoc quod ad suffulciendam eius substantiam congruenti cibo refouetur. Confimilis ratio obseruatur & in exercitatione ad excolendam pietatem. Dogmata enim fidei, sermones item ad mores rectè formandos continenter oblati animæ, eamque sensum & quotidianis incrementis adaugentes, robustiorem reddunt & subeundis laboribus magis idoneam efficiunt, ad apprehendendam præstantiorem & perfectiorem quæ in fidei dogmatibus reposita est, doctrinam. Nobis igitur magnopere defugiendum est ieiunium hypocriticum, hoc est, simulatitium, quod & Dominus iusto iudicio prædicatur odio prosequi, de quo & Propheta contemptim & per execrationem ait: *Non interficiet Dominus animam iustam fame.* Non enim hic loquitur de fame corporis (vtique enim dixisset de corporibus iustorum) sed de inedia animarum. Non enim fame interficiet animas iustorum, quanquam Paulus quidem inter afflictiones quibus de gloriatur, enumerat & hoc: *In ieiunijs sepe.* Et illud, *In fame & siti.* Famem præterea apprecatur iustus. Atqui præstiterit singula hæc quæ de inopia dicuntur, interpretari iuxta sublimiorem sensum. Tale est & hoc: *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panes.* Meminimus enim Helia panem à Sidonide petentis. Quin & semen Iacob iusti concessit in Ægyptum, quæsiturum panes. Quod si vitæ rimum humilem intelligentiam, eadem opera dissoluetur absurditas quæ in contradictione apparet. Istiusmodi igitur ieiunia ieiunabant Iudæi fame enecantes interiorem suum hominem, quod ipsos præoccupasset comminatio illa quæ dicit: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & inducam super terram hanc famem: non famem panis; neq; sitim aque: sed famem & audiendi verba Domini.* Eiusmodi igitur ieiunia se odisse protestatur Dominus. Et hi quidem mentem suam quum ad maciem tabemque perducant penuria salutiferæ ac viuificantis doctrinæ, alijs diuerso præter omnem modum student opimando corpori, vtque secundum exteriorem hominem euadant carnulenti, indulgent saginæ. Etenim quemadmodum momentum stateræ quando grauitate oneris deorsum vergit, pars altera ei obuersa propendet & attollitur. Contingit enim istis carnulentis mentem quodammodo reddi infirmiore. Ex contrario, qui intellectu præditi sunt incolumi & firmo, plerumque carnem obtinent gracilentiore minusque obesam. Siquidem hoc est quod ait Apostolus, *quia quanto homo exterior corrumpitur, tanto interior renouatur.* Et illud, *Quando infirmior, tunc potens sum.* Ex copioso enim & opimior alimento ÷ fuliginosæ quædam exhalatione densæ nubis instar egerunt, quæ intercipiunt illustrationem cælestis doctrinæ natam inferi mentibus nostris infusione Spiritus sancti. Ob hoc Moses, vt mente Deum contempleretur conscenso monte, diebus quadraginta perseueravit cibo potuque impastus ac ieiunus, secum ita constituens, vt princeps animæ suæ facultas, mens persisteret sciuncta ab omni turbulenta intemperie. Nec secus Helias Deum quæsiturus pari temporis inter-

capedine, neglectim transmisit alimenta, ne qua mentem obumbraret caligo epulari. Sed enim ipse Dominus inijt ab his diuersus. A resurrectione enim ex mortuis inque cælos rediturus gustauit cibum, fidem vt faceret se naturæ resumpsisse excitati corporis: condescensione autem se attemperans hominibus, ieiunabat, per hoc declarans necessariam esse ieiunij exercitationem ei qui se exuturus esset ad fortiter sustinendos agones tentationum. Corporis enim maceratio est veluti quædam exercitatio ad reportandam ex hoste victoriam. Non est alioqui sic vtendum carne, vt per alimenti penuriam, natium eius tenorem ac robur enerues, neq; mens sic opprimenda immodico labore, vt nihil possit conficere iusti operis aut eorum quæ cõcomitantur. Iam quando iussi sumus ne sponso præsentem obseruemus ieiunium, ieiunium inquam quod à sermone pendet, quemadmodum illi qui nutriebantur pane de cælis descendente & fastidienter auerlabantur cibum carnis Domini quæ author erat vitæ. Tale ieiunium se odisse profertur Dominus. Inter ea quoq; quæ odio prosequitur Dominus, vnum hoc est segne & iners otium, nimirum cessatio ab his quæ nos ex officio attinet facere. Proinde otium eiusmodi in speciem videtur consequi ex celebratione festi omnis, quod ab operibus feriatio annexa sit festis diebus. Nam, *Omne opus seruire non facietis.* Quod quæ isti vacantes inerti otio ab his quæ præsentem cõcernunt vitam diebus festis, nihil interim non perficiebât absurde improbitatis, meritò prædicabatur vacare odibili otio. Quomodo enim non odio prosequendum otium, quod formica & api peiorem efficit hominem, qui vtique initio suæ conditionis positus in paradiso est, vt operaretur & custodiret eum? Primum igitur & maxime proprium humanæ conditioni studium est, vt operetur, ita vt iners otium sit propemodum præter hominis naturæ, id quod asserit se Dominus odisse. Cæterum quonam genere otij nos feriari vult? Nimirum, vt ne operemur cibum, qui perit, ne ad yllam vanitatem sustollamus oculos, ne inanes fabellas & rumusculos excipiamus auribus, manus vt excutiamus ab omni munere, ne veloces habeamus pedes ad effundendum sanguinem. Vtque vno sermone concludam, ne omnem curam expleamus in desiderijs istius corporis. *Non amplius remittam peccata vestra.* Defessi est hæc vox, aduersus eos qui tot cumulati beneficijs cõtinenter recurrunt ad præstinã malitiã. Non amplius dimittam. Ad complexum penitentia vos crebro inuitau. Visi estis obtemperare, subinde ad pristina recurritis improbitatè. Spe igitur abiecta propter impenitentem cor vestrum, non iam remittam vobis debitam condemnationem. Non enim qui dixit, peccau: mox si relapsus in eodem peccato perdurat, talis verè cõsistet; sed qui deprehenso peccato suo iuxta psalmi adhortationem, etiam illud odio infensè persequitur. Quid enim emolumenti adfert ægrotò cura medici, quando is qui aduersa valetudine conflictatur, suæ vitæ exitialia conquirat? Sic ex culpis condonatis nihil accedit vtilitatis ei qui ad iniquitates & offencicula redit, ex remissis intemperatiæ flagitijs nihil lucri in eum resilit qui adhuc in iisdem versatur lasciuia vitijs. Quo igitur pacto anima à peccatis absoluitur? Quum in ipsa virtus inualuerit, suisque sermonibus eam integrè & solidè confirmarit ac traduxerit ad affectum oppositum malitiæ: ita vt oblata ei occasione aliena extorquendi, vltro se animus conciet ad obtinendum sui equalis honorè, tametsi facile sit illi iniuriã irrogare proximo, etiamsi nullius testimonio illata iniuria probari possit, vitat tamè peccatum tanquam maximū malum, huic sic affecto in se, per virtutis habitudinem possibile est condonari prius admittas iniquitates. Sanè assuefactione talium operum, & acceptis in anima habitu & stabili perseuerantia, à se propellit omnem petulantissimam libidinem. Temperantem verò siue castum eum dicimus non in quo per senium aut morbum alio quopiam casu emaruerunt appetitus intemperantis lasciuia. Tali enim inest quidem nequitia ipsa, licet actio præpediatur per organorum infirmitatem. Quare temperantia ea demum vera est si facultas cognitionis vi prædita in anima altius suas impressit radices, abolens quæ prius inerant vestigia obscenarum motionum. Ad hunc modum quisquis sibi medelã adhibuerit, resumedo

Confirmat  
pmit.

Prou. 10. in x-  
ta LXX.

2. Cor. 11.

Psal. 36. 25.  
† dpt 85.

Amos 8.

\* λογαυ.

† Βεβλ α-  
σις à simili  
petita.

2. Cor. 4.

† 2. Cor. 12.

† αιδαλι-  
δαις αναδω-  
μικα Cετς.

\* Ad eam sci-  
licet exerci-  
tationem  
spiritualem.

Lenit. 23.

Otium odibi-  
le.

\* Quiddam  
hic desidero.

virtutis habitudinem profus contrariã vitæ prius ad peccata propendit, huic conferretur perquam vilis veniæ gratia. Præfens vero sententia interminatur à Deo repudiandos ex toto, qui quidem in varia flagitia subinde prolapsi per clementiam illos velut manu deducentem se aliquando erexerunt, dein ad extremum multiformi infirmitate deuidi relapsi sunt. Præsenti loco illud: *ὁκλ. 17.*, non iam tacitam significationem nobis exhibet aliquanto prius sæpenumero condonata illis indulgentiæ ob consimilia flagitia. Supra enim humanas vires est, vt quis se totum dedat vitæ secundum virtutem instituendæ, citra remissionem peccatorum à Deo profluentem. Quare sapienter dispensat ac moderatur eum qui solerter discussam vitam in peccatis exactam resarcire eam instituit, dein idem pollicetur sese recepturum ad sanioerem viuendi formulam, vult quidem à sine sententiam statuere de prius commissis, exordium autem sumere à commissis peccatis, quasi per penitentiam non reuiuiscant. Porro eum qui hæc continenter pollicetur & idem iugiter in eadem resilit, velut spe abiecta deploratum à sua profus secludit clementia: *Quum extenderitis manus, auertam oculos meos à vobis. Qui specie tenus & simulatè orant, manus quidem expandunt, non item attendunt Dei oculos ad eorum orationem intentos ac respectantes. E contrario autem huc corporis gestum & habitum orandi fuisse sanctis familiarem didicimus, dicente David: Expandi ad te manus meas. Et, Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinũ. Pugnam conferente cum hostibus Israele Moses ad solis vsq; occubitum manus retinebat exporrectas. Huc facit sententia Apostoli dicentis: Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus. Fortè autem præfens sententiã quiddam innuit altioris sensus. Nam qui eximia quædam cælestia ac sublimia operatur, actiuam & efficacem vim retinet necnon in sublime erectam, atq; ob id dicitur in sublime manus tollere: qui autem abiecta ac terrena & quæ corruptelæ subiacent, efficit, hic manus propendentes habet & deiectas. Quinetiam nos hoc admonet historia Mosaica, quia qui in via Dei promouent, non semper suas exæquant actiones: sed aliquando quidè melius viuunt, nonnunquam per imbecillitatem contingit eos elanguescere & exolui infirmisque operari pro humana conditione. Quæ tum fiebant, figuræ erant futuri status. Mose enim exporrigit manus, inualecebat viribus Israel: contra, eodem manus dimittente, præualebat \* Amalec: Hoc est, nostra hæc operatoria & actiuã facultas si quando fatiscet ac prosteretur, aduersum nos præualent aduersariæ potestates. E diuerso, quum manus fuerit in sublime expansa per discretam operum distinctionem, tunc mentis nostræ perspicacitas acriores resumit vires; id quod Israel dicitur. Proinde obserua hic non esse dictum, quum eleuaueritis manus vestras: sed quum extenderitis. Siquidem eleuat, qui cælestia quærit: extendit autem & qui indignus est corporalis subsidij. Quum igitur extensio manuum identidem fiat ab ipsis infantibus per affectum erga nutrices aut matres, hæc verbis declarat vim affectiuam eorum qui preces effundebant. Non dixit, Quum extenderitis ad me, sed absolute ait: *Quando extenderitis manus vestras, auertam oculos meos: subneçit causam: Quia manus vestra sanguine plena sunt. Et si multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Qui in hac quidem vita nihil conficiunt operis quod virtutis nomine dignum sit, sola autem prolixitudine orationis existimant se iustos, verba hæc attentis auribus audiant. Non enim vtcumque effusa preces adiumento sunt: sed si cum serua & alacri affectione depromantur. Quandoquidem Phariseus ille deprecationes in speciem multiplicabat. Sed quid ait scriptura? *Stans autem Phariseus hæc apud se orabat, non item apud Deum.* Ad sui enim existimationem redierat: siquidem in peccato superbiæ versabatur. Ob hoc & saluator ait: *Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt. Putant enim quia in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis.* Et illud: *Ex multiloquio non effugiet quis peccatum.* Oportet igitur querere regnum Dei & iustitiam: quæ autè corporalia sunt & terrena, non tantopere efflagitanda veniunt, quum dicat Psalmus: *Vnam petij à Domino, hæc requiram: vt inhabitem in domo Domini. Manus vestra sanguine plena sunt.* Planè hæc causa est quare Deus*

A oculos suos deflexit ab istis, quum alioqui manus suas extenderint, quod signa depromendæ supplicationis accommoda verterint in occasione exasperandæ iræ Dei, veluti si quispiam filium alicuius vnice dilectum neci tradiderit, isque manus filij sanguine eatenus cruentatas supplex exporrigit ad patrem vehementer illi infensum, dexteram amicitia indicem efflagitans, vtque apud ipsum veniæ locum inueniat. An non responderemus filij sanguinem in manu † filijcidæ ad iram tanto acrius exacerbare patrem tali iniuria affectum? Equidem Iudæorum preces sic se habent, ad quas quum manus extenderint, Deo & Patri memoriam renouant piaculi in vnigenitum filium admissi, perque singulas extensiones, manus suas ostentant sanguine Christi plenas. Hi enim tantisper dum in pertinaci exæcatione persistunt, hæredes sunt paternæ occisionis. Dixit enim ille populus: *Sanguis eius super nos & filios nostros. Lauamini, mundi estote.* Quod ad hanc sententiam attinet, sensus scripturæ videtur non nihil in se complecti contrarietatis ac propemodum Deum coarguere vaniloquij. Dixit enim, *Non amplius dimittam peccata vestra.* Adiecit & illud: *Si multiplicaueritis deprecationem, non exaudiam vos.* Nunc quasi sanabiles sint, ait: *Lauamini, mundi estote.* In superioribus equidem verbis demonstratur impossibile esse ad salutem prouehi his qui volunt secundum legem viuere: in his autem, alia longè via præmonstratur ad promerendam salutem. Et illa quidem superior scriptura reprobat sensibilem eam conuerfationem quam obseruant iuxta præscriptum legis Mosaicæ: è diuerso hæc instantis euangelicæ vitæ præmonstrat exordia. *Si obtuleritis similaginem, vanum incensum, abominatio: adipem agnorum & sanguinem taurorum nolo.* Quid igitur reliquum sit, vt faciamus? Quid oblaturi simus? An forte eo hoc dicitur, quod deinceps repudiet illam multiformem culturam concretiori materiæ affixam, vt transcendamus ad festos dies quorum obseruatione latrariam exhibeamus? *Neomenias vestras & sabbata & diem magnum non sero.* An non ieiunabimus? Seda ieiunia vestra odit anima mea. Reliquumne sit, vt vel Iudaico ritu supplicemus Deo, & ceteris iuxta legem effundamus? *Sed & si multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos: & si extenderitis manus.* Non ipsam auersor supplicationem, sed obfusum sanguinem in candesco & exasperor ira. Quid igitur nobis faciendum relinquit? Quo tandem pacto te nobis repropitiabimus? Qua quæso ratione iniustam sanguinis fusionem abstergemus? *Lauamini, mundi estote.* Certè (hi dixerunt) commemorimus quid de lauacro dixerit Moses, nempe hoc: *Qui tetigerit quidpiam eorum quæ immunda sunt, simulatq; intellexerit, Lauabit vestimenta & lauabitur corpus aqua & mundus erit.* Atqui non dixit: *Lauamini ob vnquamque immundiciam, sed lauamini.* Vnum enim baptismum, vna expiatio. Illic, *lauabit vestimenta & lauabitur corpus aqua:* hic, *Auferre malitias, non qualemcumque eluuiem ab animabus, non à vestimentis.* Deinceps ne curiosus fatagas pro oblatione thuris, galbani, onychos & stactes. Non iam requirito vitulam exacte rufescentem, sic vt nihil vilius alterius in se permisti coloris habeat, quas vix † tres tulit vniuersum legalis culturæ tempus. Ne ieiunieris Iudaico ritu. Ne te implices per festorum dierum ferias, inertis otio. Vnius tantum rei & quidem compendiarie curam habeto, cuius authoritas penes vos est. Quid tandem est hoc? *Discite bonum facere.* Præcepto huic nunc omnino non obtemperatis, nimirum eius rudes & imperiti. Sanè id bonum, quum sit doctrice disciplina comparabile, lex autem non dilucidè illud docuit: eius enim cognitio exclusiua est ab ea, quippe quæ documenta non vsquequaque bona dedit: quare omnino necesse fuit confugere ad domicilium euangelicæ disciplinæ. Aduertas velim compendiarium rationem dispensationis verbi per euidentem & expressam † similitudinem. Sit vnus quispiam ex eorum classe qui ad ostentandam magnificentiam suas opes profundunt & affluunt diuitijs, qui ad suam viuendi consuetudinem obtineat multiformes ac distinctas species epularum apposite instructas. Quod autem ad cetera attinet, sit is implacidus ac miserè afficiatur: ad vnum illud & solum se habeat satis commodè. Ad hæc, ab vnoquoque ei † occurrentium reiectus, eo necessitatis adigat famulos, vt ad

1. Tim. 2.

Eccl. 17.

עמלק \* Populus iabens, vel percutiens.

Luc. 18.

Matth. 6.

Proverb. 10. iuxta LXX.

Psal. 26.

Cur non ex-

Confirmat Simili.

† παρορο. vñ.

† ἀς τρεῖς.

† ὁμοει. γμα.

† ἀβωληῶν, ὄψαν, ἀπε- εὶ † occurrentium reiectus, eo necessitatis adigat famulos, ἑλητῶν.

vt ad

Et ad illud perueniant quod arcanis quidem deſiderijs & ſecundum naturam expetebatur. Ad eundem modum nunc denique omnibus repudiatis legalibus neceſſariè excipitur inſtitutio Euangelicæ legis. *Lauamini.* Ecquid hinc lucrif ut mundi ſitis. In quem quaſo uſum iſthæc mundiciâ? Ut Deum uideatis. Satiſne fuerit me à prioribus flagitijs eſſe ablutum & accepta eorum condonatione, inerti otio deterrere vitâ? Eſtne opus vlla alia re? *Auferite malitiâ ab animabus veſtris coram oculis meis.* Expurgatio quæ per lauacrû fit, utique dependet à Domini erga nos benignitate: nequitia autem ſubmotio à nobis ipſis requirit accuratam operum exercitationem. Etenim ne ſpem totâ collocantes in ſola quæ ex regenerationis lauacro profluit, gratia, inefficaces & ab obſeruatione mandatorum vacui deſideamus. Eam ob cauſam connectit omnem moderandâ vitæ collationem, dicens: *Auferite malitiâ à cordibus veſtris.* Ac ſi dicat: Ab radice malitioſas cogitationes reuellite à mente veſtra, ut ne vllum ſermonem; non item quiduis operis progerninet eorum quæ vitioſa ſunt & improba. *A conſpectu oculorum meorum.* Quandoquidem multa occurrunt eorum quæ ab externis & à fide alienis exerceantur ſtudio vitæ ſecundum virtutem inſtituendâ, ceu ſunt, Abſtinentia à cõcubitu & epularum voluptate, conſtans morum ſtabilitas & tranquillitas vitæ minimè turbulenta: non fatis fuit dicere: *Auferite malitiâ, ſed atrox illud: A conſpectu oculorum meorum,* quaſi nulla poſſit actio decenter perfici, niſi exerceatur cum pietate erga Chriſtum. Aut ex quo Pater videt in abſconſo, adiecit hoc: *A conſpectu oculorum meorum,* à locis utique quæ & Deus videt, ut ne illi adimamus ſolum ab actionibus ſuam prouidentiam, ſed ne quidem à mutuis cõfabulationibus. De Deo planè conceptio hæc conſeruat incolumis per perfectam charitatem, eo quod *charitas non cogitat malum,* iuxta Paulum: *Diſcite bonû facere.* Moralis enim ſermo haudquaquã innotefcit omnibus, nec ſuaſpe natura eſt vniuerſis expoſitus, etiã ſi præduce doctrina eum aſſequi poſſis, ut quæ bona ſunt, efficias. Ait enim ſcriptura: *Iuſte quod iuſtum eſt, perſequeris.* Hoc eſt, Cum ſermonibus qui de iuſtitia ſunt; iuſtam perficies actionem. Licuerit enim quiddam operis moliri quod ad artem pertineat medicâ, nec id tamen ad canonem medicæ diſciplinæ. Ratione cõſimili liceat quiddam quod iuſtum ſit, aggredi, nec alioqui iuſtè. Verbi gratia, Ipſe herbarum uſus medicum quidem concernit. Exigit item ratio, ut iuxta præſcriptum medicinæ nouerit perfecte quam ſit efficax vis herbæ; propriam quoque morbi naturâ, quo tempore adhibenda ſit medela, quo item modo ac menſura, ea vtendum ſit. Quod autem attinet ad ſcientiam, differt ab eo quod fortuito contingit caſu. Nam qui iuxta canonem medicæ artis operatur, eadem ſemper efficit, quia præducem rationem ſequitur: qui autem temerè, non ſi ſemper & ſententiaſe aſſequetur quæ profint, ſed quæ vel hodie ſalutifera ſunt vnicuiquam, interdum ad perniciem & corruptelam eundem perducunt. Ad eundem modum rei laudabilis ac bonæ tractatio ſecundum tenorem ſcientiæ effecta, æquabiliter redditur per æquæ ac ſi ipſa artis ratio inhabitans vnicuique; eorum quæ ſunt adſiſtat. Declarat & alijs locis ſcriptura, quam ſit neceſſaria & vtilis diſciplina rerum agendarum, dum dixit: *Omnis qui non didicit iuſtitiam, nec veritatem vnquam perficiet ſuper terrâ.* David proinde timorem Dei collocat inter ea quæ præduce doctrina parari ſolent, dum dicit: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Exquirite iudiciû.* Chriſti videlicet, ſecundum quod de nobis fert ſententiam, ſingulis quibusque; noſtrum pro meritorum qualitate rependendæ mercedis: quod quidem niſi obſeruemus, niſi præ oculis habeamus: ne poſſimus quidem perſiſtere in vllò opere bono. *Attenta enim cogitatio arcanorum nobis que formidabilem quæ in tremendo iudicio ſe offerent, pædagogus eſt ad exercendam pietatem: aut quia nihil non examinatum & ad perpèdiculum iudicij libratum erit, nullo eorum quæ geſimus, indicta cauſa, & vt alias ferè contingit, relicta, dicete ſcriptura: Innouabit enim omnia. Et, Cogitationes iuſtorum, iudicia.* Itaque oportet tanquam iudicem ſibi præſtituere rationem quæ ſupremam regionem, nempe mentem noſtram velut fortuitò conſcendens ſingula quæque diiudicet & explo-

ret quæ acceptanda ſint, quæue minus & mutua rerum facta collatione & peracri animi arbitrio vna cum exacta diſcretionem mandet effectui. Hoc enim eſt quod dicit Paulus: *Si enim nos ipſos iudicaremus, non vtrique iudicaremur.* *Liberate iniuria oppreſſum.* Quum duplex ſit in proximis iniuria. (Aut enim iniuria aſſiciuntur quoad corporalia attingit; puta in pecunijs & reliquis id genus externis: Aut certè iniuria inſigitur animæ) citra vllam diſtinctionem iubemur eripere iniuria oppreſſum. Sciendum alioqui, quia plenius ſtadium his liberandis adhibere debemus qui lætaliter læduntur & tyrannide diaboli opprimuntur, omni inſuper conatu eximere captiuitate quos detinet captiuos diabolus, eorumque mentes & animi conceptus dirigere ad obedientiam Chriſti. Proinde tentandum eſt, ut & ab iniurijs in corpora proximorum inuectis noſtra opera ſubducantur qui inferiores nobis ſunt, ſi quando per rapinam inciderint in manus violentorum & ab eis tanquã vi torrentis miſerè tractentur. An non quaſo, ſufficientes nos qui inter tot perplexas & graues moleſtias laborantibus, ad tolerantiam verba ſaltem conſolatoria adonemus, à nulla quidem re temperantes eorû quæ penes nos ſunt, ut ne de ſpe decidamus eorum quæ intendimus aſſequi? Per mutam igitur fratrum dilectionem condeſcãmus alienæ calamitati. *Iudicare pupillo.* Nimirum quod tenella hæc ætas facile contemptui pateat, nec admodum procliuè ſit orphanis ad iudicium prouocare in ſe iniurios. Iudicium igitur pronunciate ſecundum pupillos, qui tuendæ cauſæ ſuæ patronis deſtituti ſunt, quod ſibi ipſis deſit per ætatè, vos ipſi ſupplete, ſic vt cum beato Iob gloriemini: Ego eram ꝑ pater impotentium. Haud equidem ſcio, an conueniat ſenſum iſtius ſententiolæ ſpirituãus e-diſſerere, quando & eorum qui in Chriſtum crediderunt quique conuerſationem complexi ſunt iuxta tenorè euangelicæ prædicationis, pater dicitur Deus. Si quis enim per prouocationem legis \* ſe ſubdixerit à Deo, hic quodammodo ipſius prouidentia orbatus eſt, iuſto quidem iudicio & certa ſcientia. Hic vt ad priſtinam cum Deo familiaritatem inſtaurètur, haud ſegnem det operam, non equidem citra iudicij æquitatem ſibi indulgens, non item aduerſum ſe inelementi ſeueritate uſus. Caterum tali æquũ iudicium pronuntiate, nempe vtilem & accommodum pœnitentiæ tenorem ſuggerentes. Iam quando omnis qui facit peccatum, ex diabolo natus eſt: ſi quis pro libertate arbitrij ſe ab illa affinitate maligni patris vitroneus ſubmouerit, leg; adiuuauerit doctrinæ ad pietatem promotenti, ita vt in Chriſto Ieſu regeneretur per Euangeliũ, quam feliciter eſt hic orbatus ſuo patre? Talis promeretur competente cura perfrui his quæ à diſpenſatoribus Eccleſiæ in communem uſum deprimuntur. Nam quod quædam orbata ſit vtilis admodum, perſpicuè docet Pſalmus, dum votis præcatur filijs Iudæ \* ſterilitatem orbitatis quæ à maligno proficiſcitur. Hunc enim ſenſum rationi conſentaneum continere videtur ſcriptura, dum dicit: *Fiant filij eius orphani,* ut ne habeat malignum ſclerata vitæ doctorem, nempe morbum impotentis aueritæ; denique excepturi opprobria futiſ & proditoris. *Et iuſtificata viduam.* Hæc etiam vni perſona in multis eorû quæ ad vitam hanc exiguntur, propter ſexus infirmitatem detrimenta accipit. Patet enim & expoſita eſt cuius illam volenti inceſſere iniurijs: quare opus omnino eſt, ut ſint qui expoſtrecta auxiliari manu iubeant ei reſtitui ius debitum, idque maxime ſi proſus vidua fuerit deſtituta omni humano patrociniõ. Spem vero ſuam omnem in Deum conijciens aſſiduè perſeueret in deprecationibus, vt ab omni contagione peccati in puritate cordis degat per ſancam exercitationem. Iam quando Deus in plerisque locis ſcripturæ de hominis anima, tanquam ſponſa ſua e-diſſerit, ſi quidem vidua fuerit & à Chriſto defecerit per idololatriam, ſpirituãli fornicatione conſtrupta, ſpoliata autem affinitate quam cum ſpoſo verbo contraxerat, hanc oportet iuſtificari per pœnitentiã iuſto iudicio caſtigatam. Si quando \* Iſrael ſecundum carnem, Eccleſia vidua eſt liberata à ſeruili legis iugo, ita vt non iã nuncupetur adultera viro alteri copulata, nempe Chriſto ac cõmodant eã ſibi ad ſalutem; & hæc oportet nos profiteri eſt.

i. Cor. 13.

Deut. 16.

Pſal. 33.

Prou. 12.

1. Cor. 13.

† κατὰ πρόσωπον

\* Legit̃ intel- ligit̃ Euangelicam.

\* Iuda proditoris Domini. Pſal. 107.

\* Hic quiddã deſit: forſan, abrogatus eſt.

esse iustificatam quæ per Christi Euangelium condiscit opera iustitiæ. *Et venite, & disceptemus, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra quasi phaniceum, tanquam niuem dealbabo: si vero fuerint tanquam coccinum, quasi lanam dealbabo.* Multis ad eod scripturæ locis, tales nobis se offerunt dicendi formulæ, quasi Deus se demittat ad hominum iudicium. Tale enim est illud: *Ipsè Dominus veniet ad iudicium cum senioribus populi sui & cum principibus suis.* Illud item in Michæa sic habet: *Audite, quæso, sermonem Domini. Dominus dixit: Exurge iudicare iuxta montes, quia iudicium Domino aduersus populum suum, & cum populo suo disceptabit. Popule meus quid feci tibi? Aut qua in re contristasti te? Aut in quo molestus fui tibi? Responde mihi. Si quidem decet Dei iudicium nihil habere confine tyrannidi: sed iudicium more qui inter homines familiarem in eunt communicationem: qua fit, vt locum exhibeant sui purgandi his qui ad causam dicendam sistuntur iudicio, vt videns vnus aliquis sententiam in reum dilucide pronunciatam, assentiatur incontrouersis Dei iudicijs, & inflictam pœnam comprobet, astipulans inquam iudicijs iuxta omnem iustitiæ formulam sibi productis, vt denique contemplerentur eorum quæ sibi condonata sunt, remissionem erga se factam sermone & ordine. Atqui scriptura repræsentat hæc per prosopopeiam, non quod aduersus vnumquemque nostrum interrogations producendæ sint, & responsiones futuri iudicis inducendæ aduersus eum qui iudicium subiturus est: sed vt anxiam sollicitudinem nobis ingerat, ne inerti otio desidentes negligamus nos expurgare. Verisimile enim, quia indicibili quadam virtute, momento temporis omnes quas in hac gessimus vita, actiones veluti in tabula quapiam, in memoratiua animæ nostræ potentia impressæ patefcent. Sicque illud audiemus: *Circumdederunt eos nunc praua ipsorum consilia.* Et, *Coriam facie mea posita sunt.* Porro in Daniele libri allati quid aliud indicant, quam quod Dominus in hominum memoratiua virtute excitaturus est formas eorum quæ gessit, vt suorum quisque meminerit factorum, vt ipsi cernamus quorum causa plectamur? Post lotionem verò & expurgatam eluuiem peccatorum, post abluionem nequitie ab anima à conspectu oculorum Dei & interquiectionem à malitijs, post assumptam scientiam bonorum operum, & exquisitum iudicium, post liberatum vi oppressum & iudicium orphano exhibitum atque iustificatam viduam: tunc demum ad disceptandum & argumentis reuincendum vocatur is cui promittitur, quod sit velut nix aut sicut lana dealbandus. Nec vsque adeò per se sufficiens est ipsum regenerationis lauacrum, vt lorum promoueat ad alborem niuis aut lanæ: sed & opera requiruntur, nec perfunctiora aut qualicumque diligentia est opus ad hoc vt lauacrum quidem sit effectiuum puritatis & expurgationis à sordibus: sed & sententia iudicialis secundum orphanum requiritur & iustificatio viduæ, quod vtrumque conciliat albedinem niui ac lanæ nihilo disparem. Potest enim quod punice est coloris, purum quidem esse, sic tamen vt non ex quo respondeat candori. Ex quo enim phæniceus color dilutioris est ruboris: coccineus autem altius inferit & ad fatietatem vsque, ruborem suum. Illud quidem refertur ad niuem: hoc autem censetur suam habere proportionem ad albam lanam. Rubro quidem colori peccata nostra conferuntur, quod sint φοινικιά, id est, elephantici morbi, aut lepræ animarum. Et quemadmodum in tincturis, quod repetitis vicibus ac multo cum labore intinctum est, tincturam excipit pressius inhaerentem, nec ita facile euanescentem: contra, quod superficie tenus & vt occasio tulit, coloribus infectum est, tincturam bibit facile mobilem & reiecitiam. Ad eundem se habet modum anima sanie peccatorum suppurata & in habitudine constituta malitiæ. Ista enim mali assuetudo vix ac multo negotio elui potest, & quodammodo inustam impressit animæ maculam contagione peccatorum contractam. Ad minus autem ac veluti in superficie magis conspicuum versatur malum, quod dilutius coloratum est & sordè peccati conspurcatum, pro peccatorum proportione plus aut minus superueniente colore. Qua tandem ratione inter alba, nix lanæque ad hanc exprimendam*

Esaiæ 3.  
Mich. 6.

De eo intelligit qui ad-  
ultus bapti-  
zatur.

φοινικιν νό-  
στος elephā-  
tiasis, lepra  
morbus Hip-  
pocrati, à co-  
lore palma  
fructus.

similitudinem assumptæ sunt? Quod lana suapte natura alba quum sit, solerti tamen diligentia tractata, redditur quam per se erat, albiore. Sanè etiamnum humanæ vitæ ratio per assiduam exercitationem perficiens naturæ subsidia, ad auctiorem ac multo cumulatorem virtutum progressi potest & pertingere. Atque nix quum suo subiecto sit aqua, aère accedente inalbescit, quando violenta aspiratione ventorum liquidus humor qui in nubibus diffringitur per vehementem motum in spumam intumescit, refugiente autem aère addensatur & concrefcit, acceptaque ea concretionem simul & grauitate, suoque naturali instinctu deorsum fertur. Ad eundem modum anima se habet. Simul vt propria exercitatione & ope subnixæ Spiritus sancti præsidia naturæ beneficio sibi indulta adauxit, digna efficitur gratia Dei in illius iusto iudicio, quum dederit Deus suis sanctis splendorem: *Et si volueritis & exaudieritis me, bona terra comedetis: si autem nolueritis, neque exaudieritis me, gladius vos deuorabit.* Hoc maxime loco velut ob oculos exhibet libertatem arbitrii humanæ naturæ indultam. Superius enim positis sententijs omnibus arbitramur accommodari posse hanc verborum inductionem. Ait enim, Si à cultura seu seruitute quæ est secundum literam occidentem descueritis, si loci fueritis & mundi: reliquum fuerit, vt deinceps opere exhibeatis expositam vobis viuendi formulam, venietis ad iudicium, in tanta & tanta bonorum exuberantia constituemini ac delicijs perfruemini vobis promissis. Nequaquam eritis in deuotionem punitiui & exitialis gladij. Et illis quidem deiectione & quæ exigua sunt, audientibus proponuntur dandæ terrene promissiones in obedientia mercedem: eis autem qui iuxta spirituale sensum aures accommodant scripturæ consilij, terræ illius spiritualiter intellectæ bona reposita dicuntur, quam vtiq; terram mansueti siue mites qui & hinc beati pronuntiantur, dicuntur hæreditate possessuri. Ratione consimili gladius est animatus & intellectualis, de quo dictum est, quia inebriatus est sanguine vulneratorum, & in t̄ cælo carnes comedet. *Os enim Domini loquutum est hæc.* Forfan ipse Spiritus sanctus qui hæc fecit scripturæ tradi, nunc dictus est, *Os Domini*, quandoquidem astruitur processisse ex ore Dei. Itaque ne tu contemptim exaudias hæcæ comminationes. Sermo enim Domini abundè nobis reddidit testimonium, quia os illud quod hæc loquutum est, minimè nouit mentiri, neque fefellit vquam. Quis autem vsque adeò abiectus & mente carneus, vt existimet epulas illas à Deo bono sepositas hominibus in compensatione felicissimæ illius iucunditatis esse fructus per corruptelam deciduos, quibus plerumque abutimur? Quin potius palam est iuxta Euangelicam parabolam quod in terram bonam cecidit semen, ea terra est probum cor ac bonum audiens verbum illudque continens & fructum adferens in patientia. Res planè digna promissione Dei, perfruitio illa est suauissimorum fructuum cordis: fructus autem cordis ipsa est iucundissima oblectatio quæ versatur in contemplatione diuinæ pulchritudinis. Et hi quidem fructus exsatione excoluntur per spiritum sanctum, demessi in vitam æternam, quorum manipulos qui colligit in exultatione, se oblectat in Domino, ab eodem accipiens suas petitiones. Atqui prius oportet quidem, vt velis, & tunc exaudias, vt quod in nostra situm est potestate, nullis viribus à nobis extorqueri queat. E diuerso: *Si nolueritis neque exaudieritis me.* Ex eo quod noluerit, consequuntur, quia nec exaudierunt. Ad eundem modum beatitudo omnis & quæ in supplicio, quæve inter molestias traducitur vita, vtrumque à nostra pendet voluntate. *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion, plena iudicij? Iustitia requieuit in ea, nunc autem homicida.* Admirabilis hæc addubitatio plus quàm pro illorū opinione & expectatione subindicat quod eis horrorem incuteret, quum ea de re dicit, quemadmodum fidelis ciuitas & plena iudicij in qua iustitia conqueuerat, eadem facta sit meretrix & homicidarum domicilium. Quo enim pacto non permolestum ac tristi admiratione dignum, eam totam ciuitatem degenerasse à mundicia quæ in fide consistit, ad immundiciam meretriciæ fornicationis? Quod vtiq; fit, cum anima quæpiã à soliditate fidei præter aliorum

Libertas arbitrii astruitur.

† οὐρανός, φοῖβαν, ζην, λω, zelos

Libera facultatis seu voluntatis assertio.



rum opinionem, vario circumductu percellitur infidelitatis fornicationem. Aliquando quidem ob hæc coarguuntur, videlicet quum generatio prava & adultera effecta iustitiam à cælo despectantem in terras & in ea ciuitate conquiscentem iustitiam, nempe Christum & Dominum nostrum atroci morte peremerunt, & manus extendunt in eum, quod est admiratione dignum, & eo maius reddit quod nunquam alias auditum. Si quando aderat iustitia, tantò tunc exuberabat magis iniustitia. Et hæc faciebat ea gens nihil alioqui ignorans sanos sermones iudicij. Hoc enim indicat: Plena iudicij. Annotandum autem venit, quia istius mater fornicationis est infidelitas. Quis enim indubia fide sibi persuadens Deum ubique esse locorum, his etiamnum adesse quæ vsquam geruntur, vnicuique actioni proximè adfistere, introspicere consilia cordium, is ne malignam cogitationem approbaret? Talis ne opus prauum ad finem vsque promoueret? Sed nunquid tales non sentiunt se à Deo inspici, aut non futurum existimant iudicem à se gestorum? Ita toti prosiliunt & concitantur ad impias actiones. De ecclesia autem aliquando dicitur (quod ab sit vt dicatur de hac nostra) illud: Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis Sion? Idque ob repudium fidei verbum, cui ab exordio iuxta patrum traditionem sponsalitiò iure copulata est, qui eam exhibuerunt vni viro virginem castam. Multa admittit & versicoloria semina verbi ecclesie, \* ab istis subinducta qui puritatem sacramentorum contaminant & dogmata impietatis disseminant ad extremam animarum perniciem & corruptelam. De tali ecclesia meritò dici potest hoc: Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis Sion? Angeli enim sancti quorum solerti curæ concredita est ecclesiarum præfectura, qui quæ sunt præsertim referant, qui & prospiciunt obseruantque præsentia, multa cum admiratione aduersum hos consurgunt pronuntiaturi illud. Quomodo facta est meretrix, ciuitas fidelis? Quippe quæ per eam fornicationem in vnum cætum aggregauit homicidas. Homicidas non modò corporum: sed animarum, qui dolo & imposturis fraudulentis vitam ademerunt simplicioribus; perinde ac gladio sermone quopiam sapientia mundi alie exacuente, quo per probabilem verisimilitudinem exitalia vulnera inferunt animabus. Ad hæc causam reddit per quam effecta meretrix est quæ prius fuerat fidelis: *Argentum vestrum reprobum.* Hoc est, Sermo fidei vestræ quasi moneta adulterina, reprobus est, nec retinet exactam & incolumem figuram regie imaginis. Quod enim ad hanc sermonis obsecritatem attinet, quare argentum nomen verbum fidei, ex alijs plerisque locis demonstratum est, maxime per hunc: *Eloquia Domini, eloquia casti: argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum.* Arcanus igitur recessus & conclauis cordium vestrorum solerti indagine perscrutemini. Omnia, mihi circumspicite in retrusis & abditijs apothecis, ne qua forsitan drachma adulterina sit: hoc est, necubi dogma ementitum sit, quasi à spiritu sancto insignitum proprijs characteribus veritatis, quos per Prophetas & Apostolos nobis gratuito dilargitus est: sed per viros infidiosos, qui suamet adinventionem clam offendicula ponunt difficilia deprehensu, qui ascititiam monetam circumferentem formam inimici thesauris regalibus superinducentes corruperunt opes eximias, multisque de sua electione fidem dubiam iniecerunt: Pauci enim probi \* trapezitæ. Rari admodum sunt qui cuncta queant explorare, & bona quidem penes se nouerint retinere, ab omni autem specie mala sibi temperare. *Caupones tui miscent vinum aqua.* Audite nudum quidem & exile verbum qui vinum venale proponitis. Ne dolo hanc vitietis creaturam. Res enim eiusmodi ludus non est: sed malitia peracri digna reprehensione. Atqui scriptura ipsa nos vrget ad spiritualem sensum. Est siquidem *vinum letificans cor hominis*: hoc est, intellectum & præcipuam animæ facultatem, nimirum mentem exhilarat documenta scripturarum, per sanctos Apostolos & Prophetas vinum id suggerente nobis Spiritu sancto ad percipiendam iucunditatem æternam, quæ quidem documenta plerique adulterant & cauponanant. Scripturam ipsam in aquam conuertunt, permiscentes quæ suo ipsorum intellectu excogitarunt, in extremam perniciem auditorum.

\* Desi, manus.

\* Quid hodie dicitur in facibus d' sancto Basili.

Psal. 11.

\* Mensarij, argentarij.

Psal. 103.

A Dum enim studio adnituntur, vt indulgendo eorum voluptatibus, demereantur ipsorum gratiam, per blandiloquia & suaves sermones affortando alunt illorum vitia in perditionem, per hæc enervantes austeritatem & vigorem scripturarum vitiosos vtiliter perstringentem, ad auditorum subuersionem enarrantes multimodam erga homines benignitatem planè ineruditam, condonationes item peccatorum nullo discretionis sale conditas & talia quædam ad captandam multorum gratiam quibus maximopere effocinant animas studio consuetantium voluptates: *Principes tui non obediunt.* Nos propolæ illi & caupones, nos principes qui quod minimè paremus edicto legis, nec incuncta fide nitimur: primi ipsi sumus qui procuramus, vt ciuitates prius fideles abiurata fide demutentur in fornicarias. Vt plurimum enim subiectus populus se solet conformare eorum moribus qui potentia prævalent: ita vt quales aliquando fuerint qui præstant viam ducant, talis vt sit necesse est qui in viam deducitur. Ciuitas igitur hæc quum olim fidelis fuisset, principes autem posteri, infideles, non obsecundantes legi, denique ciuitas se eis affimilem reddidit. Fide enim à se explosa per quam dicebatur fidelis, prolapa est in publicam prostitutionem. Ne efficiamur nos refractarij & inobedientes, vt ne perfidia dominetur nostri. *Principes vestri non obediunt.* Nimirum Deo non obtemperant, ab ipso deflectentes, nec in his quæ fieri iussit, permanent. Inter ea autem præcepta erat illud, vt manus suas excuterent à muneribus: insuper ne mutua consensione concurrerent furibus. Hi è diuerso, studio coaceruandæ pecuniæ fiebant participes furum, turpis lucri gratia. An non omnino hocce \* marsupicidas sentiendum esse fures? An potius quam qui in balneis se loturos spoliant indumentis: Quinetiam fures censendi sunt, quibus ductâ diuinitus demâdata est prouincia, aut certè ij qui assumpto principatu ciuitatum & gentium clanculum \* quidè supplant, quæ autem ad rempublicam attinent, extorquent vi. Quin & is qui putatur præfidere ecclesie, à talibus accipit munera, videlicet ad suam vnius oblectationem, & vsuum, obtento interim prætextu honoris istius se contingenti, ratione præsentie, aut quod inire rationem debeat cõcredita sibi dispensationis in vsu pauperum ecclesie, is planè furti est particeps, quod is qui istos supplicatores coarguere debuerat, admonere & ab ea iniquitate auocare: idè sic facile manum supponit accipiendo muneri. Quin & eum prædicat beatum, quem conueniebat odio prosequi, quantò hic maior munera hoc genere furti percipit. Proinde qui talè sic cõmendaret satellitio dignatus, cum laude prosequens, circa fores illi cohabitans, manusque apprehendens quibus cuncta hæc priuata ac publica furto compilauit, iure talis socius furu nominatur. Sanè conuenit nos istas mundi totius dispares salebras proterere calcibus & de mudo conceptas imaginationes nihili ducere, quæ videamus fures rei alicuius exiguæ exhibitos tribunalibus plecti à magnis istis furibus. Et quidem domesticos famulos ob qualiacunq; furta odio prosequimur: istos autè suspicimus. Auerfamur quidè vernaculos quod fures vtcunq; sint: illos autè iudices quod per furta euaserint opulentiores, attoniti demiramur. Quanam alia causa coarguuntur hic principes? *Diligentes munera.* Sanequam dictum exactè est hoc: diligentes munera, nõ item accipientes munera siue dona. Sic enim calumnij traducerentur, quibus per hanc vitæ societatem pro exhibito officio decenter conferuntur munera. Sed dictum est, diligentes munera: hoc est, qui immodica cupiditate accipiendi intabescunt. Coarguuntur autè principes qui sanctam dilectionem totam effundunt circa hæc euanida & terrestria: quando necesse est diligere Dominum Deum, tota ea virtute quæ nobis inest ad diligendũ. Proximus insuper diligendus est: sed & inimici diligendi, vt perfecti sumus imitando benignitatem patris nostri qui in cælis est, qui solem suum oriari facit super malos & bonos. Porro vim suæ dilectionis in alia superfluè & perperam consumere nemini permittitur, quod si malum est præter iam dicta, diligere quiduis aliud, qui argentum prorsus diligit, quemadmodum debet diligere Dominum Deum, nimirum ex tota mente sua, vtique talis seruitute qua seruire debuit Domino, miser seruit mãnone, dum is debitam Deo suæ charitatis mensuram in argenteam

Γρομν.

† εδδδ.

\* Βαρβαριζομυσε.

\* Quid ad hæc respondeat pars maxima præsentiam Ecclesie Dei.

In iudicis muneribus corruptos.

massam transfert. Sanè ob id ista redundans acquirendi cupiditas efficitur idololatria, mox ubi quis oblata Deo munera in terrena transfulerit. Iussi igitur sumus non diligere munera, sic ut horum causa non sinamus pleraque fieri ab adeuntibus, nos ex ijs quæ lege interdicta sunt. In vniuersum enim eiusmodi munera non permittit nobis scriptura diligere, neque circa hæc indulgere affectibus: sed vt tanquam vtilem ac necessariam † Deo debitam feruitutem complectatur quis. Illud enim: *Ex toto corde*, dispartiri in aliud quiduis nequit. Quemadmodum enim in vasculo liquore quopiam pleno, quantum ex eo foras defluerit, tantum necesse est vt desit ad complementum: consimili ratione & in anima. Quantum ex charitate sibi detraxerit per ea quæ non conueniebat diligere, tantidem necesse est vt indigna sit ad dilectionem Dei. Qui autem semel animum appulerit, vt diligit argentum, omnem suam illo transmoerit dilectionem. Qui enim diligit pecuniam, non implebitur pecunia. *Persequentes retributionem*. Quæ vel maximè intenditur obiectio in principem, est hæc: Si propensior sit ad expetendam vltionem: si modis omnibus animū eo intendat, vt vice consimili retaliet eos qui se quapiam molestia affecerunt. Quæ enim ratione is alterum edocebit exequi illud, Nemini malum pro malo reddentes, qui nihil nõ facit ad exigendam de inimico vindictam, & ei à quo læsus est, studet vicem rependere mæoris: Talis peruersè imitatur mansuetudinem Dauid dicentis: *Si reddidi retribuentibus mihi mala*. At neque is commeminit Hieremiæ dicentis: *Bonum viro quum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedit in solitudine & tacebit: quia leuauit se super se. Dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobriis. Quid porrò dicant ij de Domini doctrina, quam quidem opere ipso contemptim negligunt consuetando retributionem, dicente Domino: *Si quis dederit tibi alapam in dextra maxilla, obuerte ei & aliam*. Nulli enim non homini probro datur, ita persequi retributionem: idque vel maximè, vbi quis molitur efficere per principalem qua fungitur, potestatem. Conueniebat enim talem per tolerantiam afflictionum, operibus ipsis docere populos suæ fidei concreditos. Quæ enim spectaculum? Quanam ratione religiosum dici queat & admiratione dignum? Parum abest tale quid ab hominum natura. Æquum fuerat vt vel multis affectus conuictijs ac fortè accepta plaga in capite aut genis, alijs insuper afflictionibus innumeris appetitus, his etiam malis obsessus quæ & sermone & opere eum ad extremam perducerent ignominiam, ne sic quidem præter modum efflueret indignatione, nõ saltem ad vindictam coarretur, sed mansuetè & animo ab ira vacuo se erigere debuerat ad preces fundendas pro suo cõuictore, vt ei peccatum condonaretur ob ea quæ illi præoccupant, ac deinceps dignus efficeretur decenti erga se Dei prouidentia, ita vt ab omni procacis vitæ incontinentia sibi temperaret. Nunc autem, nunc nos Ecclesiæ principes (vt alia suppressam mala) hac parte vel maximè peccamus, nimirum persequimur retaliationem. At ne quidem satis sit parari iniuicem referre: sed & præter modum nos ipsos vlciscimur. Nec modo si quapiam contumelia fuerimus affecti: sed si non præueniamur honore, continuo exasperamus animis. Eos ducimus inimicos, qui nobis minus honoris tribuerint quo nos ipsos existimamus esse dignos. *Orphanum non iudicantes, & iudicium viduæ non attendentes*. Quæ de pupillis & vidua relinquebantur dicenda, in superioribus dicta sunt. Hic autem per hanc particulam, Non attendentes, subindicat quantum fuerit factus, quanta arrogantiâ principis, id quod eundem coarguit fuisse agrestiore iudice illo iniquitatis. Siquidem hic iudex tametsi nulla tangeretur commiseratione, at certè propter importunam viduæ interpellationem se attentum exhibuit iudicio, quod ab ea videret se tanto grauioribus circumfissi molestijs. De his autem principibus dictum est, quemadmodum in genere nemo eorum sustinebat attendere animum iudicio viduæ. *Propter hoc, hæc dicit dominator dominus Sabaoth, Væ qui potentes estis Israel*. Inrita est hæc proprietatis scripturæ, vt ad eum modum figuret loquutionem. Pro eo quod est, *Væ potentibus*, dixit, *Væ qui potentes*, eloquutionem reiectitiam hanc accommodãdo molestissimis & vix vlli ferendis laboribus, dum de his loquitur quæ paulo post euentura sunt poten-*

tibus Israel, in illo vix vlli tolerando examine. Nec id pronuntiauit propheta, coniectura assequutus: sed secundam sententiam ab ore profectam, quod nullatenus noui mentiri. Potentes autem, sentiendum est eos insinuari qui in populo principem obtinent locum, qui quod detrectarent Dei imperium, diligerent munera, persequerentur retributionem, & reliqua de quibus insimulantur: & eo: *Væ potentibus nec obedientibus*. Infirmioribus enim parabilis est venia. Minimo enim misericordia conceditur: *Potentes \* autem potenter † examinabuntur siue tormenta patientur*. Et: *Cui plus commissum est, plus ab eo exigitur*. Eoque & diuitibus *Væ*, quia quum præualeant subleuare inopiam pauperum, indultarum sibi opum potentia non sunt vsi ad quod acceperunt eas. Si quis actimonia ingenij est altero solertior, ne ea facultate naturæ beneficio sibi indulta abutatur ad indaginem diuinorū. Alioqui huic etiam *væ*; quum opus ab eo repetetur pro portione donorum. Si qui obtentam Ecclesiæ præsidenciam, non adornant conuersatione quæ decenter respondeat suæ pollicitationi, his etiamnum *Væ*: *Non cessabit enim furor meus contra aduersarios*. Inimici siue aduersarij sunt Deo qui eius mandatis oblectantur ac reclamant, qui quidem tantisper dum persistunt hostes, non conquiescet Dei furor aduersus eos. Quoad enim immoramur nostris nequitijs, aduersum nos ipsos Dei incendimus furorem, ac si materiam igni, peccata nostra imponentes: iuxta illud dictum: *Ignis succensus est in furore meo*. Vt primum à peccatis conqueuiimus, *\* iudicium de inimicis meis faciam*. Ait scriptura. *Qui credit in me, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est*. Iuxta igitur citatam sententiam, qui auctores sunt iudicij, sunt inimici. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentia, incredulitatis & contumacia. Iam quando dixit, quia non cessabit meus furor aduersus inimicos, vt ne existimemus iram Dei aduersum suos irritatores nullo discerni iudicio; ad hunc loquitur modum. Etiam si ira incandescit, nec tamen citra formulam discreti iudicij in eos animaduertam: sed pro cuiusque merito ac mētura eorum quæ iniquè gesserunt, pœnas infligam æquabili iudicio libratas: hoc est, iudicium de inimicis meis faciam. Vtique Deo sunt inimici, qui iniqua perpetrant. Inimica est illi summo bono malignitas: inimica est iusto illi iniustitia, † sancto immunditia, veritati mendacium. Ob hæc igitur non conquiescet furor meus, tantisper dum fuerint inimici. Afferuit se supplicium eis irrogaturum cum discretione iudicij. *Et inducam manum meam in te, & igne examinabo te ad purum*. Mihi vide, quàm felicem exitum sortiatur iustum iudicium ac supplicia ad rectitudinem iudicij inuecta. Non conquiescet furor meus. Iudicium faciam. Inducam manum. Igne examinabo, vt purum denique exhibeam. Sic peccatoribus indignatur Deus, vt eos beneficentia sua afficiat. Neque enim ad extremam vsque exinanitionem eos plectit: sed castigat ad morum correctionem. Inferi autem ignem hunc vt ad nihilum perducatur, quod malum per ignita diaboli iacula insertum est animæ non habenti fidei clypeum, quæ quidem fides immisiones iaculationum à maligno impressas animæ extinguit. Hinc accenditur diuinus ignis alterius improbandi lustratiuus, qui nos incendere solet ad absurdas, velanientes & noxias cupiditates. Ob hoc ait ipse Dominus: *Ingrederit quasi ignis conflagatorij; & quasi herba lauantiū. Et seditit conflagans & emundans quasi argentum & quasi aurum*. Ecquid hinc emolumentum? Erunt, ait, Deo offerentes sacrificij in iustitia: *Et auferam omnes iniquos abs te*. Ingens beneficium confertur animæ quæ per occasionem peruersè præsidenciam, descendit à Deo, si quando ab ea auferuntur iniqui præsidens. Ob hoc & \* signa quædam circum Ecclesiâ statuuntur quæ deprehensos in interdicitis peccatis abarcent ingressu & segregant à reliquo corpore Ecclesiæ, vt ne vel tantillum fermenti totâ conspersionem dolo circumueniat ac vitiet. Itaque ad Dei bonitatem spectat è medio populi tollere iniquos. Neque enim iniqui vna cum sanctis ingredientur sancta, quia ventilabrum est in manu Domini. Sed enim qui nūc vt iniqui segregantur à populo, quæ geruntur cuncta usq; de que ferunt, non intelligentes quia ista delineationes separationis ea subindicant quæ in tremendo sient Dei iudicio. Porrò quantum noxæ resiliat ex eo quod non è medio auferuntur iniqui, vt ne permittim se inter-

† † λατρυ-  
γείαν.  
Βεβαίωσις  
à similit.

Psal. 7.

Toren. 3.

Matth. 5.

\* Sapien. 6.  
† ἐραδὴ  
σόντα.  
Luc. 12. 48.

\* Desit hic  
quiddam.  
Forfan, desit  
furor  
Dei: vel ni-  
hil potius de-  
sideratur.  
Ioan. 3.

† τὸ ἀγίον  
forfan ἀγ-  
ιον, mundo.

Mala. 3.

\* Attendo  
priscam mi-  
rem Ecclesiæ.

inter-

2. Cor. 5.

interferant sanctis Christi membris, perspicue docuit Apostolus increpans Corinthios quod luctum non emisissent, ut tolleretur à medio eorum qui cuiusmodi malitiam esset operatus. *Et instituant iudices tuos sicut prius.* Cur transmissis regibus, meminit iudicum, etiam si inter reges nonnulli principatum populi obtinuerint cum laude? An quia Reipublicae administratio per iudices liberior fuerit, ipsorum naturae correspondens, quod populus suis legibus degens solum Deum agnoscebat regem? Tandem regum institutio, propria illorum temeritate & consilij prudentis inopia successit. Equidem quum tot beneficiis cumularentur, oportebat eos reuocari ad pristinam illam & beatam viuendi constitutionem. Qua de re non reges, sed iudices fe instituturum est pollicitus, cupiens & hac parte eis gratificari libertatem vitæ. Non enim erat rex in Israel: sed vnusquisque quod placebat oculis suis, hoc faciebat. Aut certe, ex quo non iam opus serie vlla regum erat, post aduentum veri regis qui pollicitus est fe iudices exhibiturum prioribus nihilo dispares, idque dictum propter discipulos Domini, de quibus dictum est, quia sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israël. *Et consiliarios tuos sicut ab initio.* Hic rursus pollicetur se eis præbiturum non qui pro potestate imperet, sed qui consilium det, vt in eolumem seruet propriam libertatem. Regis enim peculiare munus est imperio vrgere subiectos: consiliarij autem persuadere cupientibus nosse que conducant. Neque enim sufficit per se assequi vnusquisque; ac deprehendere quid ex officio sit & deceat, quapropter munificus Deus consiliarios præstituit, non item qui pro potestate imperent, se esse daturum. Ne ergo vnusquisque nostrum seipsum existimet, quasi princeps sit, sed quasi consiliarius à Domino sit datus in populi salutem. Consiliarij igitur fuere Prophetae omnes qui consulebant que essent populo conducibilia: & præ omnibus Moses. His igitur qui ab initio fuerunt, assimilés se excitaturum beneficis Dominus populo suo reponit, nempe Apostolos & Euangelistas, cuiusmodi erat Paulus, consiliarius & administrator noui Testamenti, dicens: *Consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus à Domino.* Planè non exigui momenti beneficium est quod à prudente & beneuolo consule emanat consilium; quippe qui suo aduentu supplet quod desit prudentiæ consilium de re quamiam captantibus. Proinde quantum emolumentum obueniat ex accepto consilio, declarat vel maximè Moses, qui omni sapientia Ægyptiorum eruditus, qui familiari colloquio cum Deo congregiebatur, perinde atque si quis amicus cum suo loquatur amico. Hic tantus consilium sibi redditum à Iothor † socero suo accepit, nimirum vt Tribunos millenarios constituere, Centuriones & Decanos qui causas iudiciaque populi decernerent. Dauid insuper consiliario est vsus, Chusi, per quem dissipauit militare consilium Achitophel. Vtque in genere dicam, sacra quædam res est consilium, voluntatum vnio, fructus dilectionis, humilitatis insigne. E diuerso, intolerabilis est superbia argumentum existimare se nullius egere consilio: sed sibi vni attentum esse, quasi solus possit sibi consilio decernere que optima sunt. Atqui nos cunctamur nos ipsos exhibere eorum consilijs qui consulat & exhortentur ad honesta. Quin ipsi suppudescimus illos confiteri suo viuendi genere nobis esse tanto prudentiores. Iam verò qui prætolatur & sustinet consiliarium, suisque rationationibus gerende rei opportunitatem adhibet, tempore pleniori cum examine & attentione peruestigans quid fe deceat ex officio.

Et constituit eos principes super omnem terram.

\* De Ecclesia Prælati loquitur.

1. Cor. 7.

† Iohor, verius Iethro, nam יתרו qui & Raguel Exod. 2. 2. Reg. 17.

\* Mutia est, & pendet sententia hac: vel potius commoenda hac, per iniquiens.

\* Apostolos & discipulos Domini intellige.

A que in captiuitate abductis nihil dum in superioribus dixit. Restitutionem autem in pristinum statum ex ea captiuitate vocans remissionem, suggerit menti nostræ, vt intelligamus, quia quandiu vnusquisque nostrum sub iugo peccati versatur, quum nostri dominetur inimicus, efficiamur velut vincula peccati quibus abripimur à maligno, vt exhibeamus membra nostra ad seruendum iniquitati ad iniquitatem. Quocirca iudices salutem conciliarunt populo, sicut Barac, Sampson, Gedeon & Iephthæ propugnatores populi, quem ex hostium manibus eripuerunt. Eam ob rem consiliarij dicti sunt, quod que ad salutem pertineret, suggerebant, & hortabantur, vt captiuitas eorum promeretur ad salutem prouchi. Hunc enim sensum indicat: Cum iudicio salutem consequi, hoc est, iudicata & examinata causa. At interim, si quando iniquitates obseruaueris Domine, nemo sustinebit, eoq; connexuit misericordiam iudicio, vt exactam iudicij seueritatem mitigaret temperamento misericordiae. Si quidem per æquitatem iudicij captiuitati traditus est populus: per misericordiam verò reuocatus est. *Et conterentur iniqui & peccatores simul.* Postquam dixit dignos esse qui cum iudicio & misericordia, accepta salute in pristinum restituatur statum: nunc addit, quia profus iniqui, qui que pertinaciter acquiescunt suis peccatis, conterentur simul. Et quidem illi quia euanuerunt in cogitationibus suis, hi verò quod per legis transgressionem, Deum nullo dignantur honore. Sunt autem ἀνομοὶ ἰνίκυ & ἐκλέγες, qui scita legis diuinæ omnino non audierunt, aut qui à lege defecerunt, aut certe qui ne principium quidem aggressi sunt, vt opere expleant. Peccatores autem qui suapte malitia & vltro ne peccant post acceptam cognitionem veritatis. Fortè autem & quos affectit sua beneficentia Deus, volens eos in nouitate vitæ ambulare, conterit ipsorum veterem hominem, quod sacrificium sit Deo spiritus contritus siue contribulatus. Spiritus enim qui mundus est, de commissio peccato conteritur, vt gratiosus & acceptabilis sit & renouetur in visceribus & conteratur brachium peccatoris: hoc est actiua & efficax vis ad peccandum, vt quaratur peccatum eius, nec inueniatur. Tale est & illud: *Ego occidam & viuere faciam.* Occident enim flagitiose viuente, vt expurgata eius vita improbiore, nouam ei gratuito conferat viuendi rationem. *Eam ob causam conterentur iniqui & peccatores simul.* Vt inobedientes & qui ne audire quidem legem Dei volunt, conquiescant ab hac intempérie. *Et qui dereliquerunt Dominum, ad consummationem perducuntur.* Quasi verò derelinquere Dominum non posthac sit peccatum, vt etiam beneficio afficiatur. Tale est & illud Psalmi dicentis: Consummetur iam nequitia peccatorum. Sanè ad eundem sensum, vt si quis adhortetur medicum & interpellat, vt finem imponat morbis languentium, aut solerti artis industria prohibeat hulus morticinae putilluginis depalsi carnem ac serpente latius. Eiusmodi consummatio non omnino significatiua est omnimodæ abolitionis: sed prohibitiua actionis eorum que fiunt iuxta aliquid. Etenim Paulus de filio perditionis propheticè afflatus spiritu, ait Thessalonicensibus: *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.* Si enim captiuitas esset omnimoda exinanitio, qui posset is qui non iam superest, destrui & aboleri? Atqui palam est mendacium quod in iniquo est & ignaro legis, exinaniri spiritu oris veritatis. Et sic ille destruetur illustratione aduentus Christi. Sapenumero enim obseruauimus, quia malitia obliterantur, non item ipsa malorum substantia, quibus contigit esse malos, quemadmodum in illo, *Viam peccatorum disperdet. Et via impiorum peribit. Quare, confundentur ab idolis suis que ipsi voluerunt.* Ingens beneficium confundi ob rem priusquam fieret, denunciatum ne per vacuitatem sensus & stupiditatem nequeat intelligere quid in eo facto indecorum sit, quin in confusione sui operis etiam gloriatur. Confundi igitur ab idolis, sit hoc causa boni eorum qui sic confunduntur, quod nõ secus fieret, quam vt qui earens colunt idola, ad veri Dei pertingerent cognitionem. Tunc enim is præ pudore † manum admouet ori, mox vbi prouectus est ad conscientiam rei sic absurdæ, quippe qui deprecatus sit inanimata, quasi possint suos precatores saluos reddere. Porro omnis voluptatum assæctor, cuiuscunque tandem ser-

ἀνομοὶ, ἐκλέγες, ἀμαρτανόσ.

Deuter. 32.

βεβήλασιν ἀ σμιλι δὴν.

2. Thes. 2.

Psal. 145. Psal. 1.

uierit eorum quæ interdicta sunt fieri, hoc sibi Deum faciens, veluti idolum quoddam, retinet illud in tēplo prophano, in corde nimirum suo sessitans, semper cum eo per imaginationem præsens & similitudinem rei concupitæ secum circumferens. Verbi gratia, Auidus congerendarum opum, vbi thesaurus eius est, eod̄ intendit cor, vt latrām exhibeat idolo suæ inexplebilis auaritiæ præsidii. Hælluo ventri deditus quum seruiat concupiscentiæ epularum, Deum sibi præstituit ventrem. Proinde maledictus homo quicumque fecerit sculptile aut conflatile, abominationem Domino. E diuerso beati qui iuxta consilium Iacob excussis à se diis alienis & immutatis stolis ascendunt in † Bethel, hoc est, in domum Dei, vt illic erigant altare Deo. A nobis igitur excutiamus idola à Deo abhorrentia, & innouatis stolis catenus induti veterem hominem & inares quæ adhuc ab auribus pendebant, deponamus, hoc est, p̄ricas disciplinas quibus mirè nobis placebamus. Hæ enim doctrinæ idola sunt, quarum gratia confundentur ab idolis suis, quæ ipsi voluerunt. Neque enim quisquam nisi volens penes se retinet idola prius sibi reddita, eoquæ per vitiosam concupiscentiam nobis ipsis sic ea deificamus. *Et erubescunt super hortis suis quos concupierunt.* Hanc horti appellationem ad vtramque partem acceptam esse deprehendimus, sicut in Genesi quidem iuxta † Alkilam. *Et plantauit Dominus hortum in Eden.* E diuerso terra Ægypti notam incurrit infamiae, dum dicitur hortus oleribus constitus. Rursum sub vituperationem cadit horti memoria, quum Achab patrimonium Naboth Israëlita concupisceret, vt illud conuerteret in hortum olerum. Ecclesiastes contra commemorat laudabilis horti dicens: *Feci mihi hortos & paradisos.* Proinde bene dicitur hortus in quo monumentum est, quod temporariam excipit dispensationem mortis in corpore Domini. Vice versa hic in malum traducitur, quasi concilians confusionem obsecans affectionibus. Equidem id nominis videtur innuere lucos syluosos ac nemora idolis ad ornatum consecrata & circumquaquæ consta plantis, per quæ intelligi oportet exercitationes erroris plenas & externarum formarum effugiationes, quarum obtentu vitia nostra obumbrare solemus, veluti si quis inter voluptatum illecebras assidue versatus, sacratam nihilominus præferat sanctimoniam, seque ad grauitatem componat. Et si quis seruili cupiditate pecuniarum oppressus studiosè affectet videri magnanimus, ob eiusmodi quæ isti concupiuerunt, confundentur & erubescunt, quum consilia cordium nostrorum reuelabuntur: *Erunt enim quasi terebinthus decedentibus foliis et † sicut hortus aquam non habens.* Quod attinet ad hanc sententiam, videtur de hortis dicere qui istis idolorum cultoribus cōcupiscibiles erāt, quia futuri essent inamœniore terebintho suis spoliata foliis, & horto penuriaque exciccato. Vt autè ad moralè sensum deflectamus, sciendū q̄ ui

A externa quadam simulatione, & per fucum gloriam aucupantur ab hominibus, post occultorum manifestationem, quum fuerint omnia nuda & aperta, nec iam vlla in obscuro delituerit creatura, præbebit tunc tales deformissimum spectaculum, euanescente quæ nunc circa eos versatur, fallaci impostura, ita vt per se meritò comparentur quercui. Sic enim exposuerunt terebinthum alij interpretes quum & in Genesi eandem esse didicimus & quercum & terebinthum. Erunt igitur terebintho siue quercui deposita foliorum coma affimiles, vt palam exhibeat cōspicua quæ sub foliis quadantenus delitebant. Dum enim compactiore foliorum coma adornata est, fit vt elegantem & peramœnum præ se ferat colorem, ramorum scabriciem obumbrātibz foliis. Ait ergo, Erunt inamœniore quercu orbata foliis, post eorum demonstrationem quæ in viis gesserunt. *Et sicut hortus aquam non habens.* Talis vtique fuit Israël, folia quidem habens peræquæ ac quercus, nimirum vmbra legis, quam à se excussit in plenitudine temporum. Et quasi hortus plantis cōstitus à Domino à principio conditæ creaturæ. Denique arefactus est, quod vitalem sensum in suis dogmatibus enarrandis disperdiderit. Toto igitur nixu cōtendendum est vt verè in Christū credamus, quod spiritualia flumina de ventre nostro fluant; neque sinamus nos inamœnos effici, neque infrugi. *Et erit fortitudo eorum, vt stipula stupa: & opera eorum, quasi scintilla ignis.* Vel hinc liquet sua cuiq; opera causam suppeditatura esse molestiarum quæ in supplicio illo erunt, dum nos ipsos reddimus futuræ conflagrationi idoneos, & animæ perturbationes, tanquam scintillas ignis ad incensionem gehennalis flammæ alfciscimus, quemadmodum diues ille in flamma præ siccitate rectorridus à prioribus suis voluptatibus exurebatur. Etenim pro proportione missilium iaculorum maligni consensu nostro admissorum plus aut minus, illius incendij cogemur percipere. *Et succendentur iniqui & peccatores simul; & non erit qui extinguat.* Iam secundò per Prophetam, veluti mutuo nexu attexti sunt iniqui & peccatores. Prius quidem, *Simul conterentur iniqui & peccatores:* hic, *Et succendentur.* Nemo sibi imponat, nemo se seducat verbis inereditis inelcatus, quia etiam si peccator, at certè Christianus sum. Non igitur in gehennæ supplicium incidam, quod loci præcipitantur idololatræ. Quamlibet fuerim Christi mandata transgressus, non defuerit mihi auxilio nomenclatura Christiani. Audi enim tu, quia iniqui & peccatores exurentur simul. Ambobus intètatur quæ sūt exustionis, in ambobus stipula stupa deflagrabit: hoc est, ratio prioris vitæ accensu facilis & susceptiua flammæ. Scintilla † iustorum animam & huic illi incendit. Nunc quidem cinere obtecta, tantisper dum tegumentis carnis obuelatur: incendetur autem diuino iudicio in die vlticis vindictæ argumentis diuentilata & accensa.

Genes. 35

† לוזא  
que & Luza,  
in tribu Benjamin.

Genes. 2.  
† ἀκάλαν  
quem Aquilam  
dicitur,  
vniuersi  
sunt interpretati.

† 778  
Eden delicia,  
voluptat.

† ὁς παρὰ  
θεοσ.

† Pro d. 2  
& susceptiua  
flammæ. Scintilla  
† iustorum animam  
& huic illi incendit.  
Nunc quidem cinere  
obtecta, tantisper  
dum tegumentis carnis  
obuelatur: incendetur  
autem diuino iudicio  
in die vlticis vindictæ  
argumentis diuentilata  
& accensa.

# BASILII MAGNI

## ENARRATIO

### IN SECVNDVM CAPVT ESAIÆ.



**V**erbum, quod factum est ad Esaiam filium Amos, de Iudæa & de Hierusalem. Absoluta descriptione prioris visionis, verbum hoc factum est ad Esaiam filium Amos. Quanam ratione illic quidem visio, hic autem verbum? Quia vis hæc\* efficax à Deo confertur sanctis per infusionem gratiæ Spiritus sancti. Vna enim est cognitio rerum quæ ignorabantur, inserta sanctorum cordibus per reuelationem & affulgentiam diuinæ illustrationis. Sed enim pro rerum differentia, circa quos versatur scientia, siue cognitio eius quod reuelatur, aut visio dicitur, aut certe verbum. Illic quidem præsentia declarantur, ceu sunt malitia populi, abalienatio à Deo, ingratitude erga benefactorem. Hic verò quod euenturum est prænuntiat, ob id verbum siue sermo, *Quia erit in nouissimis diebus.* Atqui illic neque oculis proponitur spectanda visio, neq; hic auribus haauritur cognitio: sed illustris affulgentia à Spiritu sancto

E profluens se inserit cordi, aut præsentia exhibente, aut prænuntiante quod futurum est. Rursum, quod hic ait, de Iudæa & de Hierusalem, quum sit alioqui & de gentibus aliis oracula redditurus. *Non enim Iudæorum tantum est Deus, sed & gentium.* Quandoquidem vnus est Deus, qui iustificat circuncionem ex fide, & præputium per fidem, sed primo loco & ordine priore commemorat huiusce particula. *Queres proinde, quod ad intelligentiam visionis scilicet ac verbi attinet, num examinatione vlla sit opus?* Alicubi quidem verbo addicitur illud, Domini, alibi verò citra vllam eius appendicem, scilicet, ceu est: *Verbum Domini, quod factum est ad Osee filium Beer:* Hic item, *Verbum quod factum est ad Esaiam.* De visione quidem, apud Ezechielem; *Aperi sunt cali & vidit visionem Dei.* Rursum apud Esaiam, *Visio quam vidit Esaias.* Et apud Hieremiam, *Verbum quod factum est ad Hieremiam.* Nam quando erant concionem habituri ad populum imperfuasibilem, contradicentem, & qui

Rom. 3. 29.

Quæstio.

Osee i.

Ezech. 1.  
Esa. 1.  
Hierem. 1.  
Iuxta LXX.

Quæstio.  
\* scilicet dicitur  
nū prophetæ.  
Responso.

profuſus à Dei deſcuerat cultu, ſilentio premebant nomen Domini, ſuum ſermonem hac tēperie moderantes, vt commodiùs ab eis exciperetur. Quapropter ex perſona Domini conſonabantur apud eos, ſicuti Hieremias indicat, dicens:

\* *Tota die perſeueravi ſubſannatus. Quia erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons Domini, & domus Dei in ſummitatibus montium.* Nouiſſimi hi dies propinqui dicuntur future conſummationi huius temporis. Vtique cum hoc deciduo & corruptibili mundo præterfluenteſ temporis natura acceptura eſt finem. Accommodam enim habet & aſſinem conuenientiam hiſ quæ cernūtur: & quidem vnà cum hiſ quæ ſubiacent corruptioni, pariter autem hiſ quæ ſunt, cedit itque peſſum. Simul verò & præſtolatur & ſpe præcerpit quæ futura ſunt. Iam ex quo dies, noctes, menſes & anni dimensiones temporum natiuam originem fortiuntur à Sole, Luna, & latone firmamenti, neceſſe eſt hiſce labefa-ctatis & corruptis, ſubſequi & temporis finem. Propinquante igitur mundi huius conſummatione, inclarèſcet manifeſtus mons ille Domini, & domus Dei in verticibus montium. Qui ſoli quidem non acquieſcit dictioni, nec nudæ ac ſimplici literæ fixiùs immoratur, huic neceſſe erit, vt ne etiam diutiùs hiſ mente adhæreſcat, quæ ſenſu percipiuntur. Quomodo enim tunc eniteſcet aut manifeſtabitur mons Domini? Quo item pacto domus Dei in præcelſo vertice montium collocabitur? Neque enim Iſraël carnali literæ affixus creationem expectat alterius montis: neque affuturam præſtolatur ſecundæ domus fabricam ſuper alias domos. Mons autem Sion, templum quoque etiamnum per tempora prophetantis Eſaiæ in omnium erāt proſpectu. Itaque quid inſinuat ſententia hæc? Non quòd conſpicua futura hæc ſint in nouiſſimis diebus: ſed quia admirabilis quædã & aperta omnibus Dei diſpenſatio apparebit erga hominū ſalutem in nouiſſimis diebus, ad proſtigationem peccati. Arcanum hoc myſterium & à ſeculorum conditione abſconditum, in conſummata plenitudine temporum palam omnibus eſt exhibitū, Dei autem in terram deſcenſus aſſimilatur mōti, quòd mons ſit terra in ſublime ſubleuata: Caro item Domini terra eſt iuxta communem naturam, per vnionem qua ad Deum uſque proſecta eſt. Domus in ſuper Dei in ſublimi vertice montium collocata, Eccleſia eſt iuxta Pauli ſententiam, dicentis: *Videte, quomodo oportet vos conuerſari in domo Dei, qua eſt Eccleſia Dei viuētis, cuius fundamenta in montibus ſanctis.* Eſt enim ædificata in Apoſtoliſ & Prophetiſ, qui eius fundamenta iecerūt, quorum vnus erat Petrus, ſuper quam petram pollicitus ſuerat ſuam ſe ædificaturum Eccleſiam. Intellectus enim in ſublime erecti, à terreniſ iſtiſ diſparati ſupraque hæc ſuſtollentes ſe, iure optimo montes appellantur. Anima autem B. Petri nominata merito eſt petra ſublimiſ, quod in fide radiceſ ſolidè deſixerit, & aduerſus plagas per tentationes illatas

† ſtabiliter nec perfunctoriè ſe geſſerit. Quicunq; capaces ſunt diuinæ cognitioniſ, propter celſitudinem intelligentiæ & earum actionum, quæ per eius intelligentiæ perſcūtūtur ſublimitatem, hi ob vitæ integritatem verticeſ ſunt montium in quibus exadificatur domus Dei. *Et eleuabitur ſuper colles.* Colleſ vtique tumuli ſunt quidem in aliquantam altitudinem à terra & exiguo ambitu circunſcripſibilem inſurgenteſ, humilioribus quidem lociſ ſupereminenteſ, altiffimiſ verò inferioriſ ſunt, puta montibuſ. Itaque præcelleſ & incomparabiliſ prærogatiua Domini iuxta aſſumptam humanitatem, quum ſupra omneſ, qui ſimul adiuncti tandem quibuſdam virtutum ornamentis enituerunt, demonſtrata ſit præeminuiſſe, eam ob rem ſupra colleſ futuruſ fuerat conſpicuuſ ac præluſtratiſ mons Domini. Amplioriſ enim gloriæ præ Moſe digniſ eſt habituſ, quantò amplioriſ honorem habet domo, qui fabricauit eam. Quantò ruruſ præſtatioſ ipſo eſt Abraham? *Abraham exultauit, vt videret diem aſſumptæ humanitatiſ: & vidit, & gauiſuſ eſt.* Et Abraham quidem decimaſ dedit Melchiſedech. Melchiſedech autem præſignabat Dominum. Et hæc quidem dicta ſunt, vt excellentiam repræſentemurſ dominiciſ corporiſ. Abſit enim vt noſ diuinam eius naturam gloriſicemus collatione habitaſ eminētis excellentiæ ad vllam ſeruilem creaturam. Ipſa enim diſpenſatio iuxta etiam conditionem aſſumptæ carniſ, ſuperior hiſ fuit, quotquot inter homineſ

A iuſtitia excelluerunt. Soluſ enim ipſe nullum admittit peccatum: maietaſ autem & magnificentia diuinæ eiſ nature ſupra celoſ eleuata eſt. *Et venient ad eum omneſ gentes.* Sermo præcedenſ apertiuſ prophetiam ipſam exprimit, ſubindicanſ gentes ad agnitionem Chriſti concurſuraſ. Venient enim gentes vniuerſæ per prædicationem accitaſ & inuitataſ ad complexum fidei. Euangelium enim hoc in mundo prædicabitur. Si quidem Euangelica vox ſiue ſonus Apoſtolorum in omnem terram exiuit. *Et ibunt gentes multæ.* Ne tu perfunctoriè & citra examen prætercurraſ exactam ſententiæ huius intelligentiam, nimirum qua ratione illic ſit quidem dictum, venient omneſ gentes: hic verò, Ibunt, non iam omneſ, ſed multæ. Eam ob rem illic quidem, venient omneſ, ordine poſitum referatur ad fidem. Hic verò, ire, ad conuerſationem, quando quidem fidem ipſam vno ore conſitemur omneſ, non item omneſ ambulamus ad præſcriptam nobiſ formulam mandatorū: ob hoc quidem dicitur, venient quidem omneſ gentes, ambulabunt verò multæ gentes. Nam quòd ire aut ambulare ſumatur, prò vitam deducere ad præſcriptum legiſ, ſcriptura confirmat hoc dicto: *Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini.* Sed enim, qua ratione dixit Dominuſ, quia pauci ſunt, qui inueniunt viam? Noſ ex oppoſito dicimur multas gentes per viam ituraſ. Quia facile quiſ gentes omneſ enumerauerit iuxta propriam cuiq; gentiſ reſceſſionem: \* in gētib; autem homineſ multi. Hic igitur ſcriptura ait multas gentes victuras iuxta tenorem Euangelicæ legiſ, multas quidem, nō etiam omneſ. Etiamſi omneſ à Chriſti nomine ſibi ipſiſ arrogent nomen, at non (quum tam multæ numerentur gentes) quicunq; homineſ cōmuniſ appellatione gentiſ comprehenſiſ continuiſ iſtiſ numeroſ rectā ingredientium reſpōdent aut obſequuntur. Equidem poſſunt gentes enumerari, ceu Cappadocum, Galatarum, Armeniorum, Syrorum aut Egyptiorum, ſic vt dici poſſit, Tot tantæque gentes ambulat in lege Domini. \* Haud tamen verè dixerit homineſ (quos vndiq; complectitur vnaquæque gēnſ) cōcordibuſ animiſ excipere idem conuerſationiſ propoſitum. Et quidem gentes, quia numeroſ recententur ſeptuaginta duaſ, aut certè quotquot tandem ſunt per vniuerſum terrarū orbem, ex eiſ non paucaſ gradiuntur per viam vitæ. Quòd autem attinet ad integrum numerum in terra viuētium, admodum pauci ſunt, qui pertingant ad portum ſalutiſ. Ita rem ſe habere conſeſtatur Euangelium, nec eiſ repugnat prophetia hæc: *Omneſ gentes ſeruient ei.* Nam ex multis admodum pauci, qui eum ritè adorent; omneſ, ait, regēſ terræ. Et Sophoniaſ: *Venient, vt ſeruiant ei † ſub iugo vno.* Et dicent: *venite & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* Qui in ſcientia & rerum cognitione progreſſum faciunt, quaſi qui ſuperiora præoccuparint, ad conſimilem ſibi ipſiſ aſcenſum eoſ inuitant, quos delectat adhuc immorari iſtiſ inſimiſ, aut verſari circa humileſ & abiectas rerū commentationeſ. Qui cum Chriſto reſurrexit, & quæ ſuſum ſunt, querit: eoſ ad ſe aduocet qui terrena ſapiunt, eorumq; ſenſuſ ac animiſ conceptioneſ velut manu ducat ad ſupernorū contēplationem. Corporaliſ habituſ ad montem duplex quædam quum ſit, nunc quidem eorum qui ab inſima eiſ parte ad verticem aſcendunt, nunc verò eorum qui ab eiſ vertice deſcendunt ad imam ac decliueſ partem, iuxta corporiſ diuerſam habitudinē, proq; diuerſitate actioniſ quam ipſi aſſoluimurſ, ne quiſ fortè duplicem hæc conſiderationem accommodet etiam diſpenſationiſ humanæ nature à verbo aſſumptæ, ita vt ipſiſ imaginemur montem innuere aſſumptam humanitatem, nunc quidē carniſ propter vnionem ad Deum, in cælum eleuataſ: nunc verò diuinitatiſ, quòd per communionem erga humanam naturam ſic ſe demiferit. *Venite & aſcendamus.* Ad ſublimitatem Theologiæ progrediamur, ſumpto exordio à reſſeſſione perturbatiōnum animi. *Et ad domum Dei Iacob.* Superiùſ domuſ quidē hæc ſimpliciter dicta eſt Dei, hic autem, domuſ Dei Iacob. Quæ igitur cauſa? Aut enim deſit illiſ & deſideratur quiddam, aut certè hic ſuperfluit. Atqui nihil otioſum eſt in ſcripturiſ Spirituſ ſancti. Oſtendit enim ſcriptura hæc, quia † primæ aſſenſioneſ illæ verſantur circa communeſ prænotioneſ de Deo, perſcūtuntur autem per exactam diſcuſſionem fidei, explanata priuſ fide in cordibuſ eorum qui

\* Hier. 20. ελιν την ημεραν διελεσαμεν κληρωσαμεν υος.

Caro Domini mons. Ecclesia domus Dei. Eſai. 86.

Matth. 16.

† ερεως δ' ανενοδωτος.

Ioan. 8.

Quaſtio.

Solutio.

Pſal. 118.

Quæſtio. Solutio.

\* Poſterior hæc particula pendet.

\* Iuxta Theognidam: ἀθροιστος μὲν γὰρ εἰς μίαν πάντας ἀγει. Et, nec voto viuunt vno. Perſiuſ Sat. 5. v. 52.

Pſal. 51. Sophton. 3. † ὄπο ζυγὸν ἐνα. Deſit hic: & adorabunt eum omneſ.

† πρώτοι δὲ κατὰ θεοῖς. κοίνας ἀπολήψεις.

qui proficiunt in cognitione sempiternæ Dei naturæ. Ob hoc, his quidem qui introducuntur primùm ad eam cognitionem dictum vtrunq; est domus Dei: eis verò qui deinceps iam sunt eruditi de Deo, adijcitur nomen hoc, Iacob, qui gratus fuit Deo & apprime familiaris. Ait enim: *Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob.* Hoc mihi nomen est æternum. Vt enim hosce sanctos honore afficeret perpetuo memorabili, eorundem feruorum nomina suo ipsius nomini attexit: vt quoties Dei memoria celebraretur, horum quoq; tories commemoraretur nomina. Itaque eis qui prius ad Dei cognitionem accessissent, hanc veluti insignem notam de Deo adiecit, dicens: *Et ad domum Dei Iacob,* quâdoquidem Iacob, nomenclatura est adhuc supplantatoris & athletæ. Iacob enim supplantator vocatur, ob fortem luctam contra inflicitas aduersitates. Deniq; is obventa victoria recepit præmium, nomen reportans Israël, qui qui etiamnum proficiens quadantenus edocetur quæ sit domus Dei Iacob, nimirum ediscit quæ inferioris notæ sunt, sibiq; comprehensibilis. Demum is aliquando plenius instruetur de Deo Israël, quum ratione & ordine traditiones de ipso Deo absolutius ei fuerint dispensatæ: *Et annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea.* Nisi ascendamus in montem, nobis vtique non annuntiabit viam suam. Quod si non annuntiet nobis, quonam pacto ambulabimus? Hoc est, Quæ ratione vitam nostram instituemus ad tenorem Euangelij, nisi id exceperimus? Qui autem desiderio magnopere tenentur discendi viam, cõstat eos nondum nosse ipsam. Quomodo ascendemus in montem, viam ignari? aut certè particula hæc, venite & ascendamus, subindicat propositum & propensam alacritatem recens aduenientium: nõndum tamen repræsentat eos esse assequutos plenam fidem, licet eius cognoscendæ desiderio teneantur. Quosdam enim eorum qui nunc primùm ad fidem accedunt, arbitramur sese mutuo alloquio adhortari hisce sermonibus. Agitedum, auocemus animos ab istarum rerum cupiditate † quæ repunt humi, nec multi sunt momenti: agite, quæ cœlestia sunt, sapiamus. Ingrediamur domum Dei. Illic docebimur viam eius, per quam incidentes, ad metam pertinere poterimus vniuersis in commune propositam per vite integritatem. *Ex Sion enim exiit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Ex homine circunciso sciscitator, ex Iudæo, inquam, secundum carnem, de qua hoc commemorat lege, de quo item verbo? Num de ea, quæ per Moysen data est? Atqui, quânam ratione ostendi possit, quod prodierit ex Sion? Neque enim Moyses terram promissæ hereditatis ingressus est. Porro Sion in Iudæa regione situs est mons. Itaq; iuxta horum interpretationem, scriptura hæc falsâ est & erronea, quum aliud profiteatur pro altero nomine. Et enim pro Sina, siue Horeb † protulit Sion. Imò de sancta lege dicit hoc, quæ promulgata tum est, vbi & scripta. *Et verbum Domini de Hierusalem.* Hoc propheticum esse apertè denuntiat. Sed enim nullo non loco hæc in Iudæa facta esse exprimit, non modò in Hierusalem, etiam secundum ipsam Israel. Quinetiam in ipsa captiuitate, in Ninie, & ad eò in plerisque terræ locis. Istis ergo à veritate præfocetur gula, aut certè nobiscum excipiant legem à Domino sanctam & à † specula exortam, à carne quæ gestauit Deum, per quam hominum gesta perspicienter obseruat. *Et verbum Domini de Hierusalem.* Prædicatio enim verbi ducto illinc initio in omnem dispersa est mundum. *Et iudicabit inter gentes.* Deus enim in synagoga stans deorum deos diiudicat: in gentibus verò quum steterit, iudicabit inter gentes. Etenim sanctis congruit discreta illa diiudicatio, vt quique nouerint quid sint promeriti: iudicium autem his conueniet, qui vitam suam nulla vtili fruge exornarint. Proinde numnam potius hinc exprimitur diuersum fore supplicium, quo in gentes animaduertetur à pietate & Dei cultu alienas? At ne vnâ quidem & ipsa differentia. Quatenus enim à Dei cognitione exciderunt, tormentis digni sunt ac penis omnes: in quantum verò diuersa comperietur fuisse illis viuendi ratio, inque passionibus ignominia, simul & in molitionibus malignè excogitatis aduersus proximos, opus erit iudicio aduersus gentes, quo de his disceptabitur, quæ inique gesserunt in vicinis. *Et arguet populum multum.* Vt offenderet nobis æquitatem (cui nemo contradicat) iusti iudicij, in-

tulit: *Et arguet populum multum.* Ait enim scriptura: *Arguente, & statuan contra faciem tuam.* Sanè quidem accusator testes adhibet hic, vt eum qui coarguitur, conuincat obiectorum criminum. In foro autem illo iudiciali de occultis, ea quæ gesserimus, in medium proponitur, ipso eodem habitu ac forma peccati præsentabuntur quibus peccauimus. Illic quidem argumentum assumitur ad comprobandam iudicij æquitatem: hic verò ad eorum correctionem, de quibus reprehenditur quis. Quamobrem & Apostolus Timotheum admonet, vt eadem formula correptionis vtatur. Siquidem reprehensio omnis palam attingens eum qui reprehenditur, ipsius animum peracti dolore excruciat, ob oculos ponens turpitudinem peccati, ita vt non mediocri beneficio videatur afferisse eum qui nullo sensu suorum peccatorum tangebatur, reuocans eum ad conscientiam malè cõmissorum & ad suscipiendam peracrem pœnitentiam perducens. Quod enim vulnus corpori inflictum, sic pungitiuum dolorem inducit, cuiusmodi anxietatem ac mœrorem ingerit animæ sermo mordicus eam perstringens, attingens eorum conscientiam, qui se intelligunt esse obnoxios probro & dedecori ob ea quæ flagitiose gesserunt. *Et incidunt gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces.* Incisio hæc docet finem his accommodum fore & vtilem, qui reprehenduntur: per hoc, quòd qui eatenus fuerant bellandi appetentiores, ac mirè turbulentis demutandi essent & conuertendi ad statum tranquilliorum ac pacatum. Cuius autem manifestum est, quia lex & sermo Christi quum ea complectantur quæ ad inuendam pacem, mutuaque concordiam pertinent, pacem ipsam prædicauit his qui longè erant, & his qui propè: ita vt Iudæi & qui ex gentibus erant, belligerandi studia deponerent. Quæ ad confingendum è proximo faciunt in certaminibus statariis & cominus obeundis, ea quidem vocauit Propheta *μαχαίρας*, gladios: quæ verò spectant ad sui tuitionem è longinquo instructa arma, ea vocat hastas & lanceas. Porro ferramenta hæc verbum quod egressurum erat de Hierusalem, astruit immutaturum se esse in instrumenta agricolationi accommoda: ad eò vt gladius ille † internecius vitalium seminum quæ animabus ratione præditis inferuntur per verbum sapientiæ, conuertendus esset in aratrum ad emollienda quæ obduruerant, ad auellendas ab radice spinas, vtque fieret efficax tutela conseruandæ cœlesti gratiæ. Lancea autem siue iaculum ferro præacuminatum eminus sua cuspide perfodiens & in id versum quod vim habeat ea congregandi quæ in proximo adiacent, vim insuper astrictiuam communionis. Tales enim sunt † falces, siquidem in vnum cogunt dispersa & in vnum eundemque manipulum adstringunt spicas. Messis igitur quædam est vlti prædita rationis, cui conficiendæ opportunis opus sit & accommodis instrumentis, de qua dictum: *Leuate oculos vestros & videte, quia regiones albae sunt † ad messem.* Nemo igitur bella promouens, idoneus est & accommodus messi huic. Quin etiam suos discipulos ad hanc sciendandam messem emisit, de quibus ait: *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* Itaque istiusmodi messoribus, quòd in cordibus suis nullum retineant concienti belli instrumentum, potestatem dedit inferedi pacem domibus quas essent ingressuri. *Et non accipiet gens contra gentem gladium.* Quandi enim sermo mundialis sapientiæ cum feruore exercebatur, gentes mutuo cooriebantur, ac bella ciebant, gladium distringentes aduersum se immaniter † exacutum, iugi meditatione & probabili persuasione sermonis coruscantem. Sed enim simul atque aduenit pax & annunciata est *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax,* explendescens veritate, vniuersum simul mendacium suppressum silentio est. Quemadmodum Aquila alicunde aduolante ac desuper conspècta, furili garrulitati loquacium auium quàm ocysimè silentium indicitur. Non enim iam aduersum se eiusmodi sermonum nugæ effundunt: ille quidem vllam omnino negans esse rerum prouidentiam: ille contra, ipsam astruit esse, sed ad Lunam vsque pertingere tantum. Non etiam de Anima inter istos conueniebat. Ille quidem asserbat morti obnoxiam: è diuerso illi pronuntiabant immortalem. Et quæ de Fato erant digladiationes, ille quidem contendeat ipsum ditione rerum

Exod. 3.

† אֲבָרָה אֲרָמָה

† χαμαρ πῶν.

† Ἱερὺς Sion specula, ciuitas Damid. 2. Reg. 46.

† Isai. 49.

Μαχαιρα.

† Ἰερὺς Lancea.

† δρεπανα.

Ioan. 4.

Matth. 9.

† Προ ἀφ' ὁρατος, lego ἀφ' ὁρατος. Luc. 2.

Βεβ' ὁρατος à Simili. Philosophor. placita. De his vide susus apud Laertium Diog. & Plutarc. in Platonicis Philos. rerum

In superstitiosos Angures & haruicolas.

rerum omnium potiri, alius ne esse quidem dicebat aut vspiam subsistere fatum pernegabat. Porro stultitia prædicationis vt aduenit primùm & gloria celebratus est crucifixus, simul & resurrectio creditur & iudicium: gentes dissolutis inuicem bellis, tranquillam agunt quietem. Sed enim magnopere vereor, ne deinceps gentiles ipsi fiant spectatores conflati inter nos belli. Iam quando vniuersam priorem vitam in euanida & inani sermone disciplina consumpserunt, sicuti est bellatrix dialectica quæ dialogismo constat (id est, conflictatione interrogantis & respondentis) Nequaquam, ait, discent in posterum inter sese bella conferere: ac si diceret, non iam versabuntur cum his qui docent contentiosis & velitaribus verbis digladiari.

Et nunc domus Iacob, venite & ambulemus in lumine Domini. Secunda malorum abrogatio, siue liberatio, beneficiis affectos inuitat & adhortatur ad consecranda perfectiora. Vt enim quis ascendit in montem Domini, istis quoque terrestribus euasit superior: huic conceditur velut iam participi purioris radij, diuinum assequi lumen, oculos animæ illustrans ad intelligentiam beatarum, intellectualium ac diuinarum contemplationum. Huic affimile est & illud apud egregium Platem: *Accedet ad eum & illumin. animi: & facies non confundentur.* Non, inquam, confundentur super quos signatum fuerit lumen vultus Domini. Qui autem mala agit, odit lucem. Cæterum quando domus Iacob sibi sufficiens excepit lumen, doctrinam nimirum à legis cognitione profectam, qua & cæcos recta deduceret, qua item luce præuia ignorantiam eorum corrigeret qui in tenebris sedent, se tamen fuit in errores abduci, gentium nomine. hinc propheticus sermo ait: Venite & ambulemus, non in prophético, non item in legali, sed in lumine Domini. Etenim sunt etiam vsui nobis lucernæ, sed ante Solis exortum: oculos mirè afficit aspectus stellarum, sed noctu relicentium. Quod si ridiculus scurra ac delirus censetur qui lucernam illustrem sibi præfert explendescente Sole; tanto magis habendus pro deridiculo est qui prædicato Evangelio, pertinacius acquiescit legali vmbra. *Dimisit enim populum suum, domum Israël.* Nulla atrocior pœna, cæteras omnes vincit calamitates hæc, deserere à Deo, perinde ac à forti detentione manuum per digitorum relaxationem quibus vndique detinebatur quis, fuerit eum elabi à propria conseruatione: ita sermo hic subindicit non iam populum vndiquaque cingi ac retineri à Deo. Quibus autem ex causis vnus aliquis finitur excidere retentione manuum Dei, sequentia edocent.

*Quia repleta est, vt ab initio, regio eorum augurijs, vt & alienigenarum.* Videtne quantum mali importet auguratio? Qui huic incumbit, studiumque adhibet, Dei prouidentia ac sollicitudine destituitur. Plerique autem Christianorum susque deque habent talibus commentis aures accommodare & illinc aucupari famam, nec pudet isti ominosa superstitioni ac signis attentos esse. Quid hoc innuit sermone? Nimirum tale aliquid designat: Me aliquis à tergo reuocauit: hinc etiam id impedimenti incidit. Pes impegit egredientis. Vestimentum discissum est. Tum quidam qui è cælo præfidentur ac sibi promittant affore iudicem de rebus competissimis. In hæc tam noxia isti ad extremum nullo delectu euoluuntur. Sed enim audi tu, quia abiectus est populus talia futiliter & curiosè operatus. Olim siquidem Mosaica lege, istiusmodi auguria, diuinationes, ominationes atque auspicia, infamia notabantur tanquam inuenta dæmonum. Ait enim scriptura: Non hariolabimini, neque captabitis auguria. Hæc enim gentes faciunt. Hæc enim filius Dei qui & Deus disperdet à facie sua. Hi diuinationes & vaticinia ¶ exaudient. Tibi autem non sic dedit Dominus Deus tuus. A morum probitate est alienum prorsus eum qui penes se habet consultationem de Dei iustificationibus, ad decernendum de rebus agendis, sibi in consiliarios adhibere brutas animantes, immo ne his quidem vti tanquam consiliariis, sed vt doctoribus & legum latoribus. Quando ipsa auis periculum sibi ob oculos impendens non nouit: quam ratione hæc tibi quod futurum est, prædicet? Equidem ipsa è nido auolans alicunde paratura alimoniam nutriendis pullis, plerumq; regressa est re infecta, nec vspiam conquisito cibo. Et hæc tibi facta est minime fallax oraculum: eiusque vana

A motio reuelatio esse possit rei futura? Quod si operatione dæmonum circumuolant ac te circumueniendum fraude, ne tu inhians talibus imposturis mihi acquiescito. Atqui ne queso te dedas & eloces istiusmodi diabolicis operibus. Diabolus enim mox vt animam sic ductilem & abreptu proclinatam acceperit ad perditionem, modis omnibus abutens ea, nihil illi indulget, nec remittit impetum: sed & corui illi vociferantes, de quorum clamore dicitur: Et deerrantes ac mæsti præ inopia venationis intemperie cordis contrahuntur. Tanta proinde est, tamque petulans inimici aduersus hominem proteruita, vt vel in felis aut mustelæ figura se ostendet, nonnunquam vt canis se discerpens, sub hominis etiam forma diluculo conspicitur, vt is fuerit ex maxime beneuolis. Adde quia oculum ac dexterum crus oblatum apprensus resiliit ac deflexit de via, plerumq; etiam oculos obtexit. Quid hoc genere viuendi est vsquam infelicitus? Nihil non suspectum habet, ad omnia pertimescens. Tali illuditur ab omnibus. Operæ precium fuerit vnde quaque animam eius reducere ad Deum. Quum igitur videris aies aëra præteruolantes, caute explores curiosius volatus earum modum & figuram, vt rum in orbicularem formam supra caput suos volatus circumscribant, an in obuersam faciem ferantur: vtrumne à tergo aduolent, an in obliquum deflectant volatum. His ommissis, demirator ac suspicace potius in eis sapientiam & dispositionem conditoris quo pacto tanta moles queat per aërem ferri, quam ratione mollis ac subtilior natura aëris penna alata fit vehiculum, quomodo aërem tranet passis alis, cauda verò quasi clauo nautico volatū suum adæquant & regunt. Qua item ratione quæcunque inutiliter & incommode incedunt pedibus, vicem pedum suppleant alarum remigio, quæcunq; natatilia, quæcunque item viuunt raptu, fabricam corporis sortita sunt parandæ sibi vitæ conuenientem. Et quidem rapacibus indulsit natura accommoda rapinæ instrumenta, ceu sunt vngues: natatilibus autem suppetunt pro corporis quantitate, remi. Qui verò placidioris sunt naturæ, pedes habent: vt latitudine plantarum siue pedum aqua per motoriam agitationem facilius propulsetur. Nihil vsquam est non plenum sapientia Dei. Siquidem omnia in sapientia fecit. Qui verò angusti est & illiberalis animi, nihilq; sapiens nisi fordida & abiecta, eiusmodi motiones brutorum animantium suo vniu sero dum molitur accommodare, Deo interim relicto, perfidis dæmonibus & insidiosis vltro seipsum deuouit. Qui porro intelligunt & imaginantur aues hac ratione occupare aërem, hac item caula & sic se circumagere: errore prorsus incurabili tenentur eorum qui mente capti sunt & parum cordati. Hæc vt sint diffusius & velut per digressionem dicta: non alioqui ab re nec incommode, arrepta occasione ex præinducta sententia sermo hic incidit ad medelam istorum imprudentium. Adnotandum proinde venit scripturam tradere vaticinandi siue diuinandi artem esse Philistæis, hoc est, Palæstinis peculiarare exercitium. Mos enim scripturæ est hoisee & solos nominare ἀλλοφύλους, hoc est, exotics, externæ gentis siue nationis, alienigenas. Quemadmodum enim Chaldaei fatidicam diuinationem ex hominis natiuitate, Aegyptij veneficia & incantamenta, Crætes augurationem & auspicia: ita & Allophyli siue Philistæi diuinandi artem sibi peculiariter vindicantur. Ad suas igitur improbandas artes regressa est regio, effecta tandem, sicuti initio erat. Et filij multi alienigenæ nati sunt in ea. Iudæi quum ¶ multas gentes ¶

F ¶ Improbatis moribus aluatas exceperunt, elegerunt secundum eas vitam instituire, quasi verò lex illis essent quæ sui maiores iniquè gesserant, & mox ab ipsa natiuitate alienigenæ efficiuntur filij per improbam viuendi institutionem, alienati à populo Dei. Iam quando locis adeo multis dicuntur filij fructus ¶ animæ, dicere possit vnus aliquis eum qui præter sensum diuinæ scripturæ corrasit sermones minime sanos ab alienis à pietate & cultu Dei, eosque approbavit & exceperit, quia talis genuit filios Allophylos, id est alienigenas. Et impleta est regio eorum argento & auro, & non erat numerus thesaurorum eorum. Quam sit graue peccati, studium impendere congerendis diuitiis, argumento est, quia tot tantorumque flagitiorum catalogo allegitur. Etenim cum augurijs & alienigenis filiis qui per fornicationem

Psal. 33.

Aduersus omniatores & haruicolas.

Superstitionem.

¶ ἀχρόνοτοι. Hi gentiles. Deut. 18. iniqua LXX.

¶ Pro πόλις εθνη, lego πολλά εθνη.

¶ ψυχῆς, forsan κοιλίας, aut γαστήρος ventriculi.

nem generati in numerosam multitudinem excreuerant, forte Israelitico populo annumerati erant. Et impleta erat terra argento & auro. Animæ quidē Deum piæ colenti occasione suppeditant diuitiæ bene merendi de proximis, per distributiuam cõmunicationem: eadem verò voluptatum confectatori ac studio curandi corporis, cõpendium sunt ad geniale vitam & intemperatam luxum. Paupertas etenim pædagogus est ad colendam pietatem: contra, diuitiæ ansam præbent ad contumeliam & irrogandam iniuriã. Quod si cum vniuersa gente expostulatur & intenditur crimen ob immodicam opulentiam & copiam facultatum: qui toti incumbunt cumulandis opibus, secum velim reputent isti diuites, quam pro suis possint reddere rationem. Si quis verò existimet cupiditatem diuitiarum nõ esse peccatum, adductus vno aliquo prætextu qui in speciẽ videatur rationalis, meminerit is Euangelici illius mandati liquido interdicentis istã auditate congerendi opes. *Nolite, ait, thesauriz. are vobis ipsis in terra. Et repleta est terra equis, & non erat numerus curruum eorum.* Nullo non loco scripturæ obseruauimus sanctos deuitasse vsum equorum, quin & de his qui in prociñctu instruuntur ad bellum, inq; reliquis istius vitæ indigentibus deuesti sunt; eoq; etiam hic ceteris criminationibus acculetur numerositas equorum. Quia enim volebat Deus, vt toti penderent à suo præsidio & succursu, non item illi in medio consiliũ consistentes spem suam reponerent in suo militari apparatu, & ob hoc veterat id fieri: \* *Nequando multiplicaueris tibi equum, qui tandem rephensi sunt, quod sibi tantam comparassent equorum multitudinem, ad eò vt numerum supergredereetur. Hoc autem siue hyperbolicè accipiamus, hoc est, supra fidem & per excessum, aut certè quod in scriptura, quæ ignaua sunt & maxime ingeniosa, nõ veniant in numerum, eo dici non esse numerum curruum eorum arbitramur. Sanè obserua non accenseri numero mulierem, quod infirmioris sexus sit: non puerulum, quod facile cõtemptui pateat, exceptis primogenitis & Leuiticis: non seruum propter seruilem & abiectam conditionem: non miscellaneum & promiscui feminis, quod sit is alienus. Ad hunc igitur modum intelligimus eximi numero quæ malè parta sunt. *Et repleta est terra abominationibus operum manuum eorum.* Ritus viuendi institutæ gentilium quæ cepere originem à diuinationibus eos \* qui per auaritiã & erga equos studium impotens in ea impegerunt ac deuoluti sunt, pertraxerunt ad idololatriam. Quod enim deserto Dei consilio, attenti incubuerint vaticiniis, nec in Deo spem suam collocarint, sed in incerto ditiarum, ob hæc fallaces illis fuere equi ad salutem. Neque enim inniti voluerit ei qui potens est cõterere bella. Hinc consentaneè euenit, vt suis abominationibus cõpleuerint terram. Omnis vtiq; operatio quæ efficitur præter rectitudinem scripturæ, apud Deum execrabilis est abominatio. Quemadmodũ enim qui ex stomacho & eius subuersione laborat, fastidioso sunt ac vitatur seu spectaculo indigni, quasi excrementi eruptiones ac superfluitatũ & hulcera graeolentia & signa similia: sic & impuræ & obscenæ actiones Sancto illi detestabilis abominatio sunt. Sanè quando apud scripturam is inoleuit mos, vt idola vocentur abominatio, omnes vitiosæ imaginationes iuxta cuiusq; descriptionem in anima conformatæ, aliud nihil quàm abominatio sunt implètes regionem. Hoc est, omnem amplam capacitatem rationis animæ. *Et adorauerunt quæ fecerunt digiti eorum.* Exuperantis infamiæ est existimare Deum esse quod ipse feceris, nec intelligere rei gestæ absurditatem. Etenim si materiam demiraris, quid tandem? Vtiq; æs aut lapidem (informia si sunt) non adoras. Quod si id facis propter solertem artis industriam, tuas ipsius manus adora quæ isti materiæ adiecerunt formam, aut certè instrumenta quibus eam formam solerter abfoluisti. Sed enim quantum stoliditatis & dementiae habet, tantum detriuisse temporis in exculpanda suæ conflanda hac statua, nec interim intellexisse quid factum sit? Sensum enim hunc subindicat illud. Et adorauerunt quæ fecerunt digiti eorum. Iam verò huc necessitatis adigerit talis, vt alterum è duobus eligat. Aut quia prius non habuerit Deum, quàm sua vnius opera informi materiæ adhibuerit formam: aut quia ei opus fuerit altero, quod is qui illi prius fuerat Deus, defecerit*

Matth. 6.

Intelligendus est damnare non vsum necessarium, sed superfluam numerositatem.

\* dum dicitur lex: Ne quando. Deut. 17.

\* eos, scilicet Iudæos.

Bes dicitur per collationem.

A senio confectus. Quare maledictus homo omnis quicunque facier sculpsile aut conflauit opus manuum artificis. *Et incurruauit se homo, & humiliatus est vir.* Hæc per commiserationem dicta esse puto, vtique ab eo, qui dolebat homines sic miserè collapsos à dignitate suæ conditionis. *Homo* (ait) *incurruauit se idolo*, vt adoret. Homo inquam, animal in terra honore dignissimum, quod secundum angelos, ordini vtentium ratione allectum est: Homo inquam, imagine Dei cohonestatus, qui varias artes vt rationis excogitauit, eorum quæ in terra sunt tenet scientiam, plantarum, radicum ac fructuum facultates nouit, mare ausus est permetiri, aëris naturam, originem ventorum, astrotum posituram, horum motiones, interualla, concursus, rerum terrestrium ratam distinctionem, ciuitates, leges, præfecturas ductandorum exercituum, artes nouit ad vitam fulciendam necessarias, tum denique ad ornamentum & ostentationem subseruientes. Et hic tantus procidit idolo, quasi pro salute subsidium deprecaturus homo anima informatus, ab eo qui innanimis est, ratione præditus, ab eo imploraturus salutem qui sensus omnis est expers, qui manus suæ substratas bestias accepit, is cui ad seruiendum cuncta bruta in ordinem redacta sunt subiectionis, in eius gratiam nempe Dei qui subiecit nobis omnia, qui & ad imaginem suam in hoc eum condidit, vt aquatilibus dominetur simul & terrestribus? C Hic ne vni quidem brutarum animantium, quæ viribus præualent, confendus venit, sed imitatione bruti animalis siue mulieris cuiuspiam deformis aut certè turpissimi viri, ne ausit quidem se ex æquo præsentem exhibere: sed timore correptus vultuque in terram deiecto indignus fit qui in cælum attollat oculos, quippe qui peccauit in cælum. *Et incurruauit se homo, & humiliatus est vir.* Exaggeratio est malitiæ, quod vir qui longe erat princeps dono intelligentiæ & idem præualebat in dirigendis operibus suis, & is propriæ dignitatis oblitus se eo deiecerit vt adorauerit idola. Is inquam, qui imago est & gloria Dei, Christum habens supra se caput, infra idolum se substrauit. His adde, quia vir. Hoc omnem vincit calamitatem. Si enim pusio aliquis, si mulier: nonnulla vtique affulgere poterat veniæ spes. Et quidem puellulò, quod per immaturam ætatem deliquisset, mulieri verò succurrisset ingenita sexui infirmitas. Nunc verò vir vltro neus simulachro se subiecit, id quod planè omnem supergreditur exuperantiam ignominia ac dedecoris. *Nequaquam dimittam eis.* O terrificam comminationem! Ad insinuandum supplicium æternum dictane hæc sunt: *Nequaquam dimittam eis?* Etenim quoultque auguria consulebant & vaticinabantur, quandiu apud eos ipsos multiplicabantur filij alieni, vsque dum gestiebant studio congerendi argenti, tantisper dum equestri curæ incumbebant, spes qualiscunq; allucebat remissionis. Quando autem fuerunt se, præcipites deuoluit in idololatriam, quod extremum est malorum, nec animaduersa propria dignitate, parem Deo honorem attribuerunt simulachro, nequaquam ait, eis dimittam. Hoc ipsum beneficij loco efficit benignus & clemens. Nam remisso quom sit petulantia ac libidinis fons, non remittam eis, ait: vt vel saltem afflictio cogeret meminisse Dei. Comminatio igitur minime est noxia. Quod enim comminatur non dimissum iri, disciplina est salutaris & adhortatio. Non enim (ait) te dimittam neq; aliquando te deseram. *Et nunc ingredimini in petras, & abscondimini in terra à facie formidinis Domini, & à gloria fortitudinis eius, quum surrexerit percutere terram.* Altera adhortatio hæc est ad domum Iacob, ad id excitans quod conducibile illis fuerat futurum. Quemadmodum enim dixerat, *Venite & ascendamus ad montem Domini.* Et, *Venite & ambulemus in lumine Domini:* ita etiam nunc, ingredimini in petras & abscondimini in terra à facie timoris Domini. Vsqvam-ne est aliquis ad eò calumniator scripturæ, vt putet eam consilere in eundam fugam à facie timoris Domini, vtq; se abscondant in deuexis petrarum concauitatibus? Quin potius ait: *Quò ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam: Si ascendero in cælum, tu illic es.* Et Dominus rursum, *si absconditi fuerint in Carmelo, Amos 9. illinc assumam eos. Si fugerint in mare, illic mandabo Draconi & mordebit eos.* Qua igitur ratione consuluit quærere protectionem

Psal. 138. 8.

Amos 9.

† N. J. J. J.



protectionem ac tutelam à facie timoris Domini, nempe petram? An non fortè vnam illam innuit malorum liberationem, eorum quæcunque in superioribus enumerata sunt, vt ingrediantur integumentum petrae, hoc est; se subternant solido firmamento fidei qua in Christum credimus, vbi & positus est Moses, vt videret Deum, *Illo, ait, introite. Et abscondimini in terra.* Hoc est, Vos ipsos sepelite. Cur id? Vt confepulti Christo per baptismum & commortui, in nouitate vitæ ambuletis, mortui peccato. Quæ de petra hac in scriptura occurrit, in vnum colligit, vt euadat locus hic explanator. *In petra exaltasti me.* Et: *De petra bibit populus. Quin & de petra habebat mel.* Ait Psalter: *Petra refugium* † *erina-cij siue leporeus*, ei inquam, qui purus est opportunum suffugium. Petra proinde solida illa iuxta Mofi canticum iugerebat oleum quo reges inungebantur. In petram igitur hanc si introieritis, vtique poteritis declinare à \* timore Domini, quum surrexerit percutere terram, quum terrenorum sollicitudinem exinanierit, quando vitam hanc terrestrem & puluerulentam ad nihilum perduxerit, ne sit impedimento homini vitæ spiritualis. Adnotandum igitur nobis vt cum gloria & fortitudine ipsius assequamur futuram resurrectionem, tali viuendi formula curam nostri ipsorum gerentes. *Oculi enim Domini sublimes, homo autem humilis.* Vt ne tecum reputares eum persuadere tibi voluisse secessum quandam esse imperarium Deo & impenetrabilem, adiecit istud: *Oculi Domini sublimes: homo autem humilis.* Nihil eorum quæ infra gerentur, latet cum qui è sublimi despectat, què eius oculis subiecta sunt omnia, nec vlla caligo interpolet aut obscuret ipsius aspectum. Homo autem humilis est. Aut eum innuit qui se nihili reputat esse collatione diuinæ maiestatis, aut certè eum qui intelligit per peccatum se à primigeniæ conditionis celsitudine esse deiectum. *Et humiliabitur altitudo hominum.* Superiore loco, reprehensione dignus homo erat, quippe qui à celsitudine suæ dignitatis se deiecerat. Prono enim in terram vultu se incurruauit idolo & humiliatus est vir: hic verò humilitas apprimè commoda est & perutilis. Depositi enim vani sensus qui ab elatione, à sublimitate item arrogantæ ac vanæ de se existimationis profisciscitur, reditum patefacit ad pristinam propriamque dignitatem. Humilitas hæc laudabilis est, eorum scilicet qui suffugiunt ad petram, suumque corpus collocant in spe futuræ resurrectionis adueniente Christo. *Altitudo enim omnis, rationis inopia concidit, præcepsque ruit vana de se præsumptio: vera autem testificatio celsitudinis Deo soli refertur ab ipsis creaturis. Et exaltabitur Dominus solus in die illa.* Ad diem compertam & quæ omnibus in confesso est, sermo nos remittit. *In die illa.* Nempè dierum omnium vltima, quam neque nox intercidit, non extrudet tempus aut definit, non corporea lux est ei præbitura principium & finem: sed vna est futura sui similis, immobilis, vespere caritura, perpes, nec succedanea. Die igitur illa exaltabitur Dominus solus, quia celsitudo ac factus superiorum concidit, splendor autem omnis beatarum virtutum è conspectu auferetur per exuperantiam tantæ claritatis illius gloriæ, fuerit licet quis Propheta, vel fuerit Apostolus, etiamsi fuerint sanctæ & supermundanæ virtutes, mox vt exsplenduerit vera illa celsitudo, reliqua omnia parui ducentur. Mihi nunc cogita quam similitudine doceri queat quod dicitur iuxta vitæ istius rationem. Sit vna quæpiam ciuitas quam incolant manuarius opifices sibi vix necessaria parantes exigendæ huic vitæ diurnis operis. In ea insuper sint nonnulli tantò pauperibus istis opulentiores, vt præ istis mendicis quandatenus videri possint beati ac spectabiles. Sub hæc rex quispiam alicunde veniat in hanc ciuitatem. Sit hic regum omnium opulentissimus, auri quidem multum, multum item argenti habeat, per multos item immensi precij lapides et eos quidem intextos regali ornamento, & ad ostentationem spectantium oculis obiectos. Percipiat vnus aliquis inexplicabilem esse illam pulchritudinem, domesticorum ac hastatorum satellitum turbam intelligat numerum supergredientem, profusam & indicibilem impensam, numerosam multitudinem camelorum & mulorum (res dici non potest) diuitias sarcinaeque portantium. Habeat equos auro stragulisque purpureis exornatos. Mi-

nistros quidem & qui comitentur & deducant pompæ in morem prægredientes. Viso tali spectaculo, quo affectu tangi putas illum inopem populum? Nonne ratione habitata suæ inopiæ confundi ac pudore suffundi? An non omnes parui facere, eorum inita collatione ad id quod præeminent vniuersis, gloriam insuper & diuitias soli ei ascribit contestatus qui verè diues est? Ad eundem modum, tantisper dum in arcano manet ac delitescit sublimitas & magnitudo sapientiæ virtutisque Dei, multa quæ sublimia esse videntur ac magna apud constitutos in extrema inopia, simul atque in omnium oculis quod prorsus sapiens est ac verè potens, exsplenduerit: nemo in creaturis censebitur sapiens aut potens. Ita & Moyses quondam quum inaudisset Deum se alloquentem confitebatur suæ vocis † *gracilitatem ac tardiloquentiam.* Et Abraham quo tempore Deum vidit, se profitebatur *terram esse ac cinerem.* Nemo igitur dignus habitus qui videat Dei bonitatem ac sapientiam, poterit sibi aut alij cuius suo testimonio vindicare sapientiam ac virtutem. Sancti igitur omnes sunt lux lucernæ constanti meridie ad Solis radiosum iubar se exerens ac splendescens. Ob hoc superexaltabitur Dominus solus in die illa. *Dies enim Domini Sabaoth super omnem* † *contumeliosum & superbum.* Forfan primum illud peccatum contumelia fuit ac superbia. Siquidem diabolus elatus superbia pro expletione bonorum quibus cumulatifsimè affluebat, deficiuit à Deo, secumque ad defectionem sollicitauit & abduxit aduersarias potestates, dicens: *Super astra ponam solum meum: sedebo in monte præcelsa, super montes excelsos qui sunt ad Aquilonem. Ascendam super nubes: ero similis altissimo.* Eam ob rem cepit illinc vindicta vltrix superbiæ. Si quis porro exarcatus in iudicium inciderit diaboli, cum eo principe & quasi opifice superbiæ condemnabitur. Dominus enim superbis resistit. Videtur quodam modo † contumelia origo esse elationis & superbiæ. Qui enim alios despuit, nihil eos ducens, sed mendicos quidem hos appellat, illis autem opprobrat generis ignobilitatè, alios verò censet infcios & indociles, vt verbis contumeliosis solus existimetur esse sapiens, intelligentia præditus, generosus, diues, potens. Suū principatum opponit, vt supra cæteros conspicatur: anxie contendit, vt supereminet multis. Hoc autem dum molitur perficere, proximū quidem pro nihilo habet, se verò venditat & ad grauitatem componit. Est igitur contumelia siue in proximum iniuria, fons & origo superbiæ: & superbia, malum vtique ex arroganti contumelia in proximo † oriendum. Ob hoc intenditur vindicta in omnem contumeliosum & superbum. Porro nos miseri totos dies in hisce versantes malis non intelligimus cuiusmodi mala admittimus. Maledici † siue conuiciatores regnum Dei non hæreditabunt. Et nos conuitiamur & iniuri sumus in proximis, dumque illis conuitiamur, non animaduertimus, quia verba hæc conuitiatoria quæ nunc detorqueamus in proximis, illa die Domini ex aduerso nobis obluetabuntur, nostramque intersepient viam, perinde ac paries siue murus qui transfadiri non queat. Quis nostrum non se putat superiorem? Quis non fastidienter despuit proximum? Equidem † contumelia † plenius quiddam obtinet quam conuitium. Conuitium enim sola voce ignominiam & probum intendit. Contumelia verò pudendam & ignominiam plenam habet animi conceptionem adiunctam operibus in eos quos contumeliosè laceffit. Atqui posset quidem contingere ei qui hodie in sublimi vult consistere loco, vt ad abiectorum vilitatem descendat: & è diuerso, ei qui nunc quidem humilis est, impendet periculum ne degeneret & transmutetur ad superiorum elationem. Ipsum enim hoc quòd se credit ad apicem pertigisse veræ humilitatis, elati animi argumentum est, quodque præter modum effecti videatur aduersus peccatorem. Planè grauis erat superbia quam passus est Phariseus aduersus publicanum insolefcens. *Et super omnem excelsum & animo sublimem.* Ad idem vitium referuntur & excelsus & qui animo sublimi est. Vterque collatus ad contumeliosum & superbum solo differt habitu. Etenim † excelsus aduersus vtrumque vitium & contumelia & superbia. Animo autem insolefcens & elato singularis quod degat, ac solitarius seipsum apud se sustollit, & vanitate sensus

psal. 26.  
Num. 20.  
psal. 103.  
† λαγώς.  
\* seruilis timore sci-  
liet.

Humilitas duplex.

Resurre-  
ctionis.

† παρόσι-  
γμα.

Exod. 4.  
† Ἰχνο-  
φάρον &  
βραδύ-  
γλωσσον.  
Gen. 18.  
Collatio à  
Minori ad  
confirma-  
tionem hy-  
podigmati-  
æ præscripti.  
† Ἰβρίσαν.

Eisaie 14.  
iuxta LXX.

† Ἰβρίαν.

Contume-  
lia fons &  
origo su-  
perbiæ.  
† Ἰγγογαν.

† λοιδοροί.

† Ἰβρίαν  
λοιδορία.

Lina 18.

† Ἰψηλός,  
μετὰ Ἰβρίαν.

in sublime effert; gloriatur atque erigit. Velim animum mihi aduertas & exactè intelligas, \* quis sit *μεταρος* elata mente & animo sublimi. Te ipsum ad mentem reuoca; qualis ipse in vanitate adolescentiæ tuæ consistēs fueris. An fortè qualis tu conuersatus, multiuariam cogitationem passus es instituendæ vitæ & exercitiorum, quoniam pacto per imaginationem intellectus tui à principatu in principatum incurristi, à domatu in dominatum resiliisti, diuitias comparasti, ædes exadificasti, aurum & argentum seposuisti, accumulasti ad parandas tibi facultates, tot tantaque talenta comportasti; famulos habebas innumeros artes qui exercerent omniuarias, è quibus corradères annuos proventus, armenta equorum, ouilia, armenta bouum, è quibus pecunias cõstares, vxorem haberes ac liberos, & ex ijs multiuariam sobolem. Amicos liberali beneficentia affecisses; vltionem de inimicis expetiisses. Principatum obtinuisses ciuitatum, deinde & gentium. Denique regali sceptro fuisse potitus. Vides, quanta leuitate agitur mens excelsi & sublimis viri? Nusquam constat secum, nulla in re constabitur: sed impossibilia exuperat, præceps fertur supra naturæ conditionem. Itaque sic elatis spiritu interminatur, quæ die illa euenient; formidabilia. Nam quod talis *† elatio animi* peccatum sit, audito Dominum dicentem. *Et ne eleuemini.* Et beatus David inter opera virtutum & laude digna enumerat, si quis se in sublime non eleuet, neque exaltet. Ait enim; *Domine, non est exaltatum cor meum, neque *† elati sunt oculi mei.** Est alioqui locus, quâdo cum laude exaltatur quis, vt ne animum deiciat, nec ista villa anxie curet: verius vt excitato sit & alacri spiritu, perque animi celsitudinem ac sensus magnitudinem ornatus pertingat ad apicem virtutis. Talis animi elatio commendatur, qua fit vt inter mundi pressuras nihil deiciat animi, his quæ in terra sunt superior euadat sensu. Qui eiusmodi est; in cælis conuersatur & gaudio cordis perfunditur ob thesauros illic tibi reconditos. Hæc animi celsitudo quiddam habere videtur differentia, collata cum superbia tumore. Etenim iusta corporis habitudo cum eruptione carnis enata ex vitio intercutaneo si cõponatur, intumescit quidem ac turgescit corpus, sed & suppulentium fit & languore tentatur. *Et super omnem cedrum Libani *† excelsum & sublimium.** Dixerit quispiam. Quæ malitia inest Cedro, quod in præcellam altitudinem se attollit? Id quod supra natura ei adiacet, in questionem adducitur? Rursus quam ob rem sententia hæc diem illam interminatur Cedris quæ in Libano succuerunt? Nemo contradixerit, quia de anima informatis hominibus sententia hæc loquebatur, qui fastu turgēbant, quique vacui quique essent omni sensu, nihilominus se efferebat arroganter. Sed enim cur Cedri? quam ob causam Cedri Libani? Cedri plantæ sunt infrugi, æstimationis alioqui non contemendæ; in proceram altitudinem & amplissimam excrecentes; proque temporis progressu semper se in sublime sustollit ea arbor. Cedrus non facillè sentit senium, neque putrilaginem. Proinde Libanus mons erat iam olim idololatriæ dicatus. Itaque vt nobis ostenderet quæ ex eo loco prodierunt, exitiales ac perniciosas potestates, altitudines nequitia se attollentes aduersus scientiam Dei, nominauit Cedros Libani, de quibus ait Psalmus: *Et conteret Dominus Cedros Libani.* Proinde mores hominum citra causam vllam rationi consentaneam nihil non sibi arrogantium & fastu turgentium innui possunt per eas Cedros. In tumore enim istius superbia causa quædam se inserit animo probabilis & idonea, vt se eleuet, aut nulla profus nitens ratione: puta dum de seipso sentit aliquis quiddam se esse propter continentiam, sapit propter sobrietatem, aut certè existimationem de se concipit propter constantem perseverantiam in orationibus. Planè quod de se ita sentiat ob eas virtutes, perperam agit. Ea tamen animi elatio quiddam obtinet ex quo consequatur. Talis, planta quidem est in aërem elata, sed & fructuum copia exuberat. Qui autem citra suffragium vllius bonæ actionis se extollit in sublime, puta propter diuitias, aut generis splendorem, aut certè corporis robur, *† Cedrus* est per infrugi vitam & imprudentem, se in altura tollens & exultans. Sed enim cur adiunctum est, Libani?

*† μεταρος quis.*

*† μετεωρισμος. Ierem. 13. P sal. 136.*

*† ἐμελεογιστησαν.*

*Βεβήωσις à simili ἀστρά. τῶν ἐλαίων ὅτι μεταρωσι.*

*Cedri.*

*Libani.*

*P sal. 28.*

*† κέδος, ἢ Cedrus*

A Plantæ siquidem in montibus enatæ quod sint campestribus compactiores, natura vsu ascititiam sibi comparant sublimitatem. Pari ratione & qui obtendunt diuitias, turgent ad progenitorum gloriam quibus indecorè abutuntur ad prætexum occasionemve elationis. Veruntamen sunt & quedam Cedri commendabiles: *Saturabuntur ligna Domini, Cedri Libani quas plantauit.* Hæ enim ad Dei gloriam assumuntur: *Ligna fructifera & omnes cedri,* idq; vt delectaretur nihil suapte natura esse malum, aut alienatum à Deo, sed pro vniuersiusque causa singula quæque aut desciunt à Deo, aut eius beneuolentiam sibi conciliant, seq; in ipsius clientelam dedunt. Ob hoc Cedri apparatus ad consummandam fabricam templi erant delatae à monte Libano, ceu indicat historia. Neque enim impossibile est, vt quis ab idolorum cultura demuteret & transeat ad vitæ sanctificationem. Quocirca nonnunquam Cedrus quidem \* confringitur, quum à Libano nequit disparari; aliquando autem vetustos mores quum relinquit, vt digna efficiatur sanctificatione. In genere tamen, scripturæ iuxta animalium mores speciesque plantarum, pro varietate propositi & intentionis hominum multitudine admittunt interpretationem. *Et super omnem arborem glandis Basan.* Alterius plantæ mentio fit, ad exhibendum specimen, quam caduca sit ac labilis hominum vita ac interim comminantis subiectum iri iudicio. Mores enim inhumanos nec cuiquam cedentes ac aliorum dissimiles, quique ex aduerso omnibus reclamant & velut itinere contrario disponuntur, consuetudinem in superuiendi nouitate excogitatam confert quercui. Profert autem ea arbor fructum, sed qui cedit in porcorum alimoniam, ob hoc nominauit arborem ignominia ac dedecoris. Basan enim interpretatur a ignominiam. Quorum igitur gloria parit ignominia fructum, etiam aduersus hos exoriētur dies Domini. Alieubi autem deprehendimus idololatram dici ignominiam, vt in tertio b Regnorum Elias ad Achab, *Et nunc mittito & congregato ad me omnem Israel, in monte Carmelum & Prophetas d ignominia & Prophetas lucorum cū Hebrais, quadringentos viros qui vescuntur de mensa Iezabel.* Ex quo igitur e arbor omnis non faciens fructum bonum, exciditur & in ignem mittitur: Domini diem etiam arboribus ignominia, vt horrendam & formidabilem interminatur scriptura. Quare & qui rex erat Basanitidis, appellatur Og. Og sua interpretatione sonat obturationem, interseptionem, oppilationem quod opera ignominia viam nobis intercipiant ad eundem salutis. Fornicatores enim, adulteri, molles, masculorum concubitores, omnes denique operarij ignominia sub iugo sunt regis Og, qui molitur præcicionem & diremptionem à Deo, quem conterit Dominus, vt ab eius iugo emancipentur oppressi. *Constitemini enim Domino quia bonus.* Qui percussit reges magnos, & occidit reges fortes, Seon & Og. *Et super omnem montem, & super omnem collem, & super omnem turrin excelsam.* Quemadmodum montes ad colles collati sola proportionem magnitudinis à se differunt, reliqua habitudine inter se consentiunt: ita & contraria potestates, proposito & intentione sibi ipsius conformes videntur, tantum à se discrepant magnitudinis maleficorum. Meritò igitur aduersum eos, dies illa Domini Sabbath conuerteretur. Quid porò sibi vult hoc: *Et super omnem turrin?* Turris specula est eminens ad tuendam propugnandamq; ciuitatem, & ad cognitionem excursionum hostilium accommodata. Mens siue intellectus vtramque hanc functionem nobis indultus est, vt obseruemus bona, vt impendentes insidias prauidendo vitemus. Huic minimè congruit, vt suam in seipso fiduciam collocet, neque vt per hæc terrena negotia ascensum moliat ad cælum. Ad eum enim qui per mentis elationem fuerat infra semet collapsus, Dominus descendit: vtque beneficium impartiretur ac salutem, pactum diremit & conspirationem ad malum. De huius ædificij fabrica iubet nos Dominus, vt sedentes rationem ineamus sumptuum, an sat habeamus ad instituti operis perfectionem, cui manifestè consentit consilium euangelicum. Mentem igitur altiora de se sentientem ac tumore superbia redundantem & ei qui præ se omnia fastidienter extenuat, se interim beatum prædicans, decernit sententia hæc, vt diem illum Domini vereatur ac formidet. *Et super omnem*

*P sal. 103. P sal. 148.*

*\* siue conteritur.*

*אכשׁו Confusio, probum, ignominia. בַּסִּי-לֵאיוֹן, nos לְאֵיבִים Regum. c 3. Reg. 18. d ἀισχυνός pro quo Heb. Βααλ. הַיָּדֹלִים quidam moriē putant. f יוֹי Syriacè, prohibisum, impeditum. P sal. 134. 10. & 135. 18.*

*τινιν*

murum excelsum. Rursum, murus septum est ac munimen in hoc conditum, vt tueatur & propugnet ciuitates & hostium impressiones propellantur. Sic & sermones nonnulli sunt nobis ab ipsa veritate accommodati ad conseruandam inexpugnabilem vim salutarium dogmatum: Sunt item alij externæ inuentionis ad corroborandum mendacium & tuendam vanitatem accurata diligentia conquisiti. Artis enim Dialecticæ facultas murus est propugnâdis suis dogmatibus apprime opportunus, non sinens ea in diuersam partem facile abripi aut in totum intercepti ab his qui controuertere volunt mendacio. Ob hoc quidem muri Hierusalem manibus Domini descripti sunt: muri verò Hiericontinæ ciuitatis euerſi sunt ductore Iesu Naue, sola acclamatione vocum dissoluti. Sanè quidem superius ea & sola mœnia in redargutionem venerunt quæ per se sunt sublimia: hic verò acriter reprehenduntur & quæ obtinent præstantiam virium celsitudini coniunctam, nempe argumenta in speciem probabilia disciplinæ demonstratiuæ quæ tū plurimum inualuerant viribus seque in altum extulerant, propheta quidem proficiente τροπικῶς ea esse murum excelsum, sed & eodem asseuerante ipsum euerſum iri & exinanandum Domini die. *Et super omnem nauem maris.* Enigmata sunt hi sermones in medium deprompti, vt mens nostra exerceatur, ne oscitanter audiamus sacram scripturam, ne uentem in terram defigamus. Simul enim atque dixit de intellectu se altiora sentiente, nec consentiente humilibus aut obsequandante, iuxta tenorem dicendi consentaneum, in eadem perseverans formula sermonis obscuri de corporibus etiam edisserit. Non enim dies illa Domini inanimatis nauibus futura est formidabilis & expauescenda: sed ijs qui per hæc corpora iactantur in saluginosa vitæ huius fluctuatione. Quemadmodum enim nauis onere immodico degrauata ad portum multo cum negotio prouehuntur ac facile subeunt naufragium: parili ratione, corpora quæcunque tandem multa ac redundanti alimonia ad obefam carnulentiam deuergunt per voluptatum illecebras in imam voraginem perditionis natando immerguntur. Et eiusmodi corpora dicuntur naues maris. Sunt tamen & laude dignæ naues in ministerium his qui descendunt in mare, vt faciant operationem in aquis multis, quarum mentio fit in Psalmo diuinæ glorificationis: & de iisdem dictum est, *quia illæ naues pertransibunt.* Quæ mare permeant naues, non item moram trahunt in eo, neque immerguntur vndarum æstu, vtique commendabiles sunt, & qui in carne quidem degunt, non etiam militantes secundum carnem, calcantes æstuosos huius vitæ fluctus & vndis ipsis superiores effecti, faciunt operationem in aquis multis. Quicunque condescendunt eiusmodi vitæ, nonnullos lucrifaciant ex his qui se immerferunt gurgiti deliciarum. Ob hoc ipsi nouerunt opera Domini, mercedem scilicet suæ operationis, suntque consequuti intelligentiam operum Domini & mirabilium eius in profundo gurgite. *Et super omnem aspectum pulchritudinis nauium.* Hæc attendi audiant qui toti affiguntur studio exornandi corporis, qui ambiciosius & redundantia opera, talium spectaculis immorati sunt. Neque enim nauium aspectus ipse noxam vllam affert: sed attendita agitatio circa corporis concupiscentiam. Erit igitur dies Domini super omnem aspectum pulchritudinis nauium: quo fit, vt qui inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, in corde suo iam mœchatus est. Sed & mulier in hoc se compositiuis adornans, vt concupiscentiam proluciat in se lasciuorum hominum, iam mœchata est in corde suo. *Et humiliabitur omnis homo.* Hisce verbis scriptura declarauit præcedentia omnia de homine dicta esse per ænigma quidem & adumbratè. Post enim † contumeliosum & superbum, post excelsum ac sublimem, post omnem Cedrum Libani, post omnem arborem glandis Balsam, post omnem turrim excelſam, post omnem murum excelsum, post omne spectaculum pulchritudinis nauium: tum demum subnectit: *Et humiliabitur omnis homo.* Hoc est, forma omnis, omnis species malorum in hominibus deperibit & concidet. In hunc enim mundum, perinde atque in commune domicilium eruditionis & doctrinæ nos homines sumus introducti, acceptoque intellectu & oculis habentes ad rerum cognitionem iussi sumus

A dignoscere Deum per dispensationem & dispositionem vniuersi, velut per litteras quasdam, vt nihil inuiti versemur circa indaginem veritatis. E quibus nonnulli abundè instructi tot acceptis subsidijs, vt digni essent perspicua speculatione eorum (quæ pulchrè in quæstionem fuerant posita) quàm isti longius à veritate præteruecti, & ob id digni qui ab ipsa veritate confunderentur ob mendacium: Quandoquidem Deum quum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Mens enim sanctorum non videt modò, sed & audit creaturam, quæ de gloria Dei sunt, edisserentem. Ait enim scriptura, *Cæli enarrant gloriam Dei.* Sed enim isti nihil intelligentes præter hæc ob oculos exposita, stulti facti sunt & cultum atque latrariam creaturæ obtulerunt potius quàm creatori. *Et exaltabitur Dominus solus in die illa.* Lux vt apparet primum, è medio tolluntur tenebræ ac disparent. Sanitas simul atque adest, conquescent morbi molestiæ. Veritate argumentis rationeque exhibita, coarguitur natura mendacij. Quum is qui verè est excelſus, innotuerit & apprehensa fuerit omnis vera speculatio: tunc quæ prius excelsa censebantur & sublimia, parui videbuntur esse momenti, Deo igitur soli, quæ vera est celsitudo veræque magnitudo, testimonio totius rationalis naturæ assignabitur, singulis quibusque (qui in fraudem etrosesque abducti fuerant) à se excutientibus falsitatis dogmata. *Et manufacta omnia abscondent, inferentes ea in speluncas & fissuras petrarum & in foramina terre, à facie timoris Domini & à gloria fortitudinis eius, cum surrexerit percutere terram.* Quandoquidem scriptura multis adeo locis edisserit de Christi in carnem aduentu, deque eo quo ad iudicium venturus est. Nonnunquam de vtroque superficie tenus denuntiat. Quæ autem nunc occurrunt, arbitramur dicta esse de assumpta humanitate, etiamsi eorum quæ proponuntur sensus nequaquam astipuletur in speciem his quæ futura sperantur. Studium enim illud quod manufactis idolis adhibebatur, post aduentum Christi, in nihilum abiit. Non iam significes & statuarij æquæ ac prius suo iucumbebant opificio, non etiam quæcunque iam olim erant venerationi, pari studio perfruntur: sed in spelæa, cauernas, & abstrusissima quæque loca deiecta sunt. Vt enim lux explenduit primum, videntur gentes quæ eatenus delituerant in ignorantia tenebris & agnouerunt lignum tanquam lignum, & lapidem vt lapidem, nō iam sinunt se in fraudem erroremve impelli per effigiationem eis circumpositam ligno vel lapidi: sed ex substante natura agnoscent materiam. Sanè Christi aduentus vt fuit demonibus terrore, ita & orbi vniuerso salutaris. Dæmones enim loca illa olim famigerata ac passim decantata, nempe officinas imposturæ omnis reliquerunt. Non amplius Delphi, non etiam vaticinantium responsa. Iam fatidica antistes conticescit. Castalius fons bibitur: vt ex eo haurientes reuocentur ad sobrietatem & temperantiam. Amphilochnus ille vates perfuga Amphiarai filius vnà cum sui commenti statuis concidit & in nihilū redactus est. Illa insuper inuisibiles potentia pedem retrulerunt à facie timoris Domini & à gloria fortitudinis eius. Ex quo tempore crux nominis celebratè excepit, fuga se idola proripuerunt. Superſunt alioqui idola & eorum quæ nulpam sunt inanes cœptiones vniuscuiusque animæ insculptæ, eorum inquam animabus qui fidem commodant, mendacijs siue de Deo, siue de quocunque tandem eorum quæ in quæstionem proponuntur. Equidem quandiu efficax operatio & elucidatio veritatis non apprehenditur intellectu, sua quisque figmenta complectitur & colit. Quum autem illa celsitudo & supereminens prærogatiua eius qui verè est, explenduerit: tunc singuli quique sua condemnantes dogmata, tanquam mendacium suæ ipsius animæ spectris dæmonum illusa, festinabunt abolere quod mente conceperant, mendacium ea dogmata recondentes in spelæis & cauernis, videntes deinceps per eam actionem quàm sint expauescenda Dei opera, tum quia cuncta hæc materia concretoris exinaniet, ac veluti terrestria collidet & quodammodo conuassabit, vt propalàm fiant spiritualia. Siquidem imaginem terrestris oportet euacuari, vt inclarescat imago cælestis. Qui igitur fallas de Deo concipere opiniones, intellectualem quandam in seipsis idola

In Dialecticorum inanè enriofitate.

Iosue 6.

Tropus de claratur callatione.

Psal. 101.

† 2 Petr. 1. 5. 7.

Psal. 18.

Beelzebub à collectione similitum.

Plutare. de defectu oraculor.

lolatram comminiscentes, ea existimant subsistere quæ nupiam sunt . Proinde hi se obnoxios reddunt maledictioni quæ dicit : *Maledictus homo omnis qui fecerit sculptilem & conflatilem abominationem Domino, opus manuum artificis, & posuerit illud in occulto. Die enim illa eijcet homo abominationes suas argenteas & aureas quas fecerunt, ut adorarent vana & vespertiones, & ingrediantur foramina solida petra, & scissuras petrarum à facie formidinis Domini, & à gloria fortitudinis eius, quum surrexerit percutere terram.* Sententia superior indicabat idola in arcanis locis recondi, præsens sermo, eadem eijcit: quod mendacium prius conueniat pudore aspergi, dein à corde est excludendum . Eijcit igitur idola argentea, qui sermones à se eliminat reconditarum rerum concinnantes mendacium verisimilitudine in speciem probabili, Aurea ite eijcit idola qui fallas animo impressas opiniones profus interliniit & abolet. Venerationis verò gratia procedit vespertilionibus qui dæmonum potestatem planè cognatam & alinem tenebris pro Deo habet. Est enim vespertilio animal † nocturnæ caliginis appetens, versans in tenebris, solis splendorem non ferens, in desertis locis perlibenter conuersatur. Quid autem dæmones? An non tales, nempe vastitatis opifices, lucem eam auerfantur quæ vera est lux totius mundi? Vespertilio & pennis præditum animal est, nec tamen pennis præteruolat: sed membranula carnea per acrem volaturit. Istiusmodi sunt & dæmones . Incorporci quidem sunt. Nullo accensû Dei desiderio, alis prouolant: sed materialium rerum affixi desiderijs & intabescetes, carnis instar concretioris obdurerunt. Vespertilio animalculum est & volatile & quadrupes: pedum alioqui firmitate non satis tutò fulcitur, & infirmi est volatus . Eiusmodi sunt & dæmones . Neque enim angeli, neque homines sunt: illorum quidem dignitate sunt olim præfuiti, non item homi-

Deut. 27.

† ἰεροίνοσ

† νυκτερίς ζῶον νυκτερίλου.

A num assequuti naturam. Dentes habet vespertilio, non item alites alia. Dæmones autem expendæ vindictæ appetentiores sunt, non etiam angeli. Vespertilio nequaquam aliarum auium ritu gignit oua, sed animalcula parit ipso partu initio. Tales sunt & dæmones. Acutum & quam ocyssimâ malignâ suâ operationi finem imponunt. Qui igitur venerabundi procidunt dæmonibus, allegoricè dici possunt vespertiones . Quando autem à se vnus aliquis excusserit ineptissimam vanitatem idololatricæ ac deserit procidere vespertilionibus: tunc volet primùm ingredi cauernas solida petra ac scissuras petrarum . Cauernæ istæ siue foramina petrarum multas illas mansiones designant, quæ meo arbitrato, iuxta Analogiam singulis quibusque in Christum credentibus sunt condistinctæ, & scissuræ petrarum passionem innuunt corporis ipsius, nempe eorum qui sunt salutè consequuturi, vt ad ipsum confugiant, appetantur, sequè recondant sub eius protectione. *Quiescite ab homine cui respiratio in naribus eius, quia in quo reputatus est?* In exemplaribus \* communis & vulgatæ editionis minimè apponitur hæc particula: sed in Hebraico positum è reliquis interpretibus tralatum est. Porro sensus talis est. *Temperate vobis ab homine, ne cum eo ineatis luctam, ne aduersus ipsum exercitum educatis qui talis est corporeæ constitutionis vsque adeò infirmæ, vt illi sit in naribus vitalis respiratio, qua vel modicè detenta, esse iam desinit. Videtur tandem hisce virtutibus ( quas figuratè nominauit νυκτερίδας vespertilio-nes) præscribere, vt deinceps abstineant ab insidijs cælo intentatis . Infirmi quidem secundum carnem sunt cælestes viri, apud Deum autem catalogo accensû sunt rerum honorabilium, nihilque est in his non discussum.*

\* Cōmunis editio est Græcica, quæ è Septuaginta interpretum.

B E A T I

B A S I L I I M A G N I

ENARRATIO IN TERTIVM CAPVT ESAIÆ.



**B**ACE etiam dominator Dominus exercituum auferet à Iudæa & ab Hierusalem fortem & validam. Iudaicus ille populus simul ac malitiosum inuuit cōsiliū aduersus Dominum, ipse quidem infirmitate carnis est ab eis appensus cruci: vixit autem virtute Dei patris. Infirmitatem illis reliquit. Peccatis enim nostris mortuus est, teste scriptura: nobis autem gratuito contulit, vt possimus resurgere. Qui enim credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Siquidem infideles fatiscunt viribus & infirmantur sua erga crucem incredulitate: Iusti autem cum fiducia dicunt, *omnia possum in eo qui me confortat, Christo.* Qui enim Christum non habet, Dei virtutem, nec robur vllum habet. Quare auferet Dominus ab Hierusalem & ab Iuda fortem & validam, cuiusmodi erat Sara, robusta planè & b princeps tanti viri Abrahæ iuxta præceptum Domini dicentis: *Omnia quæcumque dicit tibi Sara, audi eam.* Qualis erat Rebecca, quæ studio hospitalitatis mirè effloruit & inuoluit virtute. Debora, d dux exercitus. Iahel, e aduersus hostè admirabilis constantiæ. Anna, cuius preces exauditæ sunt. Elizabeth, g prophetissa. Non iam suppetunt robusti, non sic valida. Istius infirmitatis causa superius inducta est, qua factum est vt iam apud Iudæos non supersit robur panis & robur aquæ. Quemadmodum enim corpora nostra conualescunt ac firmanantur sub alterna sumptione congruentium alimentorum: ita quiddam est quod consentaneè paciscit animam, ei quæ suggerit vegetas vires ad bonitatem perfectandam . Quid illud tandem est? Nimirum quod dixit Dominus, *Quia h caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Quibus autem non suppetunt hæc, ijs vtique desit robur pa-

D nis & robur aquæ. Vbi autem infirmæ dapes, ibi necesse est tales effici qui istis enutriuntur. Cæterum nolim, contingat ecclesiam miserè affici peccatis Hierusalem, vt ne ab ea auferatur qui potens sit in omni opere bono & sermone ad propugnandam veritatem, qui potens sit in tolerandis ieiunijs, potens in orationibus, fortis in tentationibus, fortis in obedientia, in deiectione sui & humilitate, in ipsa mandatorum summa, nimirum in charitate. Pari ratione absit, vt ab ecclesia eam auferat quæ incorruptione præualeat, quæ fortis est morum grauitate, elemosynarum largitione, assiduitate orandi, defatigatione vigiliarum. Absit inquam, auferatur robur panis & aquæ, subsidium videlicet & facultas efficacis sermonis maximè efficax, accommodata alendis animabus: quemadmodum & Iudæos destituit vis efficax prophetici spiritus. Hinc siti malè premuntur verbi Dei, ad illud anhelantes, nec datur assequi posse. *Absulit enim eis Dominus robur panis & robur aquæ.* Est apud nos nutrimentum quoddam non robur quidem inferens: at neque permittens emori, cuiusmodi cibum Paulus Corinthijs adhuc in Christo paruulis concinnat & instituit. Sunt enim hortenses herbæ ceu olera alimentum in firmantibus accommodum. Est & perfectis suis & familiaris cibus, nempe solidus ijs qui habitu & assiduitate exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Quod si ecclesia nonnunquam laboret penuria eorum qui tradere prævalent fortia dogmata solida eruditio- nis ac plena sensu diuino, hoc signo collige robur panis esse ablatum. Est in aqua rōbur, est & infirmitas, iuxta Domini verbum dicentis, *Omni qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Quemadmodum enim secundum sententiam sermonis præcedentis, offerimus solidum cibum, adhibemus verò & liquidum siue mollem, vt temperata quædam permistio fiat ei qui

אשרח  
Domiina.  
Genes 17.  
ב נקה  
impinguata  
Genes 22.  
c ἀντλοῦ-  
σα, lege  
ἐνθουσα.  
d כברה  
apri.  
e יעל  
Caprea,  
dumula.  
f חזק  
gratiofa.  
g ישיא  
כח  
Deus iura-  
menti.  
h Ioan. 6.

Hebr. 5. 12.

Ioan. 4.

ei qui siccitate exaruit, ac velut manu ducat ipsum ad concoctionem, distribuatque in totum corpus: sic & in alimonia animę dispertienda. Primum enim & maximę consentaneum animę alimentum, mens est siue intellectus. Sermo autem sua efficaci operatione viam pręmunit excipiendis dogmatibus, cuius recreatione instaurantur animę vires. Proinde aperiendi sunt & oculi, vt pane isto nos expleamus simul & aqua, scriptura dicente, *Adaperi oculos tuos & exsatiata te panibus.* In Genesi insuper, *Aperi sunt oculi Agar & vidit aquam. Gigantem & potentem, & hominem bellatorem, & iudicem.* Gigantis appellationem deprehendimus hęc in bonam partem & ordinem coopartari, & sicubi inueniatur, in raro est vsu, vt illud est: *Exultabit vt gigas ad currendam viam.* Auferet igitur Gigantem. Arbitramur eos gigantes dici qui naturę beneficio vnam aliquam obtinent prerogatiuam carnalis staturę procerioris, aut certe antecellunt multos ad excipiendam scientiam siue exercitium virtutis; hos inquam gigantes dici putamus. *Potentes* autem eos interpretamur, qui suomet studio & commentatione iugi dexteritate naturę ad perfectionem perduxerunt. Bellatores proinde nulli iam apud Iudęos. Neque enim vlli amplius delectui militię adnumerantur. Sed neque iudex vllus. Iudicum enim manibus traditi sunt qui eos redegerunt in captiuitatem, quod ex tribu Iudę exoleuerint principes. Quęcunque pręterea in illos intentatę sunt afflictiones ob suam in Dominum perfidiam, eadem & in nos ingeri possibile est, si quidam deprehenduntur fuisse increduli. Etenim deseruerunt nos bellatores, qui arrepta vniuersa Domini armatura generosę consistebant aduersum insidias Diaboli, quom nos opprimeret infidelitas & aduersariorum manibus effemur contradi. Ceterum Dominum obsecremus, ne a nobis vir bellator tollatur lorica fidei communitus, galeam salutis indutus, quę partes eius letales propugnet ac teatur, pedes insuper habens pręmunitionis in pręparatione euangelij, gladium autem strictum ad promptę vlciscendum omnem inobedientiam, vt que in summa, sicut addecet strenuum militem Christi concurrentem euangelio, minimę implicentem se vitę istius negotijs, vt ei se probeat & placeat a quo est allectus militię. Habet ecclesia & iudices qui possint fratrem conciliare fratri, a quibus mundus hic iudicatur, quin & ijdem angelos iudicabunt. Si quando igitur inualuerint numero vaniloqui mentiumque seductores, docentes quę non oportet, euerterent vniuersas domos turpis lucri gratia, nec interim adfuerit qui talibus obtoret os in ecclesia, neque synceriter supprimat eorum elatum celsitudinem aduersus scientiam Dei, nosse conuenit eam esse hac parte destitutam ob multiplicem eius inobedientiam. Si nemo adfuerit, qui sapientia sua possit inter fratrem & fratrem sententiam ferre, sed inopia sanctorum lites ab infidelibus dirimi necesse sit. Hoc planę argumentum est desertionis. Abstulit enim Dominus etiam iudicem, & prophetam, & coniectorem. Ad Ioannem vsque prophetia omnis penes Iudęos stetit. At legis iuxta spiritualem intelligentiam accipiendę coniector aut interpres diuini consilij nullus apud eos supersert, ob cecitatem quę contigit ipsi Israēl. Verum in ecclesia primatum obtinent Apostoli, secundum ordinem prophetę. Si quando igitur introierint infideles & idiotę, neque coarguantur, non item examinati fuerint, per hoc specimen collige derelictionis. Ait enim Paulus, si prophetetis, introierit aut infidelis aliquis aut idiota, arguitur ab omnibus, dijudicatur ob omnibus. Occulta cordis eius manifesta fiunt. Propheta igitur est qui per Spiritus sancti reuelationem quod futurum est pręnuntiat: coniector autem siue interpres est, qui sagaci vsus prudentia, & collatione similibus per diuturnam experientiam pręteritorum obseruat rem futuram. Puta si quidem is dicat: si fecerimus flagitia Sodomitarum, consimili pœna atque illi plectemur. Aut certe, si nos exemplo Niniuitarum, pœniterit malę commissorum: perinde atque illi misericordiam consequemur. Et *seniorem.* Inter ea quę comminatur Dominus, est & ablatio presbyteri siue senioris, quod ex senioris pręsentia non mediocre emolumentum in alios refiliat. Quisquis igitur pręsentia cathedrę dignus censetur, iamque ascriptus est ordini presbyteratus, qui talis est

**A** presbyter aut circumspecte characterem presbyterij, patet eum vel maximę esse irreprehensibilis vitę & expertem vxoris. Quod si forsitan iuxta Domini legem, vnus sit vxoris *† Pro vxoris vir, filios habeat fideles, non in accusatione luxurie aut nõ subditos. Ne lege Πατρι- \* sit contumax, non in acundus, non vinolentus, non turpis lucri cupidus, λβ. sed hospitalis, erga probos benignus, modestus ac prudens, sanctus, iustus, 1. Tim. 3. continens, amplectens eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.* Talis est presbyter, quem auferit Dominus a delinquente populo, quemadmodum fortem & validum, sicut robur panis & robur aquę, vt bellatorem, vt iudicem, ita & presbyterum. Atqui quom videris nonnullos quidem dignos qui in ordinem presbyterorum coopertentur, & ijdem delitescunt aut neglectim transmittuntur, pręque his designantur indigni, scito quia Dominus ab eiusmodi populo auferit presbyterum. Sanę trapezita *† opus est & eo admirabili, vt ne eum fugiat, quid in his dijudicandis probandũ sit. \* quod indicauit Dominus eximio illi famulo suo Moyse, permisso illius fidei talium delectu. Ait enim: Congrega mihi septuaginta viros † de senioribus Israel, quos tu ipse nosti, quia ipsi sunt seniores populi, simulque adduces eos ad tabernaculum testimonij, & stabunt illic tecum, & auferam de spiritu qui in te est, & reponam super eos, eruntque tibi auxilium ad sustinendum impetum populi huius, & non portabis eos tu solus.* Equidem tales oportet esse matura etate proceros, & qui temporis prolixitudine euaserint multarum rerum cognitione periti, quique ab ipsa primum efflorescente canicie exhibuerint morum constantiam. *Gloria enim seniorum, canicies.* Sicubi tandem comperietur senilis sensus & prudentia in etate iuuenili, donum hoc haudquam aspernabile: imò fides habenda est ei qui dicit: *Canicies autem est prudentia in hominibus.* Ea enim senectus prudentię ac sensuum laudem promeretur amplior tantò prę eo qui ad crinium alborem per senilem consistentiam peruenit. Fortasse hoc insinuat scriptura. *A vulu cano confurges.* Et, *Honorabis faciem presbyteri.* Si quis fuerit ad exemplum sapientis illius Danielis, corpore quidem iuueniculus, canus verò sensu, vtique iustus pręferendus venit istis qui in proposito flagitiosę ac petulantis vitę consenescentes, canicie ostentant corporis quemadmodum seniores illi in Babylone, inueterati dierum malorum: quare & ad Daniele adhuc puerulum, qui per sensibilem etatem erat quidem iunior, at intellectuabili prudentia canus transferat donum presbyterij. Non enim mentiti sunt qui dicebant: *Veni, sede in medio nostrum, quia dedit tibi Deus honorem presbyterij.* Ad hunc modum nonnunquam contingit inueniri adolescentes honoris gratia antependos istis senioribus, qui per oscitantiam & neglectim vitam traducunt. Presbyteri igitur illi apud Iudęos ementito nomine sic vocabantur. Abstulit enim Deus vt bellatorem & prophetam: ita & presbyterum a Iudęorum populo. Oret proinde ecclesia, ne a se auferatur presbyter qui ea sit dignus appellatione. Quanti id æstimari debeat, didicimus in Abrahamo. In superioribus siquidem generationibus plerique alij longę eo diuturniores in viuus conseruati sunt. Vixit enim Adam nongentes triginta annis. Et vixit Mathusalem nongentis & septuaginta annis, & mortuus est. Et vixit a Noë nongētis annis, quo vno deinceps nemo senior vixit. Sed & Abraham testimonio Sarę dictus est *πρεσβύτερος, senior.* Equidem ita contigit in hanc vsque etatem. *b Dominus autem meus senior.* Planę senior erat, quod eius anima iuhanuisset virtute. *Et quinquagenarium principem.* Dominus exercituum interminatur se a Iudęis cum reliquis ablatum & quinquagenarium principem. *Qua de causã hoc dicit: Quod omnem sineret circa eos dispensationem reitque publicę administrationem decenti prius ordine constitutam permisceri & confundi, a parte summam totius insinuans. Moses enim iuxta consilium Iethro constituit tribunos millenarios, centuriones, quinquagenarios ac decanos, vt ipsi pondus administrandi populi sustinerent, minoraque iudicia in se reciperent eorum quibus opus esset. Hunc reipublicę ordinem comminatur se eis ablatum. Ob hoc inquam, se subtracturum ab eis interminatur quinquagenarium principem, bellatorem, iudicem, coniectore siue interpretem, prophetam ac presbyterum. Et admirabilem*

Proph. 20.  
Gen. 21.  
Psal. 18.

Epilogus per  
Collationē.

† Τραπεζί-  
ζιτης,  
mensarius,  
nimulari-  
us.  
\* Desit ar-  
ticulus δ.  
† ἀπὸ τοῦ  
πρεσβυτε-  
ρον.  
Num. 11.

Prou. 20.  
secundum  
LXX.

Dan. 13.

Genes. 5.  
† ἐξ ἑδομή-  
κοινα.  
Vide Qua-  
sitiones Hie-  
ronymi in  
Genesim.  
a Gen. 9.  
b Gen. 18.  
iuxta LXX.

Propheta  
functio &  
Coniectoris.

† πρεσβύ-  
τερον.

consiliarium. Ad instituendam hominum vitam non parum frugis bonæ & vtilitatis refilit ex consilio, quod nemo vnus par sit moderandis omnibus: sed opus est ad delectum eorum quæ conducibilia sunt, in commune decernant plures, siue ad corporales istas actiones. Itaque homo inconsultus nauis est suo destituta gubernatore, temere quoque exposita agitationibus ventorum. Quod si ad decidendas quaestiones seu disceptationes quæ de rebus fortuitis oboriuntur, asciscimus nobis consiliarios: quando consilium inimus de animæ salute, & his quæ ad eam parandam conducunt, quomodo non etiam nobis querimus eos qui admiratione digni consiliarij sint? Itaque Iudæi ex quo malignum agitauerunt consilium, quoniam pacto in manus prædis traderent Dominum: ab eis Dominus ipse admirabilem consiliarium abstulit, cuius quidem consilia omnibus fuerant admirationi. Super doctrina enim eius, incredibili admiratione fuerant percussi: sed ne sic quidem admonitionibus attentas aures commodabant. Quomodo enim non is admirabilis consiliarius, qui pro eruto oculo consulit, vt alterum offeras: & ei qui in maxillam dexteram inculserit colaphum, obuertas & sinistram? Qui consulit, vt ne irascaris, ne iudicio contendas cum aduersario, quæ obscæna sunt & indecentia ne concupiscas, ne quem existimes tibi inimicum, quin potius vult vt eum qui te oderit, completaris charitate, & de his quæ obnoxia sunt corruptioni ne anxius sis aut plus æquo sollicitus, ne eleueris mente, à Deo parua hæc ne anxie quæras, cor quum habeas in cælo. Eum enim qui illo transmittit suos thesauros æquum est, vt intelligat se esse debere fratrum amatorem, alienæ calamitatis condolefcentem, ea quæ possidet libenter in communem vsum disperentem. In sumendis edulij ne sit spurcus, aut scædus: \* sed cordi suo ac mentis destinationi imprimat: quia Dominus eum qui talia, tamque diuina & omni digna admiratione consulebat, ab eis abstulit, quod se non acceperit. Non igitur in posterum apud istos admirabilis comperietur consiliarius. Caterum ipsi deprecantur, ne ecclesia hæc consiliario destituatur sic admirabili, vt quando vnum aliquem apprehenderit articulus captandi consilij pro necessarijs, ad hanc profectus domum, commune animarum consilium inueniat verbum consolatorium, quasi lucernam quandam ad eorum consecutionem quæ conducant animabus. Qui autem quum ad manum habeat opportunum consilium, pergit nihilominus post prætam voluntatem sui cordis vani, conferendus venit ipsi Roboam, qui spreto salutari seniorum consilio, assensus est & morem gessit iunioribus secum à puero genialiter educatis, quapropter regia maiestate à decem tribubus excidit. Et sapientem architectum. Submota à Iudæis commoda vtilitate admirabilis consiliarij, qui declaratus est esse Dominus noster Iesus Christus, ab ipsdem quoque ablati sunt & sapientis architectus, Apostolus insuper factus est gentium Hebraus ex Hebrais, secundum legem Pharisæus, seruus factus Iesu Christi, quem persecutus fuerat. Quodnam argumentum est scientiæ istius Architectonicæ? Ipse siquidem de se ait, vt sapientem architectum fundamentum posui. Atqui puto, quia Spiritus sanctus illi præstitit architecturæ ad fabricam Ecclesiæ Dei, testimonio ipsius Pauli dicentis: *Coedificamini in habitaculum Dei in spiritu*, idque per distributionem Spiritus sancti coedificamini & crescite in templum sanctum in Domino. Itaque eos qui hunc reiecerunt admirabilem consiliarium, nempe Deum Verbum, destituit etiam sapienter architecto, spiritu scilicet sancto, vt iam non habeant à quo in vnam & eandem fabricam coaptentur, quique in vnam compagem eos connectat. Dissoluti quum sint, & à se inuicem intercisi ac dissecti, non iam possunt per spiritualementem substructionem, effici Dei templum. Atqui oremus nos quoque vt Spiritus sanctus ecclesiæ subministret gratiam abunde, per quam doceat nos qui sint spirituales architecti, cuiusmodi erat Beseleel, quem impleuit Deus spiritu diuino, spiritu intellectus & scientiæ, vt affabrè faceret quæcunque opera ex arte fabrilis. Et prudentem auditorem. Si iuxta Solomonem, sermo preciosus ad aurem exaudientem, vtique vbi sermo non est, nec aude opus est. Quum igitur sublatus è medio est admirabilis ille consiliarius, conseruitur & simul ablatum prudentem esse auditorem. Vbi

Stimile.

\* Mutilla est hac particula.

Philip. 3.

1. Cor. 3.

Ephes. 2.

A enim desit argentum, ars trapezita feriat & superfluit. Res parum lata apparet, quoties sermo fuerit plenus intelligentiæ ac sententiarum, deque reipublicæ negotijs tractat, qui autem ea percipiat cum solerti prudentia, nemo adit adaptatas habens aures animæ, quas Dominus requirebat ad sermionum suorum auscultationem, dicens. *Qui habet aures audiendi, audiat. Et instituam iuuenes principes eorum, & illufores dominabuntur eis.* Vltio intentatur duplex, quod bona auferenda illis essent, & quia tradendi in manus peiorum. Postquam enim Dominator Dominus abstulit ab Iudæa & ab Hierusalem robur panis & robur aquæ, gigantem & potentem, hominem bellatorem, iudicem & coniectorem, quinquagenarium, admirabilem consiliarium, sapientem architectum, & prudentem auditorem, tunc adiecit sermo immisurum se esse eis insuper principes qui sint adolefcentuli. Planè enim nouerat eiusmodi pœnam fore grauissimam, si ea ciuitas sub principatu adolefcentulorum esset & ab eis administraretur. Est enim adolefcentia perquam leuis & ad flagitia quæque apprimè mobilis, ceu sunt indomitæ & effrenes concupiscentiæ, beluina & immanis ira, linguæ incontinentia, contumelia, arrogantia, fastus ex animi elatione, reliquæ item affectiones iuuentuti venaculæ & coalumnæ, inuidiæ ob exuperantem alterius eminentiam, suspiciones propter contractam familiaritatem. Examina enim innumerabilem vitioum se agglomerant & adiungunt iuuentuti, quorum omnium confortes vt sint subditi, necesse est: quare flagitiosa vita principum calamitates inferunt subditis. *Instituam \* iuuenes principes eorum.* Bona quidem expressit singulariter, puta fortè, validū, bellatorem, iudicem, prophetæ, coniectorem, quinquagenariū principē, admirabilem consiliarium, sapientem architectum, prudentem siue intelligentem auditorem. Malorum autem comminatio excreuit in numerosam multitudinem, ceu sunt, Iuuenes principes, & illufores dominabuntur † vobis. Non is qui per ætatem est iuuenis, fugillatur: sed qui moribus præfert adolefcentiam. Non enim per defectum ætatis vllus venit culpâdus: sed qui vitiosè viuuit, cuiusmodi erat Roboam, de quo scriptum est, *Et Roboam erat vltior iunior, & corde pauido: Quare & Ecclesiastes: Vt tibi ciuitas, cuius rex iunior, & principes tui manè comedunt.* Non enim qui ætate iuuenis: sed quia secundū animam est imperfectus nec moribus integer, hoc etiâ loco dicitur *vltior iunior.* Nā quod tenellis flos ætatis nihil adferat impedimēti ei qui velit vitam instituere iuxta tenorem virtutis, docuit ipse Dominus suis ad Hieremiam responsis. *Noli dicere quia vltior iunior sum.* Neque enim negauit esse iuniorem: sed astruxit ipsam iuuenilem ætatem nihil illi adferre impedimenti, quod attinet ad perfectionem animæ. Quia ad omnes ad quoscunque te misero, ibis. Videns enim vidi morum grauitatem † in arcana canicie quæ & senili sensu prædita est. *Illufores dominabuntur eis.* Quod se declarasset vilia esse mancipia peccati. Communis enim inimicus si quidem aduersum eos auctoritate præualuit, non quasi proprijs mancipijs vsus est, sed tanquā alienis abusus. Communis enim ille hostis noster ac perduellis, triumphi in morem circuducit & ostentat eum quem irretiuuit peccato, insultans seque effrensus insolenter, nec modò aduersum nos, sed & aduersum Dominum nostrum, à quo nos elongauit: & palàm traducens nostram \* inopiam, nec conquiescit triumphum agere de nobis in captiuitatem abreptis & quasi vilibus mancipijs illudit, quandoquidè is factus est ad illudendum, dicēte Scriptura: *Hoc enim factum est principium † formationis Domini, vt illuderet ab angelis eius.* Et Psalmus, *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* Nos enim simulatque in peccata induxit, ob ea quæ pati debuerat, nostri insuper dominatur suis. sionibus: quare & Dauid in se sentiens id per peccatū admiffum instigante diabolo, ait: *Quoniam † lumbi, siue renes mei impleti sunt illusionibus,* ac panè vitio fornicationis effectus præda alienigenis, ad Samfonis exemplum, qui & ab eis excæcatus in medium productus est, vt collideret pueris. Sic ab externis illuditur, quemcunq; excæcauerit peccatum. At non istos illufores se instituturū esse cōminatur Dominus, tanquā adolefcentulos principes: sed ipsos pronuntiat esse dominaturos suamet auctoritate, per quæ singuli sibi possunt adseiscere suismet factis & ab eis arripere potestatem domi-

Confirmatio ex Col-latione.

Marc. 4.

Adolefcentia in qua vitia præceps fit.

\* Vel adolefcentulos, iuuenulos, Neauis- xus.

† Dicitur

3. Reg. 12. Eccl. 10. iuxta LXX.

† Et τὸ κρυπτὸν πολλῶς.

\* Pro ἀφ- χημοσίνων, lego ακτημοσίνων. † πλάσματος. Psal. 103. Psal. 37. † ψόαι, nō ψόαι grauis odor. Πωσω Sol eius. Ind. 14.

domi-

dominandi. Fortè quidem quòd ante crucem illuserint Domino, traditi sunt recens instituto principatui Romanorum. Siquidem in eos dominati sunt illufores, quum iam penes se nullam vitæ retinuisset veritatem. Et si quidem videris ecclesiam regi ab his qui suis imposturis adulterant verbum, quique in hypocritis loquuntur mendacium: scito, quia in eam dominabuntur illufores qui blandiloquis & persuasibilibus verbis decipiunt innocentes ac simplices. *Et corruet populus, homo ad hominem, & homo ad proximum suum.* Dubio procul enarrat propheta ac luculenter edidit quæ facta sunt ante extremam expugnationem & captiuitatem Hierosolymorum, postquam in dispersionem sunt traditi, non iam deducens sermonem per ænigmata prophetica: sed nudè & perspicue res enarrans gestas, quo tempore inter sese collisi sunt & corruerunt, seditione in super ac mutuis cædibus impleuerunt ciuitatem, nullo interim timore hostium eos circumquaque obsidentium compulsi ad inèdam perutilem concordiam: sed pro extrema clade ciuitatis mox expugnandæ, sibi malè metuentes, muris in humum disiectis, hostibus infusus vrbi per ambitiosam cupiditatem obtinendi principatus, per quæ primatus amorem se mutuis cædibus collidebant & adoriebantur. Hæc quidem patiebantur, quòd abstulisset ab eis Dominum prophetam & coniectorem, presbyterum & admirabilem consiliarium: instituerat autem eis principes adolescentulos, & qui in eos dominarentur, miserat illufores. *Et offendet puer aduersus senem, ignobilis contra nobilem.* Exordium huius prophetiæ sumit à proprietatibus confusionis reipublicæ. Motoriæ enim seditioni proprium est, nihil dignoscere, nihil discernere: sed vt puer quoque erga senem se implacabilem ac morosum exhibeat, eiusque doctrinam collidat ac violet. Ignobilis in super quòd ob improperiū ignobilitatis videat se contumelia affici & ignominia, volet seipsum haberi honoratiorem eo qui ingenuus est ac nobilis. Metuo, ne mala hæc ad nos vsque perueniant, vel etiam adint nunc temporis: vt in nobis hæc compleantur Prophetiæ, quo tempore pueri quidem ætate adolescentes, moribus autem iuniores, presbyteros offendant ecclesiæ, minimè agnoscetes eorum facta, nec obseruantes decorum ordinem ecclesiæ: quum quæ isti flagitiosè vixerint, etiam bellum inferant ijs qui probè eatenus ac strenuè se gesserint, & ita ignobiles irruptionem faciant aduersum nobiles. Quid enim? An non ipsi quotidie æternimus viros vix ab ebrietate & ingluvie experrectos, à vilissimis scortis exurgentes, de Deo etiam ausos disserere, ac sententiam ferre aduersum nobiles populi? *Quia apprehendet homo fratrem suum, & propinquum patris sui, dicens: Vestimentum habes, princeps esto noster, & cibus meus sub te sit.* Et hæc perspicuè refert ad tempus captiuitatis Iudaicæ: quando fame & inedia ad tabem vsque macerati, ita vt ad extremam redacti famem, seipso inuicent manducarent, eos qui opulentiores videbantur implorantes, sibi vt præsiderent. *Vestimentum habes, princeps esto noster.* Verus princeps non per hæc externa insignia internoscitur, cuiusmodi sunt, purpura, torques seu amiculum prætenue ac molliculum, & diadema: sed per id quia in primis virtutem obtrinet principe dignam. Qui enim miserabili iugo voluptatum premitur, ac seruit varijs, ac multiplicibus concupiscentijs, seruus quum sit peccati, in idoneus est nec accommodus obeundo principatui. Præsenti quidem loco argumentum quod possit gerere principatum, sumitur non ex eo quòd animam expolliuerit, sed ab ambitu & cultu vestimentorum. Atqui oremus & nos, vt qui præsumunt ecclesijs, quique duces sunt populi non quidem refectionem reportent ab externo cultu, aut super inuecto corpori decoro habitu, sed ab ipsa veritate, ita vt dicere possimus: Non quia externus homo tuus decenter adornatus est & idoneè simulachrū hoc pietatis est à te absolutum: quin potius, quia animā tuam induit Deus vestimento salutari, & conuestiuit tunica lætitiæ, omni quæ opunt exuberantia magnificauit, ijs de causis princeps esto noster, vt per opulentiam penes te reconditam, tum in sermone & sapientia, tum in operibus bonis, tua vnus administratione ipsi assequamur abundanter copiam spiritualium deliciarum, proinde & cibus noster sub tuo sit imperio. *Et respondens in die illa, dicit: Non ero princeps. Non enim est in domo mea panis,*

**A** *neque vestimentum.* Ea quæ per motoriam illam seditionem gesta sunt veluti per historiam deinceps insinuat sermo propheticus, sub exitum enarrans extremam populi ruinam. Ac si diceret vestimentum quidem ne ad vnum vsque relictum iri, etiam his qui exuberanti opulentia facultatum pollebant inter eos à quibus rapiebantur ad præfecturam. Proinde docet omnes intemperiem hanc turbulentam reipublicæ concitasse, non vt eum diligerent qui præesse posset communi consensu & concordi animorum conspiratione: sed quia passim sibi obuios apprehenderent. Non item eum eligerent, qui esset dignus: sed domesticum & familiarum. Neque qui salutaris esse posset reipublicæ, sed qui in sua gente ac familia vi facultatum præpolleret. *Apprehendet enim (ait) homo fratrem suum & domesticum patris sui.* Id quod absit, vt contingat in creatione ac delectu præsidum ecclesiæ, ita vt vnus aliquis è grege ac plebeius æquè vilem apprehendat, nimirum qui indigus sit nuptialis indumenti, qui priuatur decenti cultu, qui vndeuis emendicare cogatur spirituales epulas, & ne in domo ei suppetant, hoc est, in arcano secessu cordis sui non habeat panem verum ac viuentem, qui confirmare possit cor hominis. Nunc autem malè metuo, ne vt olim in illa quidem Iudaica seditione erant quidam qui indignos se planè nouerant excipiendo in alios principatum, propter conscientiam in se existentis inopiæ: ita & in præsentibus adint etiam nonnulli, qui nondum induti sint Christum, neque iuxta Apostolum viscera miserationis, quamuis alios apprehendant. Intrudunt enim multi, multi item sunt, qui ambitiosus affectent principatum, multi suamet auctoritate creati, dum splendorem gloriæ præsentis student assequi, nec futurum illud iudicium præuident. Atqui Moses non talis fuit, qui quum per omnia moriger & ab omnibus hoc nomine optimè audiret, quando ad populum illum emittebatur, dicebat: *Obsecro Domine, elige alium, quem mittas.* Quòd factum est, vt quadantenus videri possit se eò comparasse, vt contentiosius reclamaret, dum confessione propria imbecillitatis excusaret & deprecatur eam legationem docens indignum se esse qui præsideret. Quam ob rem bene habet admonitio illa: *Ne quæras fieri iudex: ne fortè, non præuales auferre iniquitates.* Attamen propheticus sermo non vtique excusationem eorum qui vt principatum sumerent, inuitabantur, astruit in genere fuisse promotam à seditionis. Non enim absolute ait: Non ero dux populi huius, causam subiunxit: *Quia dissoluta est Hierusalem, & Iudæa concidit: & lingua eorum cum iniquitate, que Domini sunt negligunt, nec obsequuntur.* Hierusalem hæctenus conseruata auxiliari manu Domini, nempe vinculo copulæ & affinitatis, nunc demum dissoluta & repudiata est. Et Iudæa concidit. Nimirum sublatis è medio quibus suffulciebatur, firmamentis. Nec tales quidem inflicte sunt calamitates. Ad repropitiandum enim sibi Deum nonnullam adhibuere diligentiā & ad penitentiam, studium: ita vt hinc spes illis affulgeret finem impositum iri intentatis malis. Atqui linguæ eorum negligunt quæ sunt Domini mandata. Non vt cunque dixit, Non credunt, siue obsequuntur: sed adiecit, *Cum iniquitate.* Ac si diceret, Corde abalienati sunt à Deo, nequeunt in ordinè cogi, vt pareant legi diuinæ. Quam enim conuenisset, vt meditarentur nocte ac die legem Domini, lingua eorum contradicebat, & detrectabat imperium. A quonam igitur sumam exordium? Ab Hierusalem? Sed repudiata est & dissoluta elanguit. Ab Iudæa-ne? Sed & hæc minimè iam perstitit in rexitudine. Concidit enim. Ab his, quos pœnitet malè commissorum? Sed & ij suis contumacibus linguis legem reiiciunt. Quòd si forsā propter gloriam, qua prius excelluerant, istis religiosum videbatur ac præclarum principatum inter omnes retinere, ait. *Humiliata est gloria eorum, & confusio vultus eorum restitit eis.* Hoc est, nulli illis relinquatur fiducia oculos sustollendi ad Deum, quòd peccatum eorum non qualecunque sit, sed tale, vt meritò comparetur Sodomitis, quod quidem non clam omnibus aut suppedescetes perpetrarunt, immo propemodum operatione istiusmodi flagitiorum sibi applaudentes & gloriantes, ea palam omnibus fecerunt ac prodiderunt, quemadmodum & illi Sodomitæ animum intendebant ad captandas voluptates lege naturæ prohibitas, non verbis modò in speciem plausibilibus, suam petulantem lasciuam non

† ἀνεπαί-  
τητος.

† προσκό-  
βη,  
irruos, im-  
pinges, im-  
sumbeis.

Quid hodie  
diceret sa-  
cte Basilii,  
si uideret.

Exod. 4.  
iuxta LXX.

Eccli. 7.

† ἀνεπαί-  
τητος.

\* Desit his  
quidam.

**F**

Gen. 19. Κογγενά- μεθα.

occultarunt. Ait enim scriptura, *vbi sunt viri, qui ingressi sunt ad te? Educ eos ad nos, vt cum eis ꝑ coeamus.* Iudæi imitati sunt peccatum, scelus enim suum Sodomitarum exemplo euulgarunt ac prodiderunt. Quisquis incidit in historiam enarrantem eas afflictiones quæ præierunt subuersionem Hierusalem, stupore & admiratione corripietur ad istius euidentiam prophetia. Duplex namque causa excusationis consentaneæ rationi suppetebat ijs qui inuiti inuitabantur, vt præsiderent populo, nimirum imbecillitas propria ac reipublicæ administrandæ difficultas, quando populares isti difficilè corriguntur ob nimiam ꝑ diffusionem peccatorum, quod vtrumque præsens continet sermo. De propria quidem infirmitate eius qui eiurauit principatum ac repudiavit, quando dicit: *Non est panis in domo mea, neque vestimentum.* Altera est ratio populi agrè ferentis, quando responderit: *Non ero princeps populi huius, quia corruit Hierusalem & Iudæa concidit, & lingue eorum cum iniquitate, non his obtemperant, quæ Domini sunt, mandatis.* Iniquitatem enim suam quasi Sodomitæ, euulgarunt ac prodiderunt. Neque enim tandem seruari ad vitam poterant Sodomitæ, quod decem vt minimi, desiderarentur iusti, qui reos eximerent impendenti supplicio. *Va anima eorum, quia inierunt consilium malum contra se, dicentes: Alligemus iustum, quoniam inutilis est nobis.* Itaque fructus operum suorum comedent. Et quidem propheta deinceps simul atque perpendit populum, ad exemplum Sodomorum, omni à se excusso pudore ferri præcipitem in id flagitij, ita vt ne vlllo quidem velamine & integumento operi scelus admitterent, sed & impudenter, omni cum libertate, quinetiam ex obsecrâtijs eiusmodi flagitijs laudem captabant. Quare querulis lamentis deplorans ait: *Vg animæ eorum, quia inierunt consilium malignum aduersum se dicentes. Alligemus iustum, quia inutilis nobis est.* Consilia enim aduersus iustos inita in capita malignè consultantem retorquentur, quemadmodum & tela quæ semel incidit in ꝑ corpus solidum, nec cedens, sed repercutissimum, in suos iaculatores refluit. Eam ob rem ait: *inierunt consilium aduersum se, dicentes: Alligemus iustum, quia inutilis nobis est.* Et quidem Iudæi adueniente Domino hæc faciebant. Eum enim loris astrictum deduxerunt ad Caipham. Ligabant illi manus per quas tor tantisque cumulati fuerant beneficijs, præsentiam non ferentes iustitiæ, quod malitiam omnem aboleat & exterminet. Iniustus enim importuna videtur & inutilis iustitia: quemadmodum oculis lippientibus ac malè affectis sol. Eoque addit: fructus operum suorum comedent. Illorum autem operum fœtus sunt captiuitas, dispersio, templi euersio, delapsus à priore gloria, confusio vultus eorum, non sinens eos sustollere ad Deum aciem mentis, ob impium facinus in vniuenitum Dei commissum. Itaque priorem illam ad Deum fiduciam perdidit, quod non iam habeant prophetas, nec venerabilem latrariam. Alligarunt enim verbum, adstrinxerunt veritatem, inuexerunt lumen, iustitiam, saluatorem, medicum, denique vinculis his inuenerunt generis humani assertorem, quæ videlicet cuncta faciunt ad multiformem illam contra semet consultationem & molitiones. Quare priuati lumine sunt, spoliati sunt veritate, destituti sunt verbo prædicationis. Cum iniquitate versantur ac viuunt. Insanabiliter ægrotant. Planè hi sunt fructus, quibus pascuntur, seque oblectant. *Va iniquo. Mala iuxta opera manuum eius contingent ei.* Hæc quidem de iudicio diuino dicta esse asserimus, quo die pro cuiusque meritis digna retributio fiet. Quod si ob hoc, va iniquo, quia mala iuxta opera ipsius contingent ei: cuius malitia ad opus vsque non processit, sed in arcano cordis recessu consummata est, huic-ne etiam infligetur supplicium, ita vt ipsi quadret hoc etiam, *Væ?* An fortè quod absolutionem attinet, reliquit tibi deinceps animo agitandum & excutiendum iuxta peccati proportionem? Dimidia enim mali pars se stitit intra peccatum in ipso peracri voluntatis affectu. Qui igitur vel sola cogitatione peccat, non vsquequaque euadet impunis, sed quatenus à malitia deficit, catenus de pœnis detrahetur. Væ igitur iniquo, quia mala euenient ei secundum iniquitates & secundum opera manuum eius, eò quod manus organa sunt explendæ cogitationis. Vtuncque enim præuia

ꝑ Pro σχίσιν, lege χύσιν.

Γνώμη per Collationem. ꝑ εσπρίων καὶ ἀντίστροφον. Ioan. 18.

Confirmat Collationem.

**A** cogitatio mouerit, ita mouetur efficax organum. *Popule meus, exactores vestri deuorant vos, & exactores dominantur vestri.* Vox hæc est adhortantis populum & eius qui malè affectis condolefcit. Populus inquam meus, priusquam alligasset iustum, priusquam essent deprecati & reiecissent vtilem eius præsentiam. Quid modò passi estis? Multis nunc debitis estis oppignerati. Idcirco traditi estis in manus exigentium à vobis debita, qui non inuentis apud vos manipulis, spicilegis, non item copiosa vbertate fructuum, ꝑ demetunt qualescunque culmos, ac viles & contrafractos fructus animarum vestrarum colligunt. Tales proinde sumus, qui pusillanimes in agenda pœnitentia, abiectè & sine fructu desidemus. Quod enim seminat homo, hoc & metet. Quisquis igitur cum digna & laudabili pœnitentia, elemosynam opulenter, non sordidè seminat in spiritu, viscera item pietatis, obsecrationem, iustitiam, lachrymarum assiduitatem: sic seminans in lachrymis, in exultatione metet, secum auferens ꝑ manipulos pœnitentiæ, ita vt suo exactori vniuersum exoluat debitum. Ille verò quem pœnitet malè prius commissorū, si exigua quædam seminat in elemosyna, in oratione is nutriens vacuam fructu stipulam, ne hanc quidem retinere permittetur ab exactore. Porro quis iste sit exactor, doceri possimus per Euangelicam admonitionem, dicente Domino. Quando enim vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam, vt libereris ab eo, ne fortè pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. In his verbis recogites velim & intelligito quis ille sit aduersarius, quæ item via: ad hæc, quis princeps aduersarii nostro præfectus. Via etenim nostra est hæc vita: aduersarius autem vis quædam siue potentia nobis obluctans, & concomitans per huius vitæ curriculum, se eò comparans omni molitione & ex insidijs, vt nos abducat à via ad Deum non rectè deducente. Princeps verò is qui mundi huius cognominatur princeps, de quo Dominus dixit: *Nunc venit princeps mundi huius, & in me ꝑ non inueniet quicquam.* Sanè in Domino quidem nihil inuenit, quod is nullum admittit peccatum, neque dolus inuentus est in ore eius, qui & tentatus est per omnia pro similitudine, absque peccato. Is igitur quando in nobis multa inuenerit, (quippe qui nos ipsos multis obstrinximus peccatorum \* vinculis) sic ad se strictim attractos tradet iudici. Iudex autem (cui iudicium omne dedit Pater) quem nos deprehenderit ob non pauca crimina coargutos ab inimico & peccatorum vindicæ, tradet tortori exigendis pœnis præstituto, qui nos mittat in carcerem: hoc est, in locum luendis supplicijs attributum, immanissimis flagris à nobis reposcens & vltionem exigens eorum omnium quæ iniquè gessimus, ad minimas vsque minutias, idque cum contemptu. Quocirca consulit & Dominus, tantisper dum in via sumus, demus operam cum aduersario, vt ab eius iugo eximamur, hoc est, ea operemur quibus promereamur ab inimico emancipari, nec eò inducamur, vt expectemus extremam illam horam, qua nobis imminens ille princeps exquiret & perscrutabitur nos: qui si multa deprehenderit nos in hac vita admisisse quæ sua ipsius iura, tradet nos iudici, coarguens nos, nec vllam admittens negationem, suggerens etiam memoriæ locum, in quo tale admisimus peccatum, etiam si vt peccaremus, \* cooperatus est, quod quidem malum ipsi consuetudine & habitu quo cum deliquimus. Itaque tantisper, dum penes nos situm est operari, pro virili adnitamur, vt accepti & expensæ ratio inter nos conueniat cum aduersario, nosque ab eo liberemur. *Et exactores ꝑ dominabuntur vobis.* Si quando ij qui victum quaritant suo labore, pauperes, succumbunt oneri debitorum: exactores retrahunt eos sub iugum seruitutis. Bonum itaque fuerit nulli obnoxium se reddere debito. Huic proximum est nulla re vt egeas, ad dissoluendum debitum. Quod si ne id quidem succedat, prorsus necesse fuerit, vt in eorum redigam seruitutem qui abs te reposcunt debita. Eam ob rem dicitur: Exactores vestri ad culmum vsque demetunt vos (siue deuorant) & exactores dominantur vobis: *Popule meus, qui beatificant vos, decipiunt vos, & semitam pedum vestrarum conturbant.* Quæ adolescentulis subiiciuntur, qui iugo premuntur illisorū & ab exactoribus

ꝑ χαλαρώντας.

ꝑ τῆς μετανοίας τὰ δεικνύμεθα.

Via, vitæ præsens. Aduersarius.

Princeps.

Ioan. 14. ꝑ εσπρίων οὐδέν.

\* Sine carceris, σεραις, Iudex quis.

\* Cooperatus est suggerendo.

ꝑ χυρῆς-θυσιν, exemplar consentit Aldi typis editum.



† ἡ γλα-  
μύμενος.  
† ὁ πόντος  
ἄγρια πε-  
νίας.

ad vltimum usque culmum exiguntur, qui ob penuriam rerum quibus exoluant debita, in seruitutem redacti sunt, libertatem insuper per modicam paupertatem perdere, digniores vtique sunt quorum miseretur exactores, quam vt eos beatificent. Tales igitur qui beatos predicat, opus profecto exercet blandiloqui asentatoris, praeter decorum ad captandam gratiam loquens. Fallit, nec mediocriter nocet, sensum qui debuit sentiri ob commissa peccata, adimens, praeterque meritum eos praedicat beatos quos eludit ac decipit. Et semitas pedum tuorum conturbant. Eo quod tribulationes quidem ad humiliationem prouocant, beatificatio autem elationem inserit animae. Nec tamen singuli quique e populo sic abiectione & humiliter disponuntur, vt in enumeratis prius vitijs iaceant, quando nomen hoc, Populus, caetum indicat hominum ex differentibus exercitijs collectitium, quique sint aetate & instituto vitae diuersi, quare sub eandem & vniam beatificationem, parili conditione honoris cadere non potest populus. Vnumquemque enim alia & ea propria calamitates aliter diuexant. Hunc affligunt incommoda senectae, istum autem angit intoleranda seruitus, alium vero penuria viatici. Rursus alios premit amissio siue iactura aedium, alios discruciat morbi. Quomodo igitur eiusmodi beatificatio populo omni attributa, fucata non est & capiosa? Sed enim Dominus etiam si numerum multitudinis representet nomine beatitudinis, dicens: *Beati pauperes spiritu.* Et, *Beati qui esuriunt.* Et, *Beati misericordes:* at certe dum is in praesentes intendit reprehensionem, indicat facile numerari posse eorum paucitatem, qui beatitudinem promerentur. Perspicuum enim est de discipulis haec dixisse, quos praedocuerat amplecti comendabilem humilitatis virtute, vtque sibi affimiles eos redderet & conformes; qui nostri causa elegit esse pauper. Exceperant enim illi in voluntate & effectu paupertatem. Ob hoc ait, quia vestrum est regnum caelorum. Et illud, *Beati qui esuriunt nunc, quia ipsi saturabuntur.* Quod si angusta est via, & pauci qui inueniunt eam: quinam possunt tam multi esse beati? Itaque quisquis vniuersum populum praedicat beatum, seducit eundem proflus & conturbat, non sinens pacifice ingredi viam suam. Facile enim est homines qui parum attentum sunt, capi affectione laudum, quod singuli quique immodico amore sui ex facili perpelluntur in errore delinuti fraudulentis assentationibus. Viri autem vtilis & commodi est non deijci aut succumbere ob quorundam reprehensiones, non item ob hoc animo contrahi, neque de facili commendatione laudum intumescere & inflari eorum ignorantia quae se concernunt. Iam quando semita, via est frequenter itinere praecedunt prostrata & traiecta, quisquis non sinit eos qui defecerunt a zelo praedecessorum, viam ingredi quae sensu ipso inamena est & tristitiam parit: sed delinquentes quasi recta agentes depraedicat beatos, hic semitam pedum eorum conturbat: *Sed nunc constituetur ad iudicium Dominus, & statuet ad iudicium populum suum.* Vnicuique pro suo merito distribuuntur omnia diuino iudicio & intelligentia, iuxta inenarrabilem eius sapientiam, cum ea quae nunc temporis inferuntur, tum quae reseruantur in seculum futurum. Quando igitur ait, talia inique admisti populus, talia item ei irrogauit supplicia Dominus, propter hoc ceu dictum est, quasi debuisset declarare quod ad Dei iustitiam attinet, quia nequaquam praetergressus est mensuram iniquitatum in ea multitudine inflictae vltionis. *Sed nunc constituetur ad iudicium Dominus.* Vt haec particula, Nunc, distinguatur a futuro seculo: aut ne forte quod apud nos quidem est, Nunc: particulam sane temporis momentaneam, per breuem & indiuiduam signat: in Deo autem iuxta sensum dictionis, Nunc, omnia illi adiacent & adsunt. Nihil enim loci habent apud eum praeteritum & futurum. Siquidem illi instantia sunt omnia: quae item a nobis futura porro sperantur, velut iam praesentia diuinae praesentiae oculis subiecta sunt & conspicua, ita vt dictio, Nunc, de Deo praedicata futurum complectatur seculum. Quando igitur definitum iudicij tempus, non longe abest, quippe apud Deum, ideo particulam, Nunc, interpretati sumus referendo eam ad vniuersale iudicium. *Constituetur ad iudicium.* Explanando verba iustitiae diuinae, quemadmodum operibus ipsis iustam rependerit vicariam ttributionem eius-

Matth. 5.

Ibid.  
Matth. 7.

† ὁ πὸ φιλανθίας.  
† ἀνδρὸς ἐφελίμου.

Semita.  
† πρὸς.  
\* Viam paenitentia.

A modi suppliciorum, & ad eam iustam, vt qui subeunt sententiam damnationis, assentiant iudicio aduersum se pronuntiato, tanquam iustissimo. Et statuet ad iudicium populum suum Israeliticum. Quanticumque enim sub legis iugo continebantur & eam praeruaricati sunt: per ipsam legem iudicabuntur. Nec parem sententiam prolaturus est in reliquos populos. Quod fit, vt quicumque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et, *Impij non resurgent in iudicio, sed in condemnatione.* Omni enim legislatori iudicium est in eos qui per legem a se scriptam iudicandi veniunt, constituta altrinsecus collatione & actionis & voluntatis eius qui sanxit legem, eo quae ait Dominus: *Sermo quem locutus sum vobis, ipse vos iudicabit.* Nam cogitationes aduersum se inuicem constituuntur, vbi quis a Domino admonetur, & vt peccato repugnet, inuitatur. Iuxta enim Osee, *circumdederunt vnumquemque cogitationes & consilia eius.* Videbimus enim simul omnia vel in prospectu adfidentia nobis quae ipsi gessimus, memoria ea suggerente; & conspicua erunt ex aduersa facie mentis nostrae cum proprijs formis, quemadmodum vnumquodque a nobis gestum est & prolatum. Postquam enim ostenderit palam quae quisque per se gesserit citra defectum omnia, quorum ob causam Dominus ipse in se recepit, prouidam curam gentium, dicitur illud: Vt vincas, quum gratia nostri iudicaris. Alioqui praeter decorum rationis feceris, si arbitrare permultum temporis consumptum iri interim dum singuli quique seipso cum suis, actionibus contemplantur ac spectent simul & iudicem cum his quae diuini illud sequutura sunt iudicium. Vi enim quadam indidicibili, mens momento temporis imaginabitur sibi quae opponet omnia velut delineamenta picturae: quin & perinde ac in speculo, in facultate praecipua animae contuebitur quae a se gesta fuerint. *Ipse Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi, & cum principibus suis.* Quam ratione sermo hic acriorem personarum collationem subindicat, dicens: *Ipse Dominus ad iudicium veniet?* De populo quidem dictum est, constitueretur ad iudicium Dominus, & silet ad iudicium populum suum. De senioribus autem & principibus est illud: *Ipse Dominus ad iudicium veniet, cum senioribus & principibus.* Primum quidem, vt doceamur, quia iudicandi sumus in suo singuli quique nostrum ordine, populus, seniores, principes. Etenim minimo conceditur misericordia: *potentes autem poterent tormenta patientur.* Liqueat sane quia ad iudicium veniens, non vtique veniet, vt iudicet: sed vt alios ab alijs fecernat & disgreget. Non enim interest iudicis cum iam praedudicatis venire ad iudicium, vt inter se obuij sint iudici. Simul enim atque venerit ad iudicium cum istis acriter & argute crimina intendet, dicens: *Vos autem, vt quid incendistis vineam meam: & rapina pauperis in domibus vestris? Vt quid etiam iniuria afficitis populum meum?* Nos seniores ac principes populi adhibito mature consilio apud nos constituamus, quid debeamus respondere iudici in ius nos vocanti: quin potius ipsi deprecemur, ne talia admisisse reprehendamus quae peracti animaduersione digna sint. Enimvero perspicuum est in nos intendi sermonem hunc, qui quidem in presbyterij ordinem cooptati sumus, inque eos qui auctoritate praepollent apud populum. Vestrae fidei concedidi vineam praefertilem, omnem veram, vt vestrae communi agriculturalione fructus ederet labori vestro consentaneus: vos autem tantum abfuit, vt eam excoleretis, vt etiam in vepres redactam incendio absumpseritis. Fit interim hoc, dum docemus quae non conueniunt. Praeterea fit, si quando in animum admiserimus incendiium ex impietate obortum, quasi flammam quandam quaquaerium grassantem & perpetuo qualque contiguas partes vineae apprehendentem. Ad haec etiam & palmites eatenus feliciter germinantes & copioso fructu exuberantes, si demum continget nos exhibere eosdem aridos, inducentes ac fructu vacuos, quique per ignita iacula diaboli insita populo vitia non extinxerimus, quin potius exemplo vitae huius nostrae solutioris finimus permulta admitti praeter decorum, ipsi tunc incendiium vineam. Adde etiam his, qui exemplo suae immo dicuae cupiditatis multos inuitat ad concupiscendum quae alieni sunt iuris, is profecto incendit vineam. In hunc igitur quadrat & hoc: *Et rapina pauperis in domibus vestris.*

Rom. 2.  
† ἀνόμιμα  
ἡμαρτων.  
Psal. 1.

Ioan. 12.

Osea 7.

\* Alias  
examina-  
buntur.  
ἐτασθησονται.  
Sapient. 6.

Esa. 3.  
Α παρχη,  
lege ἀρχα-  
7\*

stris. Itaque qui iniustam corradunt possessionem ac peculium raptò, aut per vim extorquent, congeruntve, causam vtiq; præbent incendendæ vineæ, dum peruerso exemplo quod exhibetur per præfides, ad consecrandam auaritiã eruditus omnis populus, inter sese colliditur. Presbyteri igitur nos ac principes, qui per sanam doctrinam, perq; exemplã probæ & laudabilis vitæ nostræ non excolimus vineam: pro his acerrimè exposulabimur. Iure quidem optimo audiemus & illud in nos intendi: *Rapina pauperis in domibus vestris. Quæ enim collata sunt refocillandis pauperibus & subleuandæ eorum inopiæ, si in ædibus penes nos retinuerimus, vtiq; inopes suis spoliãmus bonis. Cur vos iniuria afficitis populum meum, & faciem pauperum ÷ confunditis?* Apud istos qui iniurijs afficiunt, aliorum item bona compilant & interuertunt fraude, hic mos inoleuit, vt si quando in ius vocentur ab ijs qui malè affecti per eos sunt, contumelijs ac probris pudorem eis ingerant, ipsos vilipendentes, intentantes plagas, eosque traducetes quasi qui iusto cupidius alijs negotia facestant. Itaque non solum, ait, iniuria afficitis pauperem qui peruius est rapinæ, vestrisq; infidijs pater alieno destitutus auxilio: sed & quia confunditis facies pauperum. Confusionem quam vobis ingeri conueniebat, hanc per vestram tyrannidem conuertitis in pauperes, subornatis ad hoc & corruptis testibus, quousq; tandem supra alteram iniuriam, confusionem etiam ex calumnia erumpentem ingeratis pauperibus. In eosdem insuper iniuria à nobis committitur meritò in ius vocanda, vt quum in proprijs eorum peccatis ipsos acriter attingimus & palàm traducimus, à nullo probri genere nobis temperantes, zelum quidem Dei in pauperes acriùs ostendentes, & proinde vultus inopum confundentes. Nam quando nonnulli sunt pauperes verè beati, qui ardore tuendæ religiosæ pietatis, omnia contempserunt, & spe illecti diuinæ illius opulentia, mundiale affluentiam nihil duxerunt: si qui minùs rectè præsumt populo, sic pauperes pro eo vt beatos deprædicare deberent, palàm traducunt, exinaniunt & commendabilem eorum humilitatem extenuant, meritò tales veniunt obiurgandi, idque præsertim hi si presbyteri aut principes fuerint, quippe qui facies sanctorum pauperum aspergunt confusione, cuiusmodi erat pauper ille Ioannes domum nullam possidens, non famulum, non bouem in quo araret, non agellum, non lectum, non mensam, non panem: cuiusmodi & Helias, cuiusmodi fuerunt singuli quique sanctorum illorum qui circiuerunt in ÷ melotis, in pellibus caprinis, egentes, afflicti, dolore malè affecti. *Hæc autem dicit Dominus, Pro eo, quòd exaltata sunt filia Sion, & ambulauerunt excelsò collo, & nictibus oculorum, & incessu pedum simul trahentes tunicas, & pedibus simul ludentes, & humiliabit Deus dominatrices filias Sion.* Tametsi sermo præcedens acriora quædam insinuet, continet tamen quiddam perutile numerosæ multitudini per se & morum ÷ correctioni accomodum quæ hic dicuntur. Vitam enim procacium mulierum ad moderationem reuocant, quæ ipso habitu, aspectu, incessu, stolaq; ad talos demissa suam ostentabant procliuatam ad libidinem explendam. Quum enim hæ supra ceteras insolentiùs efferrent seipsas, ob formæ decus & elegantiam corporis sibi maximopere placentes, perq; abulum turgentem inani fastu, ob rem insuper fortuitam & celeriter euanescentem se venditantes: ad hæc colulum in sublime arrectum gessitabant quidem, quò suos vultus palàm spectandos omnium oculis exhiberent. Nam quæ pudica est mulier & bene morata, præ pudore incedit oculis in terram deiectis, faciemq; demittit terram versus. Quæ autem in animo constituit captare multos ac venari laqueo suæ elegantis formæ, collo incedit in sublime porrecto. Et in nutibus item oculorum, probatio redditur mulieris fornicariæ & procacis ad opera ipsa anhelantis fascino ac noxio aspectu. Ipso enim contuitu, obscenam denuntiat animæ impuritatem. Dum enim suauiter & blandis arridet ocellis, prolucit ad explendam libidinem. Iactu enim oculorum sagittam planè exitialem emittit, cuiusmodi tandem obtinet rumor de Basilisci natura, quem dicunt solo aspectu corrumpere suos spectatores. Iustè igitur sermo diuinus exasperatur aduersum eas quæ ingre-

diuntur extento collo, hoc est, inuerecunda & impudenti facie, & in nutibus oculorum. Colli enim erectio in sublimi indicat eam nolle subijci iugo continentia & castitatis. Rursus quòd nimio plus sibi placeat ac delicietur indulgentiùs, argumento est iste mollis incessus veste per terram attracta, incessus inquam non secundum naturam tenorem, immò qui exerceatur solutiùs iuxta modulationem quandam ab naturæ præscripto discrepantem. Pro his igitur humiliabit Deus dominatrices filias Sion. Nam quando non sua sponte elegerunt humilitatem, sed ambulauerunt extento collo: iuxta scripturam, humiliabit ipsas principes filias Sion. Quin & in hodiernum vsque diem identidem videre liceat Iudæas suis quasque pedibus ludentes, ne tantilli quidem reueritas sententiam propheta. An non filia etiam Ecclesiæ ob eadem in ius vocatæ sunt? Pleraq; enim earum, tanquam in numerosa multitudine, diebus festis dum adueniunt audituræ verbum Dei per inscitiam lætitiæ spiritualis, se dedunt inhonestis disciplinis, in crapula & ebrietate volutantur, nec obseruant illam admonitionem Sapientis: *Oculi tui recta videant.* Hæ autem in obliquo detorquent oculos & defleunt, vtiq; hoc argumento prodentes malitosam animi voluntatem. Nec rarò istis oculorum nutibus suam ipsarum nequitiam vel vulgo traducendam exposuerunt, quemadmodum & in Prouerbis obseruatum est de homine nequam. *Ipsè enim annuit quidem oculo, signum autem dat pede.* Rursus: *Qui annuit oculo cum dolo, congregat viris tristitias.* Eodem conspirat illud, *Qui oderunt me gratis, & annuntiant oculis.* Quin & viros nonnunquam præoccupant flagitiosa eiusmodi, eos quidem qui superbo fastu inferiores quosque contemptim abijciunt & proculcant, qui ipso gestu corporis & superciliorum nictatione superbiam ostentantes, viuunt genialiter & delicijs affluunt, gressu insuper tumorem præferente & ad numerum composito obambulant, suam venditantes insolentiam pallio ad talos vsque demisso. Et hos quidem qui se licet dederint immoderatis disciplinarum studijs, manet intentata ruina, à celsitudine ad humilitatem eos deiectura. *Et Dominus reuelabit habitum earum.* Habitum hunc qui sit apparatu magnificentiore & profusiore luxu pertextus, omnem insuper impudicam cognitionem cordis earum quæ inconsultè operatæ sunt, reuelabit Dominus, quo diè arcana quæque manifestaturus est. Et quidem adeptis à carne integumentis, anima seorsim nuda, vnà cum obscenæ turpitudinis operibus quæ admisit, ludibrio exponetur. Fit tamen in hoc etiam seculo reuelatio habitus ad eorum vtilitatem qui iniquè se gesserunt: ita vt denudatis quæ eatenus multos latuerant, & ad multorum cognitionem perueniente confusione eorum qui deliquerant, qui eatenus persistebant in malo, quòd sibi persuasissent neminem scire suas nequitijs, vel tandem verecundia aspersi conuertantur ac respiciant. Quod igitur est opus Domini? Reuelare habitum qui fucatus est & simulatitius. Itaque inter nos si honore afficiantur hoc prætextu, quòd indecentis vitæ flagitia tegere nouerint, metuant tales subire eius iudicium qui in tempore reuelaturus est habitum nostrum, & manifestaturus consilia cordium nostrorum, ita vt in medium proponantur spectandæ omnibus peruersæ quas quisque nostrum concepit animo, cogitationes. *Circumdabunt enim vnumquemque nostrum cogitationes nostræ.* Sed & actiones ipsæ nos circumfident, proprijs insignitiæ notis, confusionem & æternum ingerentes opprobrium, quum coarguentur ipso opere contradixisse suo sermoni, quemadmodum qui prædicat non furandum, & is deprehenditur furti reus: qui dicit non mœchandum, & is comperitur cum adulteris portionem suam statuere: qui abominatur idola, & idem non sibi temperat à sacrilegio. *Nihil enim occultum, quod non in lucem aliquando veniat: neque tam occultum ac velatum, quod non ÷ reueletur.* In die illa auferet Dominus gloriam vestimentis earum. Quandoquidem mulieres vestimentis sibi ad vsum indultis, præterquam decebat, utebantur; idcirco ait Dominum ab eis ablatum gloriam ac splendorem vestituræ, qua quidem amiciebantur in suummet malum, & eorum, quibuscum familiariter congrediebantur. Itaque mulier omnis suo abutens vestitu,

Quid. *quæso Basilij, dicitur esse de etatis nostræ Iprescopis? ÷ κατὰσχόλησε.*

Quid hodie diceretis ÷ sancte Basilij?

Prou. 2.

Prouerb. 6. Prou. 10. Psal. 34.

† μιλῶν ὀμίλλῃ πελλίς.

† ἐπιτρέποντες, ἴκον, ἴκον, ἴκον.

Attende Basilisci naturam, ex Collatione.

Osca 7.

Matth. 10. \* Πρὸ καθύπερθε ἀνακαλυφθήσεται.

vestitu, hac comminatione eo venit spolianda. Quia enim (ait) ambulabant, vestes suas simul trahentes, ac si vsum earum non requirerent: sed contempnim & fastidienter abuterentur, eoque permixtae sunt spoliari sui vestitus gloria. A nobis etiamnum auferetur nostri amictus gloria, si ipso quidem deprehendemur indignè vti, ipsum veluti calcibus proterentes & carnalibus inquinamentis complentes. Quis porro iste est noster vestitus? Aut certe quod sanctorum indumentum? Vtique Dominus noster Iesus Christus. Quancumque enim in Christum baptizati estis, Christum induistis, quem ab his auferit Dominus, qui per peccatum se de proculcant ipsius corpus & ipsum sanguinem testamenti commune esse ducunt & immundum. Vestituram hanc signatè innuebat vestes illa Israelitici populi, nulla parte sui detrita, sicut in Deuteronomio scriptum est: *Quia vestimenta vestra non sunt detrita, & calceamenta in pedibus vestris non sunt vetustate consumpta.* Enimvero eiusmodi calceamenta figuratè adumbrabant præparationem Euangelij pacis. Quod enim testamentum tradidit Christus Iesus, perseverat nouum, nulla vquam vetustate deterendum. Quamto enim eo plus vtimur simul & calceamentis, tanto vtrumque fit recentius, inualescente iugiter in nobis recenti ac noua præparatione Euangelij, in hoc, vt fides qua in Christum tendimus, promoueat. *Et vestes fimbriatas.* Per prophetam Dominus interminatur se à mulieribus esse ablatum eum, quo immodicè gloriabantur, ornatum. Dicitio autem κοσμηβος kofymbus, vestis fimbriata scilicet, non vsquequaque est familiaris Græcis: quod fit, vt eius intelligentia non admodum perspicua sit. Tantum ipsi deprehendimus in apparatu textili pontificia vestis χιτών κοσμηβωδον, tunicam fimbriatam, quæ haberet mala granata, aurea tintinnabula, quasdam insuper fasciolas fimbrijs affutas, deprehendimus dici κοσμηβος, id est, vestes fimbriatas cum appendentibus tintinnabulis aureis ac malis granatis ab extremitate vestimenti, quæ singula per exuberantem suam molliciem filia Sion imitabantur in ambitu sui vestimenti, quibus factis contumeliam irrogabant peculiari prærogatiuæ sacerdotalium vestium, circumferentes amacula fimbriata coloris melini, hyacintho cocoque distincta. *Et lunulas, & monile demissum ad pectus, suæ torquem, & ornatum faciei earum.* Hac sermonis incisione speciatim persequitur mundum muliebrem, illarum mordicus infectans superfluum cultum. Auferet enim Dominus & lunulas & torquem à collo demissum. Alter quidam dilucidius tradidit dicens pro lunulis *μονίνας* torques, & pro τὰ κάθηματα, pro monili *χυλᾶς* exposuit, catenulas se inuicem complectentes. *μονίνας* igitur, muliebri est mundus & is aureus, ambiens collum & in formulam orbicularem effectus, quem sibi circumponunt mulieres, dum sedulo accurant palam ostentare colli nuditatem & proinde ipsum denudant, quod vtiq; pro decoro conueniebat obuolare. *κάθημα* mundus est quidam muliebri, & ipse demissus & in pectus descendens, laxatis ac mollibus catenulis pendens, qui vt omnibus sit conspicuus, necesse prorsus est, vt quæ circa pectus sunt, particula indecore denudentur. *Et ornatum faciei earum.* Sunt & colores quidam, quos magno studio conquirunt mulieres & ambitiosus affectant exornandæ faciei, albus nimirum, rutilus siue ruber, alius item concilians nigriciem. Et is quidem suo fuce ementitur alborem corpori, alter autem nempe rubidus, in ipsis efflorescit genis. Qui verò nigredinem conciliat cuti, assimilis lunæ in cornua inflexæ supercilia suo ambitu circum oculos amplectitur, quem etiamnum colorem adepturum se esse comminatur Dominus. Ideò dicit, ne quo pacto circunueniatur continentia virorum, neve eiusmodi picturis corripantur miserabiles oculi adolescentium. Aut, certè hæc è medio tunc auferentur, quando nuda omnia circumfiliant iudicem, quem coincident supercilia, gena præ timore se terram versus demittens, colorem contrahet liuidum. Auferet igitur Dominus mundum etiam muliebrem. *Et compositionem ornatus gloriæ.* Vniuersam propè materiam ad cultum mulierum facientem, ipsam quoque colorum temperiem solerti artificio excogitatum interminatur se ablatum. Et

Deut. 29. † ἐν ποσίν.

χιτών κοσμηβωδον. † Pro ὀρίσ κως, lege ποίσησ.

† μινίνας & κάθημα. Vide Aristoph. in Auisibus.

κάθημα torques.

A quando nulli nostrum licet supra se efferi vsque adeo, nec pro seipso inflari, simul autem atque nobis omnibus in vnum coactis innascitur superba quadam & sui ostentatrix vis, intelligentia, ipse etiamnum Dominus comminatur se à nobis ablatum istiusmodi ornatus compositionem. Cuiusmodi tandem ornatus commendatur? Nimirum talis, qui & pro ipso est gloria. Corporis enim ornatus haud dubiè inanis est & euanidus. Gloria namque ob ipsius ornatum, corruptelæ obnoxia est, nec per se subsistere potest. *Et dextrocheria & reticulum aureum & armillas.* Totus quidem ad numerum relatus muliebri mundus, exercitatio est & accurata diligentia geniali molitiæ diffuentis, hoc est, inter delicias degentis, seque luxu voluptatum profusiore diffundentis. Potissimum enim χλιδῶνες, dextrocheria siue βραχιόνια brachialia, scilicet ornandis mulierum brachijs auro gemmisque confectæ, quod ea dicitio mutuetur denominationem à delicijs, nempe ἀπό τοῦ χλιδᾶν deliciari: Forfan (ceu dixi) quod brachijs circumponantur, ψέλλια autem sunt, quæ in manuum summitate, omnibus vt spectari queant, proponimus. Est tamen alicubi inuenire locum quo in bonam partem accipiantur, ceu ille est, quum sanctam Rebeccam famulus senior domus Abraham plellijs, hoc est, armillis aureis, decorauit. Eam enim, quæ vltura erat familiari contubernio patriarchæ & cohabitatura, conueniebat erudiri prius actiuam animæ functionem, ab eo qui eam expetebat Domino suo in vxorem. Ad hoc innuendum, † armillis aureis condecorabat manus virgunculæ, hoc est, pretiosis & honestis actionibus. Decem verò aureorum erat earum pondus, quod decem summarijs præceptis, legis obseruatio omnis concluditur, & in aures singulas drachmas appendentes pondere. Consentaneum enim est rationi, vt obedientia adoretur fide qua in vnum tendimus Deum. Hoc tamen loco adimuntur mulieribus suæ armillæ, quod earum ornatu cohonestata se gesserint insolentijs. Sermo præsens docet nos in genere eas derelinqui à continente se Dei visitatione, quæ arroganter ac superbe se gerunt ob ornatum & præstantiorem habitum. Porro illud, ἐμπλόχιον videtur innuere genus quoddam textile & implexum, complicandis capillis accommodum, vt præstantia coloris capillorum excitaret colorem. Et nemini quidem parum decora hæc videantur. Nos enim non fumus spiritu sancto pudiciores, vt indignum censeamus in sacra scriptura dictiones etiam ipsas multa cum sedulitate perferuari. \* In Cantibus enim sponsæ cum primis commendatæ didicimus ipsum etiam ἐμπλόχιον positum esse ad commendationem grauitatis eius ac pudicitia. Ait enim: *Caput tuum sicut Carmelus, & discriminale capillorum capitis tui, vt purpura. Et in aures & anulos.* Vsum vtiq; inaurium approbatum, nec laude indignum fuisse edocti sumus in desponsatione Rebecca. Quæ nimirum præsignabant fore, quia in Abrahamæ familia tradendæ essent doctrinæ de veritate rerum spiritualium. Sapenumero tamen deprehendimus eas fuisse dignas reprehensione. Primum quidem, ascensuræ vxores Jacob cum liberis in Bethel, iussæ sunt, à se vt ablegarent exoticas scilicet disciplinas, vnà cum externarum gentium dijs, quod ex idololatria pariter & vsu pugnantium dogmatum impedimentum oboriretur, ne ascenderent in domum Domini. Siquidem \* Bethel interpretatur Domus Dei. Iam verò adactus Aaron populi seditione, vt illis conflaret idolum, teste Exodo, in aures delegit constando idolo, (quod lege prohibebatur) valde tamen accommodat materiam. Ait enim scriptura, *Abstulerunt enim omnis populus in aures eas, quæ in auribus eorum erant: & attulerunt ad Aaron, & ex eis formauerunt vitulum constabilem.* Quin & Gedeon ex spolijs Ismaelitarum accepit à populo inauribus fecit ex eis † Ephod, & constituit illud in ciuitate, & exformicatus est omnis Israel post eum illic. Et factum est Gedeoni & domui eius in scandalum. Etiamnum loco præsentis in aures nota infamiae sugillantur, quod filia Sion eis sint abufæ ad fastum ac superbiam. Et vestes purpura circumtextas, ac \* media ex parte prætextatas. Ornatum mulierum quo gloriam captant & aucupantur à vestium splendore ac pretio, tanquam superfluum perstringit. Et quidem

B

C

D

E

F

χλιδῶνες

ψέλλια.

Gene. 24.

† ψέλλια χρυσοῖς.

\* Cant. 7. Pro ἐμπλόχιον. Ald. habet πλόχιον. id arbitror Latine dici, reticulum aureum.

בית אל. domus Dei. Exod. 32.

† אפוד. superhumeral. Iudic. 8. iuxta LXX. \* Latè clauum, id est, vestes purpura intertextas, siue clauatas.

quidem illæ summitati vestium attexebant purpuram, nunquam autem eam inferebant parti mediæ. Purpura verò notam præ se fert imposturæ ac doli, vt quæ superne quidem tegit natiuum colorem, intimum verò ac proprium florem ijs spectandum præfert qui in speciem sunt exportata fronte alacres, in intimo autem cordis recessu conceptam obumbrant nequitiam, quod quidem vtrumque sum moperè fugiendum est, siue summitatem † occupet vitæ, siue medium. Quare scriptura non admittit, sed à se abdicat vestes quæ sint purpura circumtextæ. Et † vestimenta per domum, & pellucida Laconica. Per hoc quo dicit scriptura, vestimenta esse disiecta per domum, redundantem copiam innuit luxus pofusoris ac deliciarum: dicens autem διαφανή pellucida, transparentia, immodicam insinuat eorum subtilitatem. Sumptus enim iste profusior ad ostentationem faciens, hunc sibi præstituit scopum, nimirum fauorem captat ab hominibus & gratiam. Siquidem nemo videt vnum aliquem seorsim & priuatam degentem vitam vestes luculentas circumijcere per aedes. Hæc enim nobis declarant excessum omnem quo ista abutebantur ijs quæ ad commoditatem & vsum concessa erant, ita vt averterat vernacula indumenta, ceu rem indecoram, imitarentur vestituram Laconicarum. Hæ enim extrema veste se denudant palam omnibus ad gesticulatoriam saltationem, induta tantum lineam vestem, eamque eximia subtilitate confectam, per quam spectanda proponebantur quæ minimè conueniebant virosum aspectum contueri. Et byssina & hiacinthina, & byssum cum auro & hyacintho subtextam. Dictum paulo prius est, quia filia Sion minus quidem decenter viuentes & veluti temulentæ per exuberantiam deliciarum insultantes sanctis circumferebant vestem eximiam ad imititiam similitudinem vestis pontificiæ. Byssina & hiacinthina. Eiusmodi vestimentis induta quæ suis coloribus representarent elementa, quibus constitit creatura omnis. \* Sacerdotes per se introibant sancta pro mundo supplicaturi. Et quidem Byssus pro terra ponitur, Hyacinthus autem pro aere. Et hæc abierunt non contentæ tali ornatu nisi & subtexerent aurum ad commendationem vestimenti versicoloris & ostentationem plenioris magnificentiæ. Et theristra clausa. Theristrum vestis esse videtur superior, quam sibi per æstatem circumponebant ne immoderato æstu grauentur: quemadmodum in Genesi didicimus Rebecam fuisse indutam theristrum, quum pergeret in occursum Isaac. Theristra autem quæ nunc vitio vertit scriptura, quæ insternebant lecticis, vt molliusculè discumberent, propter exuperantiam deliciarum. Iam verò dictionem, κατακλείω, reliqui interpretes nequaquam literis prodiderunt, quare verè iugulata est & oblitterata, quòd nullum insinuet sensum. Et erit pro suauis odore, † puluis: & pro zona, funiculo cingens: & pro ornatu capitis auro, caluitium habebis propter opera tua. Pars deliciarum est voluptas, ac suauis fragrantia ex odoribus, quos vnguetarum in aera excitant, incensis & euaporantibus vnguentis, suauemque sibi halitum solerter conciliant ac moluntur. Istis igitur quæ nimia volupate se diffundeabant, suauemque odorem suis naribus arte concinnabant, ab eo qui & comminatus est, retribuetur puluis. Est autem puluis, subtilis terra, quæ vel aspiratione venti tollitur in aerem, sua oppilatione molestam difficultatem inducens circa orificium anhelitus, multumque tædij & anxietatis. Sed enim anima vnguentis exhalare scit & sufficit odoramentorum: sed his quæ spiritalia sūt, cuiusmodi erat anima eius quæ dicebat; Christi bonus odor sumus. Et: Gratia autem Deo, qui manifestat odorem notitiæ suæ in omni loco. Talem sanè Isaac pater Iacob sensu percipiebat odorem ex filio spirantem, quum diceret: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. In Cantico item, iuuenula odoratu percipientis celestem fragrantiam, nempe † misericordiam Verbi Dei: In odorem vnguentorum tuorum curremus. Sed & chrisma illud quo inungebatur pontifex, vnguentum erat & commendatione dignum & perquam iucundè oblectans animam, dignum planè quod vniendæ fratrum concordia compararetur. Talis vnguenti compositio pigmentariæ artis perito opus habet, vt qui à Deo acceperit peritiam artis conficiendi vnguenta, nempe chrisma illud sanctum, quod nequaquam

† Pro ἀπέχρη, lego κατέχη.  
† ἐπιβλήματα, quibus extornè vestimur.

\* Nonnihil hic desit.

Gen. 24.

† κοινὸς ὄρος

2. Cor. 2.

Gen. 27.

† ἔλεος.  
Cant. 1.

ascendere debuerat in carnem hominis. Si quando igitur compositio istius suavis fragrantia impensiore studio exercetur, ad petulantiam vitæ & luxum, tunc meatus se sensui seruiens oppilatit puluere, dispensante hæc Domino qui in illos beneficia contulerat. Fortasse enim postquam in templo esse cœperunt voluptuosæ fragrantia odoris, tunc vnguentum sacræ vnctionis & thymiamæ compositionis \* esse deserunt. In terram enim disiectum est templum, & euersum nunc in puluere ac deorsum iacet. Pro suauis fragranti odore, quo olim iuxta legalem latrariam perfreuebatur, nunc puluis est. Collo enim animæ in sublime erecto & † intractabili ambulans vestra deserta. Atqui iisdem licuisset (siquidem voluissent) à se excusso puluere, compleri odoratissima Christi redolentia, secundum eius admonitionem qui dicit: Excute puluerem tuum, & surge Hierusalem, & induere gloriam brachij tui. Et pro Zona funiculo cingens. Et quidem in veritate lumbum accingit, qui secundum Deum cingitur, cuiusmodi erat Petrus, quum manibus expassis accingeretur ad bellum pro Christo obeundum, ad exhibendum testimonium pro veritate, ab his qui ipsum prouocabant ad certamen vsque ad mortem. Sanctus etenim circumcingitur virtute. Ait enim scriptura; Deus qui circumcingit me virtute. Qui autem zonam hanc perdidit, vinculo cingitur suorum peccatorum, quòd singuli quique vinculis suorum peccatorum constringuntur, quorum symbolū illud erat † flagellum è funiculo contextum, quo ex æde sacra expulsi sunt sancta prophanantes, Domino per hoc declarante, quia vnicique flagella sunt nexus & multiplicata peccatorum, & suis quisque peccatorum funiculis se circumplectentibus flagellatur. Pro ornatu vero capitis auro, caluitium habebis propter opera tua. Quemadmodum illæ quadam curiositate superflua illectæ requirebant quæ minus exigebat naturæ necessitas: quod ad odoratum attinet: etiam ab his exciderunt quæ erant secundum naturam. Neque enim contentæ fuerunt aspiratione rari aeris nostri, nisi & ipsum inficerent coloribus vnguentorum ac thymiamatum, quare demum contigit, vt ne aerem purum expirare possent: sed eum exhalarent qui puluere esset permixtus. Consumili ratione in natiuo ornatu capillo non permanferunt, sed aureis quibusdam reticulis capillos, (qui mulieribus dati sunt pro velamine) complucantes, seipsas ad fastidium vsque adornabant: denique etiam natiuo hoc ornatu spoliatae sunt, & factæ hominibus ipsa depulsione capillorum, spectaculum præter omnem modum deforme, quòd ab ipsa natura ornatus hic criniū proprius fuerit eis & congener. Si enim turpe mulieri est tonderi & rasitari: quantò certè turpius esse recaluatram? Rem facit magnopere conducibilem, inducens deformitatem eis, quæ tam malè afficiebantur naturali sua pulchritudine. Pro tunica autem prætextata purpurea, circumcingens sacco. Dominus etiam hoc disponens ad id quod nonnihil emolumentū adferret istis ostetricibus suæ pulchritudinis, iubet fieri vicariam hanc rerum permutationem: propterea quòd vestis quidem purpurea occasione suggerebat istis captandæ mollicie simul & ostentationis: lacus autem suæ cilicium præbet non mediocre compendium ad parandam contritionem & sui humiliationem. Equidem qui amiculo circumtegitur purpureo, cunctatur se in terram demittere & procidendo adorare Deum, suo parcens ornatu, ne floridus ille vestis color emarcescat. Ex diuerso, qui sacco induitur, locum omnem sibi præstituit accomodum ad procidendum Deo. Et filius tuus pulcherrimus, quem † dilexisti, gladio cadet. Conducibilis multo erat istis qui educandi fuerant inter mores obscænos, præcipi morte ante messorium falcem: quàm vt amplius perueria viuendi ratione à parentibus imbuerentur. Filium igitur quem habebas siue elegantia corporis pulcherrimum, aut certè qui maternis oculis appareret apprime gratiosus, hic in ipso ætatis flore interficitur. Amplificatio mali insinuat eam mortem minimè fortuitam fore aut naturæ impulsu: sed affuturam violenta impressione hostilis manus, & ictu gladij sauciandum. Et fortes vestri gladio cadent. Et hæc quidem passa, nihil virtium habitura est ad expectandam de ini-

\* Desit hic.

Vique Linæ legi Græcè, Basilij, de martyrio Petri & Pauli. Psal. 17.

1. Cor. 11.

μεσοπορφύρα, forsan ελαιατα πυργυρα.

† ἡ ἀντισησας.

micis vltionem, seque tuendam. Consolatio enim nonnulla est in malis, vltionem, sumere de interfectis & è medio sublatis: & æqualibus malis implicuisse eos qui tibi infixerunt mœrorem. At ne hoc quidem suppetet tibi. Siquidem qui consistunt nunc in vigore ætatis, morituri in bello sunt ad vnum omnes, ita vt nulli vsui occupasse videantur suæ robur ætatis, aut certe quia auxilio destituti, sint non admodum difficiles ad toleranda omnia, quæ illis ingerere visum fuerit hostibus. *Et humiliabuntur, & lugebunt thesæ ornatus vestri.* Thecæ auri & argenti, splendidæ vestis & lapidum preciosorum promptuaria sunt. Sane quandiu habet quis thesauros, dignos quidem censet qui multo asseruentur studio ac diligentia, quique in tutissima ædium parte sepnantur, locis nimirum sublimioribus. Omnia insuper adhibet, quæ excogitantur ad fidelem tutelam & custodiam,

A ceu sunt vctes siue repagula, clauæ, signacula, denique custodes. Quum autem exinanitæ thesauris thecæ fuerint, eas ne aspicere quidem dignatur Dominus, sed neglectim ac fastidienter transmittit. Atqui nobis etiamnum hæc vsui esse possunt. Animæ enim excepto diuini verbi dono, apothecæ factæ sunt dignæ prosum, in quibus recondantur quæque sunt in diuinis thesauris pretiosissima. Si quando autem ostendi contigerit exhaustas esse diuinis ornamentis, humiliabuntur tunc abiectæ, nec vlli iam futuræ vsui, sed damnatæ. Ob hoc ait scriptura Iechoniam, tanquam vas fuisse, cuius nullus fuerit vsus. Vt igitur perseueremus in regalibus apothecis, ne prodamus istis clanculariis furibus prænobile & tanti pretij margaritum, quod fidei nostræ concreditum est.

Jerem. 22.

# B. BASILII MAGNI

## ENARRATIO

IN

### QUARTVM CAPVT ESAIÆ.

† ἀφ' ἡμῶν.



**H**ic apprehendent septem mulieres hominem vnum, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris induemur, tantum nomen tuum inuocetur super nos, aufer opprobrium à *†* nobis. Vt colligitur ex hac sententia, videtur sermo hic raritatem virorum significare obortam per bella morboſve ira Dei defauiente in populum. Ergo ne quis infecundus esset aut sterilis vlla maneret (quando vtrumque malum apud veteres æstimatum est subiacere maledicto) pudorem verecundiamque excludit à mulieribus, dum plures mulieres apprehendunt virum vnum, proin velle se leuare & consolari *†* suam orbitatem dicunt simul plures. *Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris induemur.* Omnia igitur necessaria & anxia sollicitudine pro parandis vitæ alimentis, dicunt: *Nomen tuum † inuocetur super nos,* vt effugiamus opprobrium nobis impendens ob inopiam successionis. Plane hæc est ad verbum sententia. Sensus alioquin allegoricus mentem nostram inuitat, vt maius aliquid persequeremur. Ac si plane in loco versetur non admodum spectabili quemque densa obscuritas obumbret: talis interim quædam se offert nobis intelligentia de his septem mulieribus. Quia enim & vita hæc & Israel secundum carnem degens plerumque sub septenario numero comprehenduntur. Et quidem tempus siue vita adimpletur, ideo septem diebus suo ambitu reuolutis circum ea quæ facta leguntur in Genesi: vnde & æternitas seculi hanc mundi constitutionem sequutura in scripturis dicta est Octaua. Hinc Plalmi pro Octaua, ac si dicas: profeculo quod succedet momentis temporum. Plerumque autem qui in manifesto sunt Iudæi, quique ad illorum conuersationem suam instituunt vitam intelliguntur per septenarium numerum. *Da (inquit) partem his qui septem & his qui octo.* Quasi testamentum vetus pariter & nouum debeant testimonium aliquod accipere à Deo de eius aduentu vt ad vnam inter sese perducantur concordiam. Septem igitur mulieres adumbrant vetus testamentum. Hæc apprehendent hominem vnum, nempe Dominum, qui vnus non est multarum, sed quia vnus est, dicunt: quia panem nostrum comedemus, hoc est, Manebimus in mensura nostræ subsistentis nature. Umbra enim erimus futurorum & imagines supercælestium. Tantum est, nomen Christi inuocetur super vetus testamentum, vt infæcunda inutilitatis opprobrium auferatur. Intelligi etiamnum potest synagoga Israelitici populi, è mortua quæ continebatur lege, donata iam libertate ad hoc, cui vult nupta, vt non vocetur adultera, dum ad sponsum suum Verbum accedit, & vt prope dicam, amabili complexu ipsi adhærescit, dicens: *Nomen tuum inuocetur super nos.* Dicitur sane est, quia septem mulieres, septem sunt spiritus, quos aliquanto posterior enumeraturus est hic propheta,

† Pro ἀγο-  
νὰ αὐτοῦ,  
lego ἀγο-  
νίαν θαυ-  
ράτων.  
† Pro χερ-  
σῶν, lego κε-  
κλισθῶς ἐφ'  
ἡμῶν.

Eccle. 11.

B veluti requieturos super eum qui ex radice Iesse, ceu flos erat erupturus: Spiritum inquam sapientiæ & intellectus, spiri- *Esaia 11.*  
tum consilij & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, spiritum  
quoque timoris Dei. Qui sanè spiritus, \* quod omnes de  
clinaſſent à reſtitutione, simulque inutiles eſſent facti,  
quum iam nihil loci haberent, vbi requieſcerent pro vo-  
to & amabiliter, hominem hunc ſecundum Deum apprehen-  
derunt. Huc faciunt, quæ ſunt ſcripturis prodita. A bo-  
no enim opere vacat ſpiritus ſcientiæ & pietatis, quo tem-  
pore non ſuppetit qui velit intelligere, non eſt qui requirit  
Deum: & quaſi contumelia atroci percelluntur virtutes,  
quum nemo adſit qui eas complectatur, iſtis que fixius ad-  
hæreſcat. Sed & viuatae quaſi ſunt laborantes inopia ani-  
mæ quæ eas excipiat. Nemo enim poteſt eas propria aſſe-  
que bonitate, ſed in ſolitudine permanet, etiamſi videatur  
eas apprehendere. Qui autem in ſeipſo fuerat declaraturus  
omnem virtutis ſpeciem iuxta ſummam & abſolutam perfe-  
ctionem, hic auferat ab eis opprobrium. Iam quando ab  
ignorantibus Deum ſtudioſe coli videntur & exerceri ſcien-  
tiæ & intellectus, conſilium & fortitudo, ſapientiæ & pietas:  
reliquum eſt, vt eſſlagent ſuper ſe inuocari nomen Chri-  
ſti. *In die autem illa ſplendet Dominus in conſilio cum gloria ſuper  
terram, vt exaltet & glorificet quod relictum fuerit de Iſrael.* Con-  
cinnunt hæc ſuperius traditis. Non enim ſeptem illæ mu-  
lieres apprehenderunt eum, tanquam virum. Hic namq; ef-  
fulgebit quaſi Dominus. Ex quo enim eſſlagitarunt ſuper ſe  
inuocari nomen ipſius, earum alacrem propenſionem cõ-  
probans Deus, illuſceſcit ipſis & eſſulgebit in conſilio, cum  
gloria ſuper terram, hoc eſt, cum iudicio, & conſilio boni-  
tatem illis gratuito conferens, quæ ex certo iudicio proue-  
niat, non item ex peruerſo conſilio aut conſulaneo. Dies au-  
tem ipſa eſt, in qua inclareſcet Deus in conſilio, cum gloria  
eadem quam facit ſplẽdeſcere ſol iuſtitia Dominus noſter,  
qui & de ſeipſo docet, quamdiu eſt in mundo, lux eſt mun-  
di: quocirca admonebat, vt operarentur, donec dies eſt.  
Signatè verò adnotandum eſt iuxta aliam & aliam confi-  
derationem, diem dici præſentem vitam: & noctem iudicij  
diem. Itemque præſens ſtatim, nox quidem eſt: dies verò,  
quod ſperatur, futurum ſeculum. Et quidem illud, quo nos  
admonet, vt operemur tantisper, dum dies eſt, perſpicuum  
quia refert ad hanc vitam, quæ cognitione Chriſti illuſtra-  
ta eſt. Illud vero, venit nox, de futuro ſeculo dictum eſt, pro-  
pter inamœnam obſcuritatem & permoleſtam afflictio-  
nem quæ deprehenſos in peccatis apprehenſura ſunt, ea  
vtique appellatione dignos, quemadmodum & Propheta  
ad eos qui in operibus quidem flagitioſis verſabantur, diem  
nihilominus retributionis expetebant, ait: *Vt quid vobis dies  
Domini:* Et ipſa eſt tenebra, & nõ lux. Ediuerſo ipſe Apoſto-  
lus, noctem hanc quidem vitã aſtruit eſſe quod in ea nihil

Esaia 11.

\* Omnes  
declinaue-  
runt, ſimul  
inutiles  
facti ſunt.  
Non eſt in-  
telligens,  
non eſt re-  
quiens  
Deum.  
P/al. 52. 3.  
Rom. 3.

non turbulentum & confusum conspicitur, se vltro inferens intellectui, tum à carne, tum à solitudinibus istius vitæ mundialis, ad eò vt multam offundant menti nostræ caliginem. Diem verò resurrectionis tempus, quando dicit: *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Itaque siquidem volueris excipere lucem magis conspicuam & illustriorem, illucefcet Deus in consilio, cum gloria, super terram. Ex quo igitur illuxit Deus in consilio cum gloria super terram, nos ipsos dignè adornemus vt ab ipso plenius illustremur: vt & diuini splendoris affluentiæ singulis nostrum sua gratia dispersiens pro cuiusque proportione accommodatae habitudinis, maiori cum alacritate animæ præstantiora ac perfectiora & quæ ab ipso profluunt, dona subministret, vt exaltet & glorificet quod reliquum fuerit Israël. Hoc est. Quod reliquum fuerit ex Israëlîco populo secundum electionem efficiet superius istis mundi curis & ad incorporearum virtutum contemplationem prouehet. Quod si tangeris desiderio intelligendi iuxta scripturæ placitum, gloriam qua glorificandi sunt sancti, mihi cogita sacrum ac decorum ordinem eorum qui mente eximia illa ac diuina contemplantur, cuiusmodi referuntur de Mose, quando dignus habitus est qui Deum spectaret. Quum igitur affluerit Deus in consilio cum gloria: ad hæc duo, duplici vsus est illatione, nimirum, vt exaltet, vtque glorificet, vt intelligas ipsam exaltationem opus quidem esse consilij, ad gloriam vero pertinere glorificationem. Et erit, quod relictum fuerit in Sion & quod residuum fuerit in Hierusalem. Sancti vocabuntur omnes ad vitam in Hierusalem. Reliquiæ Israëlîcæ secundum electionem, sancti vocabuntur & conscribentur ad vitam in Hierusalem, illustrati claritate aduentus Dei, perque eius gloriam in sublime euecti. Hi sancti vocabuntur, quos sibi ipsi reliquit Deus ad imaginem & morum imitationem, qui non curauerunt genu ante Baal. Porro qua ratione hi quidem in Sion, alij autem in Hierusalem? Eorum siquidem qui ad salutem pertingunt, discrimen est, quando singuli quique in suo ordine participes futuri sunt fruitionis eorum quæ à Deo parata sunt, bonorum. Nam ex quo pauci sunt, qui salutem assequuntur, non multitudinis numero, sed singulari scriptura reddidit sensum. Non enim dixit *καταλειψάντες, relictis: sed τὸ καταλειφθέν, quod relictum fuerit.* Quod quidem in Sion relictum est, videtur inferioris esse ordinis, quasi primum extimulentur ab his qui studio se extendunt in anteriora. Porro perfectus est, quod pro bonorum operum merito domicilium habere quis promereatur in ipsa Hierusalem. Differentiam autem ordinum nobis suggerit historia, de Sion quidem, quod antiqua fuerit ciuitas & minoris tum amplitudinis: Hierusalem vero fuisse regali magnificentia superiorem, in qua & sanctificatio. Omnes equidem tales scribentur ad vitam in Hierusalem. Beatus plane, quisquis comperietur dignus ea conscriptione in Hierusalem. In superna enim Hierusalem credibile est esse librum viuientium, in quo conscripti sunt Christi discipuli. *Gaudete enim, ait, quia nomina vestra scripta sunt in caelis.* Quum autem particulæ huic, *Qui scripti sunt in Hierusalem*, illa præponitur, ad vitam: necessarium sit scire verumne sint quidam qui scribantur quidem, non item ad vitam, sed iuxta sententiam Hieremiæ dicentis: *Recedentes à te, siue desertores, in terra scribentur.* Iuxta igitur sensum hunc duæ intelligi debent descriptiones. Vna quidem eorum est, qui ad vitam: altera autem eorum, qui scribuntur ad perditionem. Plerumque tamen contingit permutacionem scripturæ fieri, vt quum à virtute dilapsi ad malitiam exciderimus. Namque dictum hoc: *Deleantur de libro viuientium, & cum iustis non scribantur.* Illud item, *Dele & me de libro,* de his dicitur qui dignos se exhibuerint prius, vt in libro Dei conscriberentur. *Quia abluit Dominus sordem filiarum & filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem expurgabit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.* Perspicue attestantur hæc prædicta esse Ioanni dicenti de Domino, *quia ipse est, qui vos baptizabit in spiritu sancto & igne:* de seipso autem, *Ego quidem vos baptizo in aqua ad penitentiam.* Et illud, *De spiritu in regenerationem.* Quinetiam tacite innuit duas esse species baptismatis, nequando ad tertio nem vsu eprogrediat baptismi. Illud quidem expurgatio fuit sordium hoc autem ipsa est regeneratio per Spiritum sanctum, id-

que examen fit per ignem iudicij. Itaque ablutio quidem illa pro tali depositione peccati accipitur: hoc autem in spiritu iudicij & spiritu ardoris, ad eam refertur probationem suæ examen quod per ignem fiet in seculo futuro. Equidem peccata per ignorantiam admissa vtique cum sint veluti sordes quædam, quæ animæ splendorem exterminant, & natiuo eius decori officunt, egent purgatione per lotionem. Quæ vero ad mortem ducunt peccata, eorum nempe qui post acceptam cognitionem, certa animi destinatione flagitia committunt, sanguis vocantur. Et hæc quidem plecti necesse est ardore seu exastuatione iudicij. Itaque quisquis confitetur, seque abluui orat & emundari, suam quidem iniquitatem fatetur egere ablutione, & peccatum emundatione, dum dicit: *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Illi quidem rudes prorsus & insciji diuinorum dogmatum, qui priusquam eruditi essent Dei verbum, peccarunt, tanquam eluuiæ quadam inquinati, opus habent aspergine aquæ, vt eluantur. Qui vero post acceptam vitæ noticiam, consulto ac studio seipfos reddunt obnoxios sanguini, vtique tales opus est purgari per ignem. Equidem licuerit & hunc locum interpretari simplicius. Siquidem peccata quæ superficie tenus admittuntur & externe apparent, suntque leuia, sordi cuiusmodi affimilia videntur: quæ autem altius impressa ex affectu eorum qui delinquant ad nequitiam propendenti, errata & malignè commissa, conferri solent sanguini, quare qui sanguis dicitur, ex eorum medio submoti qui per errorem deliquerunt, expurgandi sunt spiritu ardoris siue exastuationis. Et veniet, & erit omnis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius obumbrabit nubes per diem, & sicut fumi, & quasi lucis ignis ardentis per noctem. *Omni gloria protegetur, & erit in vmbra ab æstu, & in protectionem & absconsonem à duritia & pluuia.* Post expiationem quæ per laucrum regenerationis fit, & eam expurgationem quæ fit per penitentiam, veniet tempus (ait) quando locus omnis conuictus monti Sion. Hoc est, sublimis erit & excelsus, dignus quippe efficietur qui contempletur cœlestia, simul atque apprehenderit septem mulieres, & explendescet Dominus cum gloria in concilio, vt exaltet & glorificet reliquias Israël, quum sancti quoque vocati fuerint, abluta prius sorde filiarum Sion, & earundem expiato sanguine è medio eius. Tunc nubes obumbrabit per diem loca circum circa Hierusalem, ita vt vmbra suppeditet ad coercendum æstum, & protegat à duritie & pluuia, vtque noctem cohibeat accensa lux, sit etiam gloria, quasi vapor suffumigans & apprehendens omnia. Arbitramur porro hæc promitti dignis requie & refocillatione, quandoquidem in domo patris mansiones multæ sunt, & diuersæ distributiones repositæ in terra illius felicissimè hæreditatis, quam sortitio sunt assequuti mites. Hoc est, nonnulli quidem Dei aduentum hilariter præstolantur, quidam autem refouebuntur & conquescent sub regimine cœlestium virtutum, alij vero in gloria quæ ab eo lumine explendescet, quasi ab ameno vapore occultantur. Fortè ipsi quidem monti Sion ea lux affulgebit: quæ autem in eius sunt circuitu, suo splendore cuncta illustrabit per diem nubes: Et hæc quidem non aliunde sortitura ortum suum, quæ ab eo lumine. Quæ admodum & fumus ab igne, ita & nubes à lumine suam mutuat substantiam, sub cuius obumbratione genialiter versantes insigni gloria perfruuntur, quippe qui splendore circumfunduntur à nube ipsa promanante, quæ in estu quidem se expandit supra capita eorum, suauem & peramcnam refocillationem suggerens per eam obumbrationem. Eadem verò, imbre apriori, & cum impetu decidente, vicem supplet vmbra culi addensati ac solidi, & abundè protegit eos qui opus habent quopiam latibulo, ob vehementiam pluuia, & suauem densitate coërcet oculos. Eiusmodi erat nubes lucida discipulos vtique cingens, quo tempore transfiguratus est Dominus. Quum autem perseuerans stat & quasi concreto quadam compactæ nubis fit, signum est sequuturæ serenitatis. Eam enim tranquillitatem futuri illius ordinis ac status præmonstrat per operimentum ac velamen. Proinde vt explanatiuus sensum percipias, quid illud indicat: *Et à periculis in abscondito siue in absconsonem protectionis:* Ad id igitur tali paradigmata promouemur. Sit vnus aliquis, qui ab hostibus

Amplius  
laua me  
Domine.  
Psal. 50.

† ἀπὸ  
σκληρότη-  
τος.

\* Septem  
scilicet dona  
Spiritus  
sancti.

\* Veni mi-  
tes, Matt. 5.

† παρὰ  
δειγµα.

Rom. 13.

Luc. 10.

Hierem. 17.

Psal. 68.

Exod. 32.

Matth. 3.

hostibus quidem quæritur, à domesticis vero & familiariter notis in quapiam domuncula alicubi obseruatur & custoditur in loco perquam difficili inuentu. Equidem tale aliquid intelligendum est fieri à nube illa diuinæ protectionis circa sanctum, vt ne facile intercipiatur hostium manibus. Tanta ad hoc scripta sunt, vt dilucidius intelligeretur

A auxilium esse eis exhibitum qui versantur in circuitu montis Sion, in hoc vt interdiu quidem obumbraret eos nubes, qua ab æstu protegerentur, nocte vero illustraret eos lux accensæ ignis, vt & vtroque in tempore tuti esse possent ab insidiantium manibus.

B. BASILLI MAGNI

ENARRATIO

IN

QVINTVM CAPVT ESAIÆ.

\* ἀγαπῆδ, amabilis, charissimi Hieronym. Exod. 15. † δεδῶξα-σθα, glori- ficatus est.

**A**gedum, cantabo dilecto Canticum \* dilecti mei, vinea mea. Cantica omnia videntur in se complecti alacriore rerum gestarum statum & ordinem. Quod in Exodo scribitur Canticum triumphale est, nempe pro impetrata victoria: *Cantemus Domino: gloriose enim † magnificatus est.* Canticum canticorum nuptiale est carmen, dramatico opere pertextum. Præfens autem sermo comminationem continet aduersus vineam iusto Dei iudicio allatam. Porro an terribilia hæc quæ intentantur populo, referantur ad exitum suauem & placidum, decenti admodum ordine inserta sunt hisce canticis. Quæ autem cantionem hanc pronuntiat persona, Spiritus sanctus est, qui quidem canticum emodulatur vineæ sibi dilectæ. Est autem & hoc canticum vnice dilecti. Quis vero ipsi natura charissimus, si non vnigenitus, qui & bonum illud per se expetendum est, quod appetunt omnia? cuius amabilis dilectio mentibus omnium qui sint ratione præditi, inexplicabili quadam natura inferta est & infillata? Quando igitur iuxta vocem Domini paracletus ab vnigenito accipit omnia & annuntiat nobis, & canticum astruit esse sibi charissimi, tanquam ab eo acceperit, vtique canticum ipsa canticum est sibi dilecti penitentiam agenti vineæ: in peccato autem persistenti lugubre fit lamentum & væ, quemadmodum in Ezechiele didicimus in eius libro scriptum carmen & lamentum & væ. Sermo autem Domini ad vitam æternam inuitans, & ad cælestium bonorum fruitionem aduocans, melos erat animas expergefaciens ad numerosam concinnamve & moderate compositam motionem, necnon extimulans ad efficacem virtutum actionem. Ioannis denique prædicatio qua perfidos illos & maligne obsequentes attentos reddebat, vt eos pœniteret male commissorum, lamentatio erat impenitentem conficiens mœrore ac tristitia ad salutem. Iudæi tandem per callosam excitationem cordis deprehensi sunt nulla benignitate sermonis persuaderi potuisse ad vitam, neque ad excipiendam pœnitentiam asperiore acrimonia verborum vrgeri. Atque adeo canticum quod in manibus est, laudem continet priscæ illius generositatis, idque assidue: coarguit insuper præsentem malitiam, minalque intendit malorum quibus discrucianti erant. At ne sic illa populum inobsequentem ac male morigerum reuocarunt ad expendendam propriæ dignitatis vocationem: neque hæc eorum insolentiam compescere potuerunt & meliores reddere. A laudibus sumit exordium illius priscæ generositatis. *Vinea facta est dilecto in cornu, in loco vberi.* Vineam dicit populum Israeliticum. *Vineam enim ex Aegypto transulisti.* Et in Hieremia populum obicitur populo, per eandem similitudinem. *Ego plantavi te vineam fructiferam, totam, veram. Quomodo conuersas in amaritudinem vitis † aliena? In cornu, in loco vberi.* De terra dicit ab Israelitico populo occupata, data patribus eorum, iuxta Dei promissionem. *In cornu, in loco vberi.* Eximia laus paucis comprehensa verbis. Cornu reliqua omni corporis parte est eminentius ac solidius: simul quidem ornamentum adfert capiti, simul vero præfens armatura est ad propulsandas iniurias. Quinetiam sua siccitate est retorridum, quippe quod humore omni caret: eoque cornigera animalia non ad cornu matris impetu feruntur, sed nullo licet do-

Exech. 2.

Isal. 79.

Hier. 2. *iniqua LXX † ἡ ἀμπελὸς ἡ ἀλλοτρία.*

**B**cente eius mammam requirunt, locum plane humidum & pinguem. Declarans igitur sermo, quia Iudæorum regio esset ex se ad vtraque sufficiens, quæ eos tueretur & protegeret ab excursionem hostili, simul & capax esset eorum qui eam incolere vellent ac morari, hinc coniunxit vtramque particulam, in cornu & in loco præfertili siue vlginoso: hoc est, in terra solida & corpori alendo peropportuna. Iam vero particulam sermonis huius in expositione huius sententiæ profundius quidam attingunt. Quemadmodum enim cornutorum animalium caput principio suæ natiuitatis erumpit seque terram versus inclinat: tandem vero plene absoluitur & prodit. Nonnunquam & serius proprium recuperant ornatum per incrementa emergentium cornuum. Ad eundem modum Israel. Primum gentium omnium ad familiarem Dei beneuolentiam accitus est, dicente scriptura: *Factus est populus Domini, pars eius: funiculus hereditatis eius Israel.* Post enim accepta incrementa omnia dignus censetur qui omnibus suis perficiatur numeris. Quum enim plenitudo gentium introierit: tunc omnis Israel saluus fiet. Obtinuit fama quædam in Ecclesia memoriam conseruans non quidem scripto proditam, quæ & talis est, quod prima vtique Iudæa hominem habebat incolam, nimirum Adam simul atque excidit delicias paradisi in hac terra collocatum, ad mitigandam iacturam bonorum quibus fuerat exutus. Prima igitur etiam mortuum hominem excepit, qui & illic eam cui addictus erat, sententiam condemnationis plene est exequutus. Itaque insolens esse ac nouum videbatur illius ætatis hominibus spectaculum, Os capitis defluente carne nudum. At illi recoridentes cranium, loco illi nomen indidere *Κραβίον*, id est, Caluariam. Probabili ratione potuit Noe non ignorasse sepulchrum principis huius & mortalium omnium primigenij: siquidem hac re fana à diluuium mox per orbem propagata est ab ipso & dimanauit, eoque Dominum excussa origine humanæ mortis, in loco qui *Κραβίον* dicitur, id est, *Caluaria*, passus est, vt quo in loco corruptio siue mors hominum initium accepit, illic vita regni suum sumeret exordium. Et quemadmodum mors inualuit in Adam: ita & in Christi morte inefficax redderet & pessum iret: Ob hoc, *in cornu*, † tanquam aduersus inimicum habente arma tutelaria, nempe Crucem Christi: & pingui, tanquam sitis regionis post paradysum, principem laudem fecunditatis auferat inter omnes quæ sub cælo sunt. *Et sepe circumpositi, & vally circumdedi, & plantavi vineam † Sorec: & adificauit turrim in medio eius, & torcular fodi in ea.* Series tenorve sententiæ istius non vsquequaque respondet nature rerum. Prius enim plantatur vinea quam alligetur palis aut pedamentis. Siquidem statumina siue pedamenta auxilio sunt vineæ ad suffulciendos fructus eius atque à terra erigendos. Aut nunquid agricola solens qui sit ac prouidus, ad primum apparatus, vbi omnia adornauit, demum aggreditur plantationem. Ob hoc in primis hic sepe ambit locum, dein vallis siue statuminibus communit, ad hæc plantat vineam, nõ qualem cunq; sed *שורק* *Sorec*, id est pulcritudine & fructu præfertilem, quam Symmachus interpretatus est *ἐλεκτὴν electam*. Quid igitur sepes hæc inuit aliud, quã nimirum præcepta quæ dedit populo, priusquã eos induceret in terrâ promissionis? A Deo postea prærogatæ sunt \* vires

Confirmat Collatione.

† ἀμὸν ἡν-ρες, ἡνι cornu ceruini, hinc ἀμὸν ἡνός † שורק viciis, vinea que ἐκκλησιαστος, ἀπὸ χριστιανὸς ὁ ὑβερταὶς fructuum.

שורק ἐκκλησιαστος ὁ ὑβερταὶς \* δὲ ὑβερταὶς quibus

quibus prævalerent aduersus hostes & gentes quæ eam prius incolebant regionem & ad interuentionem perducerent, id quod vallos ad suffulciendam vineam dixit, vt fructus ederent in sublimi erectos & spectabiles, à lapsu subleuantes eos, ne ab omni parte paterent præde hostium. Secundum hoc sequitur † plantatio electorum, quippe qui prodierunt ex femine Abraham, Isaac & Iacob electorum Dei. Turris autem in medio vineæ ædificata, profecto templum est in medio Iudææ collocatum: torcular vero, ipsa est Synagoga Iudæorum. Quandoquidem prælum siue trabes exprimendo vino accommodæ Ecclesiam Dei proprie insinuant ex omni gentium natione adornatam, cuius gratia Regius Pálates *cantica* concinuit *epilenia*, id est pro torcularibus, dum videlicet exprimerentur vna. Quinetiam torcular præparatio est per legis obseruationem, & præmeditatio excolens animum ad pietatem. Et quidem prælum quantenus promouet ad vnitatem: torcular vero aliqua etiam ex parte præparat ac prouehit ad perfectiora. *Expectaui vt faceret vnam: fecit autem spinam.* Conueniebat isti electæ plantationi, tanta & tam solerti cura excultæ, vt dulces ederet fructus. Ab his enim qui se profitentur filios Abraham, repetuntur & Abraham opera. Atqui pro expectata vna spinas edidit, hoc est, pro eo vt exhilararet & recrearet, totum se comparauit, vt stimulis perurgeret, lancinaret, & ex quibusque proximis exurgeret sanguinem. Iuxta enim Euangelicam parabolam: *Quemnam prophetarum non occiderunt? Nec arbitror illos spinarum nomine sugillari ob id solum, quod natura fuerint sanguinaria ac cædium appetentiores: sed quod Dei minus † amantes amantiores fuerint voluptatum, & anxii solitudinibus istius vitæ, tanquam spinis adstricti mente. Quemadmodum enim spina non profert vnam: ita nec fermentitius malleolis spinam aliquando producit. Eam ob rem ait Dominus: Nunquid colligunt de spinis vnas? Atqui spinas pro vuis proferunt Iudæi. Et nunc homo Iuda & inhabitantes Hierusalem, iudicate inter me, & inter vineam meam. Si vinea Domini domus Israel est, & homo Iuda planta dilecta: quamam ratione pro vinea lis intendi aduersus vineam? An quod scriptura vult propter incontrouersam argumentorum euidentiam, vt iudices ipsi aduersum se pronuntient sententiam? fecit & hoc Nathan aduersum Dauid, quando eum constituens propriæ iniquitatis iudicem, excellentem ostendit magnitudinem suæ benignitatis, quod attinet ad æquabilitatem iudicij quo se demittit Deus suis condescendens famulis. Simul etiam insigne quoddam præfert iusti iudicij, vt qui sententiam subeunt condemnationis nihil possint contradicere executioni iudicij. Hinc ait, *Iudicate inter me & vineam meam.* Et dicite quid non factum sit eorum que conferunt ad proferendos fructus? *Quid enim (ait) facere debueram vinea mea, & non feci? Quid enim non sedulo ac diligenter exhibui ipsi, eorum quæ officij erant? mei Locus nonne præfertilis & opimus, idemque munitissimus? Nonne sepes ambit ipsam? Num & suffulciendæ viti adfuit valli? Num vsquequaque generosa plantatio? Nonne turris? Nunquid torcular? Num aliud aliquid dicat quis? Cæterum quæ hoc sermone dicuntur, putandum est eadem dici aduersum nos, qui ad hoc acciti sumus, vt fructus iustitiæ proferamus: & ecce per immodicam cupiditatem congerendam opum in tentationem & laqueum incidimus, inque concupiscentias absurdas prorsus & noxias deuoluimur, quæ quidem homines demergunt in abyssum interitus ac perditionis. *Expectaui vt faceret vnam, fecit autem spinas.* Sententiæ eiusdem † repetitio quiddam in se continet quod ad rem exprimentam sit vsui. Etenim qui superiore loco pronuntiabat canticum, dicebat: *Expectaui vt faceret vnam.* Hic autem cum eis textit sermones quorum gratia in disceptationem iudicij descendit: *Iudicate inter me & inter vineam meam.* Hoc ad illud respicit, *Expectaui, vt faceret vnam, fecit autem spinas. Nunc autem annuntiabo vobis quid faciam vinea mea.* Clementiæ Dei erga homines peculiare, hoc est, non clam aut silenter ingerit supplicia: sed intendens comminationes ea prædicat affore, per hoc peccatores inuitans ad pœnitentiam, id quod fecit Niniuitis, Iona præcone. Israeli item quum deliquisset, neuiquam tacite extremam inuexit perniciem: sed famulo suo excitato ad supplicandum pro populi pec-**

catis, pœnas prænuuntiabat, dicens: *Et nunc dimitte me, & delebo populum hunc.* Simile quiddam ex Euangelio edocti sumus à sic sumpta parabola, dicente Domino agricolæ: *Ecce triennium est, ex quo venio ad hanc sicum, querens fructum in ea, nec inueniens. Succide eam. Vt quid etiam terram occupat? Sane hoc dicebat, agricolam quidem excitans, vt eam diligentius excoleret, sterilem vero animam promouens ad proferendos fructus se dignos. Quod autem dicimus, licuerit manifestus deprehendere apud Hieremiam: *Ecce enim (ait) sicut lutum figuli, sic estis vos in manibus meis, domus Israel, dicit Dominus. Ad summam loquar aduersus regnum, vt auferam eos & disperdam. Et si se conuerterit gens illa à malis suis: & agam ego pœnitentiam super malis que cogitauit vt facerem eis.* Et ad summam loquar aduersus gentem & regnum, vt reedificetur & plantetur, & facient mala in conspectu meo, ne audiant vocem meam, & agam ego pœnitentiam super bonis que loquutus sum, vt facerem eis. Ad eundem igitur sensum etiam hic accipimus hanc † dubitationem siue suspensionem, non certam sententiæ pronuntiationem, quod omnino id sit euenturum, sed comminationem qua à peccato quis conuertatur. *Quid igitur est, quod interminatur? Auferam sepe eius, & erit in direptionem: & destrua murum eius, & erit in conculcationem: & dimittam vineam meam, & non putabitur, neque fodietur, & ascendent super eam, sicut super incultam terram, vepres: & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. Nam vinea Domini Sabaoth, domus Israel est: & homo Iuda, nouella plantatio dilecta. Expectaui, vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem: & non iustitiam, sed clamorem. Resumptis & singulis quibusque comminationibus diligenter expensis, sensuque earum solerter explorato, excutiemus ipsi nihilne eorum quæ dicuntur nos ipsos attingat? *Auferam (ait) sepe eius.* Sepem hanc congruit vt interpretemur præcepta legalia, siue Israël, ex ea quæ ad Ephesios est, Pauli Epistola dicentis: *Quia is est qui medium parietem sepiamenti aut macerie soluit, legem mandatorum decretis euacuans.* Hoc enim credebatur esse tutelare præsidium & custodia Israëlitiæ populi, qui & arcebat permissiōe & vnione populorum, quo propter graue legis iugum, suapte alioqui ignauia detrectabant sermonem diuini cultus excipere. Qui igitur in dogmatibus siue decretis, hoc est carnem & humilem legalis literæ obseruationem, inuitaui sublimi sua contemplatione, idem medium parietem macerie soluit, suum quidem populum non sinens esse immunitum, sed circumplectens eum & introcludens vno eodemque ouili, vt fiat vnus grex & vnus pastor. Nunc igitur verbum, sepe, siue maceriem comminatur se esse demoliturum, hoc est, insinuat se sublaturum ab Israëlitiæ populo præsidium omne præseruatorium. Cæterum nequando etiam vnusquisque nostrum (quum habeamus sanctum Angelum qui se interponit in circuitu timentium Dominum) stricto examine deprehensus in peccatis, intentatæ huic plagæ reddatur obnoxius & sanctarum virtutum muro tutelari spoliatur; qui quidem quanto adfuerit tempore, eos conseruant in expugnabiles quos sua dignantur protectione. Anima autem omnis tutissimo hoc præsidio destituta, in direptionem exponitur hostibus, hoc est, virtutibus quæ ex contrario nobis oblectantur: & in conculcationem illius gloriabundi qui dicit: *Obambulata terra in adsum.* Tale quiddam & Psalmus de vinea dicit, *Vt quid destruxisti sepe siue maceriem eius? Et, Exterminauit eam aper de sylua.* Qui enim sepi non sunt vi rationis simul & Angelica virtute, hi vtique expositi sunt perturbationibus animi absurdis prorsum, perque redundantem in eis graueolentiam peccati exponuntur deprædantium manibus, vt tanto amplius se volent ac versentur in cœno peccati, seque penitus vili luto contegant. Huic simile est quod ait Apostolus: *Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in passionem ignominie, vt faciant ea que non conueniunt.* Hoc est, à se excutientes fidelem animæ custodiam quæ proficiscitur ex instinctu rationis, expositi sunt pecuinis cogitationibus, & improbandæ culturæ demoniorum quæ ad omnem immundiciam efficacis sunt; Et quidem comminatio hæc incubuit Israël, quum ob peccatum aduersus Dominum traditi gentibus, in direptionem abierunt & conculcationem hostium. Deinde ait. *Et destrua***

† φουδία.  
πύργος.  
πρωλήνιον  
λίνας.  
ἐπιλήνια  
ἄσματα.

† φιλόθεος  
φιλήδονος.  
A Collatio-  
ne.  
Matth. 7.

2. Reg. 12.

† ταυτολόγια.

Exod. 32.

Luce 13.

Hier. 18.

† τὴν πόρ-  
ῆσιν, lege  
ἀπόρησιν.

Prima cō-  
minatio.

Ephes. 2.

Iob 1.  
Psal. 88.  
Psal. 79.

Rom. 1.



destruam murum eius, & erit in concalcationem. In superioribus enarrans multiplex à se collatum in populum beneficium; ait: *Septem circumposui & edificavi turrim*: hic autem, *Auferam septem eius & auferam murum*, pro turri, ut arbitror, dicens murum, quando & turris quatuor constat muris, angulis inter se confertis, ita vt etiam illic intelligamus turrim fuisse positam sublimi ambitu murorum circumuallantem vineam, vt ad eam inaccessus esset aditus, nec manibus exponeretur inimicorum. Quin & nobis adimuntur molitiones murorum, quum per focordiam & torporem nos indignos reddiderimus tutela diuinorum dogmatum. Equidem iusto Deus turris est à facie inimici: à peccatore autem tanquam derelicto custodia omnis auferetur, totiusque fortitudinis munitione ac propugnaculo priuabitur. *Et dimittam vineam meam, & non putabitur, & non fodietur*. Quod à Deo deserantur peccatores, fit per eorum ignauiam, vt vel hinc liquet. Ait enim Scriptura de his quorum saluti consulit. *Non te deseram, nec vnquam te derelinquam*. De quorum autem salute prorsus desperat, tales finit abire ad explendas voluntates carnis & cogitationum suarum, quando eiusmodi institutio vitæ eis cessura sit in perniciem. Itaque ait: *Dimittam vineam*. Quodque ei id contingat deserente eam Domino, subnectit. *Nequaquam putabitur, neque amplius fodietur*. Quemadmodum enim qui vineam putant, adstringunt eius vites & interne continent, vt maiore cum temperamento procedat ad proferendos viles fructus. Ad eundem modum contingit animæ assiduitate afflictionum propendenti & incuruatæ. Quodammodo in se contrahitur, seque vitiliter demittit atque humiliat & ad sui diligentiorum custodiam retrahitur, in rebus peragendis id eligens quod necessarium sibi censet & vsui futurum. E diuerso, anima quæ indulgenter ac remisse viuere finitur, perinde atque vinea quæpiam neglecta, eluxuriat & syluescit fermentis, seque effundens circa incommoda nec vllam adferentia frugem, natiuo succo exhauritur, in hoc instituens omnem suorum operum ostentationem, vt multos in errorem pelliciat. Qui opera exercet corruptioni obnoxia, vti que assimilis est vineæ, ligna, folia, clauiculos siue capreolos nutrit. Vinum tamen desipientiæ effectuum producet, quod nequaquam recondi possit in regalibus apothecis. Vineæ igitur neglecta siue dimissa grauius hæc patitur. Ait enim, neque putatur, neque foditur. Dicitur est, quid sit non putari vineam, hoc est, nullis circumstantibus obfistentis obledi & obtundi, id quod ad eorum vtilitatem qui tribulantur, dispensatur. Non foditur autem dum docetur ad se omnem arripere circumstantem materiam ad propriam vtilitatem, cuiusmodi diues non pastinatus nec defossus est qui animam habet graui onere expressam terrenarum opum, ad quem neque delabatur cælestis pluuia. Non enim per multam vanitatem in anima congestam potest ad radicem vsque pertingere imber. Attamen qui edoctus punctuatio sermone se eo comparat, vt turbam rerum terrenarum & corruptibilem excutiat à se, & quidem vt respiret ab ea sollicitudine, arcana animæ denudet cuiuspiam, radices vero amaritudinis & euertere conetur & arefacere pastino pœnitentiæ: talis plane vinea est probe effossa, qua fodicatione fit, vt ab ea arceatur veprium renouatio: hoc est, vt locum non habeant vllum anxietatis istæ sollicitudines vitæ huius per eam terrenorum subuersionem. Adde his, nec iam opus sit, vt putetur. *Ego enim sum vitis vera, Pater meus agricola est*. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Et eum qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Ignauus autem ille dispensator ait, fodere non valeo: qui autem strenuus est dispensator ac prudens, vineam suam pastino circumfodiet scite admodum: hoc est, quæ sua ipsius sunt, discutiet omnia & accommodabit suæ primordiali vitæ: ostendens, quia sicut quæ ab radice quædam tenus recedit terra, alimentum fit planta: quæ autem radici adiacet proxime, eam comprimit & degrauat. Sic & ambitus opum, si quando ditescere cupientibus ingruerit: animas quidem eorum in imum tartari demergit, alienata autem ea substantia à suis detentoribus, & distributa in indigentium vsu, tunc eorum propria fit possessio. Vineæ enim, si quando non putatur, non item foditur: suapte natura spina ascendit super eam incultam terram. Siquidem

A Saluator noster eos qui se totos implicant istius vitæ sollicitudinibus ait esse terram erumpentem in spinas. Fructum quidem diuini verbi excipientem, sed quæ spinarum aculeis suffocetur. In animam etenim diligenti agricolatione destitutum confluit multitudo copiosa anxietatis sollicitudinis. Ob hoc ait Propheta: *Ascendent super eam quasi super terram inaratum, vepres vel spinae*. Proinde obserua eum dixisse superius, *Expectaui, vt faceret vnam, fecit autem spinas*. Præsentis loco adiecit particulam: *Ascendent siue accrescent*. Plane sermo hic subindicat magnitudinem quandam malitiæ ac dissolutionem vitæ iusto immoderatiorem, per spinarum ascensum. Dein quando vineæ istius germina improbanda veniunt, ab ea tollitur pluuia: quandoquidem auxiliari gratia Dei sibi prærogata non vt conueniebat, vsa est. Itaque etiam nos si quando deprehendemur minus recte vsi occasione rei bene gerendæ indulta nobis à Deo, tunc nobis adimitur cæleste præsidium. Porro vinea hæc, Israëliticus populus inaratus manet & incultus, quod fructus quos edere debuerat, non reddiderit Domino: quin potius, seruos quidem ad se præmissos flagris concidit, obruit lapidibus & occidit. Denique in filium ipsium Domini vineæ manus intorsit violentas ad necem vsque. Istiusmodi flagitiosæ actiones omnes & iniustæ spinarum nomine præsignatæ sunt, quod hæc sint aliud nihil quam genimina terree maledictæ. Merito igitur præscribitur nubibus ne pluant super vineam talia producentem. Ecquæ tandem hæc nubes, ecquis hic sit imber, ad dictorum intelligentiam vt pertingamus, tentemus nosse ratione physica siue naturali quæ de nubibus est. Est igitur \*nubes aer crassus ex humectæ exhalatione circa terram compactus & consistens, dein ventorum aspiratione in sublime eleuatus. Ea nebula si quando ab ipsis vaporibus acceperit iustam collectionem, pondusque accesserit sufficiens ex inspersa humiditate istius exhalationis: tunc in terram demittit stillas. Hæc quidem est natura imbrium suam: est terra trahentium originem, qui que rursus ab aere in terram delabuntur. His assimilés erant & Propheta. Ex communi quidem conditione naturæ ducebant originem: ob tamen mundiciam animæ, virtute sancti Spiritus maiorem in mundum eleuati stillas vitalium verborum auditorum instillabant, qui probatæ essent vitæ & ad proferendam frugem idoneæ. Talis erat Moses, quum diceret: *Expectetur vt pluuia, tunc eloquium meum*. Rursus. *Quasi imber super gramen, & quasi nix vehemens super fanum siue herbam*. Itaque cælestes istæ virtutes mandatum accipiunt, ne pluant super vineam spiniferam, quæ Dominum meum proprijs coronauit spinis: Quare intra synagogam illam etiam hodie cõticescit verbum Dei, nec est iam Propheta, non Princeps, non item Dux: sed intoleranda siccitas aeris, nec quidquam habens cælestis nebulæ, atque adeo sententia veteris illius maledicti aduersus eam pronuntiata, confirmatur. Nimirum hæc, *Et erit tibi cælum quod supereminet capiti tuo, æneum: & terra qua subter pedes tuos est, ferrea*. Rursus, *Det Dominus pluiam terra tue, puluerem: & puluis siue terra diffuens, è caelo descendet super te, donec exterat te*, non in posterum stillabunt nebulæ spirituales. Non enim amplius Propheta. Quod si plueret dicantur, nihilo tamen minus qui pluit, Dominus est. *Non est enim* (ait Propheta) *qui pluat sicut tu*. Et rursus ex persona Dei dictum est: *Et pluam super vnam ciuitatem: super autem ciuitatem vnam non pluam*. Pars vna compluetur & pars super quam non pluerit, exsiccabitur. Dispensante quam optimi Dei clementia pars deteriorum nullo perfunditur humore, vt in ea arescant germina totius malitiæ. Perspicue sensum exhibuit dicti huius, nimirum quia nomine vineæ domum intelligit Israël, aduersus quam euenturas promisit quæ prænuntiata & prædictæ sunt comminationes. *Et homo iuda, nouella plantatio dilecta*. Appellatio Iacob dissecta est in Israël et Iudam, prius quidem quum defuncto Saule regnaret Dauid, partito populo in filium Saülis & ipsum Dauid: deniq; sub Roboam, quo tempore Hieroboam filius Nabat ademit regno tribus decem, qui peccare fecit Israël, ob hoc etiam nunc duplicem fortitur appellationem. Ex quarto autem Regnorum libro videtur Israël amplius peccasse, quam obrem præ Inda in captiuitatem citius est abductus. Et in Ezechiele pro peccatis Israël,

Iosue 1.  
Rom. 13.

Cõfirmatio  
ex Collatio-  
ne.

† δινον  
ἀπορροϋνης

Ioan. 15.

Collatio-  
gans.

Aristot. de  
mundo.  
\* sine ne-  
bula.

Deut. 32.  
ἀπόρροη-  
μα.  
Sententia  
scita &  
breuis.

Deut. 28.  
iuxta LXX  
libid.

tis Israel, nonaginta tres dies numerantur: pro Iudæ autem peccatis, quadraginta: quare etiam præsentis loco domus quidem Israel redditor nomine vitis spinifera: homo autem Iuda non etiam vinea, sed nouella plantatio, non qua in vepres redacta sit, sed dilecta. Proinde quisnam homo ex Iudæ exortus cuius vita adoleuerit in ætatem integram & vere idem fuerit dilectus: non admodum difficile fuerit nosse ei, qui sciat talia contemplari, nempe, *Expectaui, vt faceret iudicium: fecit autem iniquitatem, & non iustitiam, sed clamorem.* Quum iuxta Salomonem, *cogitationes inistorum, iudicia: a nobis exigitur, vt cum iudicio faciamus omnia, nihil proinde per indiscretionem.* Etenim multiplex legis transgressio vitam comitari solet indiscretionem nec iusto examine discussam. Nam qui minime confectatur ductum rectæ rationis, nec discernit quid sibi sit agendum, is vtique iniquitatem facit, non ambulans ad legis canonem sibi præstitutum, nec operatur iustitiam, sed clamorem, estque tumultus author & confusionis, idcirco quies eorum in quos fertur sententia, legitimis conuenit & iustis iudiciis: vt quæ per iudices decisa sunt, excipiant citra seditionem. Ex iniustis autem iudiciis clamor erumpit ac tumultus seditionis cietur ab eo qui succenset & indignatur propter iniustitiam. Admonet Apostolus hunc nobis vitandum clamorem, dicens: *Omnis clamor & tumultus tollatur à vobis, cum omni malitia.* Est autem & clamor quidam honestus, nec improbandus, cuiusmodi fuit, quo Dominus quum staret in templo clamauit, quo item David vsus est, quando dicit: *Vocem ad Dominum clamaui.* Quod id nominis ordinatum sit ad iudicandum inter se pugnantia, nihil mirabile. Equidem significat nunc quiddam turbulentum & fastuosè arrogantia plenum: nunc vero insinuat præstantiam vocis & naturæ cælestium dogmatum. Verum in præsentis sententia clamor affinis est ei qui à Sodomis & Gomorra ad Deum ascendit. *Væ qui coniungunt domum ad domum, & agrum agro propius accumulanti: vt à propinquo auferant quiduis.* Nunquid habitabitis soli super terram? *Audita enim sunt hæc in auribus Domini Sabaoth. Si fuerint domus multe, in desertum erunt, magno & pulchre, & non erunt qui habitent in eis. Vbi enim operantur decem iuga bouum, faciunt lagunculam vnã. Et qui seminant artabas sex, faciunt mensuras tres.* Miserum in modum lugent nunc, qui exarserunt immodica cupiditate plus iusto possidendi, minutim accidentes quæ essent proximorum, neque contenti propriis domiciliis quæ in agris possidebant, non item acquiescentes suis possessionibus: sed in dimetiendis agris qui exarati essent, limites transgrediebantur proximorum, perque suam inexplebilem auaritiam, domunculas vicinorum vnde quæque circumsepiebant, vt in angustum eos contraherent, nec sustinebant intra proprios fines habitare: sed hoc prætextu in speciem rationabili abutentes, dum ad exaltandam intemperantem suam cupiditatem quæ sibi contigua sunt & coniuncta vicinorum prædia sui censent hæc iuris: aduersum quos argutissime occurrit scriptura hæc dicens: *Nunquid habitabitis soli super terram? Si enim propterea iustum est extorquere à vicino tuo terram quam colit, quod tibi sit contigua, nimirum hoc eiecto, apparebit rursus alter tibi vicinus esse, idque dento cor plus iusto appetens alieni tibi suggeret, vt quiduis proponas aduersus illum, verisimili quapiam ratione subindicans profere tibi, siquidem eam finitimam terram acquiseris. Mox is vbi emigrarit possessiuncula sua nudatas, accedet & tertij ager in partem possessionis tuæ. Denique alius quispiam vicinus: iam cura aliæ succedunt, vt & illum à te propellas, tibi que vendices substantiam quæ erat quarti vicini. Quis tandem futurus tibi finis est immodicæ istius cupiditatis? Plane liquet cor sic auidum vsurpandi aliena assimilare esse igni per accensam semel materiam euaganti. Hæc quidem depascitur & corrumpit: in alia vero inuolat & insilit violentus. Profecto sicut inopia materiæ incendium extinguit: ita & cor immodica cupiditate acquirendi flagrans, & oculum inexhaustæ auiditatis, nulla arte alia coercere poteris, quam si definitis tecum nihil omnino possidere. Itaque scriptura hæc è longinquo mederi cupiens morbo huic prope grassanti iam & inualescenti hæc proponit animæ alienis inhiantis opibus. *Nunquid habitabitis soli super terram? Si quæ sunt vicini concupiscis, ipse autem nihil omnino**

A abs te accipiet: profusum necesse fuerit, vt ad extrema pertingas tandem terræ huius nostræ habitabilis. Id vero perarduum quum sit, & factu vix possibile: tuum ipsius impetum huic ad perniciem animæ propendentem reuoca, ô homo, finemque imposito primæ cogitationi, his contentus quæ accepisti, perdurans in his quæ habes. Præsertim quum noveris magnificam istam fabricam ædium quæ sumptibus per iniustitiam quasitis constituerunt, destituendas esse habitatoribus. Proinde non semel declaratum est totam aliquando regionem sterilitate fructuum laborasse, propter inexplebilem auaritiam. Plerumque enim Dei iustitia futurum illud anticipat iudicium, & ædes prius numerosa hominum turba cultas, succedente licet iuculento annonæ prouentu, eo tamè adducit: vt destituat habitatoribus, quod exædificatæ sint sumptibus per iniustitiam comparatis. Ipsi quidem nouimus nec raro vniuersas familias profusum ad interuentionem esse deductas: sic vt per inopiam successorum, magnificæ ac sublimes ædificiorum structuræ ad terram defluerent. Quinetiam quot quantiue suarum possessionum limites propagarunt præter æquitatem, nempe vsurpando quæ proximorum erant, vt cumulatiores census congererent, nec sine suspitiis eorum qui in fraudem inciderant. At qui tales demonstrati tandem sunt excidisse à Dei benedictione: ita vt vbi iuga bouum decem opus confecerant, vix lagunculam vnã vindemiatione sua implerent, & vbi sex artabas essent per fractionem disseminatæ, fructus enati mensuræ vix tres collectæ sint, quæ per pusilla est portio eorum quæ iacta sunt, seminum. Et hæc quidem sententia ex se multum habet vtilitatis. Non difficile potest quiuvis studij laborisve patiens ex hac prophetia iuxta anagogen enarrata ampliorem elicere vtilitatem. Domus enim vniuscuiusque nomine intelligi possunt dogmata atque operationes, propter compactilem & addensatam obscuritatem coniunctam compositioni quæ in sententiis delitescit, de vnoquoque dogmate: ob id quemadmodum fundamentum in domo reliquæ structuræ subternitur: ita & in constituendis dogmatibus quædam supponuntur, ceu sunt prima principia, quibus innixi sua dogmata explicant, consentaneè & coniunctim primis simul subiungentes principia. Quot quantive tandem fidei dogma (quod pro fundamento & principio habet Dominum nostrum Iesum Christum) conferunt & coaptant dogmatibus alienis & abhorrentibus à cultu Dei? Hi sunt, quos deplorat & luctu profequitur hæc scriptura, quod rem admittant vehementer indecoram, domum coaptando domui. Nam quod dogmata quæ consentanea sunt cultui diuino, nomine domus intelligantur: ipse Dominus per parabolas nos edocuit dicens. *Quia omnis qui audit meos sermones & facit eos, assimilabitur viro \* prudenti qui edificauit domum supra petram.* Quin etiam Paulus in priorè ad Corinthios epistola simile quiddam nos edocet, dicens quia vnusquisque eorum qui in Christum crederent, sibi domum edificat. *Fundamentum enim (ait) aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus.* Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam. Iam quando inter eos qui adornant sua dogmata, hi quidem riuu & subannatione digna sentientes, rem ædificant ludicram & deridiculam: alij autem honestiores res magisque serias nec indignas laude componunt. Michæas conatus demoliri & euertere istiusmodi derisorum fastus pompaticos ait: *Qui in Geth, ne magnificemini: & qui in Accaron, ne reedificetis de domo irrisoris vestre.* Rursus idem acciorem plagam inferens improbandis istis doctoribus, ait: *Audite igitur hæc duces domus Iacob, & reliqui domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia quæ recta sunt, peruertitis: Qui edificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniustitijs.* Quisquis aliena dogmata instruit, ædificat Sion, hoc est, suam ipsius obseruationem suæ specularum, in sanguinibus: & qui constituit Ecclesiam malignantium, ædificat Hierusalem in iniustitijs. Si igitur species edificandi duæ, vna quidem commendatur, quæ quis edificat supra petram, & fundamentum, nempe Christum, altera improbanda venit, quippe quæ exponit se derisui & est perditione digna, non ab re Scriptura tales fatetur esse miseros qui amplas & magnificas ædes extruunt,

Prou. 12.

Ephes. 4.

Psal. 3.

† Ezech. 30-75.

Collatio nō inelegans.

Γράμματα.

De artaba vide Hiero. &amp; Herodot.

Memorabilis sententia.

Matth. 7. \* φρονιμω.

1. Cor. 3.

Mich. 1.

Mich. 3.

truunt, & adaptant vnicuique viliori, qui quadatenus in sinceris erroribus impermixta conferunt. Animum autem aduertes, num forte omnes homines, quantumque de veritate tradiderunt sua dogmata, fanis quibusdam ac veris fuerint præoccupati, an iuxta communem intelligentiam, & in his quæ disseminata sunt ab opifice, pulchram habeant domum, quum isti qui à linea veritatis exorbitant, aliena soleant superinducere à doctrina Dei, idque fit per imposturam externæ disciplinæ, ac si domui magnificæ eam coaptent quæ est deterior. Et hæc quidem dicta sunt ad sermonem qui de domo est. Iam quando sanctus, Dei quidem non solum est ædificatio, sed agricolatio, iuxta beati Pauli sententiam: & ipsa anima fundata est, uti domus, & radicem altius egit ceu planta († in charitate enim radicati) agetum, de ipsa agrî vicinitate non nihil differamus, quem contemptim excolentes & perditæ, seipsos reddunt instanti condemnationi obnoxios. Quæcumque tandem de agricolatione sunt dicta, utpote his confinia quæ ad manum sunt, simul excutiamus. Sanè iuxta dictum Salomonis, ciuilis quædam est, nec improbanda plantatio. *Plantati (ait) mihi vineam: feci mihi hortos † & pomaria, & plantati in eis lignum omnigeni fructus.* Est & huic opposita species plantandi, quam non plantauit Pater cælestis, quæ & ab radice conuellitur iuxta Domini comminationem. Equidem plantatio hæc vineam habet ex planta traduce Sodomorum, & malleolum ex Gomorrah, & vnam fellis colit racemumque amaritudinis profert suis possessoribus. *Furor † draconum est vinum eorum, & furor aspidum insanabilis.* Qui igitur menti suæ postquam in seueritatem genus omne spiritualis fructificationis, radice insita naturæ beneficio ad exhibitionem fructuum iustitiæ à conditore, manum admonerit operibus maligni agricolæ, hic est qui ob interditam vicinitatem agrî ad agrum, à Scriptura miser prædicatur. Eam ob rem interminatur ipsi frugum fertilitatem, ut ne documentum specimen ipsi doctrinæ ex aëro respondeat. Vbi enim operantur decem iuga bouum, & faciet lagunculam vnam. Hæc quidem dicendi formula innuit consuetudinem genti Phœnicum vernaculam, qui iunctis ad aratrum bobus vineam colunt. Porro Scriptura eos indicat qui in vtramlibet propendent partem, contraria complectuntur dogmata & eadem vnum alteri connectunt, quorum animæ sunt infrugifera ac steriles. *Va qui consurgitis mane, & siceram sectamini, qui manetis vsque ad vesperam. Vinum enim comburet eos. Cum cythara enim & psalterio & tympanis & tibis vinum bibunt: opera verò Domini non respiciunt, & opera manuum eius non considerant.* Præsens hæc prophetia particula enatrationem complectitur Apostolica sententiæ. Ait enim Apostolus quoniam *ebrii regnum Dei non hereditabunt:* hic verò offenditur, quod diluculo experrecti studiosè expetunt & connectantur ebrietatem. Apud Hebræos enim inualuit consuetudo, ut potio omnis potens inducere ebrietatem, nominetur *Sicera.* Iuxta igitur præcæmiam, qui mox adueniente die ad calices & phialas elocant suos oculos, & circumspiciunt vbi computationes fiant, tabernæ & cauponæ: & ad conuiuia se mutuo inuitantes, omnemque animæ anxiam sollicitudinem circa eiusmodi curam consumentes, tales lugubri comploratione prosequitur propheta qui nullam quidem portionem temporis sibiipsis retinet ad cognitionem mirabilem Dei operum, neque oculos finunt interquiescere ac feriari ut suspiciant cælum & contemplantur eorum quæ in ipso sunt incredibilem pulchritudinem, atque ita per contemplationem raræ distinctionis eorum possent agnoscere auctorem totius generationis. Quin potius sua adornant conuiuia tapetis versicoloribus & cortinis floribus interstinctis: superuacaneum item studium & inanem prorsus diligentiam ostentant in parandis poculis, ceu sunt vasa refregendo † vino accommodata, vasa cornuta, phiala, pastorale vas, & crateres, nomina & figuras excogitantes parandæ ebrietati, ita ut vasculorum differentia sensim inducat fatietatem, ipsa poculorum subalterna permutatio ac diuersitas idoneam ad bibendum eis inducit exercitationem. Deinde sibi intuciem propinantes ad subeundum certamen bibendi se componunt, quem redundantem excessum isti ad posteros transmittunt ad suam ignominiam, tam victi, quam victores. Ad

**A** vntum omnes temulenti redduntur. Sunt autem qui & præfint istis conuiujs, sunt & principes pincernarum, sunt item præfecti triclinijs & instruendis conuiujs, & ordo quidam in re sic inordinata & confusanea deprehenditur: & in re prorsus incondita habitus ac dispositio. Ipsi ministri temulenti fiunt. Rifu & ebrietate complentur omnia. Christianorum oculis dignum commiseratione se offert tale spectaculum. Ad hæc tamen, ut præfecturis istis à Christiana frugalitate abhorrentibus non nihil accrescat honestatis, ita ipsam ebrietatem quasi reginam circumfidentes veneratione quadam dignantur, quod planè vituperandū est. Præter hæc enim ob excessum talis industria coronis exornant.

**B** Coniuuium ipsum floribus circumfundunt, vnguentis, thymiamatis & innumeris quibusdam, è longinquo petitis & excogitatis ad oblectandos animos coepulantium. Occupationem adhibent his perituris iusto ampliore, quando per præsentem hilaritatem sibi comparant æternum supplicium. At interim non longius à præcedente loco, tibie subnectuntur, cithara, tympana & ea quæ iuxta veritatem lugent pereuntes, secundum autem institutum vitæ istorum ebriacorum, ut melico concentu in se extimentent omnes animæ voluptates, quasi vinum natiuo suo calore non sufficiat ad excitandum in infelici anima bibuli immensum agmen concupiscentiarum. Carterum hæc eo fiunt, ut in ipsis sensus omnes prætigij voluptatum ludificari detineantur. Aures quidem tibiaram concentu demulcentur, ipsi autem olfactus suffimentis & odoramentis complentur. Os subseruit ingredienti vino: oculi quæ fiunt, perspicibunt, verius à se auersi per ebrietatem obliquo aspectu obtutentur: ob quæ dictum est illud. *Va qui consurgitis mane, & siceram consecramini, & expectatis vesperam.* Et qui totos dies in his versamini & persistitis, ita ut nihil temporis vobis superfit ad perspicendum opera Domini & ad intelligendum opera manuum eius. Qua enim temporis parte isti possent quiduis de Deo edoceri? Mane? Sed confestim ut somno à se excusso surrexerunt, consecrantur Siceram. Media die? Sed tum vel maximè augetur in istis sumitque incrementum libido bibendi. Vesperæ? Sed & tum bibunt. Et quidem illos detrahit dies, non item eos deseruit ebrietas: sed maximè etiam noctu non se finunt auelli à computationibus, quasi nox priuato, quodam iure ad noctem pertineat. Vè igitur qui consurgitis mane, ad sectandam siceram siue ebrietatem, & manetis vsque ad vesperam. Dein causam subnectit Propheta tam diuturnæ durationis in conuiuio, dicens: *Vinum enim comburet eos.* Causam dicit, qua sit interim, ut inexplebili prouocentur libidine bibendi. Nam quando multus vini liquor, merus maximè nec dilutus, infusus corpori fuerit: tunc per ampliore iusto vaporum ingestionem, humor qui bibenti est connaturalis, deurit & torrefcit. Ipse ad hæc opinor, quia vinum quod ante capitur, sit sibi ipsi incendij fomes, & ita suo ingressu dilatat spatium & reddit capacius. Quemadmodum enim torrentes influente quidem humore pleni esse videntur: mox autem ut præterlapsus est & effluxit, pro derelictis habentur siccis, glareosis & sticulis: ad eundem modum & temulentorum corpora excauata & effossa conspiciuntur per immoderantiam vini, humorem insuper naturalem ad se trahunt qui totum diem immanent exhauriendis calicibus vsque ad vesperam. Ob hoc ait: *Manent vsque ad vesperum. Vinum enim eos comburet.* Ignis enim hic ex vino profiliens, semel inditus carni accendit ignita iacula inimici. Mentis enim rationem & intellectum opprimit vinum ac suffocat: desideria autem & voluptates, perinde atque oleum flammam solet, accendit. Dicitum itaque hoc, quia vinum eos comburet, non accipimus solum pro bibendi aviditate: sed & pro reliqua corporis inflammatione. Deinde adaugens rei istius absurditatem Scriptura ad id progreditur: *Cum cythara & psalterio & tympanis, & tibis vinum bibunt.* Citharistæ enim quidam iuuenili ad mala prolapsi qui se habent impudico aspectu, & tibicinæ & fidicinæ, quæ tempus floridæ ætatis per flagitia tradunt, chori insuper & cantilenæ in commune depromptæ per improbos, quæ virilitatem corporum suis enervant lenocinijs, animalque delinquentes illo publico concentu perfringunt, & ad complexum obscenæ omnis & illegitimæ volu-

Ephes. 3.  
† ἐν ἀπό-  
τι, lege ἐν  
ἀγάπῃ.

Eccle. 2.  
iuxta LXX.  
† κηρύξ  
ἡ παρα-  
δείσος.

Deut. 32.  
† θυμὸς  
δρακονίων,  
ἡ θυμὸς  
ἀσπίδων.  
Vulg. Fel  
draconum  
& venenū  
aspidum.

Phœnicum  
vineæ co-  
lenda ratio.

Galat. 5.

γενεσιᾶ-  
χὸν.

† θυμὸς  
ρεσ, θυμὸς  
φιδικαί,  
κισθίων,  
κισθίων,  
κισθίων.  
Vide Astu-  
nam.

\* συμπε-  
σάρχο,  
δινόχοι,  
Αρχιεπί-  
κλ. νοι.  
Vid. qui de  
Conuiujs  
priscorum  
scripserunt.  
Ebrietas  
detestanda.  
Vide Homil.  
Basil in  
ebriosos.

Βεβαίως  
à simili.

Confirmat  
Collatione.

mæ voluptatis ebrios extimulant. Porro per eiusmodi nequitiam, quid tandem contingit? Et opera Domini non respiciunt, & opera manuum eius non considerant. Verbum quidem *εὐβλέπειν* aspicere, intueri, subindicat eam apprehensionem rerum inuisibilibum, quam assequimur contuitu oculorum: *κατανοεῖν* vero, intelligere, considerare, repræsentat contemplationem inuisibilibum quæ nuda mente fit.

Quando igitur inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: qui opera quidem non suspicit, neque item deducitur mentis oculo ad cognitionem inuisibilibum: Quid itaque est, quod dicitur? Nimirum, quia ebrietas origo est totius impietatis & desertionis Dei, quum sit intellectiua virtutis obtenebratio, per quam maximè solet Deus agnosci: opera item manuum eius, quæ insuper futura speratur bonorum malorumque retributio, ignis ille & qui in inferno paratus est cruciatus, lingua siccitate retorrída quæ expetit parua asperginis aut stillulæ qualemcumque consolationem, circumcirca flamma grassatur, nec finens per aëris respirationem vlllo refrigerio recreari æstus illum in viscera descendentem. Quamobrem tibicines manet suspirium ac gemitus: pro immoderata ebrietate, tangitur quis auiditate stillulæ ebriacus, cuius caro torretur in fritorio camini infernalis: pro impudicis spectaculis, profundæ se offerunt tenebræ: pro irrequieta & insomni libidine, vermis illic succedit peruigil nec vnquam obdormiscens. Quid igitur ebrietatis explendæ studio, altius demerserunt suæ mentis aciem, ne hæc opera manuum Dei possent considerare, aut qui se manerent cruciatus, præuidere: non ab re hos Scriptura lamentis profequitur, quasi hisce malis iam opprimerentur? Audiant hæc, qui vice Euangeliorum in ædibus suis \* citharas retinent ac lyras: quia sicut qui dudum perierant: ita & ipsorum perditionem lugens Propheta, iterum atque iterum reuocat & hortatur, eorum malis condolefcens affectu dilectionis: Ait enim, *Va qui cum cithara & tibus & tympanis & psalmis vinum bibunt.* Atqui apud te iacet lyra auro denteque elephantino interstincta & variegata, affixa velut sublimes cuiusdam altari, statua & idolum dæmoniicum: & mulier quædam misera pro eo vt edoceret admouere manus pensili fuso, propter seruilis conditionis necessitatem, edocta abs te est, fortè à mercenario, forsân ab eo qui eam lenæ cuiusdam mulieri aut prostituta tradiderit, mox vbi in proprio corpore omnem expleuit libidinem, præfidet adolescentulis similibus doctrix operum. Quamobrem die iudicij, pœna duplex tibi occurreret, nimirum ob ea quæ ebrius flagitia committis, propter item doctrinam improbam qua à Deo abalienasti animam infœlicem. Ad hæc, nudus cubitus (res aspectu ipso impudens) adsistit lyra, manusque depromendis sonis admouet. Denique amoto omni conuiuio, oculi omnium eo diriguntur, subtricescunt aures & eas accommodant modulata pulsationi citharæ. Tumultus quidem ibi cohibetur: qui autem recitaturus est, iubet fauere linguis. Fit mox concertatio verborum impudicitia, & petulantis lasciuia, eorum porro omnium qui quietem agunt in domo, aures capiuntur melico concentu, sed qui ad flagitiosam lubricitatem extimulet. Is itidem in Ecclesia Dei non filet, neque subtricescit, dum Euangelij sententiæ depromuntur. Nec ab re. Qui enim illic imperat silentium, inimicus est: idem quoque hic suggerit, vt tumultuetur & interstrepat. Castis & bene moratis oculis quàm miserabile spectaculum, mulierem non telam ordiunt aut deducere pensum, sed cantillare ad lyram \* non à proprio vito cognosci, sed ab alijs publicam inspectari meretricem: non modulari psalmum confessionis, sed cantica concinere ad libidinem pro licentia: non supplicare Deo, sed vltro prope-rare ad \* gehennam: non ad Ecclesiam Dei studiosè contendere, sed & secum alios inde auocare. Huic inuisi sunt lana: deducere vero flamen renuit neque nouit tramma, subtegmen siue filum intorquere, sed neque si sciat, vult. Cum temulentis est eius conuersatio, quorum studia sedulo assectatur & colit. Reuera isti telam ordiuntur \* Arachneam. Quasi ad stamen quoddam sedent, sic manus suas fidibus citharæ in ordinem redactis admouent. Et centrum citharæ, quasi radium textoris huc illuc crebriùs transfe-

\* κιθάρας & λύρας.

\* Gehenna, vallis trinitatis, Syriacè sonat infernum. \* Arachne tela. Proverb.

rendo, ne lineam quidem demum ostendunt rectæ actionis. Artium etenim quæcumque ad vitam hanc traducendam sunt necessaria, finis ipse spectandus exponitur oculis mortalium: vt artis lignariæ, sedes, scamnum siue subbellium: architectonicæ siue structoriæ, domus & ædificium: artis compingendarum nauium, ipsa nauis: textoriæ, vestis, toga, stragulum: arariæ aut ferrariæ, gladius. Earum autem artium quæ pendet à studio vanitatis, ceu sunt citharistica, saltatoria, ars inflandi tibus & alia eiusmodi, mox vt desijt actio, ipsum se declarat opus, idque profus iuxta apostolicam sententiam, quorum finis interitus & perditio. Hæc sanè dicta sunt aduersum eos qui per immodicam molliciem, totos se dedunt delicijs, præter \* ientaculum, prandium: & canam, siue continue: aut certè in eos qui diebus hilaritatis & lætitiæ, puta nuptiarum aut conuiuiorum, accuratius conquirunt & adhibent tibus, citharas & tripudia saltationesque, quando nihil horum à nobis requisitum est: quippe qui diuina nos docente scriptura didicimus indignationem promotam esse aduersus istiusmodi studia & vitæ conuersationem. Timore igitur impudentium malorum, flagitiosam hanc vitæ vestræ consuetudinem deinceps permutate in melius. Sed & si qui indolem delictorum atque intelligentiam diligentem excutiant iuxta aliam acceptionem, vique licebit aliud quiddam elicere, quod magnopere iuuet animas nostras. Ait enim, *Va qui consurgunt mane, & persequantur siceram, expectantes vesperam.* Hoc est, Va his, qui ad excutiendas ignorantia suæ tenebras per introductionem ad Dei cognitionem, exorto eis sole iustitiæ, vice priorum iniquitatum ac totius impietatis nuncupantur religiosi, & Ecclesiæ Dei adnumerantur: & isti sinunt se opprimi vitis carnis sic, vt videantur omnem rationis vsum à se excussisse, & ab omni virtute profus defecisse, perinde atq; hi quorum mens per ebrietatem obscurata est. Tales planè vt miseris desierit scriptura, qui post acceptam Dei doctrinam se dedunt ebrietati vitiorum omnium propagatrici. Nouit siquidem esse qui se absque vino plerumque inebriant, quum dicat, *Va qui ebrijs estis, absque vino.* Quemadmodum enim vinum si infusum fuerit corpori plufculum, quàm necessitas exigat, aut ferat bibentis virtus, suapte natura consuevit rationi offundere tenebricosam obscuritatem: ita & affectus concupiscentiæ aut tristitiæ, aut iracundiæ, expugnata semel ratione, efficiunt amentes quos occupant. Miseri igitur, imò ter miseri qui non initio solum ineuntis vitæ se immerferunt voragini temulentia, sed in ea persistunt, adusque vesperam, hoc est, vsque ad retinacula vitæ, vltro seipfos dedentes improbis affectibus. Vno quidem veluti modo, illuminatio quæ ex cognitione Dei proficiscitur, semel inserta cordibus, dicitur mane siue matutina lux. Sed enim iuxta alterum modum, constituta iam & perfecta ratione, vitam ipsam auspiciamus rationalem. Secundum verò vtramque acceptionem, tenebræ & nox priorem vitam insinuant, siue ratio nunquam perficiatur & anima immerfa imprudentia, ratione destituatur, seu quod acies mentis profunda caligine obuelata se abalienarit à Deo. *Va igitur, qui surgunt mane ad sectandam siceram.* Hoc est, Qui paulò priùs stultitiam vitio adolescentiæ inuectam à se excusserant, pro eo quod vsu iam vique rationis præditi debuerant constanter luctando euincere vitiosas animi affectiones, ab eis euerti se sinunt & eadem veluti ebrietatem quandam consecantur. Isti planè miserimi, qui ineunte primum vita & eadem demum desinente, nullum imponunt finem istiusmodi temulentia. Porro non vna est istorum ebriacorum differentia. Et hi quidem desierunt ab ebrietate, mox vt diluculascit: alij autem paucillo minùs quum ad eam accessissent, finem fecerunt: alij vero diutiùs multo eam pro-rogarunt. Bonum igitur fuerit, vt à somno experrecti affectemus sobriè viuere ac sanctè: vt digni efficiamur qui ingrediamur sancta, non vinum, non quicquid inebriare potest, bibentes. Scriptum quippe est: *Et loquutus est Dominus ad Aaron dicens: Vinum & siceram non bibetis tu & filij tui tecum, quando ingressuri estis in tabernaculum testimonij.* Natura enim humana permolestum est, & difficile ad rectitudinem reuocare id quod per se immoderatum est: nimirum iuxta Paræmiam, \* posterior nauigatio, ab ebrietate exurgere, vbi primum

Hæc profus eadem habes apud hunc Basilium in Hexamer.

\* δειπνον, Tria hæc apud prisicos complectebatur.

Ἐνόςμην, ex collatione.

Leuit. 10.

Ἐνόςμην, \* vel secunda & prospera nauigatio.

primum diluxit dies. Eorum autem qui immorantur ex-  
 hauriendis calicibus vini, ac sedulo inquirunt vbinam cele-  
 brentur comotationes, horum inquam, mens sic sollicita  
 circa horum sciscitationem, non potest inspicere opera  
 Domini, neque opera manuum eius contemplari: sed ad  
 modulationem citharæ & psalterij totam se extendit ad se-  
 ctandam ebrietatem. Vtriusque inuentor fuit Iubal, qui ex  
 genealogia sibi conueniente, nempe ex Cain prognatus  
 scribitur. Ait enim Scriptura: *Accepit enim Lamech sibi uxores*  
*duas. Nomen vni Adda, & nomen alteri Sella, & peperit Adda \* Iob-*  
*bel. Hic erat pater habitantium in tentorijs, † pascencium iumenta.*  
*Et nomen suit fratri eius Iubal. Hic auctor fuit psalterij & ci-*  
*tharæ. Istiusmodi citharæ ac musices fuit amantior Laban,*  
*qua cum optauerat deducere & comitari honoris gratia ge-*  
*nerum suum Iacob. Si enim indicasses mihi, emissem te cum*  
*leuitia, cum musicis, tympanis & cithara.* Sed enim patriarcha  
 auersatus eam musicen, vt quæ impedimento sibi futura  
 esset ad inspiciendum opera Domini & ad considerandum  
 opera manuum eius. Quinetiam Nabuchodonosor re-  
 gnante, in dedicatione imaginis, ad vocem resonantium,  
 tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterij, symphonia,  
 omnisque generis musicorum, populi quidem & tribus &  
 linguæ in humum se demittebant: qui verò longissimè  
 erant, nec sustinebant bibere vinum Babylonicum, quique  
 mensæ regalis delicias execrabantur, hi ne prociderunt  
 quidem aut adorarunt imaginem, sed contempto omni  
 potentatu mortalium ipsam vim ignis dissiparunt. Quod  
 si peccatum est, non inspicere opera Domini, nec conside-  
 rare opera manuum eius: sustollamus oculos nostros, &  
 \* libros qui de opificijs sunt operum Dei, deque eximia pulchri-  
 tudine creaturarum, int' opificiamus, contemplantes quàm  
 aptè & concinnè respondeat à se conditis auctor vniuersæ  
 generationis creaturarum. Quodque inuisibilia Dei à crea-  
 tura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur,  
 hæc fortasse sensilis creaturarum apprehensio dicta est Vi-  
 sio: intellectilis autem notio supra mundanorum spirituum  
 appellata est intelligentia. Ob eam causam dicit Scriptura  
 eos opera Domini non aspicere, hoc est, ne ad hæc quidem,  
 quæ vel aspectu ipso sentiuntur, oculos attollere. Et opera  
 manuum eius non considerant, hoc est, arcana quadam vi  
 intellectus non exquirunt: vt quæ inuisibilia sunt, appre-  
 hendant. Nomen τῆς θεωρίας matutini diluculi, quo fiat  
 illustrius nobis & explanatius: sciendum, quia à tenebris re-  
 gressio est, siue eius qui vitio adolescentiæ priuatur vsu ra-  
 tionis, aut certè θεωρία dicitur eius qui ab ignoratione Dei  
 reuocata animæ inditur primariis aditus ad cogitationem  
 veritatis. Hæc subinde colligere poteris ex prophetis de  
 mane siue matutino tempore aut diluculo quod præsens sen-  
 tentia dilucidior fiat, cuiusmodi est istud, *Emitte manè pro-*  
*phetas.* Et illud: *Manè exaudies vocem meam.* Illud item: *Manè*  
*astabo tibi & aspicias me.* Et: *De nocte vigilat spiritus meus ad te*  
*Deus.* Et: *Deus, Deus meus ad te de luce vigilo.* Et illud: *In matu-*  
*tino interficiebam omnes peccatores terra.* Et illud: *Ad vesperum de-*  
*morabitur fletus, & ad matutinū leuitia.* Qua igitur ratione, be-  
 neficiæ Dei erga homines exhibitæ cōueniebat, vt mane  
 prophetæ mitterentur? Quia scriptura omnis quæ à Deo  
 proficiscitur ad nos, qui ipsius voluntatem exaudire possumus,  
 vtique venit non ea exprobrans quæ quis admiserit  
 per inscitiam puerilem: sed quæ nuper gesta sint naturali  
 prudentia & cognitione ad discretionem boni & mali. De  
 his igitur Scriptura loquitur, quia simul vt ij velut obiter  
 & per transfennam ad intelligentiam aspexerint rei propo-  
 sitæ & quadatenus oculos animæ extulerint à priore igno-  
 rantia, vt non nihil irradiationis exciperent ac splendoris, ver-  
 bum Dei simul oculos cordis subiret præscribens eis quæ &  
 agenda & commendatione essent digna. Intelligentiæ huic  
 consentanea sunt quæ ex Psalmo depromptimus: *Mane ex-*  
*audies vocem meam.* Et, *Mane astabo.* Nox enim quamdiu ob-  
 scidet animam nostram, nisi prius exoriatur sol, non po-  
 test exaudiri à Deo. Anima autem postquam reputata  
 fuerit ab ignorantia quæ de Deo est, postulationes suas  
 offerat, in splendore iam consistens rationalis diei & spiri-  
 tualis. Deum enim habet à quo exaudiatur eius vox. Ob  
 hoc ait: *Mane astabo tibi, & videbis me.* Nam si adistere vo-  
 les Deo: vide, ne cuiuspiam rei malitiosæ interfis, sed fac

A quæ Mosis præscripta sunt. Tu autem adiste coram me fir-  
 mus, stabilis & immotus fide, adstans ipsi, vt dignus ha-  
 bears qui contemplere multiplicem veritatis speculationem.  
*Astabo tibi (ait) & videbis me.* Quamdiu enim quis contem-  
 platius fuerit eius pulchritudinis quæ in istis visibili-  
 bus conspicitur, physicus appellatur & physiologus, hoc  
 est, naturæ indagandæ studiosus & iam cognitæ interpres.  
 Verùm vbi quis ea mente transcendens, ipsi adstiterit Deo,  
 post perspectam eius cognitionem: quodammodo, quæ  
 sunt omnia, ei videntur pulchra esse & valde bona, & pul-  
 chritudine quæ in creaturis conspicitur, ad illud quod modi  
 omnibus pulchrum est & amabile, se mens sursum rapit,  
 vbi visio nata est conspiciam se & spectandam exhibere  
 solis animabus à contagione peccati expurgatis. Tunc  
 animus vbi promouit ad ea vsq; quæ indaginem transcen-  
 dunt & cognitionem rerum naturalium, eoquæ à nonnullis  
 vocantur μεταφυσικά, spectator talium effici potest.  
 Quando igitur ait: Tibi adstabo, & ei quæ de te est specu-  
 lationi viciniùs accessero: tunc in integrum restituar ac res-  
 pirabo per contemplatiuum actionem illustratus lumine  
 tuæ cognitionis. Sanè quod dictum est, concinit huic sen-  
 sui: *Cæli enarrant gloriam Dei,* non quòd vocem edant sen-  
 sorio organo aurium nostrarum perceptibilem: sed quia ani-  
 mus affluet exercere se scripturis quæ de opificio sunt  
 & conditione mundi, vbi perspectè cognouit vniuersa aspi-  
 rare ad cælum arcano quodam naturæ affectu, quasi per  
 hæc vocem edant, tum addiscent magnificentiæ gloriæ e-  
 eius qui cælos condidit. Ad hoc etiam promouet nos  
 propheta & excitat, dicens: *Sursum aspiciate oculos vestros, & vi-*  
*dete quis instituit hæc omnia.* τὸ ἀναβλέψαι, aspectus sursum  
 versus innuit sublimem & de sublimibus contemplationem,  
 & quòd mens per visibilem subtilem animaduersionem  
 cognitioni propinquat rerum omnium opificis. Il-  
 lud proinde de nocte & antelucano tempore surgere ad  
 Deum, tale quiddam nobis insinuat, vt quum nox præces-  
 ferit, dies autem appropinquit, sicut in die etiam de-  
 center & honestè ambulare incipiamus, à nobis excutien-  
 tes opera tenebrarum, nempe multimodam speciem  
 comestationis & ebrietatis, cubilium & impudicitia: tunc  
 enim dicere illud possumus: *De nocte euigilat spiritus meus*  
*ad te Deus.* Adhuc rem ipsam explanat illatione. Quid est,  
 quod in eo creat antelucanum tempus aut diluculum? Quia  
 tantisper dum terram incolimus, lux mandata tua sunt.  
 Lux plane siue lucerna mandata sunt tenebras ignorantia  
 discutientia. Etenim *præceptum Domini lucidum, illuminans*  
*oculos.* Quod autem in centesimo Psalmo dictum est: *Quia*  
*in matutino interficiebam omnes peccatores terra:* id liquet prorsus  
 dictum esse obscurius, quod aliud ænigmate insinuet.  
 Non enim eo dictum est, quasi vnoquoque diei initio ma-  
 nus suas contaminaret hominum sanguine. Non hoc indi-  
 cat scriptura. Id enim præterquam quod nulli non colli-  
 quescit, est etiam incredibile & absurdum. Quo enim pa-  
 cto vnus potuit singulo quoque diei diluculo, manu prop-  
 pria dedere neci omnes peccatores terræ? Neque enim vnus  
 poterat simul omnibus euadere superior, quando tam  
 multi à rectitudine exorbitabant. Estne hoc veritati con-  
 sentaneum. Etiam si bello eos euicisset, num vno diluculo  
 ad vnum omnes simul interemisset? Atqui non poterat  
 vnus sua manu, vnoquoque tempore antelucano ipsos per-  
 ducere ad internecionem. Quid igitur innuit hoc: *In ma-*  
*tutino interficiebam omnes peccatores terra, vt disperderem de ciui-*  
*tate Domini omnes qui operantur iniquitatem?* Ipsi quiddam  
 exaudiamus, quod intelligentiæ distorum propius conueni-  
 at: vt ne videamur coarguere voluisse eloquia Prophetarum,  
 quod neutiquam fas est. Ciuias Domini, cætus est  
 humanæ conditionis: peccatores autem eius non alij ali-  
 qui sunt, quam ij de quibus ait Saluator, quia ab intimis,  
 nimirum à corde exeunt cogitationes malæ, inuidia, homi-  
 cidia, adulteria, furta, falsæ testimonia, & his similia.  
 Qui tales sunt, hos vocat peccatores terræ, quippe qui  
 consentente terrena carne euadunt tales. Nobis proinde  
 consulit Propheta, vt quàm citissimè mutati conuertamur,  
 nosque pœniteat prioris vitæ, nec malis mala accumul-  
 emus. Quemadmodum enim qui funes nectunt aut ple-  
 unt iunceas storeas, vt quod superest ex fune cæpto con-  
 torqueri,

\* **זבל**  
 Iudæi in-  
 bilam buc-  
 cina.  
 Gen. 4.  
**אדח**  
 Adach cō-  
 gregatio.  
**צל**  
 umbra.  
 † **Κηνό-  
 τροφος.**  
 Gen. 31-  
 iuxta LXX.

\* Hexæme-  
 ron.

Visio est in  
 intelligentia.  
 ὁρασις  
 νόσις.

Psa. 5.  
 Ibid.  
 ἐπιόψατο  
 μὲ.  
 Psa. 62.  
 Psa. 100.  
 Psa. 29.

Psa. 5-4.  
 Ibid.

Psa. 5.

Ibid.

Psal. 18.

Ibid.  
 Psa. 100.

Ibid.

Collatio  
 elegans.

torqueri, consumatur, alterum ei atrox & interferunt, quo longior euadat & augeatur. Pari modo, qui in profundum malorum festinant se protrudere, priusquam priori peccato sit impositus finis, adiungunt secundum. Rursus huic alteri aliud continenter coaptant. Atque ita profusus, vita quæ per peccatorum gradus progreditur, assimilatur videtur funiculo cuiusmodi contexto & in longum tracto, quippe quæ & quod prius cœperat connectere, retinet: & quod semper adest, coaptat & adiungit ad similitudinem præcedentis: Ob hoc ait: *Væ, qui attrahitis peccata, quasi funiculo longo.* Sententiæ istius intelligentiam mutemur, & † ab exemplo. Sit vnus aliquis propensus & alacer ad peccatum explendæ suæ lubricitatis. Obserua, quæso, per quot quantæve asciscit sibi & attrahit peccatum luxuriæ. Primum quidem, suum ipsius corpus ad eundem modum simulat & componit. Et crines quidem hoc modo ei circumtendentur, taliter verò veste amittit, & hac quidem non qualicumque, sed quæ studio quæsitæ sit & faciat ad elegantiam, ad zonam vsque, demissa vsque ad soleas. Per hæc ostentat ambitiosam & superfluam curam ac studium suæ honestatis. Deinde suppeditat pecunias, vt vel earum pretio redimat fructuonem pulchritudinis istius scorti. Ad hæc, pressius cogitat quas sibi pronubas conciliet, verius lenas. Verba adornat quæ faciant ad corruptelam, ex composito sibi instruens ac parans occasiones amatorij congressus, comotationes & conuiuia, prolixas confabulationes. Per tot tantosque conatus quicumque intermedij occurrunt, sibi accersit tandem flagitium prostitutæ pudicitia. Hic est qui attrahit peccatum, quasi funiculo longo. Denique vt semel dicam, malitia omnis quæ in proximum non fortuito quidem & obuiio casu perficitur, sed consulto & insidiosè præcogitatus molitionibus è longinquo consummatur, funiculus iste est in longum exprorectus, per quem homines sibiipsis attrahunt peccata longissime licet distita. Certè ad hunc modum hi funiculi quantalibet longitudine extendantur, perquam difficiles sunt soluti, ob vigorem peccantium confirmatum consuetudine peccandi, qui que inuoluunt se vehementer peccatis crebrius repetitis. Eam ob rem addit, Et † tanquam iugi fune aut corrigia vitulæ. Vincula enim quibus iugum alligatur temoni, non facile disrumpuntur, licet à fortissimis iumentorum paribus attrahantur, multaque violentia ad se pertrahant non leuia onera. Scriptura proinde vim intendit ac robur addit acrimoniæ correptionis, dum infert lorum, restim seu funem iugi esse è vitula. Hoc est, à fortissimo animali, quod non cedit labori, neque fatiscit aut imbecillius redditur diuturnitate temporis. Væ igitur istis, qui molitiones quasdam diutius præcogitatas studio exercent ad peccandum & eandem obstinatè ac fortiter perficiunt. Sed enim non incongrue adaptari posset Christo dicenti his qui in vinculis sunt, exite: & his qui in tenebris, reuelamini. Vinceti enim simulatque egressi fuerint domum carceris & tenebris exuti è portu pœnitentiæ oculos exulerint ad verum lumen, iam sequuntur Christum, confitentes quidem, sed vinceti manicis, quousq; permutatis operibus digni habeantur, qui ab ipso eximantur manuum vinculis, quæ vincula eareus creduntur nulli hominum vitari posse. Qui verò ad se attrahunt peccata, nec Dei iudicium verentur, sed contemnunt: plerumque sua opinione festinantius properant quæ interminatur scriptura, quod per eas se non sinunt persuaderi nec eis obsequuntur, led dicunt. *Cito appropinquant quæ faciet, vt videamus: & veniat consilium sancti Israel, vt sciamus.* Sed enim funiculus hic in longum protractus, peccatum ad se attrahit procul, licet disparatum & distitum. Lique enim eos talia dicere, qui de venturo seculo fidem à se reiecerunt, & comminationes per scripturam intentatas aspernantur. Qui enim horrendum illud Christi tribunal reformidat, & ad memoriam reuocat quæ à iuuentute admisit peccata, qua fronte is sic contemptim audebit properare ad iudicium? Res hæc in contrarium abit. Tempus etenim effragit per gratiam sibi præstitui aliquanto diuturnius, ad hoc, vt suam animam expurgare possit & abstergere ab omni eluue peccati. Nam quod isti nulla perpensa ratione ad futura illa festinent, argumento sunt Achitophel & Iudas, qui quòd iudica-

rent presentia mala his quæ succedent esse atrociora, & opprobrium hominum intolerabilis cruciatus gehennæ, maluerunt vltionem mortem sibi conficere laqueo. Neque enim si acquirerent integræ fidei de futuro illo seculo, vitam suspensio finiissent. Quinimo licet etiam vitæ istius calamitates tulissent implacidius iusto, decernentes tamen apud se futura supplicia præsentibus longè esse formidabiliora, his vtrique malis quæ patiebantur, adiecerunt, qualis erat & Iob, quum diceret: *Vtinam meipsum possem † manu conficere aut deprecatus alterum qui mihi faceret hoc.* Hisce enim verbis ostenditur, quàm esset intolerabilis plaga. Cæterum timor & circumspecta cautio aduersus hoc suum consilium, ipsum conseruauit. Siquidem condemnatio debita homicidis, his impendet qui vt è vita emigrant, inferunt sibi vim. Siquidem apud Paulum inuenimus dici solitum à quibusdam illud: *Faciamus mala vt veniant bona.* Porro consilium eiusmodi studio præcogitatum arbitramur funiculum esse grauis alicuius peccati attractiuum. Id enim in confesso est factum esse per multam morum peruerfitatem & Iudæorum animos talis incescit sententia. Nam quando inualescente peccatorum multitudinè expectabatur euentura strages & interitio hominum, dicebant: *Agedum, faciamus mala & mensuram iniquitatis quæ demum superest, adimpleamus: ita vt nulla super sit præsentibus reconciliatio & vniuersa in meliorem statum redigantur.* *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, qui ponitis tenebras lucem, & lucem tenebras: qui ponitis dulce amarum, & amarum dulce.* Sanè perfecti est viri, nimirum eius qui habet sensoria organa, diuturna assuefactione exercitata, quibus discernere queat indolem atque naturam boni ab eo quod malum est. Probat insuper trapezita est, quod est bonum, id retinere: abstinere autem ab omni specie mala. Is verò qui habet facultatem animæ discretiuam & rerum æstimatricem incorruptam, de vniuscuiusque meritis testimonia reddit inter se euariantia, id quod quibusdam videtur esse multè dexteritatis & agilitatis erga humanam naturam, sic circa vnumquemque approbare quæ contraria sunt veritati. Atque vtinam isthæc dissonantia ad eos solos peruenisset, qui suis scriptis docent se esse à fide alienos, qui audent profiteri se esse pares scribendis de vnaquaque re libris omnemque vim operatoriam (& hoc quantum ad se attinet) in dubium reuocant, ceu cum dicunt solem nigrum esse, quòd corpora obfuscet & obducatur nigredine (quibuscum ne diutius congregiare familiariter) suumque dogma de † retentione assensus per istiusmodi inductiones moluntur & confirmant, quibus fit, vt sensus istis paradoxis inuentor Pyrrho. *Vide Laert. Diog. Quæ multos Pyrrhones habet nostra hæc animæ?* *† τῆς ἐπιπέρας inuentor Pyrrho. Vide Laert. Diog. Quæ multos Pyrrhones habet nostra hæc animæ?* Etenim si hæc rerum vniuersitas Dei prouidentia gubernetur, an temerè feratur: inter se certò constituunt. Videre præterea liceat multos eorum etiam qui fidem commodarunt scripturis & legalibus & prophetis, reclamantes huic contentioni de Dei prouidentia erga vnumquemque, verisimilitudine persuasos aduersus efficacem Dei operationem: ita vt veritas in digerendis dogmatibus debilitetur ac fluctuet. Cæterum isti quidem credere se contententur in Christum Iesum, deprehenduntur tamen in ipsa scripturæ intelligentia, inque eadem sententia non vsquequaque perfecti: sed ad dissentaneas opiniones abripiuntur & fidei modis omnibus contrarias. Et hi quidem propter simplicitatem & vulgarem locutionem: alij rursus nec pauci cupientes suam multis ostentare scientiam, per auiditatem cum mulanda pecuniæ, perque inanem gloriam, quasi verò sapientes isti sint alios præcellentes scientia. Eam ob rem referta sunt omnia sententiis inter sese pugnantibus & iis qui dogmata tradant reclamantia suismet authoribus, quando singuli quique suo dogmati tuendo obstinatius insistent,

παράδειγμα  
μα.

† ὅς ζυγοῦ  
ἰμάντι δα-  
μνηθεῖς.

Attendite  
Lutherani,  
& videte  
hæc.

sistunt, & quæ diuersæ partis sunt placita, perrumpunt vi ut euertant & confutent acerrima verborum velitatione. Optarem sanè ego, vt qui insolentius se venditant obseruasse apostolicam doctrinam, & velut per manus ab illis accepisse prædicationem Euangelij quasi succedaneam, id ipsum exhiberent per suorum dogmatum concordiam, quandoquidem isti Ecclesiam Christi quæ vna est, in partes scindunt. Nec solum ad scientiam rerumque notionem isthæc turbela peruenit, sed & vsque ad opera. Siquidem sunt viæ viri quæ videntur rectæ esse: nouissima tamen earum respiciunt in profundum inferni. Et, *Est iustus qui perit in iustitia sua, & impius qui permanet in malitia sua.* Etenim si quid est quod difficile speculemur & perspiciamus, in hoc genere fuerit vera iustitia. Eoque Salomon hæc eidem numero connectit ceu paria & eiusdem fortis, dicens: *Animaduertere parabolas & obscurum sermonem, verbaq; sapientium & enigmata: Vt intelligas iustitiam veram, & dirigas atque administres iudicium.* Vtique multi vt aliena corradant per rapinam, peruersa & à linea rectitudinis exorbitantia pronuntiant iudicia, ante plenam causæ cognitionem (quæ sufficienti ratiocinatione & diuturno examine peruestigata deprehenditur) de vnoquoque dogmate suum assensum cum fastu præbentes, citra iustam probationem ac temerè Natiua indoles ac virtus artis Dialecticæ credita est hæc prestare posse. Equidem naturas eorum quæ facta sunt, distinctè diuidit: quæ congenera sunt, facit vt dignoscas: vt que discernas quæ sunt contraria. Quamobrem is qui concisus erat se tenere diuinam hanc dialecticam, dicebat illud: *Oblectet te sermocinatio mea.* Istorum enim Dialectica, qui toti rixosius incumbunt & veluti grassantur contentiosius ad rerum cognitionem, prorsus inamœna est & insuauis, nimirum ad indignationem prouocans. Porrò tres quum sint rerum inter se compungnantium coniugationes, lucis & tenebrarum, boni & mali, amari & dulcis: hæc ne vnum sint in subiecta materia, à se secundum cuiusque genus disparata: vt paucioribus expediam, liquet malum constitui nequitia & morum peruersitate: quod autem honestum, definitum esse bonum ac laudabile. Rursus, Tenebræ aër est luce priuatus: è diuerso, lux essentia est dissolutiua tenebrarum. Adhuc, Dulcedo quidem placidus nitor est ac suauitas sensum virtute gustandi præditum demulcens & edulcans dulci quopiam humore aut succo: contra, Amaritudo est quod gustatum exacerbat organum gustandi. Sanè hæc iuxta simpliciorum intelligentiam vsq; adeò à se disparata sunt & seiuncta. Quare igitur sic desipienter lucem ipsam nominatim dicis tenebras, persistens in profunda noctis caligine? Et quum ipse tu oculos habeas circumfusâ caligine tenebrarum obscuratos, sic es animatus, quasi lucis plenitudine illustreris? Quis autem gestu rei amarulentæ malè affectus, tanquam exhilaratus dulci quopiam illecebra voluptatis, frontem exporrigit & lætitia perfunditur? Proinde sensilis hæc corporis pulchritudo cui non cognobilis est & conspicua, is modò habeat \*oculos? Ipse enim elegans decor vltro se accommodat passim obuiis, fortuitò ablatas ac naturali quadam attractione, per partium corporis consentaneam inter se proportionem, vna cum emicante præstantia coloris. Quinetiam ipsa turpitudine suapte natura à se auertit suos spectatores. Verum non videtur Scriptura loqui de his quæ sensoris organo percipiuntur. Quòd si præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Et, *Lucerna pedibus iusti est sermo Dei:* qui vitam ducit non secundum dictamen virtutis, hic si circumuolutus fuerit perturbationibus profectis à concrezione corporalis materiæ: profectò ille est, qui vitam malitiæ tenebris adopertam complectitur & charissimam habet, velut lucem, & idem eum qui iuxta præceptum Domini suam instituit vitam, auersatur tanquam qualsdam tenebras. Quumq; eloquia Dei dulcia sint iusti faucibus & super mel suauia intellectualia eius gustui, iste ea fastidit, quòd apud se iudicet obseruationem mandatorum esse operosiorum, ex animo autem acquiescit parabili ac nitidæ voluptati: talis astruere possit quod amarum est, esse dulce: & quod dulce est, amarum. Sanè secundum hæc liceat & de bono sentire. Nam quòd verè bonù est, idem in anima quæ ad parandam virtutem afficitur, conuenientem habet & adæquatam

A proportionem. Virtus enim mediocritas quædam est & æquabilis proportio. Quæ autem vtraque ex parte excedunt virtutem ipsam, excelsus & defectus dicuntur, nimietas siue redundantia & turpido. Exempli gratia, Magnanimitas siue fortitudo mediocritas quædam est: excelsus autem circa eam, est inconsculta temeritas: defectus verò huius, timiditas. Itaque pulchritudo quidem animæ est consentanea eius proportio secundum virtutem. Ipsius autem turpido, vitia per malitiam ei ingesta citra modum ac temperiem. Tales igitur scriptura astruit esse miseros qui malitiam consecantur ac probant vice bonitatis: à virtute verò profugiunt, tanquam ab improbitate. Proinde causa in quæstionem ponenda est, & venit exquirendum cur in commemoratione boni, adiectum est illud, λέγοντες dicentes: in commemoratione lucis & dulcedinis, non item additum est, dicentes, sed τίθεντες ponentes. *Va enim, qui dicunt bonum, malum: & va qui ponunt tenebras, lucem: & va qui ponunt dulce, amarum.* An fortè Scriptura declarat, quia per primam instituendæ vitæ optionem seu electionem, solo sermone deerramus & prolabimur in errorem, in ipsis autem constituti nequitia operibus, quando edocti experientia non iam à malo abstinemus, quasi nobis ipsis præstitimus metas qualsdam talium operum, ponentes istius nequitia opera forè nobis immota. Qui enim à studio consecandæ luxuriæ & voluptatis non se transponit ad temperantiam, vtique sibi ponit quod amarum est, dulce. Qui item per Euangelium, qualemcunque gustum vitæ delibet, certa autem destinatione eligit vitam prorsus pecuniam & totius expertem rationis, sibi ipsi tenebras ponit pro luce. Qui certè quidem istis patrocinatur & quum indecoris operibus inuoluatur, de eis impudentem & licentiosum textit sermonem: hic est qui & dicit quod bonum est, malum: iuxta Apostoli sententiam reprehendentis eos non solum qui faciunt ea, sed & acriter se infensum esse declarat his qui consentiunt facientibus. Rursus, ponit lucem tenebras, qui lucernam ponit sub modio, aut supellecilem domestico vsui necessariam recondit sub candelabro. Dum quis sua ipsius tradit dogmata, ea que ponit in commune pro consuetudine operandi, vtique dicit quod bonum est, malum. *Va qui sapientes estis apud vos ipsos, & coram vobismet ipsis scientes.* Sanè quadrant hæc non his modo qui per operationes exorbitant à rectitudine, sed & conueniunt eis qui incredulitate detinentur & ignorantia fidei quæ est in Dominum nostrum Iesum Christum. Qui enim non credit in veram illam lucem, sed seipsum constituit diaboli filium, hic dicit lucem esse tenebras, & tenebras lucem. Quemadmodum igitur lux est Dominus, ita est & dulcedo suauitatem & oblectationem omni iucunditate animi referam præbens his qui excussa à se ignorantia in ipso sunt renati. Quamobrem qui degustato eo expertus iam est dulcissimam eius & suauem fructuionem, dicit: *Gustate & videte, quia suauis est Dominus.* Itaque qui non credit in Dominum Iesum, quod dulce est, dicit esse amarum. Qui autem non credit in Dominum, is nec assensit natiua indoli verè illius pulchritudinis, neque contemplationem ipsius recipit. Non enim in concinna & apta membrorum proportione, non item in excellenti quopiam colore qui emicans & efflorescens in superficie corporis spectantibus creet iucunditatem: sed sola mente & ea excellenter perpurgata, præcellens illa diuinæ naturæ dicta propriè pulchritudo apprehenditur, iuxta Psalmum dicentem: *Specie tua & pulchritudine tua.* Quisquis igitur suæ mentis oculo non excipit cotuscos fulgores diuinæ illius pulchritudinis: talis dicit quod \* bonum est, esse malum. Nimirum negatione huius, assentitur contrario ipsius. Quia enim Dominus est lux, prorsus sequitur eius aduersarium esse tenebras. Quia dulcis est veritatis natura, constat mendacium esse amarum. Dum negatur Deus, vtique assensus præbetur eius contrario. Ex quo igitur participatio nulla esse iustitiæ ad iniustitiam, nulla communio luci ad tenebras, nulla consensio Christi ad \* Beliar: dispescenda sunt hæc & discernenda ab iniucem, Sanè magna opus est & exacta attentio, vt ne dum putamus nos esse tanquam lucem, ipsi circumueniamur captiosis ratiocinationibus ab eo qui se transfiguratur in angelum lucis: neque opinionem de dulcedine conceptam, quæ in speciem suam.

Eccles. 7.

Prov. 1.

Vere Dialecticos  
ἐγκύριον.

Sophisticè  
Dialecticos  
sugillatio.

Malitia.  
Bonitas.

Tenebra.  
Lux.  
Dulcedo.

Amaritudi-  
do.

\* Neque enim cæcus  
inducat de coloribus.

Psal. 18.  
Psal. 118.

Finitio vir-  
tutis.

Quæstio.

Solutio.

Quæ im-  
proba sunt  
intelligit  
ἐπισημο-  
ves.

Psal. 33.

Psal. 44.

\* τὸ καλὸν  
προνόον.

2 Cor. 6.  
\* Pro  
βελίαρ  
βελίαρ  
lege Belial,  
absque iu-  
go, perue-  
nit  
suam.

speciem esse apparet in amaritudine nequitiae, nostro testimonio comprobemus, neu astipulemur voluptuosa & genialis vitae consecratoribus, neque si anima eò redigatur, ut seruiat pulchritudini corporum, existimemus hac in re itam esse indolem verè pulchritudinis. *Vae qui sapientes estis inter vos ipsos, & coram vobismet scientes.* De his qui tales sibi videntur nempe intelligentes & scientes, quum alioqui tales non sint, possunt hæc dici, quando nec intelligentia præditi sunt, nec rerum peritia. Possunt tamen & de his quidem intelligi, qui re vera penes se obtinent gratuitum hoc donum intelligentiæ & scientiæ: atqui non depromunt in communem aliorum usum. *Sapientia enim occulta & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vrisque? Qui igitur tales penes se reconditam detinent scientiam, non item eam exerunt in conspectum aliorum, quasi si quis apud se defossum talentum occultuit: imò ne in conspectu quidem Dei habetur rerum scientia præditus, quando is scientiæ dono abutitur, non ad gloriam Dei.* Tertia insuper potest induci acceptio istorum intelligentium & scientium se à Deo habere. Et hi quidem, tales licet, norint se eam obtinere gratiam, Dei dono: causam tamen istius beneficentiæ non in Deum referunt, dum isti apud semet intelligentes & coram seipsis scientes, si qua laude digna gesserint, sibiipsis ascribunt, aduersum quos nonnihil dicendum se offert. Et quidem, *Quid habes, quod non accepisti? Quod si accepisti: quid gloriaris, quasi non accepisti?* Et illud, *Nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui edificauerunt eam.* Intelligentia enim dicitur quasi sequax quadam dexteritas & promptitudo animæ è vestigio cogentis in vnum res ipsas quas tacita cogitatione conceperit, quæ & nata est ceu semina, cogitationes nostras in vnum contrahere ad iustam perfectionem. Intelligentia est velox quidam ac solers mentis discursus, ceu indiuidua comes cogitatione apprehendens quid cuique rei proprium sit, decetave. Scientia autem habitus est in seipso ratam habens certitudinem, nec vlla ratione mutabilis est. Sciens verò qui comprehensionem speculationum (quæ ad consequendam beatitudinem magnopere conducunt) quadantenus ad habitudinem vsque & inconculse iam in se continet. Ait enim scriptura sapientiam esse scientiam diuinarum & humanarum rerum & talium rationum. Iam quando Christus, suapte natura sapiens est, hinc eum asserimus sapientem qui ex participio Christi, in sapientia quadantenus promouit. Intelligentes autem is esse noscitur per absolutam perfectionem seminum eius quæ in nobis est, intelligentiæ. Sciens verò qui vbi comprehendit commentationes contemplationi accommodas & mirè adiuuantes ad assequendam beatitudinem, secundum hoc pro habitudine iam & solidius in se eas continet. In Exodo \* autem inuenimus oraculum à Deo redditum pro architectis: *Implemi eum Spiritu diuino sapientia & intelligentia & scientia.* Quamobrem, vae intenditur ei qui originem & causam indultæ sibi intelligentiæ ac scientiæ non transcribit Deo. Nemo igitur sibi vendicat tanta hæc, vt se scientem esse profiteatur aut dicat intelligentem, at neque sapientem. Nam quando sapientia, scientia est diuinarum humanarumque rerum, eam si habes, acceptam refer originem causamque Spiritui sancto. *Egredietur enim vinga de radice Iesse, & flos de radice ascendet, & requiescet super eum Spiritus Dei, Spiritus sapientia & intellectus, & quæ deinceps. Vae qui potentes sunt in vobis & bibunt vinum: & potentatus qui miscnt siceram.* Et lex quidem vsu vini & siceræ interdicti sacerdotibus mox ingressuris sancta, pariter & his qui vocantur Nazaræi, vt dictum est in Numerorum libro, sub hac verborum serie: *Et loquutus est Dominus ad Moysen dicens. Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Vir siue mulier qui \* magno animo votumouerit, vt sanctificet sanctificationem Domino: à vino & siceræ sanctificabitur. Acetum ex vino & acetum ex siceræ non bibet. Et quæcumque fuerint ex vna, non bibet. Et vnam recentem, & vnam passam non comedet omnibus diebus voti sui. Ex omnibus quæcumque fuerint ex vinea, vinum per expressionem vinaceorum vsque ad acinum nunquam comedet omnibus diebus voti sanctificationis suæ.* Salomon item in Prouerbij. *Principes qui iracundi sunt, vinum non bibant: vt ne postquam biberint, obliuiscantur sapientia.* Administratos enim verbi Diuini decet, necnon eos

A quorum fidei concedita est prouida hominum sollicitudo, vt prorsus sibi interdican ab his quæ noxam adferunt præcipuæ facultati animæ nimirum menti. Si quando enim plusculum vini meracioris nec diluti aqua corpus subierit: quasi tyrannus quispiam, festino cursu contendit ad arcem, & ab eo summo vertice ingerit animæ & excitat tumultus irrequietos, à nulla legitimi mandati transgressione sibi temperans. Quin ipsam primùm omnium, rationem simul atque rededit in ordinem ancillarum, omnem denique distinctarum partium animæ ornatum atque ordinem eruditione comparatum confundit & permiscet suisque turbelis præcipitem dat. Risus concit planè indecoros, vocem obstreperam ac tumultuantem efficit, excitat iras temerè conceptas, effrenes concupiscentias exulsucit, extimulat ad insaniam vsque, & ad inconcessam omnem atque illegitimam voluptatem. His de causis viderint magnates, vt ne vinum bibant, siue is cui principatus quispiam conceditus est, & reipublicæ moderatio, seu isti qui per ætatis florem in vigore vegeto constituti sunt corporis. Tales enim qui natura sunt, ad consecrandam voluptatum illicebam propendent: si quando plusculum vini acceperint, & impetum, ceu flammam quandam excitant & in sublime atollunt, materia ampliter suppetente iis qui vruntur. *Minimo namque conceditur misericordia: potentes autem poterunt tormenta siue & examen patientur.* Eam ob rem, Væ est potentibus istis, quibus noxam vinum & sicera ingerunt. Cui enim plus committitur, plus ab eo reperitur. Tibi itaque credita quum sit dispensatio sacramentorum, sermo sapientiæ, scientiæ vis, tu autem errabundus per ora oculosque mortalium circumfers animam vino immerfam, qua non iusta ratione te lamentatur Propheta ac deplorat? Penes enim te quum sit fortitudo spiritualis, tu eam ista vini immoderantia imbecille reddis. Et qualicumque tandem succubuerit quis perturbationi animæ videlicet per ebrietatem inductus in emotionem mentis vitioso illo affectu innatam ipsi, talis utique dicitur bibere vinum & temperare sibi siceram, quod nomen nouimus sua interpretatione innuere τὸ μεδυσμα ebrietatem. Ratio enim quum euicta fuerit ab affectu turbulenta ebrietatis non perinde est consequens ac si alia affectione se ingerat animæ à tristitia, à timore, à voluptate & concupiscentia. Nos itaque potentes, quorum fidei demandata est sollicitudo, vt populo præfideamus, etiamsi quadantenus hoc vitio euidimus superiores, videamurque imperio rationis ab ebrietate nobis temperare, illi frenum iniicere vi rationis: ne sic tamen à cæteris vitijs seiuncti sumus extra omnem aleam miseræ. Ambitio enim & honoris & principatus, grauissimæ ebrietatis: intoleranda ebrietatis, inuidia. Hypocrisis, perueicax est temulentia. Derractio aduersus proximum, vehemens est ebrietatis. His affectibus inebriata semel anima obliuiscitur sapientiæ. Nihil enim sic obturbat & confundit contemplationem sapientiæ, vt hæc improbanda affectio, omnisque species peccati. Quo autem pacto qui sapiens est, potest idem esse iracundus? Ait enim Scriptura nondum immobilem esse circa tales animæ affectus: quin de eo edisserit, qui quadantenus istis & mediocriter tangitur, quemadmodum & aliis in locis dicit, *Inspiciens ipso eodem die enuntiat iram: sapiens autem per partes conseruat eam.* Dicit igitur iram in futurum tempus recondendo, proferre tandem eam pro iudicio rationis, aurigæ in moerem, passionem ipsam moderantis, quo sensu dictum est *illud: Irascimini, & nolite peccare.* Dominus verò perfectiora constitutus, dicit vt eam iræ perturbationem in totum excindamus, non item vt nos ipsi expectemus vindictam. *Vae, qui iustificatis impium, pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis.* Perspicua est hæc sententia eos condemnans qui pro tribunali bus confidentes per amorem erga \* mammonam, \* Mamlabefactant quidem & peruertunt reëctitudinem iudicij: in mona, diuitia, pecunia, Syrum autem sententiam pedibus eunt, & sordida merces corruptrix iudiciorum. Et quidem impio nomen iusti tribuentes, eum qui iustus est, condemnant iniustitiæ. Ratio enim præoccupata studio cumulanda pecuniæ, statim est istis suo pondere momentum lancis deprimens eius qui peior est. Studio igitur propensiore nobis ipsis attendamus, ne quem forte impium aut hominem, aut certe

Ecl. 20.

1 Cor. 4. Psal. 126.

Intelligentia finitio.

Alterra.

Scientia finitio. Sciens in sacris litteris.

Siue ipsa substantia- lis sapientia. Sapiens quis. Intelligens. Sciens.

\* Exod. 31. Secus legitur apud I. XX. quos sequor.

Isaie 11.

Leuit. 10. & de Nazaræis Num. 6. ביהר

Septuaginta. μεγαλωσ αουεταυ.

Prou. 13.

† ἕλαματ. Verius ἕλαματ, incendium. Sapient. 6. † ἕταση σουταυ.

Psal. 4.

\* Mammona, diuitia, pecunia, Syrum est pariter & Punicæ. † δερπεδικια.



sertè doctrinam iustificemus, favore erga nos, gratia aut munere quopiam demulcti, assentiendo talibus, nequando succumbamus inrentata istis & instanti miserâ. Propter hoc quemadmodum \* comburetur stipula à carbone ignis & comburetur à flamma \* effusa, radix eorum perinde ac lanugo erit, & flos eorum quasi \* pulvis ascendet. Non enim voluerunt legem Domini \* Sabaoth: sed eloquium sancti Israel exacerbauerunt. Sermo hic interminatur peccatorum radices esse conflagraturas & in ordem seu lanuginem extenuandas, floremque ipsorum, quasi pulverem in sublimem ascensurum. Quæ nunc inferuntur, expendamus consentaneè ad præinducta. Quum enim superius differuisset de his qui immodico vino sunt vsi, & aduersus, eos disceptasset qui acceptione munerum peruertunt iudicia: nunc demum pronuntiat radices talium comburendas, perinde ac stipulam siue stramentum à carbone ignis. Siquidem calamus siue arundo \* planta est imbelli radice consistens ac nitens, extima quidem superficie glabra & gracilis, internè verò inanis est. Quod autem inæquale habeat incrementum, qua parte se tollit in altum & adolescit, frequenter intercipitur geniculis, quòd infirmæ virtutis sit, aded vt planta hæc non queat æquabili proceritate succrescere, sed opus habeat intermedia quopiam refocillatione qua suffulciatur: ob hoc etiam geniculum tribuit illi natura suppeditando defectu virium. Mox enim vt aliquantum pronò in terram capite & obliquo se inclinat, dein sustollit se & stat, & ita si diuturna mora persistit, efficit geniculum. Deinde rursum vis eius confirmata vsu illius geniculi, quasi nitens gradu quopiam ac fundamento, iterum se terram versus reclinat & deprimit. Et ad eum modum calamus siue arundo plantam hanc refocillatam geniculorum vi perficit. Tales sunt qui per administrationem rerum mundi istius illustres euadunt & conspiciui. Ingressientes super cariosum ac putre fundamentum & iuxta internum hominem vacui vitam traducunt suam vnà cum inæquali prorsus diuersitate negotiorum mundi huius. Propter hoc, quemadmodum comburetur stipula à carbone ignis: sic & deurentur radices eorum à flamma effusa siue dissoluta. Carbo enim ignis originem ducens è terra, post transitum flammæ in crassiore permanet materia. Qui igitur inter istas animæ commotiones viuunt, vtique peculiarem habent suarum perturbationum ignem, quemadmodum & diues ille intrus habebat causam quæ illum deureret & siti prorsus arefaceret. Quamobrem vinum bibentibus perinde ac vinolentis interitum comminatur per exustionem. Iam quando iudices acceptis muneribus detorquent iustitiam, asserit & radicem ipsorum combustum iri flamma dissoluta, radicem videlicet vocans cupiditatem pecuniæ siue auaritiam, de qua & Apostolus sententiam tulit: Quia \* radix omnium malorum est auaritia. Ab radice tali, cuiusmodi florem consentaneum est suo ascensu emergere? An qui compar sit & assimilis pulueri suapte natura instabili, inque aërem euanescenti ac disperso? An non potius, vt quemadmodum puluis excitatus ab obujs qui & officit organo \* respirationis, vitæque nostræ molitur insidias: ad hunc modum se habet vna acquirendi cupiditas à qua erumpunt flores auaritiæ, ceu sunt, violenta extortio siue rapacitas, iniustitiæ mendacium, calumniæ, alia insuper quæcunque istius sunt malignæ radices germina, vtique exitialia vitæ nostræ & spirituales animæ mundiciam interpellantia: Quis eorum fuerit fructus, non admodum curauit dicere sed quis ipsorum flos. Malitiæ enim germina in ipsa germinatione imperfecta concidunt. Siquidem mox vt erupit primus flos, euanescit pullulatio & intercipitur. Vidi enim impium superexaltatum: & transiit, & ecce non erat. At qui iustus tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum, assiduo deflexu vitæ irrigatur: peccatoris autem radix comburetur, eiusque flos, vt puluis ascendet, propterea, quòd noluit obseruare legem Domini Sabaoth. Quin etiam τὸ λόγιον responsum Dei siue oraculum & eloquium diuersas exprimit appellationes Domini: eam ob rem Prophetæ de eiusmodi oraculo tanquam animato ait: Oraculum Domini exacerbauerunt. Lex enim vitæ: & Verbum Deus, nempe vnigenitus Deus, per quem facta sunt omnia. Et iratus est furore Dominus Sabaoth in populum suum, & iniecit manum suam super eos, & percussit eos, & exacerbati sunt montes, & fa-

**A**cta sunt morticina eorum quasi sterces in medio viæ. Et in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius excelsa. Peccatum eorum qui pro potestate agebant, atque potentatum viam præstitit iræ à Domino promotæ aduersus populum. Ob hoc, priore loco dixit: *Va qui prepollent inier vos, quique sunt potentes*, deinde subneccit: *Et iratus est furore Dominus in populum suum*, quippe qui imitatione præfidentium erat in peccatis constitutus & proinde dignus qui pateretur quas furor & ira Domini irrogaret, pœnas. Est autem θυμός, feror, seu ebullitio sanguinis circa cor, ab eo ferè nomen accipiens quod veluti tumor laxus ac mollis circa cor concreuit ex euaporatione humorum. Ira, verò appetitus est vindictæ. Itaque superior quidem exandefcentia animi peracrem habet & citam & morionem perturbationis: Ira verò indicat fixius hærentem & prolixius extensam expletionem conceptæ tristitiæ. Proinde religiosum sit ac pium neutrum admittere dici propriè de Deo. Tropica enim sunt istæ locutiones. Non enim vlla eiusmodi perturbatio in Deo est, aut vlla ratio accidens & aduentitia qualitas cadere potest in eius essentiam. Cæterum actio quidem eiusmodi quæ circa nos est, appellatur θυμός, siue furor, siue indignatio. Forfan & ira hæc eruditio quædam est nobis siue castigatio perquam operosa & plurimum exhibens negotij. Reprehensio autem siue increpatio quæ cogitationibus nostris turbelam tumultum antem solet ingerere, appellatur θυμός, indignatio, siue furor. Etenim Deus eorum mentem confundit ac turbat, quibus indignatur, nec vilo dignatur sermone, iuxta dictum illud: *Quia in furore suo cõturbabit eos*. Qui autem erudiuntur in ira, hi disciplina censentur digni, iuxta quod dicitur: *Quia tunc loquetur ad eos in ira sua*. Qui enim reprehenditur ob commissa à se peccata, is nondum eruditus est: qui autem iam eruditus, aliqua ex parte se declarat propinquare scientiæ. Si igitur erudit quidem & castigat ira, obiurgat autem acrius furor: habet vtique ira quiddam efficacius atque vtilius furore. Ob hoc & Hieremias: *Corripes nos Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore*. Non enim dixit, *Etenim in ira præterquam quòd correctio à rectitudine iudicij profecta clementior est & commodior ea quæ per furorem profilit & iram*. Correptus enim in iudicio, & sermone illustratus plurimum vtilitatis accipiet per arcanam meditationem iudiciorum Dei, in hoc vt nihil iam agat citra iudicium discretionis: sed vt cuncta consummet ad libellam sani & incolumis iudicij, ita vt ij ipsi cogitationes habeant iudicio discretionis confirmatas, iuxta quod dicitur: *Cogitationes iustorum, iudicia*. Iudicij enim tempore, quando manum suam populo iniecerit & montes exacerbabantur, declarante Verbo ipso, quia creatura omnis coorietur simulque irruet ad vltionem expetendam de peccatoribus. Quemadmodum enim & in plagis Ægyptiacis vndeque eos adoribatur bellum, ab aëre, à terra, ab aqua: sic & modo quum iniecerit manum suam in populum Dominus, vt elidat & dissipet eum, & montes exasperabuntur, morticina autem populi, vt sterquilinum per ignominiam ac dedecus in medio viæ iacentia conculcabuntur. Mihi nunc cogites velim & obserues istos qui in peccatis constituti, toti immorantur negotiosis vitæ huius curis & interim ab aduersarijs potestatibus miserè proculcantur, à quibus Domini sermo se asserit non auersurum indignationem propter cor impenitens: sed adhuc manere manum excellam, id est, ad expetendam de eis vltionem in sublimem porrectam. Manus nomine castigatorem innuit & punitiuam potestatem, secundum illud B. Iob: *Manus Domini tetigit me*. Et in hoc eodem, diabolo dicente manum mittendam in Iob, quo tempore punitus est: *Non etiam, sed mitte manum tuam & tange ossa eius*. *Leuabit ergo signum in nationibus procul & prope, & sibilabit eis ab extremitate terræ*. *Et ecce cito velociter veniunt*. Iuxta quidem sententiam hanc, videri possit sermonis contextus prædicere Romanorum exercitum qui post venit aduersus Hierusalem, extrema illa obsidione. In eo enim procinctu bellico, formula militares & delectus legionum complebantur ex gentibus tum è longinquo accitis, tum è vicino, nempe ex his quæ circa Syriam & Arabiam. Aliæ insuper nationes quæcunque adiacent Iudææ à Romanis ad militiam con-

\* καυθήσειαι.  
\* Sine, resoluta.  
\* χυμός & χονιοπίδος.  
תבואה  
exercitus militares.  
κατόπι  
hic ad prætorij referuntur.  
\* De speciebus arundinis Dioscor. li. 1. c. 116.

3. Tim. 6.  
φιλάργυρσία,  
radix malorum omnium.

2. sal. 36.

θυμός, feror, seu ebullitio sanguinis circa cor, ab eo ferè nomen accipiens quod veluti tumor laxus ac mollis circa cor concreuit ex euaporatione humorum.

θυμός, indignatio, siue furor.

Hier. 10.

Iob 19.  
Iob 2. iuxta LXX.  
\* Alas in Biblijs non habet  
εγγύς  
Hebr.

\* Christi.

scribentur. Porro quidem τὸ σὺσχυμον signum inquam illud ex composito in commune de promptum eleuatum est in nationibus, hoc est signum crucis\* eius qui per eam declaratus est & designatus. Et quidem gentes ad fidem accitæ sunt: Hierusalem verò subuersione est adæquata solo. Sanè illi ita citò ac velociter veniebant, tanta cum proensione & alacritate ad id bellum proficiscebantur, vt eis in obliuionem veniret ratio parandi commeatus, ne opperirentur quidem erogationem authoramenti seu tesseram

A militarem, non item laxamentum vllum aut refocillationem desiderabant, & nec se exuebant militari habitu. *Pe-* *Ex Alaiño*  
*des equorum ipsorum quasi solida petra reputati sunt, rota cur-* *exemplari &*  
*ruum eorum quasi impetus tempestatis. Peracri ira ac dentibus sicut* *Compluten.*  
*dent vt leones: & adfiterunt, vt catuli leonum. Et vociferabi-* *editione hac*  
*tur aduersus eos die illa, sicut est vox maris† exastuantis. Et inspi-* *sum mu-*  
*cient in cælum sursum & deorsum: & ecce tenebra dira in penuria† δὲ πρὸς τὴν* *iuatuu.*  
*eorum.*

# B. BASILII MAGNI

## ENARRATIO

I N

### SEXTVM CAPVT ESAIÆ.



T factum est anno, quo mortuus est Ozias rex: vidi Dominum. Et missus est ad me vnus de Seraphim. A prima mundi constitutione, ad sanctos diuinæ illæ virtutes semper emissæ sunt, quæ deciduam prolapsionem humanæ naturæ constituerent & instaurarent. Missus igitur est ad Esaiam vnus qui ab eo auferret peccata & à fordibus

expiaret. Missus autem est, vbi Dominus cum audiuit lamentantem suas afflictiones & ærumnas, suumque peccatum tacito mentis conceptu consentem. Dixit enim: O me miserum, quia compunctus sum: quia homo quum sum & immunda habeam labia, in medio populi immunda labia habentis ego habito. Eadem dicebat & Paulus: Miser ego homo, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Secundum hæc, quasi iam consequutus diuinum subsidium, infert: Gratias ago Deo, per Iesum Christum. Dixit autem illud: O me miserum, quum perspicuè subijisset eius intelligentiam regni Dei sedentis super solium excelsum & eleuatum, quique adimplet vastum hunc mundum gloria sua. Non enim dixisse videtur hoc: O me miserum prius quam intellexisset esse Dominum. Sacris quippe literis proditum est, quia Abraham, quo tempore Deus se illi exhibuit conspicuum, dixerit hoc: Ego autem sum terra & cinis. Ad eandem dicendi formulam & Moses eruditus omni sapientia Aegyptiorum, & (vt par est credere) illos exuperans omnes dexteritate ingenij & perspicacia intelligentiæ, non prius percepit se linguæ esse impeditioris & tardiloquæ, quam à Domino accepto oraculo, sensit primum suam ineloquentiam & tardiloquentiam. Et in manu sua habebat \* carbonem quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. Qui Iudaico sensu hanc edisserit sententiam, dicet vtique quia Dominus visus sit in loco ciuitati Hierusalem finitimo, confidens in folio excelso & eleuato, & in eius circuitu Seraphin stantes. Et quia ex Seraphin vnus ori prophetæ obtulit ignem desumptum ex altari holocaustomatum in expurgationem labiorum eius. Atqui nos, qui fidem Christi complexi sumus, ea quæ per legem præscripta sunt, censemus exemplaria esse & vmbras cælestium. Domum quidem dicimus vniuersam fabricam ac cæterum creaturæ, tum spiritalis, tum sensu perceptibilis. Solium autem eleuatum Dei in omnem creaturam principatum & dominationem. Seraphin verò virtutes mundo ipso superiores. Quod si (vt imaginaria quadam conceptione quidam allerue-

runt) duo cæli hemispheria aliqua ex parte apparentia super terram & conspicua, sex partibus vtriusque hemispherij, quasi alis quibusdam ad iustam motionem ventibus: quo pacto mitti alter eorum potuit, aut ab altero diuelli, quando cælum suapte natura contiguis partibus conflatum sit & compactum? Atqui vt cœperam dicere, virtutes illæ mundo superiores, ob præcellentem ac summam puritatem habitæ sunt dignæ quæ throno proximè adfiterent. Ex harum collegio vna \* ad Prophetam venit. Vt enim Deus omnibus licet præfrens non omnes dignos efficit quos peculiari prouidentia è cælis despectet: at non † particulares illæ virtutes † pro impertiendo hominibus beneficio suum abnegant ministerium. Accepit igitur Seraph ille forcipe carbonem ab altari. Tecum reputa, quanta fuerit amplitudinis altare illud, quod quidem vix adiri poterat, vt ne illud auderet Seraph manu attingere, sed forcipe ignem in manum accepit. Quisnam ignis hic, qui peccata expurgat? An fortè illi congener, de quo dictum est: Quia ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne? Quandoquidem carbo ignis etiamnum est, sed ex materia prius crassiore & magis terrestri & in ea permanens. Carbones enim nominantur tunc, vbi floridus ille flammæ aspectus pertransijt. qui versatur circa concretionem crassioris materiæ & ignitæ. Fortè igitur figuratè innuit Christi aduentum in carnem. Ait enim Ioan. Verbum caro factum est. Et caro hæc excepta, à natura per diuinitatis illustrationem, iuxta id quidem quod erat corporeum, sensibilis erat: secundum verò vnionem eius cum Deo, pellucida erat & radijs diuinitatis effulgens. Proinde illa caro tulit peccata mundi, & iniquitates nostras perpurgauit, quam velut ænigmate nobis representauit prophetia hæc. Equidem Nadab & Abiu concremati, quod alieno igne essent vsi. Iste autem Seraph è sancto igne qui erat in altari illo intellectuali veracium holocaustomatum, accepit carbonem non per se, sed protensa forcipe. Porro vt declararet ignem illum cælestem naturæ esse nequam exustiæ, sed expurgatotiæ, susceptum manu ita admouit labijs prophetæ. Huic congener igni & affinis erat qui & in Rubo apparuit, quem vidit Moses. Imminebat quidem plantæ, nec tamen exurebat Rubum. Forceps autem forsân insinuat habitudinem & naturæ dexteritatem quæ vnicuique inest ad susceptionem bonorum à Deo nobis indulutorum, secundum proportionem propriæ habitudinis singulis quibusque existentis ad conciliandum sibi honesta opera. Et audiui vocem Domini, Quem mittam? Equis ibit ad populum hunc? Mosen quidem non interrogat: sed quasi eum haberet

Rom. 7.

Act. 7.

\* Vel carbūculū, ignei coloris lapidem.

\* Vna virtus. † μερικαὶ δυνάμεις.

Matth. 3.

à Ioan. 8.

Pro Naab, lego Nadab נָבָד

pro Abiud lege אַבְיָדוּ

Abiu. Leui. 10. Exod. 3.

*ibidem.* haberet ad id iam accinctum, ait: *Et nunc veni, mittam te ad Pharaonem regem Aegypti.* Ad Eſaiam vero ait: *Quem mittam? Equis ibit?* Quæ utriusque cauſa eſt: Quia illic quidem mittebatur Moſes pro bono ac beneficio in populum confeſſendo: huic autem miniſterium proponitur ad nuntiandum res parum amœnas, immo permoleſtas. Quocirca illi quidem mandatum præſcribitur: huic autem famulatus obeundæ legationis in poteſtate relinquitur, propterea quod nos homines ſic natura comparati ſumus, vt quæ ſemel volentes exequenda propoſito elegerimus, quamlibet moleſta fuerint, tamen eam operoſam moleſtiam deuoramus ac perpetuamus. Et hac gratia Dominus vltro ſe offerentem Eſaiam vult in ſe recipere ꝛ functionem iſtius obeundæ legationis. Quodque neceſſitas vrgeret mittendi, declarauit: tum vero ob propenſam animi alacritatem voluit, vt omnibus innotefceret perſonam fuiſſe explendæ huic adminiſtrationi accommodam. Quare Moſes quidem propter ſplendidum & illuſtre genus vitæ, accitus eſt ad tanti populi præfecturam, quam deprecatus eſt: *Quis ſum, vt pergam ad Pharaonem regem Aegypti, & educam populum de terra Aegypti?* Rurſus, *Obſecro Domine, inſufficiens nec ſatis idoneus ſum ꝛ ante heſternum & tertium diem, neque ex quo coſiſti loqui famulo tuo.* Iterumque, *Supplico Domine, delige alium, qui id præſtare poſſit, quem mittes.* Eſaias autem tale aliquid quum nihil audiſſet, ſed ſolum edoctus neceſſitate mittendæ legationis, nihil inuit ſeiſpſum permiſit Deo, perque exuperantem charitatem ſe iniecit medium ſubeundis periculis, nihil ſecum reputans eorum quæ ſibi irroganda eſſent à populo mala. Obſerua autem & exactam diſciplinam & circumſpectam prudentiam dicendi, quæ veridicum prophetam addecer. Duobus enim propoſitis ſermonibus vnica ſatisfacit reſponſione: *Quem mittam, & quis ibit? Ecce ego ſum: Mitte me.* Non iam adiecit, *Et ego ibo.* Si quidem ſuſceptio iſtius apoſtolicæ legationis, penes nos ſita eſt & à noſtro pendet arbitrio: confirmare autem ad profectionem, eius eſt qui inſuſione gratiæ nos corroborat, Dei. Itaque Eſaias per id quod electiua & libere erat voluntatis, reſpondit: *Ecce ego ſum, mitte me.* Quod autem erat gratiæ, reliquit Domino, vt qui propriæ conciuſi infirmitatis non eſt auſus polliceri ſe iturum. Audit vero vocem Domini, \* non quidem quæ icerit aurem corporis: ſed qua Deus tantum menti eorum per notas adumbrationes imprimit conſilium ac decreuit, quibus id velit palam facere. Ineffabili enim virtute quadam informantur conceptione imaginaria, qui mentem habent indiſtractam ac puram externę cogitationis, quaſi ſi verbum Dei in ſe percipiant ſonũ edere, etiamſi an veſtigium quidem aut notam vocis excipiat aër, neq; in aurem vſque transfundit. Deus enim animæ quaſi libro cupiam ſuam inſcribit voluntatẽ, quam ob rem dixit Propheta: *Ecce ſum ego, mitte me.* Ad hoc vero quod cõcipienter ſequitur, ſubtrahit. Non enim ſubiecit, *Ego ibo,* Eiuſmodi enim pollicitatio maior erat & ipſius viribus ſuperior: Quod autem non temere ſibi per ſe vendicauit, hoc ei Dominus gratuito contulit. Dixit enim ei. *Vade, & dic populo huic.* Sed enim dicens: *Ecce ſum ego,* fiducia iam fretus, quaſi particeps illius euentiæ ſeiſpſum adnumerat his qui in conſortium venerant illius eſſentia. Id autem dixit, *expurgatis prius labijs.* Qui autem in iniquitatibus iacet, necdum eius agnitione illuſtratus qui eſt, non poteſt pro ſeiſpſo teſtimonium hoc reddere: *Ecce ſum ego.* Iam quando Deus ſtatuit quidem Apoſtolos primũ, ſecundũ Prophetas. Ob hoc etiam Eſaias primus apoſtolorum gratiam accepit, Moſes inſuper in Apoſtoliſ eſt. *Veni enim (ait) mittam ꝛ te ad Pharaonem regem Aegypti.* Exaudit & hanc vocem Hieremias, *Ad omnia, ad que te miſero, ibis. Vade, & dic populo huic: Auditũ audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perſpicientis. Incraſſatum enim eſt cor populi huic, & auribus grauiter auclierunt & oculos ſuos ꝛ occluſerunt: ne forte videant oculis & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.* Sententiam hæc retulit in actibus Apoſtolorum \* Lucas. *Et miſiſſus eſt ad me vnus ex Seraphin.* Quod virtus quedam mundo ſuperior ſit, iniquitatum purgatoria ( cuius expiationis adminiſtrandæ functio peculiariter concedita eſt ipſis Seraphin ) ſcripturæ expriment. Miſiſi quippe leguntur hi ſpiritus adminiſtratorij ad nos, qui hæreditatem ſumus conſequuturi ſalutis. Veniunt au-

† τὸν ἀπο-  
σολῆν.

Exod. 3.

† πρὸ τῆς  
ἐχθρῆς.  
Exod. 4.

\* quiddam  
hic deſidero  
in exemplari.

Exod. 3.  
† ἀποσολῆ-  
ν ὁσε.

† ἐκάμυθε  
σαυ.

\* Act. 28.

A tem non ſuauer autoritate Seraphin, non item arbitrij ſui libertate nos interuiſunt. Etenim præcipua quidem vitæ functio, quæ & ſecundum naturam actio inſerta eſt eis, vt omni cum attentione contemplantur diuinę bonitatis pulchritudinem, & perenni glorificatione concelebrẽt Deum. Quod autem nonnunquam ſeruiant hominum ꝛ conuerſioniaci providentiæ, hæc illis actio quedam eſt accidentaria & ex occasione oblata. Quam ob rem ait: *Miſiſſus eſt ad me vnus ex Seraphin.* Non abſimile vero eſt prophetam tum deſcẽdiſſe ad conſcientiam propriæ impuritatis per labia contractæ, quum vidiffet functionem illam ſpiritu Seraphici ordinis aliud nihil eſſe, quam vt Deum depradicarent

† Pro ſpe-  
phi, logo  
ἐπισημοῦ.

B Sanctum. Fuerat enim is loquutus quæ humana ſunt, ſuaque linguam ſubinde inquinat verbis mundi iſtius concernentibus euanidam vanitatem. Et ea conferens cum laudibus Seraphicis, compunctus eſt: tum quia aliud nihil loquuntur. Tantum eſt, ſanctificationem proclamant diuinę maietaſtis. Ipſe autem ſæpenumero linguam ſuam occuparat adminiſtrandis rebus humanis. Quam ob rem dixit: *O miſerum me, quia compunctus ſum: quia homo quum ſim, & immunda labia habeam, in medio populi habito immunda labia habentis.* Conſimilem in modum Moſes. Is enim etiamſi eruditus eſſet \* omni ſapientia Aegyptiorum & dexteritate ingenij ac ſolerti prudentia eos omnes tranſcendiſſet, eatenus tamen non intellexit ſe vocis eſſe gracilioris & tardiloquæ, tantisperdum exaudiuit oraculum Dei loqueris. Tunc enim primũ ſuam agnouit infirmitatem. Abraham quoque; quãdo Deus ſe ei exhibuit cõſpicuum, tunc profeſſus ſe eſſe terram & cinerem. His proximẽ & Eſaias accedit, qui quum vidiffet ſedentem ſuper ſolum excellum & eleuatum, contẽplatuſq; eſſet gloriã mundum habitabilem vniuerſum adimplentem, & ſpiritus Seraphicos illam ſanctificationis vocem multo cura tremore expromentes: tunc primũ ſe ærumnoſum ac miſerum appellauit, tunc labijs ſuis agnouit cohaſiſſe immundiciã, quare dignus tunc habitus qui vnus ex Seraphin manu tepurgaretur. Obſerua proinde delicta huius nequaquam effuſiſſe ſe per omnem improbam operationem & actionem: ſed labiorum ac ſermonum tenuis ſolum cõſtituiſſe. *Et in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari, & terigit os meum.* Quod ad ſententiam hanc attinet in ſpeciem videtur ſenſum præferre de altari templi. De quo Seraph accepit carbonem forcipe in manu ſuam ab altari holocauſtorum. Re autem vera, quoniam ritus ille quo apud Iudæos Deus colebatur, ſubſeruiebat exemplari & vmbra cœleſtium, cœleſte quiddam inſinuare intelligendum eſt altare illud, nempe locum luſtrandis animabus accommodatum, è quo ignis ille purificatiuus per eas virtutes eximia ſanctitate præditas elicitor. Tali igne cor Cleopæ & \* Simonis inardeſcebat, *Domino eis adaperiente Scripturas.* Conſimili igne inaleſcit cor ſpiritu feruentium. Eiuſmodi ignem accepit & Hieremias, quare & dicebat: *factus eſt ignis in ꝛ visceribus meis, & diſſolutus ſum vndique.* Quod Seraph ille manu propria contingere auſus non ſit altare, ſed forcipe ſit vſus, quaſi intermedio quopiam instrumento, præfert & hoc illum exhibuiſſe altari multum honoris ac reuerentiæ. Carbonem igitur ſentiamus eum inuere veridicum ſermonem, qui ad tollendum è medio mendacium, & ferueat ignis inſtar & ad reuincendum ſit inſtruetus, ſiquidem vtrique adiuncta fuerit ex animo efficaci virtus operis. Manum enim illius Seraph intelligere conuenit eſſe facultatem bona exequendi. Eoque dixit. *Ecce terigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua ꝛ perpurgabunt.*

Hymnus  
intelligit  
trishagiũ.

Confirmas  
inductio  
Exemplarũ  
Moſis, A-  
brahæ, Eſaiæ  
\* Act. 7.

C Existimandum eſt id dictum eſſe non Eſaiæ ſoli, ſed & omnibus quos tangit ignitum Dei ac verum eloquium, cuncta demoliens & abolens quæ committuntur præter legem Dei, vt è medio auferat quæ peccando iniquẽ geſſimus. Excipiamus & nos diuini Verbi aduentum, vt ori noſtro iugiter velut affluens, nullumque cedens locum mendacio, labia noſtra expurget, & auferat iniquitates noſtras. Proinde nihil abſurdum fuerit, carbonem hunc ad ſermonis naturam tranſſumere ac referre, iuxta teſtimonium Pſalmi dicentis: *Ignitum eloquium tuum vehementer, & ſeruis tuis dilexit illud.* Et audiui vocem Domini dicentis, *Quem mittam? Equis ibit ad populum hunc? Et dixi, Ecce ſum ego.* Mitte me, Dignum planẽ eſt hoc, quod in quaſtionem reuocetur.

D *Et terigit os meum.* Quod ad ſententiam hanc attinet in ſpeciem videtur ſenſum præferre de altari templi. De quo Seraph accepit carbonem forcipe in manu ſuam ab altari holocauſtorum. Re autem vera, quoniam ritus ille quo apud Iudæos Deus colebatur, ſubſeruiebat exemplari & vmbra cœleſtium, cœleſte quiddam inſinuare intelligendum eſt altare illud, nempe locum luſtrandis animabus accommodatum, è quo ignis ille purificatiuus per eas virtutes eximia ſanctitate præditas elicitor. Tali igne cor Cleopæ & \* Simonis inardeſcebat, *Domino eis adaperiente Scripturas.* Conſimili igne inaleſcit cor ſpiritu feruentium. Eiuſmodi ignem accepit & Hieremias, quare & dicebat: *factus eſt ignis in ꝛ visceribus meis, & diſſolutus ſum vndique.* Quod Seraph ille manu propria contingere auſus non ſit altare, ſed forcipe ſit vſus, quaſi intermedio quopiam instrumento, præfert & hoc illum exhibuiſſe altari multum honoris ac reuerentiæ. Carbonem igitur ſentiamus eum inuere veridicum ſermonem, qui ad tollendum è medio mendacium, & ferueat ignis inſtar & ad reuincendum ſit inſtruetus, ſiquidem vtrique adiuncta fuerit ex animo efficaci virtus operis. Manum enim illius Seraph intelligere conuenit eſſe facultatem bona exequendi. Eoque dixit. *Ecce terigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua ꝛ perpurgabunt.*

\* Pro Si-  
mone  
Ambr. ſcri-  
bit Manu-  
hetm.  
Luc. 24. v.  
27.  
Ierem 20.  
iuxta LXX.  
† ἐι τῆς ἐν-  
χρόσις ἡ.

E Existimandum eſt id dictum eſſe non Eſaiæ ſoli, ſed & omnibus quos tangit ignitum Dei ac verum eloquium, cuncta demoliens & abolens quæ committuntur præter legem Dei, vt è medio auferat quæ peccando iniquẽ geſſimus. Excipiamus & nos diuini Verbi aduentum, vt ori noſtro iugiter velut affluens, nullumque cedens locum mendacio, labia noſtra expurget, & auferat iniquitates noſtras. Proinde nihil abſurdum fuerit, carbonem hunc ad ſermonis naturam tranſſumere ac referre, iuxta teſtimonium Pſalmi dicentis: *Ignitum eloquium tuum vehementer, & ſeruis tuis dilexit illud.* Et audiui vocem Domini dicentis, *Quem mittam? Equis ibit ad populum hunc? Et dixi, Ecce ſum ego.* Mitte me, Dignum planẽ eſt hoc, quod in quaſtionem reuocetur.

† περικα-  
ταπειν.

F Dignum planẽ eſt hoc, quod in quaſtionem reuocetur.

Pſal. 118.

Exod. 5. Ecquid tandem est, quod Moses quidem missus deprecatur prouinciam legationis & subinde reclamationem, eam apostolicam functionem obire abnuens: Elaias autem tanta cum alacritate se vltroone offert ac dedit? Siquidem Moses nequaquam interrogatur, Quem mittam, sed in se Deus palam excipit mandatum. Ait enim Dominus, *Et nunc veni, mittam te ad Pharaonem in Aegyptum, & educes populum meum, filios Israel de terra Aegypti.* Ex diuerlo Elaias. Indecise, nec definito sermone requirenti Domino, quis foret idoneus administrandæ huic legationi, ei oboundæ functioni se subternit. Quid igitur ad hæc dicimus? Affectus sanctorum si quando inter se contradictorij videantur circa rem vnam & eandem, non tamen repugnant. Etenim Moses quidem planè nouerat causam, cuius gratia mittebatur: quare & extrahebat tempus eratque cunctator, respiciens ad pertinax & inexorable cor Pharaonis, simul & ad contumacem populum, quemque difficilè educeret. Experimentum enim cœperat Iudaicæ ingratitude ac perfidiæ: quando hi quidem ab ipso beneficijs affecti, eum adegerunt sibi fuga consulere, quocirca non ferens eorum maliciosam ingratitude, secedens, ad otium deserti se contulerat, arreptaque occasione pascendi greges, turbas ciuitatum fugitabat & hominum frequentiam. Eam ob rem ait: *Quis sum, vt vadam ad Pharaonem, & vt educam populum de terra Aegypti?* Neque enim Pharaon finet abire populum, nisi attritus acerrimis malis. Sed & populus est perquam difficilis tractatu. Semper enim oblectatur ac repugnat his qui sedulo consulunt eius salutem. Sed & quæ deinceps sequuntur explanat mentem Mofi. Nam quando post vitulum conflatilem, impertiuit Deus famulo suo gratiam, in remissionem peccati illius populi, demum ait: *Vade & deduc in viam populum hunc. Et angelum meum emittam ante te. Quod igitur Moses? Obsecro Domine, nisi tu ipse proficiscaris nobiscum, nihil necesse nos emigrare hinc.* Quæ igitur mens & animi sententia istius viri? Nimirum populus ille ad peccandum erat procliuor: quare eius præsentia egebat, quem penes est potestas dimittendi peccata, quod exhibere nequaquam possunt Angeli. De his quidem qui iniquè agunt, expetunt vltionem Angeli, non item condonant delicta. Eam ob rem efflagitat Moses aduentum Dei. Hunc indicat sensum, quod nunc ait: *Delige alium, quem mittas.* Hoc est, qui verus es legifer, ipse venito qui saluos facere nos potes, qui solus potestatem habes dimittendi peccata. Ex quo autem nondum aduenerat plenitudo temporum & ad assumendam à Deo Verbo humanitatem, oportebat typicis figuris præsignari, ob eas causas prophetæ petitio minimè est exaudita. Sed enim Elaias simul atque condonatum est ei peccatum, quum dixisset, quia in medio populi ego habito immunda labia habentis, audire promeruit: *Quis ibit ad populum hunc.* Arbitratus se quæri ad eam legationem oboundam, vt & populus consimili afficeretur beneficio, immo diuina læticia perfulsus se vltro offert ac subdit, nimirum vt & illis peccata relaxarentur. Ait enim: *Ecce ego, mitte me.* Iusta igitur ratione Moses à se reieciat eam missionem, sed & sancti huius exprompta alacritas simul & responsio sanè quàm tuta fuit & extra aleam periculi posita, quippe qui purgari prius debebat contractu igniti carbonis. Quum enim dixisset Dominus, *Quem mittam, & quis ibit,* non iam subiecit. Quare & quod sum iturus. Nouerat enim quia ad eam actionem opus esset, Deo cooperante, quam obrem quod libera erat voluntatis & arbitrij, hoc Deo spontaneus obtulit: quod autem vt opus habeat consummatore operis, hoc suppresse sit silentio. Quo autem pacto exaudiat propheta vocem Domini, à me sæpenumero dictum est, quia vti que mens quem tali dignatur gratia, vehementia quadam virtutis imaginatiuè informantur ad percipiendum sermonem Dei, virtute diuina his qui digni sunt insonante, auribus quidem non corporeis: sed qui eum perceptibilem sonum præcipuè facultati animæ imprimat eorum qui puriore intellectu sunt præditi, & veluti silentio inscribit eis quos vult animi conceptus, cuiusmodi & ad nos transmittit auris sonitu sensibili percussa ad percipiendum. Vocem itaque innatam cordi & quæ intellectu comprehendi posset, audiuit: id quod & inter somnum apparet fieri. Nonnunquam enim videmur loquentem vnum aliquem audire:

A sed non auditu sensitio qui per aërem delatus sit ad auris meatus. Itaque ad hunc modum loquitur Deus, sicque loquentem inaudiunt sancti. *Vade, ait, & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicientis.* In crassatum est enim cor populi huius, & auribus suis grauius audierunt, & oculos suos compresserunt, ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Sententiam hanc perspicuè & citra controuersiam beatus Paulus \* referens ad tempora Domini aduentus, recitabat, dum Romæ cum Iudæis disputaret: *Bene Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis, & non intelligetis, & quæ ex ordine sequuntur.* Hæc potissimum sententia exprimit & confirmat prophetam velut diuina inspiratione, scitè ac breuiter esse loquentem. Quandoquidè populus aure inaudiit sermonem Iesu, non itè intellexit: vidēs quæ ab ipso edebantur miracula, ne sic quidem videbat quàm essent prodigiosa ac stupenda. In futurum enim tempus hæc sententia quum inclinaret, visa illis est subindicare ea quæ prædicebantur, referenda esse in extrema tempora. Et per hoc declaratur diuini iudicij æquitas. Quum enim dixisset Esaias immunda se habere labia, simulque de populo attexuisset, Quia in medio populi habito immunda labia habentis. Prophetæ quidè indulta est gratia indulgentiæ, perque vnum è Seraphim labiorum expurgatio, populo autem nihil simile concessum est. Neque enim consimilis affectus tangebatur vtroque; prophetæ & populi. Ille etenim vidit Dominum Sabaoth sedentem super solium, & his quæ contemplatus est accomodauit fidem: illi contra videntes aduenisse Dominum, increduli perstiterunt. Ille audito concentu Seraphim intellexit numinis esse glorificationem: isti verba exaudientes saluatoris, ea non exceperunt. Illius cor quidem compunctum, proprium agnouit peccatum, quare & dixit: *O me miserum, quia compunctus sum: illorum autem cor in crassatum erat aded, vt ne eorum quæ iniquè gesserant, vllam in se reciperent considerationem, neque adirent eum qui ipsis peccata condonare poterat.* Quare ille quidem expurgatus est: isti autè in suis derelicti sunt peccatis, sicut & ad eos verba faciens Dominus, ait: *Quia moriemini in peccatis vestris.* Forsan vnus aliquis atrinsecus nobis se opponet negans populo illi dici hoc: *Dic populo huic, non concedens prædicta hæc esse de tempore saluatoris.* Fuitne declaratum eius populi? Nemo equidem ex præostenso populo fuerat vel auditurus saluatorem, vel spectaturus mirifica ipsius opera. Qua igitur ratione dictum oraculum accommodas ei populo, his inquam qui tantò fuerant futuri ipso posteriores propheta? Atqui nos ex aliorum prophetarum verbis facitem admodum excogitabimus solutionem tali problemati conquadramtem. Dictum enim est per vnum aliquem è duodecim prophetis: *Popule meus, quid feci tibi, aut in quo te contristasti, aut certe in quo sui molestus tibi? Responde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis redemi te, & emisi ante te Moysen & Aaron & Mariam. Quem admodum enim qui tunc ætate \* prophetæ erat populus, non vidit Aegyptum, aut deductus est per prædictum Moysen: at certè parilis nota infamiae ei inuritur, quasi qui ingratus fuerit his in se collatis beneficijs: ita & nunc congregatio populi qui tempore prophetæ huius erat, ostenditur ingratus. Porro quæ hic futura præcinit, euenerunt per ætatem aduentus Domini. Conuersus enim suapte natura obtinuit in scriptura, vt vteret hac formula dicendi, quam nonnulli appellare consueuerunt præterascensentem siue permutatoriam: quasi animo cõcipientes & imaginati chorum eundem qui tot viris conflatus sit, deinde vno illinc egresso clam & altero illius locum supplente, iam chorus ipse persistere dicitur. Quod si secundus etiam num se illinc subtraxerit, adde & si tertius se subduxerit, idque crebrius fit & vnoquoque egresso alter introductus eius suppleat vicem, & hoc choro se paulatim subalternatè. Equidem hi licet à se singulatim disparati sint, choro tamen eadem appellatio & incolumitas asseruatur. Pari etiam ratione ciuitas esse dicitur, ipse etiam num exercitus tantundem, sic per vnumquemque perseverat. Quin & collegio cuique appellatio sua conseruatur. Consimili ratione nihil nunc prohibet eum populum qui superstitè Elaias demora-*

Exod. 5.

Ibid.

Exod. 23.

Exod. 4.  
tuxta LXX.† Pro ἐχρη-  
ζεν, lego  
ἐχρηζεν.† ἐκ δὲ μὲν  
αὐρῶν ἀκού-  
σαν.† ἀκούσαν, ἢ  
ἐκ δὲ μὲν  
αὐρῶν ἀκού-  
σαν.

Michaë 6.

\* scilicet  
Michaë.† τὸν λόγον  
ἀλλοοῦ μὲν  
ἄλλου.

demonstratiue conspiciebatur, fuisse eundem qui & adueniente Domino, non quoddam singuli quique perseuerarint, sed communi nuncupatura gentis. Et dixi, Quousque Domine? Et ait, Donec desolentur ciuitates, vt non habitentur: & domus, vt non sint homines. Et terra derelinquetur deserta. Et post hæc, longè faciet Deus homines: & derelicti multiplicabuntur super terram, & adhuc in ea est decimatio, & rursus erit in depradationem sicut Terebinthus, & sicut glans, quando exciderit è theca sua. Semen sanctum erit erectio † columnæ eius. Quandoquidem quæ à Domino exposita sunt Esaie, inamœna erant ac plena molestiæ, secum reputans hoc Dei iudicium inexorabile esse, nec posse vitari, præcatur se edoceri quantum ex eo tunc abesset temporis, quo quidem eos condemnatio hæc apprehensura esset. Planè liquet hæc referri in tempora Romani potentatus. Nam quando sermones Domini nec exaudire voluerunt, nec benignis oculis intueri quæ ab eodem supra humanas vires edebantur, stupenda opera: in solitudinem redactæ sunt ciuitates eorum, ita vt essent absque habitatore, & domus, vt iam non essent homines. Denique relicta est deserta, habitatoribus interfectis † fame, exilijs, captiuitate. Quod autem infertur, quia post hæc longè faciet Deus homines, meo arbitrato refertur ad abalienationem Iudæorum à Deo. Ex parte enim contigit cecitas & præfracta, vt plenitudo gentium subintraret. Ait insuper. Sed & qui derelicti fuerint, multiplicabuntur. Quinam hi sunt? An ij de quibus Apostolus loquitur: Quia reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt? Et hi quidem multiplicabuntur super terram: ad hoc, vt deinceps per omnem terram ediscatur Christi Euangelium. Etenim licet omnis Israël non sit consequutus quod quærebat, ac certè secundum electionem consequutus est per eos de quibus ait Helia: Reliqui

A mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal. Hi igitur sunt, de quibus dictum est hoc: Et adhuc in ea erit decimatio. Proinde illud: Et rursus erit in depradationem, sicut Terebinthus, & sicut glans, quum exciderit è theca sua. Hoc dicto (vti arbitror) indicat immutationem paulatim successuram à Iudaicis ritibus ad Euangelicam conuersationem. Rursus enim etiam isti erunt ad depradationem collecti, sicut & Terebinthi fructus colligitur, & sicut præmatura glans ad collectionem. Tunc enim exoluitur à retinaculo thecæ suæ diuturnitate temporis percocta & ad maturitatem perducta. Et hoc forsàn quoddam exciderint ab incolatu Iudaicæ regionis, & sint quaquauersum dispersi: ob id assimilantur glandi è sua theca decidenti. Sed & illud, Semen sanctum confirmatio sine erectio columnæ eius, ex editione Theodotionis adijcitur, nec vsquam est apud Septuaginta. Operæpretium fuerit animaduertere, quàm sint hæc consentanea antè traditis. Etenim colliguntur hi quasi Terebinthus, & sicut glans, interea dum fiunt semen sanctum in stabilitate & constantia sui propositi. Pro more autem scripturæ non raro hæc sibi respondent inuicem. Hic etiam ostenditur vtilem esse & commodum eorum finem qui beneficij loco plectuntur. Ait enim: Percutiam, & ego sanabo. Et ipsè mœrore conficit, & recreat ac rursus emendat. Itaque qui auditu audiunt prius & intelligunt, & quæ deinceps sequuntur, perficiunt ad eum vsque locum, Donec non habitentur ciuitates: & hi in dispersionem ibunt, ita vt vix decima pars populi tandem superstes sit ac salua, hi quoque multiplicabuntur iterum, rursusque fructum proferent, perinde ac Terebinthus & Glans, semen sanctum proferentes in hoc, vt perseuerent stabiles ac firmi & in charitate suas altius defigant radices.

† τὸ σῆμα μᾶ.

† ἡμῶν.

Rom. II.

3. Reg. 19.  
Rom. 11.  
Idolum  
Moubitarū  
Dominus  
possidens,  
qui Larinē  
Mars, Ma-  
uors.

\* Hier. scribit Origenē adiciisse ex Theodotione. Aquila habet germen eius.

Deut. 32.

B. BASILII MAGNI  
ENARRATIO  
IN SEPTIMUM CAPUT ESAIÆ.



T factum est in diebus Achaz filij Iotham, filij Ozia regis Iuda, ascendit Rafin rex Aram, & Phacee filius Romelia rex Israël, in Hierusalem, ad bellandum contra eam. Et annuntiatum est in domo Dauid à decentibus. † Cōsensit Arā cū Ephraim, & stupore emotus est anima eius, & anima populi eius, sicut in sylua lignū à vëto mouetur. Huius sententiæ sensus talis est: Duo reges, vnus Syriæ, alter Isâelitici populi, ascenderunt ad Hierusalem pugnaturi aduersus eam, nec potuerunt expugnare eam. Nomen quidem illi regi Syriæ, † Rafin: regi autem Isâel, † Phacee. Venerunt verò & nuntij qui regali aulæ indicarent consensum regum Syri & Isâel. † Syrus iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem vocatur † Aram. Israel verò nominatur Ephraim, quoddam ex ea tribu prodierit Hieroboam qui initio sui regni defecit à Deo. Audito igitur hoc nuntio, stupore vehementi perterritus est rex, sed & audito hoc rumore vniuersi populus consternatus est animo: & ita terrore commotus atque conturbatus, vt videri potuerint affimiles lignis syluestribus quæ vehementissima aspiratione ventorum hinc illinc agitantur. Sed enim enarratio hæc verborum nulli non obuia est & aperta. Cæterum si quis pergeret eandem sententiam accuratius excutere, facileprehenderit ex his quæ historijs prodita sunt, quiddam ad nos & ad ædificationem ecclesiæ pertinere. Qui igitur reges isti sint, qui inter se conspirarint: pro vilis inquirendum nobis est. Per Aram vtique existimo eum quidem exprimere qui seculi huius sapientia inflatus, verbo impugnat scientiam Dei. Aram enim sua interpretatione præfert τὸν μετάρου eleuatum, sublimem, elatum.

† σουπερά-  
νησεν.

† רצין  
voluntas.  
4. Reg. 16.  
† פקה  
aperiens.  
† שור  
Syriacos,  
vel aspiciens.  
† ארם

D Talis est sermo principum sæculi huius. Totus astronomiæ acquiescit, motionibusque astrorum, coniunctionibus, ac figuris. Illinc causas humanarum rerum dependere asserit. Elatus autem est is per stultam existimationem sui & superciliosam arrogantiam, quam ad nihilum solus deducere nouit qui sanctus sit ac virtute Spiritus sancti subnixus, idque sermonibus veritatis elidens omnem altitudinem se extollentem aduersus scientiam Dei. Arbitramur autem appellari nomine Ephraim, falsi nominis scientiam, quæ conflata est per susceptionem sacrarum literarum, sed detortam à rectitudine veritatis. Quandoquidem Hieroboam ab ea tribu accepit originem qui primus à femine Dauid discidit tribus decem & olim Salomonis seruus transfuga factus abiit in Ægyptum, sororemque \* Thekeminas vxoris Pharaonis accepit vxorem. Hic vacas aureas commentus est & effinxit, festosque illis dies attribuit ex corde suo confictos. Quum igitur oratio cuiuspiam gentilis magnum quiddam inclamans se implicuerit hæretico & à veritate aberranti per captiosas & dialecticas argumentationes, tunc Aram dicitur conspirare cum Ephraim, desiderio habens demoliri substructiones domus Dauid, & expugnare locum verissimæ Dei culturæ. Haud tamen compos fit præconcepti voti. Non poterit obsidione eam cingere, nec expugnare, quoddam Dominus eam propugnet ac tueatur. Sed ne pacisci quidem inter se forsàn poterunt hi, nisi si peccatum nostrum inualuerit & copiosus exundet. Per hoc autem quoddam isti iuxta historiam in diebus Achaz, conspirarunt, planè ostenderunt, hanc inter se inisse ex compacto conspirationem propter peccatum Achaz, quippe qui non fecerit quod rectum erat in conspectu Domini: sed filium suum consecrauit tradiditque per ignem. Et quidem immodica securitas turbauit

\* θεκεμινας  
δαμάλεις.

domum David, sensumque eripuit animabus populi eumque compleuit stupore ac mentis excessu, ita ut infructuoso ligno affinis videretur ob emotionem eorum animis insitam per eam turbationem. Talis est irruptio & conatus sceleratè conspirantium regum aduersus ecclesias. Sed enim hominum amator Deus quò demulceret promotam turbationem, delegat propheticum sermonem qui è cordibus populi eum expungeret pauorem, dum dicit: *Ne timeas, neque anima tua consterneretur à duobus lignis fumigantium titionum istorum.* Mihi nunc vide, si quam possis ex interpretatione nominum ansam ullam arripere, qua fiat, ut quæ loco huic congruunt, dilucidius perspicias. Achaz enim interpretatur *κατάσχεσις* possessio siue detentio: Ioathan, perfectio siue consummatio: Ioas, Domini ignis: Ozias autem fortitudo Domini: Aram verò (vbi dictum est) elatus ob circumcissionem. Sermo igitur sublimis & elatione turgens pollicetur, sed è diuinis scripturis manifesto prodire. Hunc enim sensum adiecit Phæce nomen, quod sua interpretatione sonat adpersionem, quasi verò promittat testimoniorum è scriptura inductorum ex se prodituram elucidationem. Quòd autem concors duorum regum conspiratio initur aduersus Hierusalè, illius quidè qui sapientià mundi respicit, huius verò qui promittit explanare se posse arcana & abstrusa scripturæ loca, id vtiq; fit per dogmata cum sensu scripturæ compugnancia sermonesque sibi contrarios ab his qui spe præsumunt se posse eos interciperi & velut mancipia vilissima reddere obnoxios sibi qui semel ecclesiasticam doctrinam sunt edocti. Sensus hic per sequentia declaratur. *Consilium inierunt, consilium vtiq; malum, Ephraim & filius Romelia, dicentes: Ascendamus ad Iudæam & colloquentes eis reuocemus ipsos ad nos.* Sanè sententia hæc perspicuè docet, hos sperasse, quia domum David vel sola persuasione & verborum lenocinio ad se auellerent. Quinetiam condicunt se in regè præfecturos filium Tabèel. Tabèel autem bonus Deus interpretatur. Siquidem his qui insidias moluntur & incurfant ecclesias, peculiare est polliceri se tradituros quæ de filio Dei sunt, sincera dogmata, taliq; blandiloquentia ac comitate verborum imponunt simplicioribus & in fraudem erroreque pellicunt. Quòd hæc sub teotario historia ænigmata concernant statum præsentem ecclesiarum, quæ præcessit sententia, luculenter aperit, dicens: *Nisi credideritis, non intelligetis. Dixit Dominus ad Esaiam, Egretere iam in occursum Achaz tu & relictus Iasub filius tuus ad natatoriam superioris vie agri fullonis, & dices ei, Obserua, vt sleas, & ne metuito, neque anima tua consterneretur à duobus lignis titionum fumigantium istorum. Quum enim ira furoris mei facta fuerit, rursus sanabo. Et filius Aram & filius Romelia, quia consilium inierunt, consilium vtiq; malum, Ephraim & filius Romelia, de te dicentes: Ascendamus in Iudæam & cum eis loquenti auocemus eos ad nos, & regem præficiamus eis filium Tabèel. Hæc enim dicit Dominus Sabaoth, Non manebit consilium hoc, neque erit: sed caput Aram, Damascus, & caput Damasci Rafin, sed in sexaginta & quinque annis deficiet regnum Ephraim à populo Samaria & caput Samaria filius Romelia. Et si non crederitis, neque intelligetis.* Equidem arbitror prophetas nequaquam percepisse verbum Dei sensili auditu per conformationem aeris: sed quando animæ intellectu prædita suæ suppetunt aures, quæ è supernis nuntiabantur, citra ullam corporis vocem ad eorum pertingebant notitiam, idque fiebat splendore veræ lucis eorum principem animæ facultatem, nempe mentem, præoccupante ac subseruiente ad illustrationem intellectus prophetarum. Vice autem corporeæ istius vocis accipiebant, vt alieni fierent à sensorijs organis, perinde ac conderentur è corporeis vinculis emigrare. Etenim quando anima in diuinarum rerum contemplatione versatur, contrahens seipsam ac recolligens ab implexa & multiformi sollicitudine eorum quæ corpus hoc concernunt, dicitur emigrasse è corpore. Ex diuerso quum se occupat vacatve humanis negotijs aut per necessitatem obsequitur indulgentius corpori, aut certè quia nequit se amplius extendere ad ea quæ excellentiora sunt, nimirum ab externorum commentatione ad eorum speculationem quæ sunt interna, peraxè se habet ac si ad domicilium quoddam aut ciuitatem se recipiens condolecat corpori. Ex quo igitur conueniebat prophetam

A audire Dei sermones, dictum ei est ante omnia: *Egretere tu & filij tui.* Tale est hoc, cuiusmodi illud & in Genesi iuxta oraculum primò redditum Abrahæ: *Egretere de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui.* Egreffio enim longe perfectissima ascensio est ab omnibus corporis voluptatibus, quæ quidem nomine terræ explicantur. Sed & fuga à delectatione sensilium organorum nomine cognationis innuitur, vtque auerfaretur ac defugeret vitam criminibus prius obnoxiam studijs contrarijs, quæ paternæ domus nomine insinuatur. Paulò post subnectitur, quia *de ea terra eduxit eum Deus.* Perspecta enim eius propensa ad exitum alacritate, ipse eum ad id quod perfectæ est actionis, direxit ac velut manu duxit. Neque enim is tantus erat ac talis qui suapte virtute tam arduum opus molitur ac conficere posset. Quare & in mandato si quidem exisset, pro exitu patriæ accipit fruitionis promissionem. Eductum proinde edocuit Deus superna querere, vbi Christus est. Præterea Moses quum se ab administratione humanarum rerum submouisset, tota mente se contulit ad diuinorum eloquiorum contemplationem, quàm longissimè à castris militaribus defixit suum tabernaculum. Hinc enim factum, vt quisquis querebat Dominum, ad tabernaculum egrederetur. Itaque quò quis superior euasit humanarum rerum anxij & externis sollicitudinibus, hoc & in maiorem rapitur admirationem illius tabernaculi, ita vt illic vita ipsius perseueret constabilita & inconcussa. Ob id etiam nunc vt egredia-  
C iur iubet Dominus ad ea prædicendum quæ futura sunt & quæ à Deo edicuntur, edisserendum. Non is modò, sed & relictus filij eius, Iasub. Quòd ad hanc sententiam attinet per eam insinuatur vnum hunc filium è multis fuisse relictum, quem & scriptura nolebat destitui moribus paternis, sed vt cum patre vnà egrederetur ob ea ad quæ præhortabatur eum Deus. Nam quando *Iasub* interpretatur *conuersio siue conuertens*, declarat scriptura omnibus nobis qui per pœnitentiam volumus à carnis perpeffionibus & illecebris exilire, id nos præstare posse, si cum propheta rectà ingrediamur ad exitum. Iubetur autem conscendere ad supernam viam quæ contenditur ad natatoriam piscinam agri fullonis. Locus hic vtiq; per historiam cognobilis est & insignis. Scriptum quippe est, quia misit rex Assyriorum Rapsacen è Lachis in Hierusalè cum numerofo exercitu, stetitque hic in aqueductu piscinæ superioris, in via agri fullonis. Locus istius scripturæ forsan in se non nihil complectitur quod nobis instruendis accommodum fit ac faciat: ad mores componendos, nimirum subindicans nos oportere ab his desiscere quæ per se vilia sunt ac repùt humi & ad superna toto nixu contendere, vbi nobis constituti in expurgationem inueniuntur aqua & ager fullonis peccatorum sordes extergentis, id quod nobis non parum emolumentum adferet, iuxta illud Ecclesiastæ præceptum dicentis: *Omni tempore sint vestimenta tua candida.* Quin & Dominus oraculo respondens Mosi, iubet vt populus auditus loquentem Deum lauet vestimenta sua: *descendens (ait) contestare populum & sanctifica eos hodie & cras, & lauent vestimenta sua, sintque parati in diem tertium.* Qui autem eo vsque pertingere festinat, viderit is vt habeat vestem nuptialem in proinctu apparatam, vt ne ligatis manibus ac pedibus iubeatur è sponsi thalamo deijci in tenebras exteriores. Ait ergo. *Dic Achaz, Obserua, vt sleas.* Est & hoc nobis perquam conducibile & accommodum, vt cor nostrum omni custodia conseruemus. *Quum enim fortis custodierit atrium suum per uigil & expectetis, in pace sunt omnia quæ possidet,* qui si filere norit excusso à se tumultu, omnique tumultuaria intemperie submota, nihil iam sibi malè metuit eo timore qui profilire solet è perpeffionibus animi. Non is iam pauido est animo & imbellis, sed spiritu fortitudinis obarmatur. Ne ergo tibi malè metuas à duobus lignis titionum istorum fumigantium. Indicitur nobis mādaturum hisce verbis, ne quid malè nobis formidemus per animi lentorem à persuasibilibus gentilium verbis, à blasphemijs sectariorum, quod vtrunque aliud nihil, quàm ligna duo, verius duo titiones, qui quod in planta genitale erat & viuificum perdiderunt quidem lignique totius robur: necid solum, sed & splendorem ac illustre lumen ex igne promanans extinxere facti titiones

חפפתי  
אדאפריעני.

חטבאל

Gen. 12.  
Fuga sacu-  
li.

Gen. 15. 5.  
7.

ישוב

4. Reg. 18.

Ecc. 9.

Exod. 19.  
iuxta LXX.

Luu. 17.

titiones fumigantes, eos aspergentes insigni nigredine & labefactantes quos vel semel attigerint. Et isti sic suos sermones adornant, vt otulos sibi proximè adfidentium prouocent ad lachrymas. Quòd si nosse vis quantum detrimenti, quanta perniciès à fumigantibus istis tionibus ingignatur animis auditorum, fac memineris Salomonis verborum dicentis: Sicut vna t acerba siue acetum nocet dentibus, & fumus oculis: sic parabola vtentibus ea. Conseo quidem vna peracris nomine peccatum innui, quòd ab actionibus nequitiae proficiscitur: fumum autem eam interpretor dici noxam quae ex falsi nominis scientia profilit, perspicacem & discretiuam vim animae confundentem. Ait autem, Quum facta fuerit ira indignationis siue furoris mei, rursus medebor. Hoc est, Post plagas conuersionis gratia irrogandas, simul atque videro correctionem idoneè subsequi, non finam eos austerioribus opprimi supplicijs. Hoc perinde ac si dicat medicus his qui atrocitate morborum laborant, mox vt primum fecuerit te, simul ac admouero cauterium, neque sectionem transmittam, neque neglectim cantherium manere hulcera per vsturam cauterij expurgata. Perfunctus enim ea correctione (ob quam operosa & graues molestiae admouentur) tum demum quod reliquum est medelae inducens in integrum restitutum sanitati & instaurabo. Et filius Aram & filius Romelia quia consilium inierunt, consilium malum, dicentes: Ascendamus ad Iudaeam & colloquuti eis reuocemus eos ad nos, & regem constituamus super eos filium Tabeel. Hac dicit Dominus Sabaoth, Non manebit consilium hoc, neque erit. Sententiae duae aduersantes veritati si quando mutua coitione paciscuntur & conspirant aduersus Ecclesiam, tunc filius t Aram sermo noster nimis fastu turgidus & elatus se erigit aduersus scientiam Dei, & filius t Romeliae, nempe sermo ex superciliosa & arroganti circumscriptione profluens, qui praetextu comparatae scientiae simul & ostentatione doctrinae de sublimioribus rebus consistentis se diuellit & auocat à veritate Ecclesiae, tunc hi consilium inierunt, consilium planè malitiosum, simul alloquuti Iudaeos, hoc est, contentem animam. Si quidem confessio siue laudatio Dei \* Iudaea denominatur, quam equidem nobis pollicemur ad nos ipsos auulsuros verisimili persuasione Dialecticae argumentationis. Nec alium quenquam se daturum pollicetur in regem, nisi filium Tabeel: hoc est, boni Dei, quem profitentur Dei boni filium, ipsum alioqui non nominant bonum, illa abusi euangelica sententia ad contumeliam & eius iniuriam: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus. Quando igitur videris diuersae opinionis sectarios pollicentes scientiam & se inferre posse sapientiam ex \* Gentilium, libris haustam & eisdem educentes suas copias aduersus Ecclesiam Dei: tecum reputa, quia etiam nunc filius Aram & filius Romeliae consilium inierunt, consilium inquam malignum & improbum. Porro aduersus malignum hoc consilium filij Aram filijque Romeliae (vti expressimus) haec ait Dominus, quia consilium quidem Dei stabile est ac permansens: eorum autem qui aduersus veritatem consiliantur & decertant, non stabit, sed concidet ac subuertetur. Propter hoc ait: caput Aram Damascus: & caput Damasci Rafin. Hoc est, Superborum caput est execrabilis vir quidam sanguinarius, siquidem t Damascus sua interpretatione sonat sanguinis facti. Sanè factus, paenitentiae symbolum est. Qui vero conspersus est sanguine & maceratus, neutiquam est purus. Equidem accipi potest pro paenitentia solenni & in more posita, quae alioqui vera non sit paenitentia, quòd ab ijs fiat qui nequaquam versantur in dogmatibus sinceris. Caput autem Damasci eius quae pura non est paenitentia, quando macerata & conspersa fermento peccatorum mortalium, ob id Rafin dicitur, symbolum planè eorum penes quos nihil deprehenditur sani & puri dogmatis. Sed t adhuc sexaginta & quinque anni, ait, deficiet regnum Ephraim à populo, & caput Ephraim Samaria, & caput Samaria filius Romeliae. Est igitur regnū Ephraim potentatus quidam & potestas vnà cum sectarijs diuersae opinionis, quod ex ea tribu exortus sit is qui Israël dissecuit à tribu Iudae. Caput igitur Ephraim \* Someron, hoc est Samaria. Est autem Samaria regio inimicorum quorundam sanum sermonem deprauantium, per hoc quod Samaritas auocantur à Iudaismo. Sanè quemadmodum Syriae caput Damascus, Damasci autem Rafin: ita Samaria

Prouerb. 10  
† οὐφαζ  
\* pro quo  
Hebraice.  
כֹּחֵץ  
sic piger,  
focors,  
ignauus.  
Confirmat  
Simili.

† ארם  
μετέωρος,  
elatus.  
רמליהו  
celsitudo  
Domini,  
aut proie-  
ctus à Do-  
mino.  
\* הוריה  
eūfessio Do-  
mini, siue  
laudatio.

Luc. 18. 19.

\* Origenem  
intelligit,  
Arium,  
Eunomiu,  
& ceteros.

† רמשק

† Pro h'ri  
Completem.  
habet  
וואי, in.

\* שמרון  
emitos, spi-  
na, fax, ve-  
p'tes.

quidem caput Ephraim, Samariae verò caput filius Romeliae. Sunt haec exaggerationes malorum & peracres excessus qui verbis nostris docentur, addeò vt impossibile sit concordem talium conspirationem praualere aut vllam obtinere efficacem vim aduersus eos quibus moliantur infidias. Et si non credideritis, non intelligetis. Oportet certam fidem commodare sacris literis, quia Dei in se sensum mentemque complectuntur, & ita progredi ad eorum intelligentiam quae scripta sunt. Ante omnia enim typi ipsi siue eloquiorum figurae intelligendae, sic vt eorum quae expressa sunt assequare veritatem. Prius enim ingenua ac simplici fide credere oportet scripturis, quòd à Deo inspiratae sint & perquam vtilis, dein sensus qui in eis delitescit, subtili mentis sagacitate & solerti indagine est peruestigandus. Et adiecit Dominus loqui Achaz, dicens, Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum siue in excelsum. In paulò superioribus docetur quidem per Esaiaem, quae coueniebat Achaz facere, nempe vt obseruaret silentium & ne sibi malè metueret à duobus tionibus fumum exhalantibus. Nunc autem, vt doctrina prophetae obsequenter excepta diuinum postulet oraculū. Adiecit Dominus loqui ipsi Achaz. Ipsi fortasse hinc docemur, quia vnus aliquis discipulorum quid administrando Dei consilio obsequiosè subservit, proficiens poterit tandè excipere ex ore Dei oracula. Et enim sunt quidam qui humana doctrina nequaquam edocti prius, sed Dei reuelatione instructi, initio statim tanquam syncerae mentis potuerint esse capaces arcanarum demonstrationum Spiritus sancti, cuiusmodi erat Abraham & Moses, Elias & Hieremias, necnon alij qui illis fuerunt affimiles: Et adiecit Dominus loqui. Hec appendix sermonem connectit praecedentibus. Ordinis enim consequentia requirebat, vt post redditam prophetiam de futura defectione regni Ephraim, hoc est, post spoliatum regnum Israëliticum, praediceret propheta quemadmodum venturus esset Emmanuel per intermeratam virginem. Quid igitur sermo hic ipsi praescribit Achaz? Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum siue in excelsum. Sanè liquet signum opus esse in seipso retinens, vt cuiuspiam arcanæ & recondita manifestationem, vt fuit signum Iona. Praesignabat enim Christi ad inferos descensum. Ex diuerso idem ascensum repraesentat ex mortuis his, qui eorum quae sunt, interpretari valent & eruere mysticum sermonem. Oportet autem semper signum quod adest etiam secūdum instans tempus animaduertere: rem autem ipsam quae per signum portenditur, plerumque tribus dispertiri temporum dimensionibus. Sunt enim & praesentium rerum signa, sicuti est fumus è domo exiliens, siquidem index est ignis in ea accensi. Sunt & praesentia futurorum euentuum argumenta, sicut est nubium visus concursus, futurum praedicens imbrem & in terram lapsurum. Sunt item praesentia signa praeteritorum, seu sunt prunarum siue carbonum reliquiae indices sunt incendium & ignem fuisse in domo. Et quidem Scriptura admirabilia & repraesentatiua cuiusdam mystici sermonis signa vocat. Quid tandem potest vsquam admirabilius aut diuinius audiri aut spectari natiuitate Dei nostri ex intemerata Virgine? Huiusce rei gratia dicitur: Pete tibi signum à Domino Deo tuo, quòd nemo alter possit exhibere signum in profundum siue in excelsum. Sanè quiddā, quod suapte natura sortitum est posituram ac situm in inferiore mundi regione, sicuti est terra: est contrā, quod supremum omnium quae subiacent oculis, obtinet locum & constitutionem, vt est \* caelum. Iam quando Verbum caro factum est, prophetia haec per hanc quidem particulam, in profundum, signat terram, ipsamque carnem ex virgine assumptam: per illam verò, in excelsum, indicat verbum illud supercaeleste omni principatu ac potestate superius, cum inquam insinuat qui in principio erat apud Patrem, & Deus erat Verbum. Aut forte profundum dicit infimas partes inferni designat: Excelsum vero supercaelestem regionem, vti nobis repraesentat Apostolus, dicens: Ne dicas in corde tuo, Quis ascendet in caelum? hoc est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? Hoc est Christum ex mortuis adducere, quandoquidem qui descendit ipse est & qui ascendit. Hoc itaque signum in profundum & in excelsum, dictum est de Domini descensu qui idem vti que ascendit super omnes caelos. Et dixit

Matth. 16.  
Luc. 11.

Signa tri-  
bus tempo-  
rū dimen-  
sionibus ex-  
tenduntur.

Signa.

Christi in-  
carnatio.

\* de aereo  
caelo intel-  
ligit.  
Ioan. 12

Rom. 10.

† οὐδ' οὐ μὲν.

Deut. 6. Matth. 4.

† ἀγῶνα pro ἀγῶνας, id est, anxietatem mœrorem.

Agonia.

Signum demonstratur, ut & sup.

Achaz, Non petam neque vnquam tentabo Dominum. Dei quidem donum eximia est opulentiæ, abundè prolixum & perquam liberale. Contra, Achaz vt qui nondū esset edoctus quærere magna, hoc est cœlestia, eoque renuit quærere signum, quodd id foret humana natura superius, aut ne prætergredi videretur mandatum quod dicit: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Porro sermones tantis de rebus necessariè & perquam vtiliter fiunt Regi qui tum imperabat, vt per ipsum quæ futura dicebantur à Propheta, in omnes diulgarentur. Certe Esaias fortè nihil impetrasset fidei, per hominum aduersum se inuidiam, aut ob reliquam vitæ humilitatem, quasi is neūtiqum à Domino excepisset de aduentu Emmanuelis oraculum, sed id commentitiū ex corde proprio confinxisset. Achaz autem sic excepit prophetiam futurorum, quemadmodum Laban, Abimelech, Nabuchodonozor, Pharaon denique & Caiphaz, & hi quidem non propter vitæ meritum, tantum propter auctoritatem ex dignitate ei adiacentem. Non enim reuerentia & religione vlla inductus Achaz deprecabatur ac renuebat petere signum. Neque enim principio Deus iussisset vt peteret signum, nisi futurum esset ei conducibile. Ob hoc & quæ inferuntur, reprehensionem continent aduersus Achaz. Siquidem ab eo aduersus sermonem deflexit in Dauid. Ait enim. *Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum est vobis molesti exhibere hominibus? & quomodo Domino exhibitis molestiam?* Hisce verbis videri possit prophetæ ægerimè tulisse immorigeram & inobsequentem contumaciam Achaz. Atqui sententiam hanc explanatius exprimit altera editio dicens: *Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis Deo? Quonam pacto homo vnus exhibere Deo potest agonem suæ agoniam?* Et siquidem agonia timor ob impendentem ruinam siue infortunium. Atqui propheta nullam profitetur in Deum cadere eiusmodi perpeffionem: sed appellatione agonis exprimit habitudinem Dei eis esse contrariam qui eius mandatis explendis reclamant. *Propter hoc dabit Dominus vobis ipse signum.* Ait ergo, Et ne petentibus quidem dabit, etiam si neminem comperiat à quo excipiatur, dignum nihilo fecius propter prædefinitam dispensationem natiuitas quæ per carnem futura erat, inquit, *quia ipse Dominus Deus dabit signum.* Conueniebat enim, vt Achaz intelligeret quæ humana sunt non excipere posse correctionem, nisi per solum Dei Verbi ad nos aduentum. Hinc petere iubetur signum in profundum siue in excelsum. Nam ex quo is se ipsum indignum petitione iudicabat, nempe inexperientia laborans ac rudis insignium & cœlestium signorum, propter hoc ait: *dabit Dominus ipse vobis signum,* non per vnum aliquem seruum, ministrum aut famulum dat, sed suo ipsius ministerio, vt per hoc beneficij siue doni magnitudinem declaratur. Etenim legem ordinavit per angelos in manu mediatoris Mosi, hoc verò signum dedit ipse domui Dauid. Datum autè est non iam ipsi Achaz, sed vniuersæ domui Dauid. Hoc est, Dominus secundum carnem, quodd præminebat in vniuersa cognatione Dauid, idque faustus felixque nuncius est de aduentu Christi. *Ecce virgo in vtero concipiet & pariet filium & vocabis nomen eius Emmanuelem.* Hoc loco Iudæi reclamant editioni Septuaginta, dicentes non esse positum in Hebræo, quod respondeat dictioni huic ἡ παρθένοι, hæc virgo, sed ἡ νεότης hæc iuuenula, hæc puella siue adolescentula. Quasi verò νεότης puella adolescens per ætatis florem non etiam possit expers esse nuptialis thalami. Aduersus hos ex sua ipsorum Scriptura facillè occurrì potest. Signum vtique si est, demonstratio est rei cuiuspiam prodigiolæ, demutatæ, & à communi consuetudine hominum omnino alienæ. Quid admiratione dignum censeris, si è tam multis vna aliqua mulier cohabitans viro, mater fiat pueruli? Quod si is natus fuerit ex voluntate carnis, quanam ratione promerebitur dici Emmanuel? Itaque si quod datum est, signum fuit, vtique oportuit admirabilem esse eiusmodi natiuitatem. Quod si modus generandi istius pueruli fuit communis, ne quæso dicatur signum, neque appelletur Emmanuel. Quodd si hæc puerpera non fuisset Virgo, quale id promereatur dici signum? Et nisi cæteris fuisset hæc natiuitas diuini, quinam dici potuissent Emmanuelem aduenisse? Nam quod ἡ νεότης

A puella siue iuuenula peculiari nomine dicatur de Virginibus, id per ea quæ in Deuteronomio hisce verbis dicta sunt, colliquescit: *Si autem in campo inuenerit puellam quæ desponsa sit, & qui vim intulit & cubuerit cum ea, interficite hominem solum, at puella nihil omnino facietis mali, quia non est in puella peccatum mortis.* Quia quemadmodum siquis homo infurgat aduersus proximum suum & occidat eum, sic & hoc factum est. In campo inuenit eam, clamauit puella, & nemo adfuit qui auxiliaretur. Itaque hæc quæ ante vim inuictæ corruptelæ clamauit, vtique virgo erat. Id enim vim habet perinde ac si dixisset: *Clamauit virgo & clamauit iuuenula.* Sed & in tertio Regnorum libro † Sunamitis illa quæ excalesciebat Dauid, virgo quum esset & virilis cōgressus expers, νεότης vocatur. Inuenerunt enim (Scriptura ait) Abisac, & attulerunt eam ad regè, & adolescentula pulchra erat valde, & ministrabat regi, & rex non cognouit eam. Itaque Emmanuel ex sancta Virgine exortus est quæ dixerat: *Quomodo erit mihi hoc, quando virum non cognosco: Cui angelus, spiritus † sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Virgo hæc vtique legi purificationis nequaquam obnoxia erat. Scriptum enim est in † Deuteronomio, quia mulier quæ suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus. Ipsa autem quum citra copulam seminis facta sit mater Emmanuelis, pura vtique permansit, sancta & intemerata. Et quando primus Adam non ex viri ac femina congressu processit ad hortum, sed è terra formatus est: vltimus Adam, vt veteris illius contagionem corporelamq; instauraret sua nouitate, corpus assumpsit in virginali vtero formati, vt per carnè in similitudine esset peccati. † Vt autem admirabilis hæc generatio crederetur nihil in se continere quod suspectæ esset fidei aut profus incredibile, etiam apud eos † qui perperam affecti difficilè approbant quæ concernunt diuinam † dispensationem, rerū opifex animalia quædam creauit quæ citra copulâ cōplexum vni masculi queant eniti ac partum edere per solam foemina. Talia enim de vulturibus produnt memoriæ, qui de animalium naturis scitè tractarunt. *Butyrum & mel comedit, priusquam sciat ipse præponere mala, eliget quod bonum est.* Emmanuel propter carnis teneritudinè vt voluit puerili alimento, nempe butyro & melle. Nihilominus in statu adhuc infantili consistens, per inhabitantem in se virtutem bonitatis, antè maturam perfectamque ætatem reprobabit quidem mala, eliget autem quod bonum est. Et quoniam nostræ quidem naturæ inclinatiō ad vtraque peræquè propendet, & quidem plerunque ad id quod malum est, deflectit, subinde autem & ad id deurgit quod bonum est; ceu contingit in statera, nunc quidem anima se demittente ad suscipiendas perturbationes affectionum, nunc autè ex diuerso eadem à malo se auocat & conuertit ad id quod melius est. At non etiam Dominus sic, sed id quod erat bonum sibi vindicabat familiariter etiam initio statim & à primordio suæ natiuitatis id in ipso inclaruit. Scriptum quippe est, quia prius quàm sciat ipse præponere mala, eliget quod bonum est. Recurrens ad ea quæ in Genesi scripta sunt de ligno scientiæ boni & mali, illinc deprehendes, quom in statu vixerit Adam ante peccatum, & inuenies assimilem ei qui nunc descriptus est, quia nihil dum mali fuerat expertus. Quare & Dominus quidem in habitu adhuc puerili consistens imitari voluit ipsius Adæ intemeratam simplicitatem. Reprobando autem malitiam, præuaricationem Adæ per inobedientiam commissam instaurauit & correxit. Ait ergo. *Sed adducet super te Deus & super populum tuum, & super domum patris tui dies, qui nondum venerunt ex qua die abstulit Ephraim à Iuda, regem Assyriorum.* Sententia hæc insinuare videtur dies postremos Iudææ à passione Domini, quibus obsidio Romanorum incubuit ciuitati Hierusalem, post aduentum Emmanuelis. Induxit enim Dominus super Achaz & populum eius & domum patris ipsius dies qui nondum venerant, ex qua die dissectus est in partes Ephraim à Iuda. Abductus quidem est in captiuitatem ab rege Assyriorum: defecit autem Ephraim ab Iuda diebus Hieroboam filij † Nabat, qui peccare fecit Israel, qui & primus fuit author apostasiæ & defectionis, dicens: *Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iesse.* Ob hoc Ephraim auocauit regem Assyriorum ab obsidione terræ Iuda aduersum se. Nam quum

Deut. 22.

3. Reg. 1. Quærat Domino nostro regi νεότης, adolescentulam virginem Sunamitidæ, nempe **שׁוּנַמִּית**  
 \* Luc. 1. † xupis, Domini.  
 \* Imo in Leuit. cap. 12. v. 2.

\* absque peccato, \* vt sunt Arist. & Theophrastus.  
 † δειλα ὀνομασται.

Gen. 2.

3. Reg. 22. † **נָבַט** aspiciens **בַּעַב** Ieroboam id est impugnans populum.  
 2. Reg. 20. secundum LXX.

rex ipse



rex ipse obambulasset Hierusalem, non est permiffus eam vehementius obfidere. Et erit in die illa, sibilabit Dominus muscis que dominantur parti fluminis Aegypti, & api que est in regione Assyriorum, & venient & requiescent omnes in vallibus regionis & in foraminibus petrarum, & intra omnem fissuram, & in omni ligno. In Aegyptum, ait, descendit populus meus, vt colonus siue peregrinus esset ibi, & ad Assyrios vi abducti sunt. Propter hoc Prophetiam textit de Emmanuelis natiuitate, siue quis in Aegypto fuerit, siue ad Assyrios abductus, eos se educiturum praedicat, & vt in regione Iudaeae constituti refocillarentur seque refouerent in regione suapte natura fructus edente, vt feriarentur ac requiescerent in speleis & demissioribus locis. Ait proinde muscas dominium habituras in partem fluminis Aegypti & apes in regione Assyriorum verfaturas. Et haec quidem eo dicit, vt vtilitatem exprimat aduersantium exercituum. Siquidem musca, animalculum sortitur a stercore suam originem. Id genus animalculi & hominibus infestum est abominabile & impurum, vitaque eius turbulenta, necnon mors execrabilis. Tunc dominantur parti fluminis Aegypti muscae. A superiore enim plaga Aethiopiae Nilus suam ducit originem. Circum breuem eius portionem habet Aegyptum sitam iuxta eruptiones maris, in quo quidem loco quadrupedia omnia, ferae & immanes belluae, reptilia & volatilia pro dijs habita coluntur. Haec igitur muscas, nimirum infirmam imbecillitatem aduersarij exercitus vel sibilo soloque stridore transiniet Dominus, hoc est: spiritu oris sui interficiet. Et in regione Assyriorum api. Est porro apis exigui admodum corpusculi animalculum, imbellis, eo ipso quo se vindicat ac tuetur, sibi inferens mortem, nempe aculeo. Vna enim cum exerto aculeo, inflictae plagae immoritur. Et quidem fauciat non nihil infert noxae, sibi ipsi autem infixo mox aculeo vitam adimit. Talis plane est natura hominum istorum qui suo ingenio amarulenti sunt, qui aduersus Spiritum sanctum digladiantur ac pugnant. Suamet enim malignitate tanto affliguntur atrocius, quam quicumque per eorum indignationem offenduntur. Et in die illa radet Dominus in trans flumen regis Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam auferet.

Exod. 8.

Musca Vide Luciani libelli Musca encomion.

† ἀπαίσιος  
Apis ingenui, aculeo se infixo nocat.

† τῷ ἐξυρῶ  
τῷ μεμε-  
θυσμένῳ.

\* In Cöplu.  
μέλι mel non habetur, dein pro γάλα lac, Heb. חלב butyrum & mel.

A erit anni temperies, vt vacca vna ac duae oues suo possessori abunde prolixum ac liberale lac suppeditent, vt ex eo eliciat affluentem butyri copiam. Ob hoc, quod illius incolae terrae butyro ac melle nutriantur. Fortan praestiterit magisque decuerit ex eiusmodi documento de animalibus excipere sensum sublimiorem. Pro eo enim quod dixit, quia singuli quique exangebunt ac suffulcient id quod industriae soletis est & operosi laboris animae, necnon agricolationis. Ob id dixit vaccam, nempe animal operis nostri comparticeps & cooperarium, & pro nostra item mansuetudine & liberali consuetudine impertiendi, allegoricè nominatim adiecit oues, propterea quod quemadmodum ab hoc animali materia nobis integumentum suppedit: ita & ab amictu, qui est secundum virtutem, per eam vita studioforum exornari confuevit. Tali igitur alimento educatus etiam spiritaliter adornatur. Ob hoc nutrit & vaccam & duas oues. Dicuntur autem butyrum & mel introductitiae quaedam disciplinae ad excipiendam diuinam doctrinam, quod primum ad alimoniam humanae vitae excogitata sit confectio butyri & mellis. Homo autem mox ubi abunde ac satis liquidior hac & elementari alimonia doctrinae imbutus fuerit, tunc supergressus terrena, particeps fiet solidioris & grandioris alimentum, quod & viros addeceat, totum se permittens ac tradens disciplinis spiritualibus. Et erit in die illa, omnis locus, ubi fuerint mille vites mille siclis, in solitudinem erunt & in spinam. Cum sagitta & arcu ingredientur illuc, quia terra inarata & spina erit omnis terra, & omnis mons aratus arabitur. Nequaquam superueniet illo timor. Erunt enim in vastitate terrae & spinae in pascua ouis & concalcationem bonis. Sanè quemadmodum his qui versantur in locis visum fallentibus & inuisis contingit, ita & arbitramur nos non vsquequaque deprehendisse enarrationem sententiae istius in speciem secum pugnantis. Vide igitur si quidem potes ex iam dictis sensum talem excipere & interpretari, quod scilicet qui ex circuncisione erant, mille vites distraherent mille siclis. Vineam enim ex Aegypto transfudit & eiecit gentibus plantauit eam, quae quidem quum prius copioso fructuum prouentu exuberasset, demum neglectum ommissa conuersa est in amaritudinem. Eius quidem maceria ac sepes destructa est, & facta est in direptionem transeuntibus viam. Vineae igitur illae praefertiles in terram transiere desertam & horrentem spinis, quando Israelitas hostis adortus est cum missilibus telis ac sagittis, illata regioni vastitate. Montes autem proscinduntur aratro, nimirum animae fidei Christi complexae, prius quidem desertae & agricolationis cura destituta, quod ante Christi aduentum redactae essent in sentes ac spinas. Sed enim simul atque is aduenit in ruinam & resurrectionem multorum, vocauit quae non sunt, vt ea quae sunt euacuaret. Propterea qui circuncisos quidem Iudaeos ad interuentionem perduxerunt, terram opima vligine florentem & vbertate fructuum praegnantem redegere in sentes & spinas. E diuerso, collectitius Gentium caetus (qui mons etiam dictus est) pauore omni immunis ac liber, & ab hostium timore submotus, aratro proscinditur & colitur. Itaque mons anima est per Christi doctrinam euecta in sublime. Equidem per aduentum Domini, extrusus est Israel, eius item loco insertae sunt & plantatae Gentes, vt illorum ruina omnibus salus dispenseretur, & in hisce montibus intrepido animo & oues & boves gramen pasuum depascerentur, simul & exuberantem proflus ex se exhiberent vtilitatem. Nimirum oues, hoc est, morum facilitate benigniores ac cicures. Boues item qui ad tolerandos labores operosioris culturae pro necessarijs comparandis alacriores & praeceteris sunt strenui.

Psal. 79.

Luc. 2.  
Rom 4.

Mons quid.

## B. BASILII MAGNI

## ENARRATIO

I N

## OCTAVVM CAPVT ESAIÆ.



† τόμου.  
 † θυξ  
 ἀπόδοσις  
 ἐστὶ.  
 † נמר  
 consumens.  
 כרבים  
 palata,  
 masse sic-  
 carum sic-  
 cuum, cari-  
 ca.  
 Ezech. 4.

**E**T dixit Dominus ad me, *Sume tibi* † *librum nouum & magnum & scribe in eo stilo hominis, vt velociter depredationem faciat spoliolorum. Adest enim, & testes mihi fac fideles homines, Vriam sacerdotem & Zachariam filium Barachia. Et accessi ad prophetissam, & in vtero accepit, & peperit filium. Et dixit Dominus mihi, *Voca nomen eius, cito spolia detrahe, Velociter predare, Quia antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet fortitum Damasci, & spolia Samariae coram rege Assyriorum. Videri poterit propheta hic & aliud iussus Dei imperio vt faceret, & aliud fecisse. Illud enim, Accipe tibi librum nouum & magnum, quid commune habet cum eo quod infertur, Et accessi ad prophetissam, & in vtero accepit? Equidem dicere quis possit hanc illationem non esse † redditionem prægredientis sententiæ, sed circumscripta ac finita illatio redditur ex proprio pendens principio. Etiam si minimè additur, quia accepit librum nouum & grandem, subauditur siue subintelligitur fecisse quod erat iussus. Illatio autem hæc: Et accessi ad prophetissam, ex altero intelligitur pendere principio. Si quidem imperio contradixisset propheta, vtique contradictio literis prodita fuisset, vt & in Ezechiele deprecante excusanteque ne panem suum in humano sterquilinio decoctum comederet. Illo enim loco negat se id facturum, dicens: Nequaquam Domine Deus cæli: Non enim anima mea contaminata est in immundicia, neque ingressa est os meum prophana caro omnis. Ob hoc continenter responsum ei est, vt panes sibi conficeret in bubulo stercore. Atqui hic quæ nulla intercedat abiuratio, liquet consensum indicari vel sola taciturnitate, etiam si testatus non sit se quod iussus fuerat, fecisse. Quemadmodum Osæc. Ait enim, *Vade & accipe tibi vxorem fornicationis, & fac filios fornicationis.* Dein testimonium illi reddens scriptura quasi ei qui quod iussus fuerat fecerit, infert: *Et abiit & accepit † Gomer filiam \* Debelaim.* Alicubi tamen inuenire possimus mandata expressè quidem & nominatim pronuntiata, opus alioqui ipsum minimè testimonio comprobatur, nihilominus vi intelligentiæ fuisse à nobis deprehensum, per quæ non magno negotio, quæ subiecta sunt, persuadentur, vt in Ezechiele: *Et tu dormies super latus tuum sinistrum. Et rursus dormies super latus tuum dexterum.* Non enim illic reddita est illatio, quia scilicet dormierit super latus dextrum aut sinistrum, sed silentio præteritur, Prophetæ verò obedientia à nobis intelligitur. Hic quoque ad consimilem loquendi formulam de hoc quod in dubium vertitur, potest à nobis responderi: quod non aliud sit iussus facere, aliud item fecerit, sed sibi delegatum munus strenuè obiuerit, estque haud segniter exequutus. Quæ autem de prophetissâ nobis edisserit, ex alio pendet principio. Fortasse tomus hic, nimirum volumen siue liber nouus & magnus adumbratio quædam est ac figura noui & magni testamenti stilo hominis descripti, quod Euangelij verba humana loquutione siue caractere descripta sunt, vt à quouis facillè exaudiantur, & à multis scripta sunt Euangelij verba, in quo quidem scriptum est, vt velox fieret depredatio spoliolorum. Sanè cita admodum ac præpes facta est. Euangelij siquidem doctrina fulgetra quauis perniciosior ad extremos vtque limites terræ habitabilis pertigit, spolians principem seculi huius & ad obedientiam Christo redhibendâ eos traducens quos ille prædo detinebat captiuos. Præda autem est spoliolorum distributio. Angelis autem**

**A** tanquam prouidis tutoribus humani generis curam demãdauit Deus ad custodiam & salutem hominum. Eam ob rem scriptum est, vt velociter depredationem faciant spoliolorum. Adest Euangelium, hoc est faustum felixque nuntium. Quæ enim prisca Patres flagratibus votis & spe certa credebant affore è cælo, præsentem vobis denuntiat Euangelium. Testes autem eorum quæ in Euangelio scribuntur (ait) sunt fideles, Vrias & Zacharias. Erat autem Vrias sacerdos, allegoricè designans legem à Mose promulgatam. Zacharias propheta erat. Porro constat Euangelium mutuatum testimonium à lege & prophetis. † Vrias quidem sua interpretatione sonat illustrationem siue illuminationem Dei, Zacharias autem, memoriam Dei, filius verò Barachia, id est τῆς εὐλογίας τῆς ἁγίας, hoc est, benedictionis quæ à Deo est. Quos tandem decentius cõuenienti adhiberi testes, quàm homines eos qui probati sint fideles? Si quis luce illustratus est diuinæ cognitionis, iugemque Dei apud se retinet memoriam. Quid igitur insinuat illud: *Et accessi ad prophetissam?* Hoc est, è propinquo cum spiritu sancto versatus sum & prænotione futurorum cum prophetissâ. Apprehendi enim & propius accessi ad cognitionem propheticæ prædictionis. Et perspexi eius cõceptionem prophetiæ, dono cohonestatus è longinquo oculis in eam prius ac fixius attentis. Peperit filium, de quo dixit Dominus, quia vocabis nomen eius, *Velociter detrahe spolia, cito predare.* Multa cū pernicitate spoliati formem suas ipsius possessiones peruigili cura custodientem, eos in quâ qui venundati erant sub peccato, detinebanturque astricti vinculis horrendæ mortis. Spoliavit quidem illum: sua tamen vnus potestate ab eodem prædam optima retulit, ad tutelarem custodiam & præsidium assignans fidelibus angelos sanctos, quorum commemorat, dicens: *Quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cælis est.* Ipse enim est qui quàm velocissimè prædam reportauit, Christus: de quo & scriptum est, *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, accepit dona in hominibus.* Nam quod Maria prophetissa fuerit, ad quam proximè accessit Esaias per prænotionem spiritus, nemo contradixerit, qui sit memor verborum Mariæ, quæ prophetico afflata spiritu eloquuta est: quid enim ait? *Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancilla sue.* Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod si animum accommodaris vniversis eius verbis, non vtique per dissidium negaueris eam fuisse prophetissam: quod Domini spiritus in eam superuenerit & virtus altissimi obumbrarit ei. Quod igitur iussus est propheta, vt scriberet in libro hoc, quum se propius aduinxisset prophetissæ, factum vtique vidit & in lucem editum. Illic siquidem dictum est: *Scribe stilo hominis, vt depredationem spoliolorum velociter faciat.* Hic autem postquam dictum est, quia in vtero accepit & peperit filium, secundum hoc scriptum est: **E** *Et dixit Dominus, Voca nomen eius, cito spolia detrahe, velociter predare.* Res itaque eadem diuersis loquutionibus ac sententijs commemoratur, per illud, *Sume tibi librum:* & per hoc, *Accessi ad prophetissam,* nihilque continet inductio quod cum præcedente dissentaneum sit aut dissidet. Hic autem pufio accepit virtutem Damasci qui ex prophetissâ prognatus est, simul & spolia Samariæ. *Virtus Damasci,* hi sunt qui ex gentibus credunt, *spolia autem Samariæ,* qui ex circuncisione complexi sunt fidem: quod Damascus quidem metropolis sit Syriæ, Samaria verò Israel, nisi quod mandata & fortissimè gesta per filium prophetissæ, horum nomen vice quæ hic ei à Domino imponuntur, nomen hoc Iesus ipsi Domino accommodatum est propter salutem nobis

† אור  
 lux, ignis,  
 inde Vrias  
 siue Vrias,  
 lux Dei, &  
 נבירה  
 memoria  
 Domini.  
 Hic non nihil de  
 fide. ro, Forfan,  
 Fidelis est  
 testis, & fi-  
 lius diuina  
 benedictionis.

Matth. 18.

Eph. 4.

Luc. 1.

Ier. I.

bis à Deo prerogatum. Ait enim scriptura. *Vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et adiecit Dominus loqui mihi adhuc dicens. Eo quod non vult populus iste aquam Siloe quæ vadit cum silentio, sed vult habere Rafin & filium Romelia regem super vos, propter hoc ecce Dominus adducit super vos aquam fluminis fortem & multam, regem Assyriorum & gloriam eius, & ascendet super omnem vallem vestram & deambulabit super omnem murum vestrum, & auferet à Iudæa hominem qui poterit caput leuare aut possit perficere aliquid, & erunt castra eius, vt impleant latitudinem regionis tue. Quanam ratione vniuersorum Deus talia se irrogaturum populo interminat, propter aquam Siloe? Quam ob causam non admittit, sed recusat populus aquam Siloe, quando memorijs proditum est eam nullum ingerere morbum, nihil exhibere detrimenti aut noxæ ijs qui ipsa vtuntur? Dein quis tenor rationis, quæ consequentia, vt qui nolit aquam Siloe, malit autem Rafin & filium Romelia? Quæ tandem communio inanimi aquæ ad regem imperantem & in subiectos principatum tenentem? Sed enim iuxta doctrinam Euangelicam, interpretatio dictionis † Siloe exponi vult allegoricè. Dicitur enim ἀπεσταλμένος missus, Sic enim in Euangelio secundum Ioannem interpretatur. *Vade, lauare in Siloe, quod interpretatur missus. Quis tandem ille missus, qui eam omnem strepitum profuit? An non ille de quo id dictum est, Dominus misit me & spiritus eius? Rursus: Non contendet, neque clamabit, neque exaudietur vox eius in plateis. Hi igitur Christû è cælis missum minimè receperunt, eius mansuetudinem nihili ducentes & ad se ascipientes filium Romelia: hoc est, sermonem qui mendacem opinionem contineat, pollicentem alioqui se suam opinionem docturum esse iuxta diuinę scripturę mentem ac visionem habuisse, qui & interpretatur, μετέωρον sublimis siue excelsus Domini, & eum insinuat qui quæ alienus sit à fide quę diuinis nititur scripturis, in sublime suum sic prouehit auditorem, vt tumidû reddat & inflatum, auocans eundem à fundamento solidæ fidei. † Aram enim μετέωρον sublimis & excelsus interpretatur. Eos ergo innuit qui contemptim transmittunt constantè ac solidum sermonem, nec stabiliter acquiescentes veritati excipere dignantur tranquillam serenitatem doctrinæ, sed dogmata per manus accepta ab alienis à fide, cōnectunt dōcētis è scriptura diuina de promptis. Aduersus hos locus hic Scripturæ cōminat inducturum se esse aquā permultam ac fortem, regem scilicet Assyriorum, hoc est, principem huius seculi. Etenim Scriptura plerisque in locis per Assyrium interpretatur aduersarium nostrum. Id esse verum per sequentia luculenter enitescit in hoc eodem propheta.**

Ioan. 9.

†  
פִּיּסְכִינָא  
piscina natoria in Hierusalem Est & fons ad radices Sionis.  
Iſai. 46.  
Matth. 12.

†  
אֲרָם  
filius Sem, à quo Armeni, qui & Syri.

Assyrius.

Eſai. 10.

Psal. 123.

†  
Προπικωσ  
Pro, à suo rege & principis.

Ait enim: *Et erit, quum consummauerit Dominus omnia faciens in monte Sion & in Hierusalem, inducet intellectum magnum, principem Assyriorum & super altitudinem gloria oculorum eius. Dixit enim, In fortitudine faciam & in sapientia intelligentie auferam terminos gentium & fortitudinem earum depraedabor, & abstraham ciuitates qua habitantur & orbem terrę vniuersum apprehendam manu quasi pullum auis, & quasi derelicta oia tollam. Et non est qui elabatur & effugiat me aut contradicat mihi. Talè etiã nũc videtur insinuate principem. Assyriorum, qui fuerit vt aqua multa, torrentis instar, vi & violenta eruptione ad se pertrahentis quosuis sibi obuios, vbi & qui fuerit digni citra noxam vllam trajcere inundans flumè tentationũ, dicere possunt: Torrentem pertransiit anima mea, aquam intolerabilem. Proinde etiam Euangelium in parabola eius qui ædificauit domum, aquæ huius commeminit, dum auditorem sermonis, sed non factorem cum eo contulit homine qui sine fundamento ædificauit domum suã, exundans autem proluuius inualuit aduersus eam & cecidit domus, & facta est ruina magna domus illius. Ait autem: *Aqua hæc ascendet super omnem vallem vestram. Valles autem concauitates sunt terræ. Quæ igitur ratione non dicitur aqua descendere, sed ascendere? Quia afflictio omnis & humiliatio quæ pro peccato infligitur, eminentius apparet in ducibus exercituum ac veluti est princeps totius nequitie. Iam quando se insinuauerint aduersarijs potestatibus, desciscunt per apostasiam ad omnè murum, hoc est, ad omnia fortia dogmata & ad signa omnia que sibi videntur tuta ad suam munitionem. Quòd verò defecerint per apostasiam à † Siloe, & accersuerint pestilentes & perniciosos reges, interminat sermo hic ab**

A Iudæa ablatum iri omnem hominem qui possit attollere caput, & qui moliri queat ac perficere tantillum quid, hoc est, qui ad speculandum, sagaci sit ac sublimi intellectu præditus & per actiæ virtutis assiduum exercitationem quæ mente tacitus agitatur, poterit exarquatur atque expleat. Quin etiam statua habiturus est & castra metaturus per latitudinem eorum qui non exceptarunt Siloe. Pro enim eo quòd se vltrò addixerunt latissimæ & spatiose viæ, dignos se constituerunt, quos castra occupent aduersariæ potestatis, quum nulla vi adigerentur, sed spontanea electione partem sibi ascituere deteriore. Nam quia non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt facerent quæ non conueniebat facere. Nobiscum Deus. Scitote gentes, & vincimini. Exaudite vsque ad extremum terræ. Particula hæc Nobiscum Deus, vtique ad saluatorem refertur & eidem assignatur. Sic enim in superioribus nominatus est è virgine prognatus iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem, nempe † Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Scitote Gentes & vincimini. Vocem hanc crediderim profuluisse & esse relatam ex prægestienti ac profusiore gaudio eorum qui Christi quidem aduentum agnouissent, intellexissent verò quàm sit Gentibus formidabilis & expauescenda virtus sanctæ Crucis. Eam ob causam ait: *Scitote Gentes & vincimini, vt succumbentes speciose huic & conducibili vobis victoriæ, abducamini in captiuitatem ad obedientiam Christi, vt obsecundantes præceptis Christi, à lege peccati vos vindicetis & afferamini in libertatem. Quo tandem pacto vincitur Gentes? Si quidem agnouerint Deum. Adueniente enim luce, tenebræ vincuntur; vincitur & morbus præsentia sanitatis. Solam itaque Gentes agnoscite veritatem & commodum vincimini magnoperè vobis salutari victoria. Exaudite vsque ad extremum terræ. Exaudite. Quanam: nimirum doctrinam euangelicam per Apostolos denuntiatores. Ad vos enim missum est Euangelium. In omnem enim terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Qui præualetis viribus, vincimini. Deposita fortitudine corporis, carnis infirmitatem assumite, vt virtus Dei in infirmitate perficiatur. Si enim iterum præualueritis, iterum vincimini. Si quando aduersum te cooritur prudentia carnis, teque inuasit, seria ac diligenti opera festinato illam in seruitutem redigere, adnitere pro virili vt è lucra reportes victoriæ brauium, eamque sub iugum mittito spiritus. Et quodcumque consilium consultaueritis, dissipabit Dominus, & verbum quodcumque loquuti fueritis, nequaquam manebit in vobis, quia nobiscum Deus. Eo quòd perdet sapientiam sapientium & prudentiam prudentium reprobabit. Sanè consilium humanum ille magni consilij Angelus irritum faciet & abolebit, sermonemque hominum iam nunc improbat, nec agnoscit Deus Verbum, de quibus nihil ad nos resilit emolumentum. Ait ergo, Nequaquam manebit: quia nobiscum Deus. Nobis admodum conducibile fuerit & commodum, si tempore persecutionis animo præsentis & intrepido dixerimus illud Gentibus. Si enim iterum præualueritis, iterum vincimini. Gentiles enim subinde dum Christi Ecclesiam oppugnarunt, pessum iere. Quemadmodum enim accessione incensæ ac flagrantis materiæ, flamma in maius attollitur: sic semper contingit, vt qui toto annisu studere demoliri Ecclesiam violenta imprefione tentationum, eam ad angustiorem & ampliorem gloriam ac potestatem extulerunt. Sic dicit Dominus, forti manu recesserunt ab itinere viæ populi huius, dicentes. Ne forte diuatis, Durum est. Quicquid enim dixerit populus iste, durum est. Timorem autem eius ne timueritis, neque conturbemini. Dominum ipsum sanctificate, & ipse erit timor tuus. Quòd si in ipso confisus fueris, erit tibi in sanctificationem, & non vt lapidi scandali occurratis, neque vt petre ruine. Simul atque sermo Euangelicus palam denuntiatus est & promulgatus de aduentu nostri Emmanuelis, & quodammodo pro victoria aduersus Gentes vox illa emissa est: Scitote Gentes & vincimini, nobiscum Deus. Sententia hæc condemnans Gentilitium errorem hoc dicit: Quia recesserunt à manu forti. Manu enim fortis virtus est operatoria eorum quæ sunt, per quam creatura omnis eorum quæ oculis subiacent, & quæ visibilia exuperant, constiterit. Modi enim duo sunt, quibus induci possimus ad agnitionem Dei & ad habendam de nobis ipsis sedulitatem & curam. Aut enim vi intelligentiæ*

B vt facerent quæ non conueniebat facere. Nobiscum Deus. Scitote gentes, & vincimini. Exaudite vsque ad extremum terræ. Particula hæc Nobiscum Deus, vtique ad saluatorem refertur & eidem assignatur. Sic enim in superioribus nominatus est è virgine prognatus iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem, nempe † Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Scitote Gentes & vincimini. Vocem hanc crediderim profuluisse & esse relatam ex prægestienti ac profusiore gaudio eorum qui Christi quidem aduentum agnouissent, intellexissent verò quàm sit Gentibus formidabilis & expauescenda virtus sanctæ Crucis. Eam ob causam ait: *Scitote Gentes & vincimini, vt succumbentes speciose huic & conducibili vobis victoriæ, abducamini in captiuitatem ad obedientiam Christi, vt obsecundantes præceptis Christi, à lege peccati vos vindicetis & afferamini in libertatem. Quo tandem pacto vincitur Gentes? Si quidem agnouerint Deum. Adueniente enim luce, tenebræ vincuntur; vincitur & morbus præsentia sanitatis. Solam itaque Gentes agnoscite veritatem & commodum vincimini magnoperè vobis salutari victoria. Exaudite vsque ad extremum terræ. Exaudite. Quanam: nimirum doctrinam euangelicam per Apostolos denuntiatores. Ad vos enim missum est Euangelium. In omnem enim terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Qui præualetis viribus, vincimini. Deposita fortitudine corporis, carnis infirmitatem assumite, vt virtus Dei in infirmitate perficiatur. Si enim iterum præualueritis, iterum vincimini. Si quando aduersum te cooritur prudentia carnis, teque inuasit, seria ac diligenti opera festinato illam in seruitutem redigere, adnitere pro virili vt è lucra reportes victoriæ brauium, eamque sub iugum mittito spiritus. Et quodcumque consilium consultaueritis, dissipabit Dominus, & verbum quodcumque loquuti fueritis, nequaquam manebit in vobis, quia nobiscum Deus. Eo quòd perdet sapientiam sapientium & prudentiam prudentium reprobabit. Sanè consilium humanum ille magni consilij Angelus irritum faciet & abolebit, sermonemque hominum iam nunc improbat, nec agnoscit Deus Verbum, de quibus nihil ad nos resilit emolumentum. Ait ergo, Nequaquam manebit: quia nobiscum Deus. Nobis admodum conducibile fuerit & commodum, si tempore persecutionis animo præsentis & intrepido dixerimus illud Gentibus. Si enim iterum præualueritis, iterum vincimini. Gentiles enim subinde dum Christi Ecclesiam oppugnarunt, pessum iere. Quemadmodum enim accessione incensæ ac flagrantis materiæ, flamma in maius attollitur: sic semper contingit, vt qui toto annisu studere demoliri Ecclesiam violenta imprefione tentationum, eam ad angustiorem & ampliorem gloriam ac potestatem extulerunt. Sic dicit Dominus, forti manu recesserunt ab itinere viæ populi huius, dicentes. Ne forte diuatis, Durum est. Quicquid enim dixerit populus iste, durum est. Timorem autem eius ne timueritis, neque conturbemini. Dominum ipsum sanctificate, & ipse erit timor tuus. Quòd si in ipso confisus fueris, erit tibi in sanctificationem, & non vt lapidi scandali occurratis, neque vt petre ruine. Simul atque sermo Euangelicus palam denuntiatus est & promulgatus de aduentu nostri Emmanuelis, & quodammodo pro victoria aduersus Gentes vox illa emissa est: Scitote Gentes & vincimini, nobiscum Deus. Sententia hæc condemnans Gentilitium errorem hoc dicit: Quia recesserunt à manu forti. Manu enim fortis virtus est operatoria eorum quæ sunt, per quam creatura omnis eorum quæ oculis subiacent, & quæ visibilia exuperant, constiterit. Modi enim duo sunt, quibus induci possimus ad agnitionem Dei & ad habendam de nobis ipsis sedulitatem & curam. Aut enim vi intelligentiæ*

Rom. I.

Eſai. 7.

עִמְנוּאֵל  
Matth. 1.

Γνωμη.

Psal. 123.

Modi duo agnoscendi Deum.

telligentiæ & considerationis natura nobis insitæ per ea quæ videntur, ascendimus ad cognitionem nostri creatoris, aut certe per doctrinam legis nobis indultæ. Isti autem videtur defcuisse à forti manu. Hoc est, non inducti ad cognitionem sui creatoris sunt & promoti. Et ab itinere, hoc est, via. Via hæc est Dominus, qui dixit, *Ego sum via*. Ipse quidem & manus est Dei & eius dextera. Ait enim scriptura, *Dextera tua Domine* † *glorificata est in fortitudine*. Et, *Ego manu mea fundavi caelos*. Iure igitur infimulatur erroris ac perfidiæ, qui fidem non commodant Domino. Aut certe *το-ρεϊαν*, iter dicit nunc eam viam instituendæ vitæ iuxta nobis præscriptam legis formulam. Nā quod via dicatur doctrina, multis ex locis innotebit, quō Dominus doctores legis in mediū producat vt cæcos viæ ductores. Et, *In via testimonio- rum tuorum delectatus sum*. Et, *In via tua vivifica me*. Et, *Beati immaculati in via*. Denique vt semel finiam, hac loquendi formula scriptura plena est, viam quandam denominans ipsam promotionē siue profectum quo per legis observationem contendimus ad perfectionem animæ. Istius in super immorigeræ incredulitatis & inobedienciæ causam subtextuit. Ait enim: Non excipiunt mandata vitæ, quibus vsa est scriptura, immorigeri ac rebelles detrectantur imperium: eorum quæ iussi erant facere, asperitatem non ferentes, ad exemplum Iudæorum qui minimè tolerantis Evangelicæ Domini doctrinam, dicebant: Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Vtique scortatori siue puero meritorio & concubino prædura est continentia. Ebriaco homini quam est austerum sibi temperare à vino? Quam strigosum & asperum conuitiatori, benedicere? Vtique in genere dicam, iugum legis austerius apparet his omnibus qui libertatem vitæ concupiscunt & à collo suo excutere volunt iugum Domini. Ob hoc multi præcipites corrunt in abyssum perditionis, propter \* læuorem & latitudinem vitæ: pauci autem, qui consequendi regni gratia, sustineant subire austeram & operosiorē vitam quæ rectā ad virtutem prouehit. Siquidem malitia nitido & illicito læuore blandæ voluptatis inescat hominis mentem: contra, virtus austeritate disciplinæ operosiusque laboribus vitam exasperat se in ea exercentium, iuxta prophetæ sententiam, *Propter verba laborum tuorum ego custodiui vias duras*. Vias duras dicit mandata instaurantis exortandisque animabus nostris indicta. Quid strigosius aut asperius, quam plaga in maxillam incussa obuertere percussori & alteram? quam per quam rem se spoliatus, eam ne repetat quidem, nec eum pertrahat ad tribunalia iudicum qui se exuerit vel tunica? vt benedicat conuitiatori? vt blasphemum cohortetur & pro eo roget? vt neminem oderit? vt pro se persequentibus deprecetur? Atqui istius austerioris disciplinæ observatio nobis apparat & instruit præmollem ac delicatam prorsus requiem in sinu patris nostri Abraham. *Beati enim, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Equidem omnis propemodum præsens afflictiva tribulatio nobis parturit futurum semen æternorum bonorum. Qua ex re scriptum est, *Euntes ibant & selebant, mittentes semina sua*. Futurorum enim bonorum semen sunt quæ nunc temporis propter legem Dei irrogantur pressuræ & anxietates. *Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos*. Ab itinere igitur vitæ Gentes minùs obtemperantes & immorigeræ recesserunt à via populi dicentes. *Ne forte* † *dicant, durum est. Omne enim quodcumque dixerit populus hic, durum est*. Percunctator tandè eos qui assident idolorum culturæ, quam ob rem accedere nolint ad doctrinam Evangelicæ prædicationis. Qui inter illos præpollent simplicitate & æquiores sunt, palam fatentur se ferre non posse legis nostræ austeritatē. *Timorem autem eius ne timeritis*. Locus hic bifariā intelligitur. Aut enim Gentibus loquitur dicens; Ne timorè eius timeritis, quo nunc vobis timetis imperite ac ruditer, malè metuentes ne vos dedatis propensiori studio præstantioris vitæ. Perinde ac si diceret, Ne tibi formides à sobrietate & temperatiā, ne quid tibi verearis à virili fortitudine, ne à pietate quicquam metuas, ne ab vlla virtute perterrearis. Cicures enim & placidæ, accessu faciles ac peruiæ virtutes suppeditant bona & dilargiuntur, vitæ sunt conciliatrices. Aut certè, sermone in populum deflexo

A inuehitur & coarguit, quòd illi quidem de vobis talia suspi-  
cati sunt, non exceptates per viam legis, vnionem adlectio-  
nis erga vos. Vos verò concinnatas à gentibus aduersum  
vos insidias ne malè metuatis. Quin potius Dominum in  
animo versantes & recolentes, sanctificate ipsum, & ipse  
erit tuus timor. Timor enim Dei maximum est argumen-  
tum his qui admittuntur ad sectandam perfectionem seruatō  
tenore disciplinæ, vt ne ad omnes euentus fortuitos con-  
sternantur nec contrahantur animo, neu ad tumultuariūm  
omnem strepitum expauescant, seiplos dedentes licentio-  
sæ securitati. Vtique hæc agnoscebat Psalmus, dum dicit:  
*Illic timerunt timore, vbi non erat timor*. Dominum igitur  
sanctum concelebrato, & ipse erit tuus timor. Illius præsto-  
lare aduentum, illius formidabile tribunal fac vt metuas.  
Terribilis siquidem futurus est qui vnicuique reddet iuxta  
opera sua. Sanequam metuendus qui cum sanctis angelis  
uenturus è cælis est in voce tubæ. Tremendus planè, è  
cuius sententia supplicium perpes pendet & æternum.  
*Quod si in ipso spem certam collocaris, erit tibi in sanctificationem,  
& non vt lapidæ offensionis occurreris, neque vt petra ruina*. Sen-  
tentia hæc perspicuè adhortatur ad complectendam fidem  
in Dominum nostrū. De ipso enim dictum est, Ecce pono in  
Sion lapidem offensionis & petram scandali. Qui cæci sunt,  
sed deorsum versus inflectere possunt oculos, facile impin-  
gunt & allidunt pedes lapidibus: & qui plantas pedum habent  
malè confirmatas, incurrentes in petras, prolabantur  
ac decidunt. Equidem quisquis animam habet nulla per-  
spicientia ac discretionē præditam, neque per scripturas  
agnouit aduentum Domini, obclinatur ac deerat circa  
prædicationem Euangelij, & versatilis est circa fidem ac fa-  
cile subuertitur, vtq; is scandalizatur in petra, quæ est Chris-  
tus. Tu autem (ait) popule si certa fiducia fretus, innixus  
fueris perfecta fide super Dominum, nequaquam occurreris  
sermoni qui de ipso sit, tanquam offensionis lapidi, neque  
circa eum aberrabis quasi ad offendiculum petræ. Forlan  
autem stultitia prædicationis Græcis istis \* sapientiam  
quærentibus est offendiculum, & Iudæis petra scandali vti-  
que signa quærentibus. Sanè ob id dicebat Paulus, præ-  
dicationem esse quidem *Iudæis scandalum, Gentibus vero stulti-  
tiam*. E diuerso, his qui spectata fide nituntur super Domi-  
num, nec simplicitatem euangelicæ prædicationis logicis  
demonstrationibus interpretantur, neque veritatem ipsam  
tentant experimentis signorum periclitari, his Christus est  
Dei virtus & Dei sapientia. *Tunc manifesti erunt obsignan-  
tes legem, ne discant: & dicat, Expectabo Deum qui auertit faciem  
suam à domo Iacob, & confidens ero in eo*. Inter ea quæ præces-  
serunt, dicta est sententia hæc. *Ecce virgo in vtero accipiet &  
pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est in-  
terpretatum, Nobiscum Deus*. Scitote Gentes & vincimi-  
ni. Deinde sermonem intendit aduersus eos qui nostri Em-  
manuelis denuntiāt legem non sustinent, nec excipiunt:  
sed quæ ab ipso præscripta sunt mandata, defugiunt ac vi-  
tant. Ait enim, *Tunc manifesti erunt obsignantes legem, vt ne eam  
discant*. Sermone enim \* doctrinæ in omnes hominum na-  
tiones disseminato, alij quidem sua ipsorum corda accin-  
gunt & instaurant, vt ritè semina disciplinarum excipiant,  
suntque terræ instar feracis ac frugifera, excepto sermone  
altius desigentes radicem, ne item eum sentibus atque  
aculeatis spinis suffocates, neque citra tutelam ac custodiam  
possidentes, ne prædæ exponatur sollicitante diabolo: sed vt  
fructum proferant, vnū trigesiumum, alterum sexagesi-  
mum, aliud centesimum. E diuerso, sunt qui prorsus aures  
obturant animæ suæ, ne excipiant \* sermonem: immò seip-  
sos obstringunt perinde ac vinculis & obsignant, vt ne quæ  
sermo veritatis insinuet se & subingrediatur. Eos autem  
dicimus \* obsignare qui suam ipsorum vitam instruant ad  
aduersarij nostri formulam ac similitudinem, nec susti-  
nent vt se conformet Christo, qui imaginem cælestis vi-  
tiant & corrumpunt, sola autem se oblectant imagine terre-  
ni, & ei acquiescunt. Porro lex obsignata est, nec facile in-  
telligi potest ab istis quibuslibet & gregarijs per \* obscuri-  
tatem, quare ad legis intelligentiam necessaria exercitatio  
est & peracris. Nisi enim quis totum se addicat meditatio-  
ni & \* commentationi, insuper idem vehemētī studio con-  
cupiscat absolui ab ignorationis vinculo, is meritò diceretur  
obsignasse

Toan. 14.

† δεξιᾶ-  
σται.

Psal. 118.

Psal. 125.

Psal. 118.

Latina est via  
que ducit  
ad perditio-  
nem.  
Matth. 7.

Psal. 16.

Matth. 5.

Psal. 125.

Ibid.

† Προ εἰρη-  
τε, lego εἰ-  
πῶσι.

Psal. 13.

1. Cor. 10.

\* Mundus  
huius.

1. Cor. 10.

Esaiæ 7.

\* Scilicet,  
Euangelicæ.

\* Euangeli-  
cism.

\* Legem.

\* Mysticis-  
mum.

\* Scriptura-  
rum.

obsignasse legem, quæadmodum manifestabitur in die \* reuelationis. Manifesti enim erunt qui obsignant legem, ne eam addiscant. Quoniam pacto suam consignant legem Iudæi: De his quippe dictum est, Tulistis clauas, & neque ipsi introitis, & eos qui possunt introire, prohibetis. Obsignat planè legem Iudæus, vt ne discat, dum prætexit se ad literam eam obseruare, interim non retegens quæ in eius intimo recessu delitescunt, mytheria. Ecquid dicit? Obserua numnam Iudaicæ voces palàm id indicent, Expectabo Deum qui auertit faciem suam à domo Iacob. Planè dicunt hæc Iudæi, Non credo in Deum, non admitto Emmanuelem. Tameñsi pro derelicto habeat, expecta alioqui futuram Dei visitationem qui auertit faciem suam à domo Iacob.

\* Ἰσοκράτης, λέγει, ἀποκαλιέσθαι

\* Iro Iacob Complutenseditio habet Irlael.

Heb. 2.

Ibid.

Ait. 9. Ait. 12.

Deus Sabaoth seu exercituum.

Marc. 12. הַרְצִיעַ הַנָּחַלַת Salua obsecro.

Matth. 11.

Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus. & erunt signa & portenta in domo \* Iacob à Domino Deo Sabaoth qui habitat in monte Sion. Conuictis contumacibus & incredulis, tunc deinceps Dominus ipse in propria persona edisserit sermonem. Equidem ait, Illi recesserunt forti manu ab itinere viæ populi huius, assimulantes se opperiri velle Dominum qui auertit faciem suam à domo Iacob. Ego autem complexos fidem erga me & recens regeneratos, à se excusso vetere homine & assumpto nouo, quasi pueros nuper genitos, teneritudine morum præmolles, malitiæ omnis expertes, & deinceps à lacte primùm submotos elementarium sermonum, vt capaces perfectioris alimonix Sacramentorum eos asciscam mihi, quos & visceribus misericordiæ excalefaciens ac refectum offeram patri. Per me enim via expedita est qua quis ipsum agnoscat. Nam quod verba hæc ex persona Christi deprompta sint, nemo controuertit qui meminertit epistolæ ad Hebræos dicentis; Dicebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia: qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum, per passionem consummari. Subnectit, Nam & qui sanctificat & qui sanctificantur, ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Rursus, Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus. Et erunt (ait) signa & portenta in domo Iacob. Ab his, inquam, pueris per Christum regeneratis signa & prodigia perfici poterunt in domo Iacob. Apostoli sanè pueruli erant & infantes, malitia vtique paruuli, qui quidem primùm nouerant linguæ pleetro loqui, idiotæ quippe homines Galilæi. Et isti tales spiritus sancti aduentum nulli non genti manifestum reddiderunt, ac super se factam distributionem donorum, partitionemque linguarum. Ad hæc cognobile fuit signum illud quo claudus ad speciosam portam sessitans per Petrum & Ioannem inuocato Christi nomine ad gradiendum eualuit confirmatis eius plantis, in quo signo completa est illa vetus propheta. Tunc saliet vt ceruus, claudus. Signum & illud repræsentabat, nempe Dorcas à mortuis excitata. Signum itidem fuere ferreæ portæ carceris sponte sua adaperat, vt ad exitum Petro paterent & catenis grauibus adstricto. Alia insuper quæcunq; per Apostolos palàm edita sunt ad manifestandam omnibus diuinam Vniuenti maiestatem. Porrò signa hæc omnia ac prodigia virtute Dei Sabaoth confecta sunt, qui habitat in monte Sion. Deum vtique Sabaoth congruit intelligere Deum esse exercituum. Quis autem alius exercituum Dominus, si non militiæ omnis dux & princeps virtutis Dei, qui & puerulis suis edenda signa gratuita impertiuit? Nam quoddam pueri vocentur qui in Christum crediderunt, equidem colliquefecit ex Domini sententia, qua pro his qui consonis laudibus ipsum celebrabant ac dicebant, Hofanna in altissimis, aduersus Iudæos obijcientes ei, Non audis quid isti dicunt? Iesus autem dicit eis, Vtique, nunquam legitis, quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem? Vtique illic infantes dixit qui cædebant ramos palmarum, & sternerant vestimenta in via, & clamabant, gloriaque eum prosequiebantur. Alio in loco idem Dominus; Consteat tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Paruulos vtique dicit, quos suo erudierat sermone, dignosque reddiderat per infusionem spiritus sancti, reuelatione mytheriorum. Itaque sententia hæc, Ecce ego & pueri, indicat ipsos esse electos suos, nimirum Dei, qui stulta mundi elegit, vt confunderet sapientes. Quisquis igitur à se excussit veterem hominem per concupiscentiam imposturæ & erroris vitiatum (in-

duit autem nouum qui renouatur ad imaginem sui creatoris) is iuxta mysticum Christi sermonem puer est. Et si dixerint vobis, Quarite & Pythones siue hariolos, & eos qui de terra loquuntur & vana loquentes, & qui de ventre loquentur. Nonne gens à Deo suo requireret? Quid requirunt de viuis mortuos? Legem enim in adiutorium dedit, vt dicant, Non sicut verbum hoc pro quo non est munerera dare de ipso. Et veniet super vos dira fames, & erit quum esurueritis, contristabimini, & maledicetis principi & patri ritibus. Et suscipient in cælum sursum & in terra deorsum insipient, & ecce tenebra, tribulatio & angustia, vt non videant vsque ad tempus. Qui non excipiunt Euangelij verbum, ijdem quasi stultitiam nihil ducunt ipsius Euangelij prædicationem, & occasione Crucis scandalum patiuntur. Si quando consilium eis dederimus, vt se transferant ac recipiant ad agnitionem fidei, commentitiam admonitionem ex proprio errore præfluentem nobis opponunt, dicentes: Consultite non quidem Dominum, sed ἔγγαστριμοῦς, hoc est qui in pythone futura prædicunt per ventrem obsessi ipso spiritu loquente, qui & de terra loquuntur, inania quædam effutientes. Huic sententia restimonium abundè reddit ipsa rerum experientia. Qui enim proximè astabant idolis, somnis, diuinationibus & vaticinijs dæmonum attenti, hi veritatem ipsam nihil faciebant, nobisque isti consulunt, talia vt exquiramus. Quamobrem operationes erroris à dæmonibus excitantur ac fiunt ad eorum subuersionem qui explorare talia & experiri voluerunt. Et quidem nunc imaginationes quasdam circumfasi circumsistentibus ingerunt inter soporem carpendum, quæ aut contineant vitiosam corporis affectionem, aut prænuntient quid futurum sit. Siquidem dæmones tales euentus simul cernere possunt. Superiores quidem sunt corporeis affectibus, quod sint proprietate materialium rerum longè perspicaciores, & qualitates herbarum sedulè obseruent & earum vim excitandis affectionibus obscænis congruentem norint. Plerumque verò & futura prædicunt, eorum quæ prius contigerunt collatione. Quod autem intelligant ea ad nostram nondum peruenisse notitiam, nobis annuntiant quasi futura. Exempli gratia: Si quis apud nos audito cuiusdam aduentu, renuntiet præstolanti ipsum tanquam futurum & aduenturum, vt per fraudem & imposturam creditus esse propheta, venetur & captet gloriam. Ad eum modum & dæmones, quæ sententia ac decreto Dei constituta erant, iamque palàm euulgata, sæpenumerò annuntiarunt his qui facile in fraudem illiciuntur, sicuti fuit pythonicus ille spiritus quem consuluit Saul per diuinatricem, futuram stragem annuntiauit ministerio dæmonum. Erant enim dæmones qui stridentes & seipso transformant in habitum & personam Samuelis, qui quod audissent sententiam condemnationis aduersus Saulem prolatam, quæ à Deo prodierat, exponunt & promulgant vt propriam, quod vtique Gentes non raro nos adhortentur, vt à dæmonibus errores istos & imposturas quæramus, dicentes: Sciscitemini ab hariolis siue ventrilouis, eos interrogate qui de terra loquuntur. Neque enim auisint dicere sua verba è cælis deprompta esse, quemadmodum & illa vaticinatrix in Regnorum libris cum Saule loquens, dicebat: Video ego Deos ascendentes de terra. Talis enim est istorum vatium de ventre loquentium machina & prænotio. Conducit ac pollicentur animas vita hac defunctorum ad seculum se euocatos ad eorum manifestationem quæ in questionem vertuntur. Dein propheta suam subnectit sententiam, in qua esset de istiusmodi imposturis, ac pronuntiet impostores esse vaniloquos, dicens, ac futiliter loquentes, qui & per ventrem & respndent, siue suamet voluntate loquuntur. Non enim talis aliunde edoctus, sed ex proprio corde, confictio mendacio pro desiderio eorum quæ videntur, peruersam concipiens coniecturam, profutur quæ profutura sint sibi ad pellicendosi in errorem parum cordatos ac dementes. Aut forsàn de ventre loquuntur ij quorum Deus venter est, qui nihil non faciunt gratia captandæ voluptatis ex cibo potuque proficientis, aded vt ne aberrarit quis si dixerit esse ἔγγαστριμοῦς, pythonicos & de vètre loquêtes, eos qui suam adornant doctrinam pro exsatiando ventre, pietatis alioqui formam in speciem sibi vendicantes animo nequaquam pio suos depromant sermones, hinc meritò vana loqui dicuntur. Qui enim non facit, docet alioqui, quod minus

† ἔγγαστριμοῦς, ventrilouos. De hæc Oratio est Gregorij Nysseni.

De ventrilouis, Pythonibus, diuinis, &c. lege Calium Rodig. Mart. Delirium de Magia, alios item.

Dæmones futurorum euentuum præfogi & diuini loqui.

† Pro τρισσοῦτες, λέγει τρισοῦτες.

1. Reg. 28.

Philip. 3.

explet opere, indignus quum sit cuius verbis fides commodetur, nihil adfert emolumentum. Proinde illud: Nonne gens à Deo suo requirit? tale quid insinuat: vnaquæque enim natio rem ambagiosam, & quæstionem de qua cupiebat edoceri, suo proponebat Deo dissoluendâ. Dumque sciscitarentur, conueniebat rectè formare & exprimere quæstionem ad elicendam plenioris sententiæ elucidationem. Nonne gens à Deo suo requirit? Ab his inquam quos supponebat esse Deos, quibus & offerebant diluendas inquisitiones suas. Quum enim Deos suos decernerent in fata concessisse, nihilominus ab eis percunctabantur de his quæ ad viuos pertinerent. Mortuos sanè dicit, siue inanimata idola, puta lapides, ligna, æs & aurum. Aut mortuos commemorat, nempe eos qui à vera vita deficiuerunt per apostasiam, aut forsitan quia istorum qui ventriloqui dicuntur, commetatio omnis conatusque versatur circa monumeta, & busta sepulchralia, atque illinc vim omnem magicæ incantationis mutuauerunt. Adhuc propheticus sermo istius idololatris vix vllis tolerandis infensus propter stoliditatem & amentiam respondet, Quid exquirent & interrogabunt pro viuus mortuos? Vt quid procidis supplex lapidi animæ ac rationis impoti? Qui ratione præditus es, quam ob rem quæstionem proponis muto ac surdo? Pro filij vtique viuentis salute vitam supplex exposcis ab eo, cui ne suppetit quidem vita? qui vita mimime fungitur? Qui ne spirare etiamnum potest, estque exanimis? Tamestsi abieris ad requirendam diuinationem, quantalibet animi conceptione lustrales illas expiationes excogitaris: ad mortuos abiisti, eosque in consiliu adhibes quorum vita disperijt, ac tibi inuerti sunt ob inobedientiam, extremam vitæ perniciem. Legem dedit in adiutorium, vt dicant, non sicut verbum hoc, pro quo non est munera dare de ipso. Ne plus iusto anxius sis aut superfluo percunctere quid futurum sit. Tantum est: quæ præsentia sunt, ad tuam vnus utilitatè conuerte ac dispone. Quod si prænoueris quid sit futurum, quid tandem commodi ad te resiliet ex ea prænotione? Quod si boni quidpiam contingere debeat, etiamsi ne prænoueris quidem, nihilo scius veniet. Sin illud triste & inamœnum futurum sit, quid speres lucri ad te rediturû, si te prius mœre consumpseris? Legem vtique accepisti in adiutorium. Abundè quidem magnû fuerat, quod naturæ beneficio tibi insita fuerit aptitudo quædam & dexteritas ad comparandam bonitatem, sed vt ad perfectionem istius naturæ alacritatis rectè contenderes, adiecit Deus legem velut manu ductionem, vitam tibi præmuniètem. Vis certò persuaderi quæ sint futura? Provide sedulo, vt quæ tibi lex facienda præscripsit, opere expleas diligenter, & certus operitor iucundissimam fruitionem repositorum tibi bonorum. *Honora patrem tuum & matrem, vt bene tibi sit, & tibi eris longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Bonis perfrui si quidem desideres, quæ præscripta sunt mandata opere exequitor. Pro instauranda sanitate ne percuncteris fatidicum vatem: sed pro ea assequenda quæ tibi suggesserit medicus, æquanimitè tolerato, ea inquam perfer quorum tibi fuerit author. Quid præterea cupis edoceri? Nullus vates aut diuinus tibi conferet immortalitatem. Nemo hariolorum te ad cælum vsque prouehet. Te cum fiducia nemo sistet tremendo iudici: sed lex ipsa & eius exacta obseruatio, quam quisquis sedulo & accuratè obseruat, quid sibi euenturû sit, non magnopere aut anxie nimis inquirat, sed suorum operum præsolatur mercedè. Legem igitur dedit in adiutorium, vt dicant, non sicut verbum hoc, pro quo non est munera dare de ipso. Sanè ista lex non se habet ventriloqui istius vatis instar. Non enim commentitia est & ad fraudem excogitata, vti verba hariolorum, quin potiùs doctrix est & magistra veritatis. Siquidem qui in errore pelliciantur suis impostoribus pecuniam pro mercede mendacij rependunt: verbum autem hoc, legis scilicet; tale non est, vt pro eius promulgatione vllum munus donetur. Nemo enim Dei gratiam compensare possit pretio quantolibet, ipso dicente Domino: *Gratis accepistis, gratis date.* Pespice, quam acriter Petrus de stomachus sit aduersus \* Simonem pro comparanda gratia spiritus sancti pecuniam offerentem. Ait enim: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia parasti donum Dei acquiri pecunia.*

A Sermo vtique Euangelicus nequaquam venalis est, ceu verba pythorum & hariolorum. Quam enim possit quis reponere compensationem Euangelio dignam? Audi hac de re Dauid pendentem animi simul & dicentem: *Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi?* Nullo igitur pacto possit quis rependere munus gratiæ Dei æquiparandum. Vnum alioqui donum dignum esse comperietur, si qui dat peruigili custodia conferuetur. Qui tibi dilargitur thesaurum, nonne honorem abs te repetit? vtique. Sed insuper reposcit & fidelem custodiam impertito thesauro condignam. Ait proinde: *Et veniet super vos diras famas: & erit, postquam esuriatis contristabimini, & maledicetis principi & patri institutis.* Qui omnia dispensat ac moderatur Dominus ad procurandam hominum salutem, nonnunquam & famem inducit, vt eorum consulat vtilitati qui primum ad virtutem erudiuntur disciplinis. Ait enim: *Affixi vos & fame ac penuria, quasi angina affeci, vt bene tibi facerem.* Præduram igitur famem dicit, nihil consolatorium adferentem & peracrabam, inexcogitabilem atque impræuisam. Inediam enim ac famis species diuersæ sunt. Quædam enim contingunt inopia frumenti ac panis. Aliæ verò eorum penuria quæ edi possint. Porro quam sententia hæc inductum iri pollicetur & denuntiat famem quæ præcæliosa sit & peractis, idque eo fit, vt per reliquiorum audulorum inopiam in eis mœre confectis operetur haud penitentiam salutem. Quum autem mœre intabuerint, seqe macerant tristitia quæ secundum Deum est, tunc maledicunt principi & patrijs moribus siue consuetudini patriæ. Quis iste est princeps? Nimirum is in quem maledicta congeruntur ab ijs qui salubriter ac bene contristantur, princeps scilicet mundi huius, cui maledicunt quos pœnitet malè actorum, quoties eò peruenerint, vt sensu ipso perpendant quantam animæ perniciem ac lethalem noxam reportarint ab ipso. *Maledicunt item moribus patrijs*, hoc est: operibus diuturna consuetudine inolitatis. Patria enim vocat eorum occupationes ac studia vitæ mundialis qui in peccatis versantur, quibus tibi ambitiosi & gloria omnes implicantur. Patria, hoc est consueti mores, sunt peccatori, opera carnis, adulterium, fornicatio, immundicia, impudicitia, idololatria, obscœnæ affectiones, concupiscentia mala. Patria sunt dolus, mendacium, insidia, versuta alacritas ad perpetrandum quoduis facinus, & omnis species hypocrisis. Qui igitur elatis sursum oculis ex his semel emerit, quasi à quadam ebrietate negotiorum turbulenti istius mundi, maledicunt quidem priori suo principi à quo edoctus fuerat ad obeunda perditionis opera. Quinetiam moribus patrijs maledicunt, quibus cum viuens non accepit legem nobis à Deo indultam in adiutorium. Non potes vero subesse regi, nisi prius maledixeris malitioso principi. Eam ob causam te edocuit Ecclesia \* dicere: *Renuntio tibi Satana.* Hæc est principis istius maledictio. Quæ porro est patriæ consuetudinis renunciatio? Renuntio & operibus tuis. Hi patriæ ritus sunt vernaculi & familiares diabolo. Planè beatus qui rite huic maledixit principi. Siquidem is propiùs deinceps adiungit se vero principi & illustratur splendore veræ lucis. Beatus qui profusus improbauit inueteratos malitiæ mores. Is enim pro patria assequitur supernam illam Hierusalem, quæ mater eorum est qui se ad consimilem formulam Beati Pauli conformant & componunt. Peruersi enim mores & vernaculi à maioribus nobis velut per manum traditi sunt. Immodicane cupiditate partas facultates reliquit tibi pater? tu eas factv conignes & restituas ei qui fraudem & iniuriam passus est. Cane eas ceu proprias tibi vindices. Hæreditaria enim est successio peccati. Planè per iniquitatem tuus pater dolo malo subiectam ad te transmisit. Tu eam emancipas & liberam, redde iniuriam passo, & cruciatum patri reddes leuiorem, tibi que ipsi veram conciliabis libertatem. Sub hæc quid infert? *Et suspicient in cælum sursum, & in terram deorsum inspicient, & ecce tenebre, tribulatio & angustia, ita vt non videant vsque ad tempus.* Hæc de istis infert qui angustia & tribulatione oppressi ad obeundam penitentiam se receperunt, quod oculos sursum erecturi sint in cælum, qui priùs eos terram versus descebebant, nec poterant sublimitatè apprehendere diuinarum speculationum. Isti perinde ac vinculo quodam consensus.

Exod. 20.  
† ἴσθι μὲν  
κρὸς κρὸς  
190.

Matth. 10.

\* Magum.  
A. 8.

† φιλόδοξοι.

\* in Baptis.  
ma.

consensus ad terrena negotia deurgenti absoluti, liberum mentis suæ oculum cælum versus circumferent, inuisibilia & abstractarum mentium naturam contemplantes, & vi intelligentiæ locum apprehendentes, quo quidem loco recondi debeat thesaurus. His confectis, oculos defigunt in terram deorsum, nimirum quia naturæ suæ vilitatem agnoscent per cognatam illis & insitam proprietatem ad terram, qui eatenus insolescebant, deque seipsis magnum quiddam animo conceperant. Multa cum circumspectione nouis quodammodo dictionibus vtitur scriptura; enuntiatione excogitata vtrique elemento consentanea & congruenti. Cælum enim simul & terra nobis proponuntur ad contemplationem. Sanè quidem de cælo dicit. Suspicient in cælum sursum: de terra autem, inspicient in terram deorsum. Dein pro admirabili spectaculo tantæ istius cognitionis inopes consilij non suppetet illis quid dicant, & anxij admo-

**A** dum reddentur, menti insuper eorum densa se offundet caligo, præ consternatione & stupore eorum quæ illos apprehensa sunt, qui quidem repentinus terror magnam illis incussurus est perturbationem. Ait enim scriptura: *Quum consummauerit homo, tunc incipiet: & quum quicuerit, tunc indigebit.* Vtique nemo nouit, quanta exuperent suam vnus cognitionem, nisi gustum qualemcumque cæperit scientiæ, præterquam quod bonus ipse Dominus eis pollicetur multo commodiora. Ait enim: *Qui fuerit in angustia, non indigebit vsque ad tempus.* Neque enim absolute ignorantia detinebit genus humanum: sed qui perquirat nunc accuratè veritatem, eiusque inuentionem parturit, perspicuè aliquando contuebitur faciem, ipsiusque scientiæ absolutam perfectionem vel tandem apprehendet, quum tempus insliterit quo simul omnia instaurabuntur. Hunc enim sensum indicat, vsque ad tempus.

# B. BASILII MAGNI

## ENARRATIO

### IN NONVM CAPVT ESAIÆ.

† Pro πῆ, LXX. Interpretes iuxta Hieron. & Aldum πῆ, fac. Compluten. editio: Hoc primum velociter bibe, velociter fac.



**H**OC primum bibe, velociter † bibe, Regio Zabulon & terra Nephtholim, & reliqui qui maritimam urbem inhabitatis, & trans Iordanem Galilæa gentium, & populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Qui habitatis in regione & umbra mortis, lux splendet super vos. Plurimam partem populi deduxisti in lætitia tua, & lætabuntur in conspectu tuo, sicut

qui lætantur in messe, & quemadmodum qui diuidunt spolia: quia ablatum est iugum quod ipsis erat superpositum & virga de collo eorum. Virgam enim exactorum dissipauit sicut in die Madian. Quia omnem stolam congregatam dolo & vestimentum cum permutatione restituent, & gaudent igne esse combustis, quia puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus factus est super † humerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Adducam enim pacem inter principes, pacem & sanitatem ipsi. Magnus erit principatus eius, & pacis eius non erit finis. Super solium Dauid & super regnum eius, vt corrigat illud & auxilietur in iudicio & iustitia ex hoc nunc & vsque in seculum. Zelus Domini Sabaoth faciet hæc. Quæ de Domini futura assumptione carnis erant, euangelizaturus sermo hic, quasi propositionem quandam lætitiæ spiritualis obtendens, ita eum qui euangelizatur, velut exprorecta manu dextera, perhumanè excipit. Hoc primum bibe. Qui bibit, vtiq; intra seipsum potionem accipit & eam cum desiderio acceptans exorbet. Tunc enim vel maximè ad eodem consueuit rependi gratia, quam non fastidienter eam accipit, nec proinde erumpit in singultus: sed vehementi siccitate torrefactus ipsam expetit potus consolationem, seque irrorat & perfundit lætitiæ aquæ lymphidioris sibi oblata. Ob hoc & qui nunc euangelizatur, tanquam populo sitienti multa cum spe expectatam gratiam, ait. Hoc primum bibe. Beneuolè excipito affuturam animæ iucunditatem. Inferito illi salutare hoc dogma. Nonlim arbitreris secundum ab alio expectandum: neque reputes aliud quiduis fore hoc vno antiquius, aut ei præferendum. Antegreditur omnia. Neque enim abs te aliud concipi mente potest quod præferatur tuo conditori, non item quiduis suparte natura honorabilius eo qui primogenitus est omnis creaturæ. Primum bibe. Confidite, quia in principio erat Verbum. Ante principium, nihil: nihil eo prius qui in principio erat. Ne mihi tu seculum præfuisse dixeris, non vllam profus dimensionem, non locum essentia Filij destitutum, non tempus, non vllum temporis momentum illi intercisum, nihil quod animæ inserere se possit futili & euania imaginatione. Hoc pri-

**C** mùm citò bibe: non molliter, non item perfunctoriè aut neglectim, neque solutius ad subeundum id operis accedito: sed contentis viribus ac studio properanti, cuiusmodi erat Paulus qui simul atque poculum sumpsit fidei, nihil cunctatus ad prædicationem profiliuit, non acquiescens carni & sanguini, sed quàm ocyssimè perinde atque vnus aliquis viarum excursor, vt accepit primum sibi ex compacto indictum curriculum, adusque finem festinè contendit, secundum propositam spem persequens ad brauium supernæ vocationis. Regio Zabulon. Aduersus eos inuehitur propheta, apud quos & Dominus subinde moram traxit ac versatus est, qui quidem prius in tenebris ignorantie ambulantes, exoriente vera luce quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum, viderunt lucem magnam. Atqui nemo suspicetur quæ à Matthæo inducta sunt, dissidere ab hac prophetæ sententia. Ille siquidem dixit, *Qui sedebat in tenebris*, hic autem Esaia dixisse videtur, *Qui ambulabat in tenebris*. Ambulare enim in tenebris parilem potest retinere sensum cum sessione, quod ambo sibi disposito fine peræquè priuantur. Hic quidem dum non mouetur loco: ille autem deerrans temerè obambulat. Qui enim nullo destinato sibi scopo incedit, nusquam loci certi peruenit: qui etiamnum inertio ocio edoctus est viuere, nunquam ad opatum prouehetur exitum. Populus igitur hic qui eatenus caligabat tenebris adoptus ignorantie gentilium, vidit lucem, non cuiusmodi splendescit ab igne, non qualis ab astrorum iubare promicat aut à Luna, Sole, seu cuiusmodi exilit è fulgetris radiosus fulgor, sed lucem magnam, quæ intellectu ac sensu præditis affulgere solet, quæ & Patri par coexistit, & illustrat homines, angelos quoque incredibili perfundit lætitia. Quumque in omnia expassa abunde se dispertiat, tantò magis redundat in seipsam. In quali verò regione hic gentium populus habitabat? Nimirum obumbratus mortis caligine. Quasi enim terra quedam & profundior nubes per idololatriam impendebat eis tantisper dum lux illa affulgens eam dispescuit & intercidit caliginem, ipsos autem circumfudit splendor exortæ veritatis. Deinde transit scriptura ad hoc quod ad Domini personam referatur, dicens: *Plurimam partem populi deduxisti in lætitia tua.* Non enim omnes exceperunt salutare verbum: sed plurimi consequuti sunt inuitantem ad æternam lætitiæ, qui quidem collatabuntur in conspectu Dei, sicut qui lætantur in messe. Quod enim singuli quique seminant, hoc & metent. Si quidem die illa futuræ retributionis, qui verbum fidei exceperunt, & fructus vberis ediderunt pro portione eorum quæ hic prærogata sunt, à iusto iudice mercedem condignam recipientes admi-

Galat. 1.

Matth. 4.

† Pro βῆ, λεγε βῆμου.

**D** **E** **F**

rabili iucunditate perfuerunt, vt qui in messe latantur primitiuos lætitiæ fructus à laboribus proprijs obtinentes. E diuerso qui spolijs & occisorum exuijs ditescunt, hi raris admodum commeatu recipiunt ex opibus sic comparatis. Ob hoc vtraque dicens, connexuit & quæ ex retributione affutura essent bona, & quæ per eius gratiam qui ingentia dona elargitur, essent prouentura. *Ablatum enim est iugum quod gentibus erat superpositum*. Excusserunt à se iugum graue eius qui ipsos subiugarat & addiderat seruituti peccati, eorumque ceruicem incuruarat virga impietatis, vt iacto in anima fundamenta apostolica prædicationis non iam succumberent seruituti peccati. *Virgam enim exactorum dissipauit, sicut in die Madian*. Planè intolerandum & peracre iugum ille exactor iniecit humanæ vitæ, communis scilicet omnium nostrum inimicus virga cædens & extorquens à nobis, vt suam vnus voluntatem expleremus. Nossene vis quas nobis plagas virga illa inuixerit? Audi dicentem: *Putruerunt & corrupta sunt cicatrices meæ*. Planè malitiosa hæc virga cicatrices perniciosi ac tetri odoris ingerit ei qui vel est cæsus. Mihi nunc ad mentem reuoca vnum aliquem qui varijs teneatur desiderijs, & peracri cupiditate extimuletur perfruendi concupitis voluptatibus, quàm hic assimilari videri debet ei qui illa hostili virga pertunditur, & abducitur ad peccatum. An non concupiscentia suos exacuit stimulos atque etiam vrget, dolores inferens isti sic intemperanti, vsque dum cicatricem peccati impresserit animæ, ingignens illi graueolentem ac foedum odorem, nempe immisionem obscænarum cogitationum? Hanc igitur virgam dissipabit, quemadmodum dissipauit principatum & potentiam imperij Madianitarum. Horum arbitror vos historicas meminisse, aut eius esse memores quæ in Numeris recolitur, aut certe quæ & in Iudicum libro continetur. Etenim in Numeris ait: *Et instructam aciem eduxerunt aduersus Madian, sicut præcepit Dominus Moysi, & occiderunt omne masculinum, & reges Madian occiderunt vnâ cum vulneratis eorum*. In libro autem Iudicum: *Et reuersus est Gedeon in castra Israel, & dixit: Surgite, quia tradidit Dominus in manus nostras castra Madian*. Porro quid innuit illud, *Omnem stolam congregatam dolo, & vestimentum cum permutatione restituent*? Reor id eò dici, quòd qui sibi imponunt graue peccandi iugum, dum se virga atterunt, adigunt se ad peccandum propensius, tales proinde dolo coaceruatam stolam ac vestimentum cum permutatione restituent. Qui enim homines suis spoliari indumentis, eosque dolo malo integumentis denudarint, cum permutatione rependunt vicem. Ille enim omnium nostrum in commune inimicus quum acceperit in nos potestatem, à nobis auferet vestimenta quæ nobis deformibus qualescumque decus & honestatem circumponebant. Sanè Christianorum vestimentum obnubens peccati nostri turpitudinem, fides est, qua in Christum credimus. *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis*. Ille enim inimicus noster ante etiam nunc fidem qua in Christum credimus humanam denudabat turpitudinem, sensus nostros despolians & suffurans quibus vita hæc nostra cohonestabatur, nostramque nuditatem publicè traducebat. Stolem igitur omnem dolo malo partam & coaceruatam quisquis sibi induerit, vestimentum item cum permutatione restituet. Non enim ea modò referemus paria his quæ à nobis detrahuntur: sed & cum accessione agnitionis in Christum, multò reddemus meliores. Ait enim scriptura: *Induit me vestimento salutis & tunica iustitiæ*. Siquidem omnem omnino stolam malo dolo partam & congregatam, hoc est, clanculario furto compilatam cum permutatione resoluent. *Quin & optabunt, vt sint igne combusti, quia puer natus est nobis*. Malignæ potestates post Domini aduentum clamabant: *Quid nobis & tibi filii Dei? Venisti huc ante tempus perdere aut torquere nos?* Tunc enim auferentur, vt vehementiori exurantur igne, aut certè sententiam reportent damnationis sub ipso Christi aduentu in carnem, quia *puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius principatus factus est super humerum eius*. Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Quot nomina edocti sumus Scripturam indidisse Domino, superius ipsi audiuius. Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel. Hic: vocabitur nomen eius, magni consilij angelus.

Psal. 37.

Num. 31.

Iudic. 7. & 8.

Galat. 3.

Isaia 61.

† De Be-saias.

Esa. 7. Matth. 1.

A Hic planè qui magnum illud consilium à seculorum conditione reconditum, nec alijs retro generationibus manifestatum annuntiauit, hic qui in lucem edidit suas imperuestigabiles diuitias expositas esse gentibus, vt eadem gætes coheredes sibi sint & concorporales ipsi, cuius principatus est super humerum eius, hoc est, regnum & potestas in ipsius cruce. In crucem enim exaltatus ad seipsum pertraxit omnia. *Adducam enim pacem inter principes, & sanitatem ipsi. Magnus principatus ipsius, & pacis eius non est finis*. Hisce verbis perspicuè euadit, quæ hic dicuntur, exprimi sub Patris persona: quippe qui ipsum constituit sequestrum ac mediatorem faciendæ pacis per eius sanguinem in cruce effusum, siue inter ea quæ in terra sunt seu quæ in cælis. Meo quidem arbitrato dictum est hoc. *Adducam enim pacem inter principes, & sanitatem ipsi*, vt hoc argumento declararetur mysterium resurrectionis ipsius. Nam quia crucifixus est ex infirmitate, viuuit autem ex virtute Dei, ob hoc dicitur sanitas adduci ipsi propter infirmitatem carnis quam nostri causa assumpsit. *Et pacis eius non est finis*. Ait enim: *Pacem do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis*. Neque enim pax eius vilo clauditur fine, quum id doni mundo sit superius. Si enim è mundo esset, vtique vnâ cum decidua concretionem mundi dirimeretur ac disperiret. Nunc autem quisquis ipsius pacem exceperit, modò eam tueatur ac seruet continenter, perpetuo conuicti bonorum perfruetur quæ ab ipsa pace promanant. Salomonis pax præscriptis annorum circulis finem accepit: quæ autem à Domino indulgetur pax, in omne coextenditur eum, quod nullo circumscribetur fine aut termino. Eius enim imperio cedit creatura omnis ac substernetur: eius dominium agnoscent omnia. Quumque fuerit Deus omnia in omnibus, tunc silentio indicto refugis potestatibus quæ nunc obstreperunt atque tumultuantur, in pacifica concordia sancti hymnos concinent Deo. *Super solium Dauid, & super regnum eius, vt dirigat illud*. Quòd dictum fuisset non defuturum principem ex tribu Iuda ad ducem de femoribus eius, donec veniat qui reposita sunt: hinc ad vnum penè omnes concorditer denuntiant Dominum secūdam carnem fuisse proditurum ex semine Dauid. Super thronum igitur Dauid & super regnum eius sedebit, vt moderetur illud & dirigat, vtque auxilietur ei in iudicio & iustitia. Dicit Pfalter, *Judicia tua abyssus multa*. Et: *Iustitia tua, sicut montes Dei*. Neque enim iudicia eius comprehendere queunt, neque iustitia pro dignitate suæ celsitudinis vlla artingi contemplatione. *Et hæc faciet zelus Domini Sabaoth*. Nos per ignorantiam Dei miserè perditos zelatus Dominus dispensationem carnis assumpsit, vt suum cœlestem regnum impartiretur & nobis vendicaret. Zelus igitur Domini Sabaoth, id est, *Exercituum*, cui virtus omnis subiecta est, hic ea faciet. *Verbum misit Dominus in Iacob, & venit in Israel, & sciet omnis populus Ephraim & qui sedet in Samaria in superbia & in sublimi corde, dicentes: Lateres ceciderunt, sed venite, poliamus lapides, & incidamus Sycomoros & Cedros, & edificabimus nobis in turrem*. Appellatione Iacob & Israel sententiæ hæc, mea quidem opinione, duarum rerum nobis suggerit intelligentiam, nimirum & imperfectorum elementarem atque primariam institutionem, & eorum perfectionem qui ad apprehendendum apicem virtutis contendunt. Sanè sensum hunc innui nos submonet a tropus ipse *transuominationis* patriarchæ. Etenim in Genesi, b dictus legitur Iacob, quòd fratris plantam apprehenderit: post luctam autem, præmij vice tanquam victori indicta est altera nomenclatura. d Non enim vocabitur nunc nomen tuum Iacob: sed Israel erit nomen tuum. Missum igitur est verbum ab Iacob & venit in Israel. Itaque in primis per elementem misericordiam condescendit scriptura infirmioribus: qui autem perspicacioris intelligentiæ sunt, ipso sensu percipiunt, quantum refiliat vtilitatis ex sermone Dei, ita vt vi quodammodo iniecta arripiant assumentes eum ad quos missus est citra vllam segnitiam nec perfuntoriè. Verbum igitur misit Dominus ad Iacob. Nosti Verbum quod erat in principio, quod erat apud Deum. Hoc misit Pater ad Iacob: notum autem fecit ipsum verus Israel, nimirum animæ perspicacioris intelligentiæ prædita. Et agnouit omnis populus Ephraim & qui prius sedebant in Samaria, in superbia & elato corde. Hic est Ephraim ex quo suppullulauit defertor Dei Hieroboam qui ad se auulfit tribus

Ioan. 14. & 20.

† καλοῦσθαι. Gen. 49.

† Pro 27. λέγει οὗτος λέγει οὗτος λέγει οὗτος. Psal. 35. Ibid.

† Pro 27. γὰρ, habet Aldus ἵα-υά, mortem.

† τὸ πρῶτον μετὰ τὸν οὐνοσῆαι, quæ & hypallage. b Gen. 25. c Nempe Israelis. d Gen. 32.



tribus decem, commentus etiam est ex auro buculas siue vaccas, ut populo persuaderet secedere a cultura Dei & latrariam exhiberent idolis Aegyptiorum ij qui in Samaria sedebant in superbia & elato corde. Qui vero consenserunt veritati, susceperunt verbum iuxta enarrationem Actuum, *Quia audiverunt Apostoli Samariam recepisse verbum Dei.* Sub hac describit propheta illorum contumacem superbiam, quanta fuerit. Portiunculam enim tribus Dauidicae nihili ducentes, tanquam quae nullo negotio aboleri possent & opprimi, licet regiam obtineret dignitatem, miserum in modum eam subsannant, dicentes illud: *Lateres ceciderunt, sed venite, levigemus lapides.* Lateres quidem nominabant substructionem regni filiorum Iesse: lapidem vero appellabant solidam firmitatem quae connectebat potentiam scilicet mutua compagine constabilitatem simul & conspirationem ad eadem viuendi praescepta. Ait ergo. *Et incidamus sycamoros & Cedros & aedificabimus nobis ipsis turrim.* Pro templo quod aedificavit Salomon Iudae, isti nomine turris excellae proponebant se molituros quoddam non absimile aedificium, per quod & illi conabantur caelum sibi reddere peruium & accessibile. Etenim etiam miserè clamabant: *Venite, componamus nobis ipsis lateres & coquamus eos igni.* Rursus, *Venite aedificemus nobis ipsis civitatem ac turrim, cuius vertex pertingat usque ad caelum.* Sycaminus autem arbor est supra modum fructuum ubertate redundans, qui nullius qualitates obtinent dispositionem, nisi si quis eos fructus puncti in vellicando qualemcumque succum ex ipsis exprimat qui gustum suavitatis oblectet. Vnde opinamur eam arborem symbolum praefere congregationis gentilium more degentis, quae quidem quum quotidie succrescat, infatuata tamen est & desipit per assuesfactionem studiorum gentilium, quam congregationem si quis acrimonia verbi compungere poterit, felici immutatione edulcata conuertitur ad resolvendam Deo gratiarum actionem. Sed & Cedri nonnunquam accipiuntur ad exprimendam similitudinem animarum eximia virtutis, habentium commendabilem eam sublimitatem qua se possint attollere ad cognitionem & intelligentiam, simul & conuersationem habere in caelis, sicuti nos Psalmi edocuerunt Dauidis, nunc quidem eas Cedros alimementis ad laudem Dei, ac dicentis: *Ligna fructifera & omnes Cedri.* Rursus, *Saturabuntur ligna campi, Cedri Libani quas plantauit.* Nonnunquam mores hominum praefractos & per contumaciam nescios flecti quibus se attollunt aduersus scientiam Dei, ipsi nouimus dici Cedros. Quamobrem, *conterit Dominus Cedros Libani.* Quin etiam Cedri dicuntur ij, qui per falsi nominis scientiam insolescentes & stultam sui existimationem putant se iam intelligentiam apprehendisse sacramentorum Dei. *Vidi enim impium superexaltatum & eleuatum, sicut Cedros Libani.* Horum perditio quam celerrima est: *Transiit enim, & ecce non erat.* Isti igitur Cedros eiusmodi assumpserunt ad molitionem & structuram suae turris, qui ante Verbi aduentum sedebant in Samaria subsannantes Iudaicum Dei cultum & lateres collapsos appellantes quae in illorum dogmatibus referantur, aedificia. *Et allidet Deus insurgentes contra montem Sion & inimicos eius.* *Dissepabit Syriam a Solis ortu, & Graecos a Solis occasu, deuorantes Israel totum ore.* Denuntiat se eos perrupturum, & a fundamentis deturbaturum omnes qui cooriuntur aduersus montem Sion simul & impiam conspirationem aduersus veritatem esse dissipaturum. Inimici porrò montis Sion Syri & Graeci. Illi quidem ad ortum Solis: hi vero ad Solis occasum suam obtinent regionem. Dissipabuntur, quòd Israel totum ore deuorant. Os praesenti loco vocat vtm sophisticam captiosi sermonis, qua quidem omni prorsus abutebantur ad adorandas infidias aduersus eos qui corde simplici crediderunt Deo. *In omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus excelsa.* Et populus non est conuersus, donec percussus est, & Dominum exercituum non quaesuit. Quòd inimici Dei hisce flagris concisi nondum compuncti sunt, nondum etiam auersus est furor eius: sed adhuc manus eius, facultas animaduertendi in facinorosos erecta est & elata in eos quos nihil penitet malitiae & malignitatis quas gesserunt. Quia igitur populus hic non sermone, sed plagarum irrogatione sanatur, scriptum est, *Et omnis populus non est conuersus, nisi plagis impositis: quòd fit, vt talibus necessariae sint &*

A vtiles plagae. Nemo igitur se anxio labore torqueat in inquirendis causis afflictionum & molestiarum: puta, quam ob causam terra squaleat siccitate, cur vis imbrum ac redundantis pluuiae caelo delabitur, vt quid plena terroris fulmina, qua ex causa ex aere sidunt grandines. Nostri causa haec inuehuntur, qui retinemus cor impoenitens, nec nisi plagis prius eruditi, conuertimur: *Et auferet Dominus ab Israel caput & caudam, magnum & paruum in vna die.* Simul atque sermo missus ad eos peruenit, improbum omnem eorum statum praedicat confusum iri, & principes insuper eum sequacibus & pedissequis adimendos, qui quòd pro potestate agebant, nimisquam insolescebant, simul cum illis qui eorum iugo premebantur. Addit & praesidentiam seniorum in honoratum iri, vnaque ijs in iudicio accipiunt personas. Eos item commemorat ademptum iri, qui quum in populo nullius classis esse censeantur, sua tantum auctoritate designati falso sibi arrogat prophetiam gratiam, quum eam minimè exceperint infusione spiritus sancti, docentes iniqua, cuiusmodi erat aetate Hieremiae, Ananias: & sub Michae pseudoprophetae, in quibus fuit spiritus mendax, qui & seduxit Achab, exhortans ad ineundum bellum contra Syros. *Auferentur, & qui in extrema sunt populi parte.* Sed & qui beatificant populum istum, erunt seducentes eos & per seductionem fructus decerpent. Propter hoc, super adolescentulis & aetate vigentibus, in eis non letabitur Dominus. *Neque si quis pupillus in tali populo, neque si qua fuerit vidua, miserabitur eorum.* Vtrique alioqui digni commiseratione sunt, quippe imbecilles & auxilio destituti. Praevalere verò malitia & improbitate dignum auersione est & odio. Deinde infert, quia nondum furor eius auertitur: sed adhuc manus eius excelsa impendet, propter & seducentes populum & seductos, quòd iniqui omnes sint ac flagitiosi & iniqua loquantur. Isthac comminationem nonnullam continet emphasim & eam planè efficacem. *Et succendetur iniquitas sicut ignis.* Diuina erga homines illos beneficentia dispensatione factum est, vt quae in procinctu erat iniquitatis materia, a benigno Domino ad nihilum deduceretur, eo quae ait: *Et sicut gramen aridum deuorabitur ab igne: & exuretur in densitatibus syluae.* Anima tantisper dum sibi aggerem accumulatur terrenarum perturbationum, vitiosae affectiones quasi gramen ipsa latius se effundunt & erepunt per prudentiam carnis, quòd mutua inter se quandam habeant & familiarem originem, quòd alia ex alijs insuper progrediantur. Vt enim *γρως* gramen praeter ceteris herbis prolis est numerosa, nec vnquam intermoritur aut desinit gignere ex se, sed semper extremitas primitiuae geniturae origo fit succedaneae sobolis. Peccatum natura ab eiusmodi nihilo diffidet. Peccatum; aliud ex se velut congenere per gradus excipit, ceu fornicatio fornicationem, quin ipsa assuesfactio mendacij mater fit mendacij: & qui mentem diu exercuit ad furandum, nullo iam negotio aggredietur eam iniquitatem. Quod enim prauertit illum occupare peccatum, illi fit occasio peccati alterius. Si igitur per confessionem detexerimus peccatum, iam succrescens gramen aetescimus, dignum planè quòd depascatur ac deuoret purgatorius ignis, id quae exurit in densissimis syluis. Oseruato, quanta in primo Regnorum dicta sint de luco, nemore seu condensa sylua. Oppugnatus populus ingressus est syluam & defecit, quippe nullo pastus esculento. Quin etiam Absalon oppugnatus syluam introiuit. Peccatum igitur nostrum nisi exsicceetur ritu graminis & arefiat, non deuorabitur ab igne, neque incendio deflagrabit, non item condensa syluae concremabuntur. Suppurulentias suspitionum quae caliginem offundunt menti, numerosam malorum turbam conseruantes in arcano recessu cordis nostri vocat condensa syluae seu nemoris. Sub hac infert: *Quia propter indignationem irae Domini succensa est terra omnis.* Declarat in gratiam & beneficium animae, terrena ipsa tradi depascenda igni punitiuo, quemadmodum & ipse Dominus subindicat, dicens: *Ignem veni mittere in terram.* Ecquid volui, nisi vt accendatur? *Et erit populus ab igne deuoratus.* Non omnimodam interuentionem & exterminium comminatur, sed inuit expurgationem, iuxta Apostoli sententiam, quia si cuius opus exaiferis, damnum patietur: ipse autem saluus fiet, si tamen per ignem. At interim dispungit ac reprobatur quae in

Alii. 8.

De quibus Gen. 11.

† ouxamivōs, morea, siue morus. Vide Theophrasti. 1. de plantis. Morus, arbor.

Cedrus.

Psal. 148.

Psal. 103.

Psal. 28.

Psal. 36.

Ibid.

† Pro ἀπαρρησίου, auferetur, Complur. habet ἀφ' αὐτῶν, abstulit. † ἀμαρτία σιν.

† βασιλειῶν.

Luc. 2.

Cor. 3.

populo inualuerat, malitiam, simul & seditionem inter eos prius coortam nec adhuc desinentem, vt quæ quotidiano incremento profus esset immedicabilis, ait: *Homo fratris sui non miserabitur.* Sed accedentem propius, vt nonnihil auxiliij ab eo promeretur accipere, declinabit ad dexteram. Hoc est, dignus est qui declinetur. *Quia esuriet & comedet à sinistris eius.* Qui enim non operatur quæ è suo sunt officio & dextera ac digna commendatione, hic exfariabitur ijs quæ à sinistris sunt, & vetitis vescetur. Ita enim interpretatur illud. *Comedet à sinistris ipsius.* Ait: *Et non implebitur homo comedens carnes brachij sui.* Ferinam ac bestialem quandam animæ constitutionem ac statum subindicat esse mutuum fratrum deuorationem differens, in sese cæde immani incurrentium. *Comedet enim Manasses Ephraim: & Ephraim Manassen.* Inimanes & ab omni humanitate alienos reddit hæc malitia, feris quoque erudioris efficit assimilés, dum nulla satietate explentur carnibus vescentes brachij alterius, quorum finis, iuxta Apostoli dictum, est absoluta perditio: *Quia qui*

A vos inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Ad eundem modum isti inter sese hostiliter alioquin affecti, tamè in instruendis infidij aduersus proximum mutua conspiratione coorientur. Ait enim, *Simul obfidebunt Iudam,* hoc est, Confitentur Deo, eosque qui ingem illi exhibent venerabilem latrām. † Iudas enim sua interpretatione sonat *ἔθρομολόγησιν* confessionem. Maxime tamen malitia quum aduersus seipsam discrepet repugnans virtuti, nonnihil interim concordia palam indicat, ceu contumax audacia & timiditas sibi inuicem obluantur. Audax enim temeritas est redundantis excessus, timiditas autem defectum notat. Atqui si virilem ac strenuam fortitudinem in medio constitueris, simul illæ ad pugnam conspirabunt, vt vtrinque ipsam expugnent fortitudinem. Ad hoc innuendum Ephraim & Manasses dicuntur quidem fuisse vesci carnibus, in mutuum tamen scædus conspirant, vt obsidione cingant & expugnent Iudam.

† *יהודה* laudatio, confessio.

Philip. 3.

# B. BASILII MAGNI

## E N A R R A T I O

### IN DECIMUM CAPVT ESAIÆ.



**V**AE scribentibus iniquitatem: scribentes enim, iniquitatem scribunt, declinantes iudicium pauperum, rapientes iudicia inopum populi mei, ita vt esset ipsis vidua in rapinam, & pupillus in prædam. *Ecquid facient in die visitationis? Tribulatio enim vestra de longè veniet. Ad cuius confugietis auxilium? Et vbi relinquetis gloriam vestram, vt ne incidatis in abductionem?*

*Et sub interfectis cadent. Et super omnibus his non est furor eius, sed manus adhuc excelsa.* Sunt nonnulli qui indignum censent suorum maiorum insistere vestigijs & quæ ab ijsdem tradita sūt dogmata, consecrari turpe esse ducunt. Isti sunt, qui maxime opere affectant videri authores excitandarum hærese. Quare nouas quasdam doctrinæ molitiones comminiscuntur præter rectam scripturæ intelligentiam, suam ipsorum malitiam & impietatem prodentes scriptis. Aduersus hos detorquetur ac peruenit hoc, *Vae*, in hos inquam qui patres sunt falsi nominis scientiæ, ac scribæ impiorum dogmatum. Tales enim transuersos agunt & ad se eos abripiunt qui laborant inopia fidei, animalque viduatas veraci sponso ac plane Theologo peruertunt. Quinetiam isti si quem viderint destitutum & orbatum Dei præsidio ob commissum quodpiam peccatum, hunc etiam quasi prædam deputant sibi destinatam, liberali ore promittentes omnem licentiam & impunitatem, vitamque geniali voluptate diffusentem in medium proferetes, si modò suis dogmatibus de impietate contra Deum intelligant eos assentiri. Eiusmodi nunc infeliciter suppullulauit hæresis Anomæorum, qui scortatoribus, adulteris, masculorum concubitoribus, plagarijs siue mangonibus, periuris & palam mendacibus faciem peccatorum condonationem promittunt, modò percipient eos coarctari blasphemia in vnigenitum Dei Patris. *Quid facient in die visitationis? Diem vocat aduentum Domini nostri Iesu Christi è caelis, quæ die venturus in mūdum est, singulis quibusque condignam mercedem pro cuiusque operum qualitate reponferus, in quo aduentu excipient tribulationem è longinquo super se venientem, quasi qui scripturæ tradiderint suam improbitatem. Ad cuius autem confugietis auxilium? Etenim aduersus Deum scripsistis viuorū ac mortuorū iudicem. Vestris ipsorū scriptis coarguemini. Ad hæc ait. *Vbi relinquetis gloriam vestram?* Qui cæteris præminere præoptant, delatumque sibi honorem ab hominibus mordicus tuentur, & proinde eos incessit cupido, vt † nūcupati auctores sectæ*

C alicuius celebritatē nominis assequantur, atque ob id qui iniquitatem in excello loquuti estis, illa tum die iudicij quod loci relinquetis gloriam vestram? Tales, ait, in imam partem concident, ijs substernerunt quorum animas interemerūt. Nunc quidem præfides ijs quos in fraudem erroremque pellexisti. Isti te suspiciunt ac miraculi habent loco. Quod doctoris & authoris sectæ circumferas nomen, magnificè gloriaris & ab eis prædicaris beatus. E diuerso tunc ijs ipsis quorum animas intereccioni dedisti, futurus es abiectionis. Mors enim animæ est eminentē & falsæ opinionis receptio. Subter igitur hos concides. Eorum enim quos interfecisti, graue pondus tibi vni incumbet. Et ex quo singuli quique nostrum pro huius vitæ curriculum quodammodo chirographa nostra scribimus, formas rerum & nobis gestarum consignantes in memoratiua facultate, fortè etiā tales prædicat scriptura miseros, quasi qui suam scribant malitiam. Cor quidem iustorum descriptum est, non atramento, sed spiritu Dei viui: cor autem iniquorum non spiritu Dei viuientis, sed atramento quod congener est & affine tenebris lucisque inimico. Nouerit vnusquisque quia aut pro seipso conscribit executione bonorum operum: aut aduersum se adornans chirographa, literis transcribit ac mandat suam malitiam. Est igitur chirographum quoddam aduersum nos manibus nostris subscriptum, quum ipsi quæ deteriora sunt, fecerimus. Est & pro nobis chirographum, quum opere expleuerimus quæ sunt meliora. Nonnulli autem in contractibus ex compacto incundis nonnunquam vitiant & corumpunt literas, & characteres literarum malo dolo adulterant in censibus agrorū, in testamentarijs tabellis, in hypothecis & multiuarijs permutationibus, quæcumque etiam pacta firmantur & constant demonstratione literarum, scribentes & qui tales scribunt suam prauitatem detorquentes iustum iudicium in præiudicium pauperum ac deripientes quæ sunt inopum populi, ita vt vidua sit illis in deuorationem & pupillus transeat in quæstum, \* cum iusmodi in prædationibus ac rapinis bellorum contingit fieri ab his qui viribus prævalent, quorum commemorat scriptura, dicens: *Quid facient in die visitationis? Diem iudicij & retributionis diem vocauit visitationis qua merces vniciusque pro merito reponetur, quam istis comminatur. Quia tribulatio vestra è longinquo veniet. Intelligamus sane cur sic dicat, è longinquo. Salus quippe vestra non è longinquo, sed è vicino vobis adest. Scriptum enim est, *Appropinquans Deus ego sum.* Et rursus, *Mandatum hoc, ait, quod præcepi tibi hodie, non est immensum, neque longè abs te distitum,**

Mors animæ.

† Pro κατὰ λέξιν λέξιν. Eius animam aduertite Lutherani, & Calviniani.

Vae Lutheranis, Occolampadiis, &c.

In Anomæos eleganter, vt omnia, Ioa. Chrysost. sex Homilias reliquit.

† ἀίρεσις αἰσχρὴν ἐπιθυμία. Καλῆς.

\* Hac vitiam principis Christiani altamente recondere.

Lnc. 17.

diffitum, non in cælo sursum est, vt dicas: Quis ascendet in cælum, & assumet illud ad nos? Neque trans mare positum, vt dicas: Quis traiecto mari assumet illud & ad nos deferret, & audientes ipsum faciemus? Prope te verbum est in ore tuo & in corde tuo. Siquidem Dominus noster ait: Regnum Dei intra vos est. Nam quæ primas obtinent partes bonitatis nobisque conciliant salutem, propè nos est in intimis: quæ autem salutis sunt contraria, & longinquo veniunt, & à nobis externa sunt. Neque enim primarum illi nostræ conditioni insitum est peccatum: sed posterius incurbit hominum generi, ob quod vindicandum inuehitur & tribulatio pro male commissis, quam è longinquo venturam interminatur propheta. *Væ Assyriis virga furoris mei & ira est in manibus eorum. Iram meam in gentem iniquam immittam, & populo meo precipiam, vt spoliæ & prædæ & conculcet ciuitates & redigat eas in puluerem. Ipse autem non sic cogitauit, nec animo sic secum reputauit: sed discedet mens eius, vt disperdat gentes non paucas. Et si dixerint, Ipse tu solus es princeps, Dicit: Non accipi regionem quæ supra Babylonem est, & Chalanem, vbi turris edificata est. Et tuli Arabiam & Damascum & Samariam. Quemadmodum & has cepi, & omnes principatus capiam.* Propter multitudinem iniquitatum populi, ob quas in captiuitatem ipsum abducunt Syri non propter suam ipsorum iustitiam, sed propter redundantem tibi populi flagitiolam iniquitatem: quamuis isti minùs rectè secum cogitent, quia populo isti diuinatum legum præuaricatorum opus foret castigatorio flagello, sed sibi ipsi eam adscribebant victoriam, quodque inflescerent quasi qui cæteris antestarent viribus, hos deprædicat scriptura miseris. *Væ vobis Assyrij, qui virga eritis furoris mei. Instrumentum siquidè pœnæ inflictiuum non propria virtute irrogat pœnam: sed ijs qui promerentur contenti; supplicium infert operatoria virtute se mouentis, quare ait: Et ira in manibus eorum. Hoc loco iram perspicuè nominat disciplinam siue correctionem castigatorem, quemadmodum ait Plaltes. Neque in ira tua corripias me. Itaque correctionem Israelis astruit conciditum esse manibus Assyriorum. Iram meam in gentem iniquam & ex legem immittam, grauius animaduertam in eam, quod non sustinuerit vitam suam conformare ijs quæ lege præscribebantur. Et populo meo constituam, vt faciat spolia. Clementissimus Deus sua vnus benignitate populum licet legis transgressorem non desinit nominare sibi peculiarem. Quod enim inique se gesserit aduersus legem, iram: quia verò in gratiam progenitorum quos semel sibi delegerat peculiariter, non etiam illis denegat aut adimit suam familiaritatem. Ait igitur. Constitu, vt faciat spolia & depredationem, & conculcet ciuitates, & redigat eas in puluerem. Vt semel intelligamus omnia, ipsi nouerimus quia quicquid in amœnum perpetimur & permolestum, id sustinemus decreto diuinæ dispositionis. Non enim finit totos nos dedi istis potestatibus malignis quæ de vnoquoque penam exigunt, sed folerit contemplatione virum eorum quibus medicam vim adferunt, pœnis præscribit modum. Sanè tibi spolia aut exuuiæ sunt, quæ cadaueribus in bello prostratorum circumposita deprehenduntur, siue arma fuerint, siue vestis aut ornatus cuius alius. Prædæ tibi autem est distributio spoliatorum pro cuiusque victoris merito. Assyrij igitur iussi sunt spolia detrahere ex Israel, prædas agere, ipsiusque proculcare ciuitates, denique eas in puluerem redigere. Ipse autem non sic cogitauit, nec animo secum reputauit. Sed supra modum elatus mente est, quasi populus non esset eius manibus traditus ob commissa piacula, sed & per animi elationem excedens sensu mentis suæ, existimaret se eum esse qui posset non paucas gentes ad extremam cladem perducere. Quinque subditi assentando eius fauore venantes dicerent: Tu solus es princeps, ille velut per ironiam responderet. Non accipi regionem quæ supra Babylonem est, & Chalanem. Ac si dicat: Necdum obtinui omnium ditionem. Effugit regnum meum ea regio quæ supra Babylonem est, & Chalanem, vbi turris edificata est. Turrem sanè illam dicit quæ à prisca ætatis hominibus substrui cœperat in campo Sennaar, dicentibus, Venite, ædificemus nobis sibi sibi ciuitatem & turrem priusquàm disparemur ab inuicè, cuius vertex sit vsque ad cælum. Proinde tibi Chalanem nomen non est vsu scripturæ detritum. Eam autem coniectamus sitam esse quopiam in loco Babylonis finitimo, quoad*

A Babylon agnominis est confusio linguarum, quas Dominus illorum coitionem ad malum concordem dirimens, confudit. Ait enim scriptura: *Vocatum est nomen loci illius confusio*: siquidem dicta est Hebraicè tibi Babel. Ait autè, Accepi Arabiam & Damascum & Samariam: *Quemadmodum & has cepi, & cæteros omnes principatus capiam.* Ex quo igitur sibi cepit, reliquas omnes spe præsumit se posse sibi iugum suum eas pertrahere. Nèc interim iste intellexit id confici non posse humanis viribus: quandoquidem victoria hæc eius pendebat à dispensatione Dei peccatores erudientis, quare ipsum ceu exploratione dignum decernit sermo propheticus. *Vlulate sculptilia in Hierusalem & in Samaria. Quemadmodum enim feci Samaria & manifestauit eius: ita faciam Hierusalem & simulachris eius.* Sculptilia quum ligno, lapide aut alia quauis materia content, artifice tantum solertia ea confortante in imagines hominum aut animalium rationis expertium, quadrupedum, volucrum aut reptilium, cuiusmodi erant statuæ & simulachra Ægyptiorum, quoniam pacto eiulatum edere poterant? Vlulatus tibi autem vox est sonus quopiam inarticulato dolore indicans cordis. Quinam igitur vlulant sculptilia? Quod idola quæ à gentilibus coluntur, ligna quidem sunt, aut lapides, siue ea hominum manibus formam acceperint, siue autem fabrefiant & argento, aut ebore & quæcumque alia præciose aut vilioris materiæ. Hisce omnibus assident dæmones quidem ex abdito captantes fruitionem & illecebram voluptatis. Quemadmodum enim cupidia & irritamenta gula canes inuitant ad loca macellorū, & in quibus sanguis est & cruor ad pus saniemque degenerans versantur: sic & ista gula dedita dæmonia circum aras se insinuant qualemcumque voluptatem ex sanguinibus & nidore sacrificiorum venantia, circa etiam sibi consecratas statuas se prouoluunt. Fortè enim aliquot locis, aëria ipsorum corpora siue ignita fuerint aut ex vitroque elemento mediè temperata, nidore illo nutriuntur. Quin & historia regnorum declarat quandam virtutem dæmonicam assidere sibi celebriter dicatis simulachris. Ait enim: *Acceperunt tibi Philistinum arcam Dei & introduxerunt eam in domum Dagon, & diluculo surrexerunt Azotij & ingressi sunt postero die domum Dagon, Et ecce Dagon in faciem suam super terram.* Prolapsus igitur Dagon quidem ea erat quæ cernebatur, statua: in faciem verò prolapsus erat ipse dæmon à claritate gloriæ deuictus, quæ circa arcam Dei explendescerebat; manufactum autem à se decussit. Ob hoc & qui vescuntur idolothytis, participes dicuntur mensæ dæmoniorum. Quum enim victima idolo oblata dispersita fuerit in assidentem hostiæ dæmonem, ex sanguine quidem exiliente, ex adipe verò suffumigante & reliquis holocaustis, dæmonio nonnullam partem arripiente, de quæ ipsius calice, cuius delibatione icitur cum eo fœdus, qui bibit, calicem bibit dæmoniorum: quam ob rem vlulant sculptilia, hoc est, dæmonia quæ suis cognomina sunt sculptilibus. Cumque dicitur, quia veniet in Ægyptum Dominus, & collidentur manufacta Ægypti, & cor eorum succumber ac vincetur: Sententiam hanc sic edidimus: Dæmonia quæ in finitimo terræ loco diuersantur, in exitium profligata concutiuntur, inque sibi peculiariter attributam abyssum propellentur, adueniente Domino. Quare maledictus omnis, quisquis fecerit sculptile & conflatile, opus manuum artificis, & ponet ipsum in occulto, quia per hoc malum sibi asciscet thesaurum, nempe dæmonem se vlterò subsequentem, per quæ hunc sibi colliget maledictionem, infaustam prorsus & contubernalem. *Et erit, quum consummauerit Dominus omnia faciens in monte Sion & in Hierusalem, inducet super mentem magnam super principem Assyriorum, & super altitudinem gloriæ oculorum eius.* In dicto vlulatu sculptilibus Hierusalem & Samaria, intentata quoque eis comminatione, per quam videlicet expurgaretur Hierusalem, & idolorum spurcitijs liberaretur erudita plagis coereitiuis, quas sustinebant ab Assytijs illatas, tum dæmonum comminatur scriptura trālatum in plagā in Assyriorū principem. Is enim quando sensu supra modum se extulit, nec secum reputauit illorum peccata causam suggestisse tantarum auctorem calamitatum: sed sua vnus solertia ac viribus existimauit se præualuisse aduersus Hierusalem. Ob hanc impotentem superbiam, nec vlla nirentem

† Pro lō- yv, lego λα &

† Pro lō- yv, lego λα &

Psal. 37.

† Σχόλα.

† Προνομύ:

† Nemo, dein Seleucia, & eadem Ctesiphon.

Gen. 12. 777

† δολογμὸς.

Dæmones ad aras quidam.

Nonne dicitur.

† Reg. 5. ἀλλόφρον.

Idolothytis vescentes.

ratione celsitudinem per elationem mentis, ait: *Inducet super mentem magnam super principem Assyriorum & super altitudinem gloriæ oculorum eius.* Est quidem vnus aliquis conditione naturæ, magnus: est & alter magnus per exuperantem de se existimationem, quum nihil eorum quæ se addeceant, ritè perficiat. Mens denique ea verè magna est quæ verè mirabilem Dei operum contemplatione potest se accommodare rationibus vestigandis creaturarum & earum consideratione intelligere bonitatem sapientiæ tanti vniuersorum artificis. Magnus proinde est qui præualeat accommodare se inquirendæ dispensationi rerum à Deo conditarum & incumbere prouidentia rerum vsque minimarum moderatrici, horum insuper sedula obseruatione ipsius contemplari iudicia quàm sint iusta. Magna utique mens quæ tacita cogitatione angelicarum virtutum, totiusque claritatis circa supernas potestates splendescentes secum reputat ac meditatatur regem gloriæ ac Dominum virtutum: isti omnibus supereminere. Vice versâ qui se deprædicat beatum & insolescit, is iustius nominetur † captiosus artifex propriæ existimationis ac mētis euanidæ, quàm magna mente præditus, præterquam scripturæ consuetudo ea inoleuit, vt dicat eos qui multorum existimatione vendicare sibi contendunt neblem nomenclaturam ac vocet magnam mentem, non quidem amplitudini aut magnificentia naturæ astipulans & reddens testimonium, sed designans id quod existimatione hominum illi publico præconio tribuebatur. Eam ob rem superbam elationem simul & humilium suorum plus æquo se efferentem prudentiam, inducturum vindictam profiteretur aduersus mentem (quæ magna erat) regis Assyriorum, interim coarguens infirmum & imbellem sensum \* : ait, *Et super celsitudinem gloriæ oculorum eius inducet supplicium.* Equidem δόξα gloria, vox quum sit variæ significationis, iuxta vnam aliquam earum definitur nonnulli ipsam præsentem loco debilem esse & infirmam existimationem siue nominis celebritatem. Potest & accipi mens magna & prudens pro versuto & versipelli ingenio, quemadmodum & serpens prudentior bestiis quæ super terram gradiuntur, & dispensator iniquitatis legitur prudenter fecisse. Insuper filij seculi huius prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Interpretatus est autem & nobis Paulus πανβγλιαν esse † προνομήνην τὴν ἐνορίαν superbam & insolescentem animi cogitationem in epistola ad Corinthios. Timeo autem ne fortè sicut serpens leduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri. Hisce enim verbis declarauit historiæ suo testimonio tribuisse serpenti vituperabilem prudentiam, quoddam prudentiam sibi natura instam verterit in captiosam & veterariam astutiam. Sic sanè & mens magna non quod pugnet aduersus commendabilem prudentiam, vt subindicanunt qui apud Græcos vocum significata exactè in ordinem digessere, dicentes intellectum siue mentem magnam esse prudentiam detortam ac peruersam, sed falso nomine, aut qui in sui ipsius admiratione rapitur, seque obseruat quasi aliquid magni momēti, mēs magna est, aut certè ab assentatoribus sic appellatus, per hanc scripturam nominatim recensetur. Hic planè mens magna, dictus est propheta, quoddam certum haberet, quia oculus sapientis (qui verè sapiens est) in capite eius. Hic verò in sublimi erectis oculis magna sui existimatione percelsitur & prægestit, quasi indignum ducat deorsum oculos demittere, nec contueri terrena hæc, sed quæ sublimia sunt dogmata, superfluo studio consecratur & inquirat, ac si in superna illa conuersatione commoretur, cuiusmodi fuerunt apud \* Græcos sapientes; qui vitam quidem hanc transgere maximè obscœnis cōmotionibus carnis inuolutam: hi nihilo scilicet physicis rationibus commentati de cælo, astris, & æthereis, de quæ † accidentibus aëris, nonnihil gloriæ & euanidæ existimationis erectione oculorum sibi vendicauerunt. Dixit enim, *In fortitudine faciam & sapientia intellectus auferam terminos gentium, & exēplat fortitudinem earum depradabor, & persuadendo pertraham ciuitates habitatas & habitatum orbem totum comprehendam manu, & concu- ressitat mihi. Quæ ratione motus & in quem sensum, \* regem ipsum dixerit magnam mentem, interpretatur & explicat \* Assyriorū.* luculenter, cur insuper interminetur Deus irrogaturum se

† δεισιδω- φισυς ἔμια ταιόρρω.

\* populi. Δόξα.

† φρο habet exemplar. Coniectura videtur affectus germanam lectionem 2. ad Cor. 11.

\* Vide Laertium Diogenem in vita Platonis, Aristotelis & aliorum. † ἡ προνομήνην τὴν ἐνορίαν ἀεὶρα συμπεπρωμένον. \* Pro πεί- σε, exēplat fortitudinem earum depradabor, & persuadendo pertraham ciuitates habitatas & habitatum orbem totum comprehendam manu, & concu- ressitat mihi. Quæ ratione motus & in quem sensum, \* regem ipsum dixerit magnam mentem, interpretatur & explicat \* Assyriorū.

A supplicia, nimirum propter celsitudinem oculorum eius, neque non ob pompaticam iactantiam verborum ipsius qua aduersus infetiores vsus est, omnium amarulentia interminatus se eis illaturum omnifariam speciem extremæ cladis & vastitatis, vires suas professus inuictas esse & inexpugnabiles. Videri enim vult perinde ac Dominus sit & omnino perfecturus quæ animo destinaret, dum hac verborum pompa vsque adeo insolesceret. Quandoquidem mihi suppetit robur plurimum equestris pedestrisque exercitus, & nemo qui reluctetur aut contradicat. Quumque inaccessa in promptu adsit sapientia rei militaris, nec non intellectus incomprehensibilis, ob hoc ipsum (ait) † *auferam terminos gentium & fortitudinem earum depradabor.* Omnes enim simul gentes vi † adigam, vt se submittant, caputque inclinent regno meo, vt omnium regnorum fines meo adiungam imperio. Siquidem in hanc vsque horam, certis limitibus singulæ quæque gentes ab alterutra discretæ sunt & definitæ. Auferam igitur earum terminos, omnesque fortitudine adigam, vt sub meum vnus regni sceptrum redigantur. *Et fortitudinem earum depradabor.* Deprædatio dicitur partitio exuuiarum siue manubiarum quæ fit ab his qui victoria sunt potiti aduersus hostes, de his qui intercepti sunt & expugnati, dum corpora in captiuitatem abducuntur siue armentorum sint, seu alia quæuis ad vitam conseruata, quæ & victores sortitè inter se dispertuntur. Etenim singuli quique pro dignitate & exuperantia bellicæ virtutis quæ excelluerunt, censentur digni partitione prædæ & spoliarum, & ita secum auferunt è bello. Ait ergo, Et nunc ciuitates quantalibet firmitate constabilitas concutiam, meaue vnus virtute conturbabo, orbem insuper vniuersum mea manu quasi nidum comprehendam. Quis enim labor fuerit pullos auium inuolucres adhuc & implumes, dum ab auibus se enutrientibus fouentur, in nido apprehendere manu, qui neque \* remigio alarum, neque pedibus vt ad fugam queunt? Dein multa cum acrimonia coarguit eius contemptum erga homines, quodque sui exercitus vires præter omnem modum attollit. Ait enim, orbem terræ se ablaturum. Non quasi nidum modò, sed quasi oua derelicta sic apprehendam, nec est qui effugiat me, aut aduersum me grunniat. Planè quod ad loquutionis structuram attinet, ipse Assyriorum princeps inducitur talia loquutus, maiorem in modum tumidus mente est ob successum victoriae partæ aduersus Iudæam & Samariam. Ratus quodque se vnica excursionem gentes omnes ad se auulsum, & neminem habiturum qui aduersum se leuaret manus, sed gentium distinctos limites sua vnus virtute confusane permisceret, perque orbem vniuersum concitet turbas audito terrore sui aduentus, existimans insuper se facilius manu comprehensurum terram, quàm pullos auis, ac potentia sui exercitus lustrantis & adorientis vniuersum qui sub sole est, orbem, aut certè quasi vnus aliquis interpretetur oua genitrice aui à qua fouebantur, esse destituta. Sed enim ex quo superbia maior est, quàm vllum deceat hominem, existimarunt nonnulli ea verba consentanea esse ac rectè quadrantia illi superbo \* homini, qui ceruicem crexit aduersus omnipotentem, nec vllius imperio voluit morem gere refractarius & transfuga, qui ad consecrandam suam malitiam sollicitauit simul & ad defectionem spiritus malignos, se vt sequerentur. Ille enim existimat se esse mentem magnam, imaginatus quæcumque sunt sublimia se circumlustrare. Proinde pollicetur se orbem vniuersum pertrahere posse sub suam ditionem, qui & à Domino interrogatus vnde adesset, ne inficiatus quidem est dicere: *Circuuii quæ sub sole est, terram: & obambulata ea quæ sub cælo est, regione, adsum.* Hic ausu temerario præsidens sustinuit ostendere totius creaturæ Domino regna terræ, ac dicere: *Hæc omnia mea sunt.* Nunc igitur, si procidens adoraueris me, hæc omnia tibi dabo. Forfan enim scriptura hæc sub nomenclatura nominis regis Assyriorum tacitè innuit huius seculi principem. Siquidem Dominus principem seculi huius nominatim vocat diabolum, dicens: *Nunc princeps mundi huius eijciatur foras.* Post pauca. *Non iam multa loquar vobiscum.* Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Ex quo autem non pauci principes ac gentium præfecti ad tutelarem custodiam & conseruationem vniuscuiusque gentis

† Pro δόξ- minos gentium & fortitudinem earum depradabor. Omnes enim simul gentes vi † adigam, vt se submittant, caputque inclinent regno meo, vt omnium regnorum fines meo adiungam imperio.

† Pro συνα- ναγκάτας, & lego συνα- ναγκάσω.

\* Volat illo per nera magno Remigio alarum. Virgilius.

\* Nempe diabolo.

Iob 1.

Ioan. 12.

Ioan. 14.

gentis sibi concreditæ constituti sunt, quemadmodum ait Moses in Cantico: *Quando dividit altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei.* Ait rursum Apostolus, *Sapientiam autem loquimur non seculi huius, sed loquimur Dei sapientiam quam nemo principum seculi huius cognovit.* Iterum, *Dixit enim ad eum angelus. Et ego veni propter verba tua, & princeps regni Persarum stetit ex adverso mihi.* Et ecce Michael vnus principum primorum venit, vt me adiuuet, & ipsum reliquit illic cum principe regni Persarum. Et paulò post ait: *Et ego egressus sum, & princeps Græcorum veniebat.* Equidem haud scio an ex persona diaboli dicta hæc sint, quòd eius superbia non aduersus homines tum, sed aduersum intelligentias spirituales & abstractas aut intellectuales quasdam virtutes promotæ sit: *Nunquid gloriabitur securis sine incidente per eam: aut exaltabitur ferra sine trahente eam? Parili ratione si quis leuaerit virgam vel lignum, exaltabitur lignum.* Sententia vtique hæc increpatoria est aduersus superbiam principis Assyriorum. Quid supra teipsum eleuaris superbia, quali verò tu sis qui concidas gentes & potentatus ciuitatum demoliaris? An tantopere gloriari debeat securis & de se magni aliquid sentire, quòd redundantia arborum cacumina in terram decutiat? Etiamne runcina siue ferra gloriatur, quod ipsa compactas & prius vitas moles lignorum diffindat & in frusta partiatur? Sed enim, nisi administris manibus securis quicquam dissecet: neque ferra si non aliquis eam attrahat, & ad eius vsum qui solerti artificio ligna conscindit, ipsa quiduis secare potest. Commendatione alioqui dignus vterque est, si vtique securi ille vtitur legitime & hic scitè trahit runcinam. Consimili ratione neque lignum quod sceptri præfert figuram, sed qui sceptrum in manum sumit in signum potestatis penes se constitutæ. Sic sanè & ego te mihi asciui ad plectendum populum hunc peccatorem, In securi & ferra, coifisurus tua vnus immani crudelitati ad perficiendam castigationem sane quam iustam populi pro eius vititate. Quemadmodum enim in consistorijs & foris iudicum lictores sunt & carnifices ordine quicque suo constituti ad expetendam de maleficis vindicem pœnam, non item sunt isti auctores aut arbitri irrogandæ pœnæ, neque suamet fortitudine aut priua potestate quiduis faciunt, sed quæ tenore & edicto legum ipsis permiffa sunt & demandata. Ad eandem dicendi formulam, Assyrij non quòd ea gens insigni polleat robore, neque quod suo ipsorum arbitrio hac parte quicquam possent: sed iuxta mensuram virium sibi concessam ab eo qui procurat & consulit emendationi peccatorum, istorum efficaci opera vsum est ad eorum afflictionem. *Non sic, sed mittet Dominus exercituum in tuum honorem ignominiam, & in tuam gloriam ignem ardentem incendet, & erit lux Israel in ignem, & sanctificabit eam in igne incenso, & comedet quasi fœnum syluam.* Retaliatio hæc & merces superbiæ nulla iusta ratione insolescenti pulchrè respondet. Quia enim teipsum gloriabundus prædicabas, & excelsa erectione gloriæ oculorum tibi applaudens gestiebas, ob id mittet Dominus in honorem tuum ignominiam, ignem verò in gloriam tuam. Quòd enim interminatus sis ablaturum te esse fines gentium, & habitatas ciuitates conquassaturum, comprehensurum insuper vniversum orbem habitatum quasi nidum, & quasi oua derelicta elatum neme protus effugiente, nec vllo contradicente, propterea ignis ardens succenderetur, & erit lumen Israel in ignem. Ait ergo, Rerum status & conditio in diuersum & præposterè abibit. Israel enim qui nunc pro depresso habetur ac vili, inque manus tuas traditus est, vt ex eis supplicium expeteres ob malè commissa, erit in splendore & claritate celebri. Illius igitur claritudo præcellens tibi cedit in extremam perniciem. Ait enim: *Erit lumen Israel in ignem.* Cumque operatoriæ vires ignis duæ sint potissimum, illustratiua & adustiuæ: prior quidem perquam suavis & amœna, ob id laxa est & apprimè gratiosa, splendor ignis persistet vt ipsum Israel illustret, suaque claritate circumfundat, amarulenta autem afflictio & agritudo animi inuectæ ob superbiam per partes ibunt pessum, & incendit ipsum & per aduisionem absque consolatione afflictionis tradet, & sanctificabit eum in igne flagranti, & comedet quasi fœnum, syluam. Pandit hic naturam ignis. Quia lustratiuus est & purgatorius: sanctificabit ipsum quasi in

**A** igne ardentem. Quomodo autem sanctificat ignis, quia comesturus est syluam, tanquam fœnum? Sanè ex quo Deus noster ignis consumens est, nimirum consumet syluam, & vitia quæ à sylua siue materia promanant, animæ quidem coherentia non in spiritu, sed in carne. Porro sciendum est eos qui exacto studio versantur circa vocum significationes, distinxerunt τὴν δόξαν gloriā, ἀπὸ τῆς κλέος ἀ λαυδῆ, splendore nominis & honore. Dicunt enim δόξαν gloriām esse cum laude quæ consono plurium ore celebratur: κλέος celebrem eam laudem siue præconium insigne quod à viris probatæ vitæ cupiam redditur. Pari ratione τὴν τιμὴν differant, dicentes honorem esse plausibilem quandam festiuitatem, censentque honorem præmij loco ac debitæ remunerationis etiam in studiosos virtutis cadere. Est autem γέρας donum, præmij, ius honorarium, hoc est, ἀθλον siue ἐπαθλον pro obtenta in certamine victoria merces & emolumentum, præmij scilicet comparatæ virtutis, ita isti exponunt: *Honorem* verò esse qui passim exhibetur à quibuslibet & gregarijs, mercedem, etiam his quorum mores non magnopere commendantur. *Die illa extinguentur montes & colles, & condensa saltus & deuorabuntur ab anima vsque ad carnes.* Illata à Domino Sabaoth & immissa ignominia in honorem principis Assyriorum, inque gloriām eius accensio igne, postquam insuper lumen affulsit Israeli, vt in ignem verteretur Assyrio, ne immodico eius luminis splendore sanctificatus expiaretur per aduisionem ignis operatoriam & efficacem expurgationis & obligurientem syluam omnem quæ inest peccatis, tanquam fœnum, tum deinceps ea consumpta materia quæ flammam redaccenderat castigatorem, infert, *Conquiescent montes incensi, & colles & sylua condensa, sinemq; accipiet ignis conflagrationis, qui depascatur ea & excedet omnia.* Principium quidem fumpsit ab anima, denique ad carnes vsque pertingens. Nulli non perualium crediderim hanc esse Scripturæ consuetudinem, vt quæ præclare ac feliciter gesta sint, & eos qui quadantenus quidam obtinent plenius cæteris ad extruendam molem cuiuspiam fabricæ, quòd ipsa consueuerit appellare *montes & colles*: cæteros verò qui vitam transigunt infrugi & imperfectam ac temerè nulloquæ fructu inter sese congregantur, quippe qui non è plantatione illa legitimi & veracis agricolæ prodierunt consiti, hos nomine tenus nuncupat *στυμὸς sylua* siue condensos saltus. Atqui hæc omnia apprehendit ignis ab anima origine accepta, desinit tandem in carnes deflectens. Quæ enim peccata consistere cogitatione tenus, cuiusmodi est, si quis in corde suo consensum præbuerit de committendo adulterio in anima, est materia digna quæ ab igne deuoretur. Porro eæ actiones quæ censentur esse peccata & ad opus vsque profilierunt, eas arbitror pertinere ad effectus quos parere solet & operari caro, & has quidem propria esse peccata censeo, ab anima quidem suum ortum ducentia, in ipso autem corde conquiescentia, nec alioqui in ipso finem accipiunt peruersæ cogitationes, sed erumpunt se exerentes per opera carnis & per carnem velut per clathros siue transfennas transpiciunt ipsam penetrantes, inque publicum emicant. Si quis enim animo quidem tacitus conceperit inuidiam, vt eam ad opus perduceret, non alioqui eam expleuerit opere, nondund è corde prodijt. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, non quidem corripuit templum Dei, neque fecit membra Christi membra meretricis, nimirum is cor suum effecit confine esse eiusmodi peccato. Quemadmodum à tali corde nondum ea flagitiosa cogitatio in publicum exijt, itidem liceat & de furto pronuntiare, de idololatria, de veneficio & alijs id genus quibuscumque peccatis, si quando per corpus reteguntur, immo per ipsum, quasi per vasculum imbecille & fungosum diffuens delabatur ad exteriorum curiosam & superuacaneam operationem. Et erit fugiens, quasi qui fugit à flamma ardente, & derelicti ab eis erunt numerus, & puer paruus scribet eos.* Consummata conflagratione quæ per ignem intentata est, vt in montes immitteretur, in colles & condensos saltus siue nemorosa loca, eorum qui ad vitam conservandi erant recensio-nem & catalogum facili fore numerabilem prædicat, & ita eorum multitudinem ad eum numerum confirmat redigendam, vt & à puero qui ne omnino quidem possit quidui

Quo discrimine distideant δόξα, κλέος, & τιμή.

γέρας, ἀθλον, siue ἐπαθλον.

Montes & colles qui in scriptura.

Sylua & saltus qui.

Matt. 5.

† δὲ αὐτῶν ἐστὶν, disseminauit, dissemit.

\* Hac prudenter lege, & cano.

\* Deum facit loquentem Regi Assyriorum.

\* vel militiæ.

Ignis natura.

quiduis aut recensere aut doctrice experientia præscribere, queat tamen in tabulas eos referre. Forſan iſſe fugiens ab incendio, per pœnitentiam eſt vitans omnem vitæ improbitatem, perque reſipiſcentiam & conuerſionem longiùs ſe ſubmouet à carnis illecebris eam macerando. Quiſquis enim, poſtquam intellexit ſe in peccatis deprehenſum ac proinde dignum in quem virga & ſcuticis animaduertatur, iſſique fugit peccatum, quaſi materiam ſupplicij, vti que fugit quaſi à flamma incenſa, tunc etiam comprehenſi erunt numeri, non ob ſolam facilitatem numerandi vti retulimus, ſed quòd deinceps digni ſint qui ad numerum reſumantur, quemadmodum & in Numerorum libro deprehendimus pueros, mulieres, & decrepitos quotquot per ætatem ad obeunda bella eſſent inutiles, & promiſcuũ vulgus, omnes hos quaſi alienos ab Iſraëlitico populo foris numerari iuſſos. Eos cõtrà qui poſſent ad bella procedere, legimus ad numerum relatos à vigefimo anno ætatis & ſuprà. Inſuper primogeniti Iſrael omnes à menſe & ſuprà numerantur. Cõſimili ratione ipſi Leuitæ à menſe & ſuprà; ſacerdotes quoque qui deſeruebant altari, vſque ad quinquageſimũ annũ numerantur. Porrò quis hic puer, non vir, non item grandæuus aut ſenex, qui idoneus ſit deſcribendis ſic dignus? Vtique nemo contradixerit eos innui qui præſident Eccleſiæ, qui per hoc quòd inſontes perſeuerat, nec malitię vllius conſcij degunt, eis reuelantur arcana & quæ peccatores proſus latent, quorum nemo teſtis eſſe poteſt, præter eum qui occultæ cordium vniuſcuiuſque ſeruat. Hic (inquam) ſcribet tales per peccatum alioqui obliteratos, ac denuo eos priori libro inſcribet, quòd incendium fugerint, ſeq; expurgarint aſtueritate pœnitentiæ, quam vltro exceperunt, quaſi ignem malitiæ omnis in ſe exiſtentis conſumptiuum, tales, inquam ſcriptura ſua confirmat. Aut fortè quòd eos libro vitæ inſcribat, & cum iuſtis conſcribantur, vtpote digni qui dextera excelliſſimi eorum numero aggregentur. Iuſtum planè eſt nos noſſe quis iſte ſit ſcriba, qui ad ſalutem prouehendis auxilietur, petinde ac iuſtis, inque libro cœlorum in ordinem digerit eorum nomina qui ſe à facinorofis operibus auocant. Vtique ſcriba hic ait. *Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* Poteſt ſiquidem iſ ſcribere moribus commendatos ac probos. An verò veriùs probat, quia dictum ſit: *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Puſio ille eſt, quæ Magi adorauerunt, ille puer, qui in Ægyptum deſcendit, & poſtliminio reſreſſus eſt in terrã Iſrael. Quum igitur multifariæ ſint notiones de Domino noſtro & Cruce Ieſu Chriſti, licuerit per ipſum intelligere, quia puer eſt qui aſcribit libro vitæ eos qui per pœnitentiam propiùs pertingunt ad cognitionem Dei. *Et erit in die illa non amplius adijciet reſiduum Iſrael & qui ſaluati ſuerint de Iacob, non amplius conſidentes erunt ſuper aſſicientes eos iniurijs, ſed erunt conſidentes ſuper Deum ſanctum Iſrael in veritate. Et erit reſiduum Iacob ſuper Deum fortem.* Liquidò conſtat referri hæc ad eos qui quum ſubmouiſſent ſe ab improbitate operationis malæ, ſuam ſpem tranſtulerunt ad Deum viuum. His inſuper quoties peccamus, hoſtibus noſtris addicimur, fiduciam noſtram collocãtes in eis qui magnopere nobis iniurijs fuerunt. Vnus enim aliquis Dæmonũ exercitus improbus maximè perluſtat & circumit, qui quidè admotis illicibus lenocinijs voluptatum animas noſtras expetit in ſuam redigere ſeruitutè, exemplo puerorum, qui rerum rudes ac parum cordati, nihilominus ſuis impoſtoribus ac plagarijs plerumq; illudunt. Ita & dæmoneſ ſubinde præmonſtratis quibuſdam puerilibus ludis nec rarò pueros in fraudem pellexerunt, & ita miſerè circumuentos à parentũ oculis procul abduxerunt, perq; leuem quandã oblectationè delinitos in amarulentam pertraxere ſeruitutem. Vt illi quidem aſſenſum præbent hiſ à quibus iniuria aſſiciuntur, nos quoq; animũ accommodantes illici & captioſæ voluptati nos ipſos quam longiſſimè ſubducimus à Deo, noſq; vltro nei ſubſternimus perquam acerbæ tyrannidi inexorabilis & intolerandi dæmonis, qui quidem quum fatiſ intelligat ſe addictum igni æterno, pertinaci ſtudio contendit quamplurimos habere qui eadem ſecum cenſura damnentur. Itaque de hiſ quos pœnitet malè actorum, ait: Non ampliùs adijciet qui relictũ fuerint & ſalutem conſequuti, neque vnquã ſuam ſpẽ reponent in hiſ à quibus ſunt iniurijs laceſſiti: ſed ſuam omnem fiduciam projicient in

A Deum qui ſanctus eſt Iſraëlis in veritate. Planè beatus ille eſt, qui ſe ſubduxit ab omni ſpe potiundi rebus huiuſce mundi, ſolamque ſpem ſuam coniecit in Deum. Quemadmodum enim, *Maledictus eſt homo qui ſpem ſuam reponit in homine*, ita & benedictus qui ſolida ſpe innititur Domino. Ne verò tu perfunctoriè prætercurras hanc appendiculam ſententiæ qua ait. *Erunt enim conſidentes ſuper Deum ſanctum Iſrael in veritate.* Spes enim qua ad Deum feſtinamus, non finit nos in vtramuiſ fluctuare partem, nec ſuſtinet Dominus vniuerſum quod ex ſeiſpo nobis ſuggerit auxilium, nunc quidem vt quis ſpem ſuam ponat in congerendis pecunijs, gloria humana & potentia mundi, modò autem ſpem ſuam oſtendet quaſi innitentem ipſi Deo: ſed opus eſt

B vt in ſolidum ac verè in Dei auxilio acquieſcas: Ait ergo. *Et erit reſiduum Iacob ſuper Deum fortem.* Hæc proſitemur perſpicuè referenda ad eam ſententiã quæ nominatim ab Apoſtolo deſcripta eſt, ceu ſequentia manifeſtè declarant. Reliquiã ſecundum electionem gratiæ ſalutæ factæ ſunt. *Et ſi fuerit populus Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ eorum ſalutæ ſient. Verbum enim conſummans & abbrevians in iuſtitia, quia verbum abbreviatum faciet Dominator Dominus in orbe terræ vniuerſo.* Apoſtolus in ea quæ ad Romanos eſt, epiſtola, hæc ſententia Prophetæ vſus eſt, paucis admodum diſtionibus immutatis. Si quis verò cauſam exquirat, quare alia quidem prætermiſerit, alia verò immutarit Apoſtolus, illud nouerit primũ, quia iſ Hebræus quum eſſet, noluit ſeruiliter vt editionibus quibus nos ad vnum vitimur: ſed ſenſum ſcripturæ, quemadmodum iacet interpretatus ita expoſuit. Siquidem Hebræi videntur propiùs accedere & conſentaneè magis Apoſtolicæ enarrationi. Eſt verò dicti huius ſenſus talis. Suprà dictum eſt, quia puer eos in ſcripturam eſſet relaturus qui conſeruandi erant à peccato. Hic autem inquit: Nemo obſtupescat, nemo miretur, ſi tantus numerus Iſraëlitici populi ad paucos redigatur. Ne tu mentem intendito iſti numeroſæ multitudini eorum qui nomine tenus dicuntur religioſi Deivæ cultores. Chriſti enim nomine multi admodum inſigniantur, perquam pauci verò qui veraci teſtimonio operum eam conſtabiliant & confirment nomenclaturam. Si igitur fuerit populus Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ ipſorum ſalutæ erũt. De priore quidem populo dictum eſt, quia non in populari multitudine ſita eſt ſalus: ſed in reliquijs quæ per electionè gratiæ aſſequuntur ſalutem. Quæ formula eſt inſtituendæ vitæ, vt aſſequaris ſalutem? Reſpondet, nimirum ſi verbum opere conſumes & abbrevies in iuſtitia. Siquidem verbum id per breui compendio Euangelij complexum eſt legale dationem & propheticaſ ſanctionem. Quiſquis opere non perfunctorio exequitur exemplum & documentum præmonſtrata ſibi à Domino, hic ſaluus erit: Diliges Dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum ſicut teipſum. In hiſ duobus mandatis tota lex & Prophetæ pendent. Qui igitur ex vſu perſicit verbum, ipſo compens opere, ipſumque abbreviat ac veluti in ſummam colligit eius latitudinem quàm pauciſſimis mandatis comprehenſam, hic aſcribitur catalogo reliquiarum quæ ſalutem ſunt conſequutura. Ait Dominus, *Omnia quæcumque volueritis vt faciant vobis homines, & vos ſecundum hæc facite eis. Eſt enim hæc lex & Prophetæ.* Vides, vt in hac vna naturali conſideratione ac ſententia verbum omne completum ſit & abbreviatum in iuſtitia, quia *Verbum abbreviatum faciet Dominator Dominus exercituum in vniuerſo terrarum orbe.* Apoſtolus quidem dixit, *faciet Dominus ſuper terram*, cui conſentaneè reſpondet Symmachus & Theodotion, nimirum: *In medio totius terræ.* Suprà modum difficile eſt obſeruatũ legale illud mandatum: *Ne terigeris, neque guſtaueris, neque contraſtaueris.* Itidem & quæ de feſtis diebus erant conſtitutiones, de dierum obſeruatione, de holocauſtis, de expiatione, de propitiatione, placatione aut ſupplicatione. Iſthæc omnia contracta ſunt & veluti in ſummam collecta atque abbreviata & ſanè per breuem, eoque obſeruatũ perquam facilem. Hoc ob id factum nequis excuſationi locus relinquereetur ijs qui minimè viuunt & conuerſantur iuxta Euangelicam doctrinam.

Luc. 10.

Iſai. 9.

Rom. 11.

Graciæ nimirum LXX. Interpretum.

Leu. 19. Mar. 12.

Matth. 23.

Rom. 9.

Coloſſ. 2.

# B. BASILII MAGNI

## ENARRATIO

IN ALIQUOT

### INCISIONES VNDECIMI CAPITIS ESAIÆ.



**E**r it in die illa radix, & qui con-  
surgit, vt imperet gentibus. Fau-  
stum hoc ac felix nuntium no-  
bis sententia hæc prænunciat  
affore & proditurum ex semine  
Dauid. In die enim illa, Hoc est,  
iam pridem præfinito tempore  
ac diuina prouidentia prædesti-  
nato erit radix Iesse. Alio qui-  
dem loco dicit virgam de radice

Iesse ascensuram. In principio quidem supponens Virgam,  
dein florem assumit enatum in præambili & omnibus gra-  
tioso atque iucundo eius aduentu. Et quia propediem esset  
collaturus suæ incarnationis gratiam, celerem siue velocem  
eius fore aduentum, facit ac si propemodum ad veniendum  
accinxisset se. Præsenti autem loco asseuerat affore radicem  
Iesse. Animaduerte, quare dixerit, Erit: non item, videbitur,  
aut apparebit, non videbitur esse: sed iuxta veritatis teno-  
rem, Erit. Non enim phantastica imaginatione aut existima-  
tione, sed re ipsa carnem assumptis. Erit igitur radix Iesse,  
hoc est, subibit siue suscipiet conspergionem carnis secun-  
dum veritatem ex Iesse. Et, *Qui exurgit. Ipse & radix & consur-  
gens est: Radix Iesse quidem, quod ex legitima serie regie  
successionis, † Deifera caro assumpta sit. Quod autem sub-  
nectitur, resurgens vt imperet gentibus, propter illud: In ip-  
sum gentes sperabunt, sicuti vel nunc per Ecclesiam Christi  
liquidò constat quæ inter gentes excitatur. Quum enim à  
mortuis resurrexisset, deserto prorsus sanguinario & homi-  
cida populo, gentes aficiuit sibi. Illis quidem mortem reli-  
quit, gentibus gratuitam contulit resurrectionem, quod  
illi clamassent, Crucifigatur: &, Sanguis eius super nos & super fi-  
lios nostros. Ex diuerso qui crucifixum susceperunt, præcio-  
fusi sanguinis eius sunt à morte redempti. Et erit requies eius  
honor. Equidem ipsa Christi requies in honorem vertitur  
eorum qui ipsum honorant tanquam Dei Verbum, sapien-  
tiam, ac virtutem: Qui acquiescit Christo & in ipso pacem  
continet, vtique æqualem constituitur cum genitore esse  
filij maiestatem atque honorem, sociam esse communio-  
nem dignitatis, naturam substantiæ Patri consempiternam.  
E diuerso qui superfluo studio sæcum comminiscuntur qua-  
nam perfratatione verborum excogitare possint ad inu-  
rendam Christo notam ignominie, vtique tales neuti-  
quam ad ipsius tranquillam requiem loquuntur. Equidem  
potest requies siue respiratio non modò accipi pro ea refo-  
cillatione qua ipse Dominus eos interquiescere iubet à labo-  
ribus, per quos ipsius gloria celebratur: sed & pro ipsa  
recreatione qua refouebit suos amatores, & in requieta  
pace conseruabit, iuxta id quod scriptum est, quia ego † di-  
ligentes me glorificabo. Est enim illa requies qua refouebit  
suos amatores Dominus, honor nimirum is quem singulis  
dispertietur ad æquilibrium iusti iudicij Dei pro cuiusque  
merito prout gessit. Et hos quidem præstantiori honore  
dignabitur, illos verò minore. Nam quando stella dif-  
fert à stella in splendore & claritate, cumque apud patrem  
mansiones multæ sint: hos quidem in potiore ac sublimiore  
statu & mansione constituet, illos verò vt morum præ-  
stantia inferiores, in requie. Sunt alioqui omnes hono-  
rifica & tranquilla donandi requie. Et erit in die illa, adijciat  
Dominus ostendere manum suam. Per singulas quasque gene-  
rationes multifariam multisque modis manus Domini  
suas exeruit ac declarauit vires, vt ostensa virtute mira-  
bilium signorum caperent homines & comprehenderent  
quàm operatoria sit manus eius & efficax. Priore enim*

A tempore in Ægypto permulta edidit prodigia, dein in de-  
serto, ad hæc tempore Iesu filij Naue, denique per Iudi-  
ces & Prophetas, qui omnes eximia quædam administra-  
runt. Nunc autem manus Domini prædicatur se declara-  
se per aduentum nostri Saluatoris morbum omnem, om-  
nem languorem & infirmitatem curantis quo premebatur  
populus, quique opere expleuit quæ in Euangelio prædi-  
cata leguntur. Hanc enim virtutem apposuit ostendere  
Dominus, quod præcedentia signa neutiquam visa essent  
satis per se idonea ad inducendum populum inobsequen-  
tem & ineredulum ad Dei plenam cognitionem. *Vt zelot  
eas qua derelictæ sunt † reliquia populi. Eam ob rem apponet,  
vt manum ostendat suam, vt adigat reliquias populi ad ze-  
lum, quas quidem reliquias asserit tandem conseruandas  
ab hostibus. Quinetiam numerosa recensetur multitudo  
Assyriorum qui conficturi erant aduersus Ægyptum, Bab-  
yloniam, Ethiopas & Elamitas, eos quoque oppugna-  
turi qui spectant Solis ortum & Arabas. Plena his & hi-  
storia, dicens, quia egressus est Zarah † Æthiops cum exercitu  
in mille millibus, & in curribus trecentis, & egressus est Aza in  
occursum ei, & clamauit Aza ad Dominum, & dixit: Domine  
non impossibile est tibi saluare in multis & in paucis. Confirma-  
nos Domine Deus noster, quoniam fiduciam omnem nos-  
tram in te vnium proiecimus, & in nomine tuo venimus  
contra numerosam multitudinem hanc. Domine Deus  
noster, ne præualeat aduersum te homo. Assyrij autem  
erant hi qui eos abripuerant in captiuitatem, & Ægyptij  
qui ipso ab initio vsque in seruilem & miserimam seruitu-  
tem redegerant. Pari iugo miserandæ seruitutis eisdem  
subegerat Babylonie rex Nabuchodonosor. Elamitæ gen-  
tem spectant Parthicam, qui cum incolis Syriæ Mesopo-  
tamie ex compacto confederati incurrerant, suntque  
insidias moliti aduersus Israel. His igitur omnibus  
aduersus generosum semen Israelitici populi coorienti-  
bus, illi quidem succubere euictique sunt, hi verò  
eualere superiores. Quoniam autem incolumes effuge-  
runt periculo vitæ, licet atriti multorum laborum exer-  
cicio, & hanc victoriæ accessionem, velut præmium quod-  
dam acceperunt, vt mentem contemplarentur ostensam  
Dei manum eoque studiosi erunt † amasiles & imitatione  
digni, simul atque strenue laboribus toleratis fortiter &  
præclare se gesserint. Ait ergo. Et leuauit signum in nationes,  
& congregabit qui perierant ex Israel, & dispersos Iuda congregabit  
à quatuor alis terra. Itaque radix Iesse, is qui insurrexit, vt im-  
peret gentibus, hinc inquam leuabit signum in nationibus,  
vt in vnium aggregentur qui perierunt ex Israel. Venit  
enim filius hominis querere & saluum facere quod perie-  
rat. Sanè hoc signum est quod leuauit in gentibus, se-  
cundum id quod & in Euangelij dicitur, Videbunt signum  
filij hominis. Hoc ipsum profiteri possis esse crucem Do-  
mini nostri Iesu Christi, cuius gratia mundus iste crucifixus  
est sanctis & ipsi mundo, quo etiam loco aperit operatoria  
vim eius signi. Quamobrem per Crucem dispensatio incar-  
nationis adimpleta est? Vt qui ad salutem promouendi essent,  
in vnium aggregarentur cætum à quatuor terræ alis. Cru-  
cis enim partes quadrifariam disperuntur, ita quod vna-  
queque suo annutu simul quatuor spectet mundi partes,  
siue tandem vt hac significatione omnes mundi partitiones  
per eas sanctæ Crucis partes ad salutem rectà dispen-  
sentur. Eam enim ob causam mors Domini per Crucem pecu-  
liari ac præcipuo honore digna habetur, eaquæ antiquius nihil  
ducitur, aut quod ante ligneam istam Crucem altera quæ-  
dam animò ac ratione intelligentiæ perceptibilis fuerit toti  
mundo*

† ἑπὶ δόξῃ  
πῶς, non  
habet Com-  
pluten. eui-  
150.  
Iste subest  
mendum in  
exemplari.  
2. Paralip.  
14.  
† ἡ γὰρ  
splendor,  
siue chari-  
tas orientia-  
lis,

† ἡ γὰρ δόξα.

Matth. 25.

† ἡ γὰρ δόξα  
ἡ γὰρ δόξα.

Matth. 27.  
Ibid.

† ἡ γὰρ δόξα  
ἡ γὰρ δόξα.

mundo representans Crucis imaginem, nimirum quatuor partibus vniuersæ mundi machinæ in medium coaptatis & confertis, inque medio efficaci eius virtute ad fines vsque quatuor partium mundi se protendente. Signo igitur hoc in sublime erecto, qui ex Israel disperierant, in vnum gregem cogentur, & dispersi Iuda è quatuor alis terræ aggregabuntur. Leuato hoc signo virtutem obtinente abrogatum principatum & potestatum de quibus palam triumphum egit, exspolians eos in ligno ac veluti vestimentum à se excutiens, quod quidem ipsi nobis detexuerant. Exspoliavit principatus & potestates & traduxit confidenter, de illis triumpho palam celebrato, ligno crucis affixus. Hac inductus ratione Paulus, qui vnus fuerat ex perditis Israel, ac dispersis Iuda, simul atque intellexit signum in nationes ab Iesu eleuatum, ocyus ad complexum Crucis accurrit, dicens: *Mihi autem abste gloriarì, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.* Confentaneè elici ex his verbis posse videtur congregatum iri etiam & perditos Israel, qui sub imperio erant Ephraim & dispersos de tribu Iuda, qui quidem sub regibus ex femine Dauid prognatis vitam transigebant, vt ne in posterum zelus Ephraim excitetur aduersus Iuda, ne qua in re deinceps inimicitias exerceant contra tribum Iuda. Eleuato enim signo hoc, veri Israelitæ in vnum confluxere cœtû qui perditæ erant, quin & dispersi ex Iuda in vnâ conuenere ecclesiâ. *Et auferetur zelus Ephraim, & inimici Iuda disperibunt.* Perpende tu quia Israel quidem dicitur perditus, Iudas verò dispersus. Cæterum concordat pace iuxta Christi doctrinam qui ad pacem instaurauit que in terra sunt, & que in cœlo, & omnia conciliauit, is è medio sustulit incommoda & offencicula quæ per contentiosam diremptionem prius in mortalium vita inualuerant. Ob hoc igitur non iam zelum exercebit Ephraim aduersus Iudam, neque Iudas deinceps atteret aut vrgebit Ephraim, quoniam inimicitias quæ inter eos aduersum se inuicem fuerant exortæ, disperibunt, Sanè zelus videtur insinuare occasionem inimicitias odiumque exercendi inter multos. Neque enim præsentì loco indicat bonorum imitationem, sed æmulationem & inuidiam quæ oboriri solet ob aliorû sceleriorè successum, sicque scripturæ huius testimonio confirmatur. Tunc igitur volabunt in nauigijs alienigenarum, mare simul deprædabuntur. Pulchrè nomine maris expressit pernici nauigatione permeantes æquoris vndosum pelagus, citissimam eorum motionem conferens alis auium, quoties pleno velo & adæquata proportione venti ad puppim aspirantis quàm ocyssimè emetiuntur maris planicem. Deprædantur autem mare, Dracone superiores effecti, & ijs salutarì baptismo initiatis, quos Apostoli ad agnitionem veritatis traduxere, vt meritò dici possint diripuisse mare qui eos sua effecere quoquo modo spolia quæ in miserandam captiuitatem præuerterat abducere violentus prædo, nimirum hominem miserimæ captiuitati addidit. Porrò maris nomine par est intelligi locum torturæ & afflictionis, quem alio scripturæ loco didicimus dici *κοι-*

Coloss. 2.

A *λαδρα ἔκλωσθη μῶν*, concauam vallem plorationis & eiulatus. Sed enim naues alienigenarum forsitan corpora nostra designant, quòd minùs placidè ac familiaritèr admittant quæ plurimùm faciunt ad ædificationem animæ. *Caro enim legi Dei non subijcitur, sed concupiscit aduersus spiritum.* Proinde hi dicuntur deprædati Idumæam, hoc est superiores euasisse turbelis terrenorum negotiorum, simul & in Moab iniecit manus. Moab sua interpretatione sonat, De patre. Istit igitur dixit Dominus, *Vos ex parte diabolo estis, & desideria patris vestri vultis proficere.* Hisce manus suas iniiciunt, vt bonæ suæ actionis merito eos sibi reddant obnoxios. Dein filij Ammon primi parentum, obsecundantes verbo prædicationis, quippe quos minor obstringit nequitia operatio, si quidem conferantur cum illis qui pleniorè obrinebant malitiâ & ad ampliora flagitia effusam. Ad hæc infert. *Et desolabit Dominus mare Ægypti.* Quemadmodum Ezechiel Ægypti fluuios esse dicit quos inuolescens ille gloriatur se fecisse: ita & Elaias *mare Ægypti* nominatim perstringit quod clemens Deus desolaturus est. Quum enim tempore accepto desolatio siue vastitas infertur pro commissis operibus flagitiosis, habenda est loco ingentis beneficij. Quomodo autem desolabit Dominus mare Ægypti & manus iniiciet in fluuium, violento ac vehemèti spiritu: sic & septem valles Ægypti percutiet, tunc calceatus quiuis permerietur & tranlineabit Ægypti fluuium. Hisce verbis insinuat Ægyptum aquæ penuria laboraturam & aqua fluuiali destituendam. Tanta enim aquæ raritas aut etiam proflus exarefcet, vt ne humor quidem vllus relinquatur, cuius gratia nemo ad fluuij traiectionem adigetur soluere calceamentum. Aut forsitan Mosi & Iesu dictum est: *Solve calceamentum pedis,* quòd terra in qua consistenter sanctificata esset. Quòd autem Ægypti terra talis non esset, sed prophana & flagitijs impura, hinc iubentur calceati calcibus proculcare Ægypti fluuium, non item depositis calceamentis. Fluius iste siccat & conuertitur in aridam, violento Dei spiritu euictus. Eam sanè ob causam solum Ægypti indignum est proflus quod nudum excipiat vestigium sanctorum illac iter facientium. Quare esuri agnum Pascalem iubebantur calceamenta habere in pedibus. Vbi enim mordens serpens simul & scorpius, sint in pedibus & calceamenta ad præueniendos pedes quibus vndeque accingantur. Nunc verò vbi ad sanctum vsque locum prouectus est, tum soluat calceamentum ad Apostolorum Christi exemplum, ceu eis dictum est, *Neque calceamenta tollatis.* *Et erit Israelis sicut die illa quando egressus est de Ægypto.* Siquidem populus de terra Ægypti egressus est, & Erythræum mare calceatis pedibus peruenit. Actutum enim vt is potens increpuit illud, exsiccatum est. Iordanem insuper pede pertransierunt, quum nullo humore vuidum obseruassent esse atque madefactum solum maris & eius fundamentum, omnemque vaporem se subter ipsorum plantas clam subtraisse.

Galat. 5.

Ioan. 8.

Ezech. 29.

Exod. 3.  
Iosue 5.

Matth. 10.

## B. BASILII MAGNI

### ENARRATIO

#### IN DVODECIMVM CAPVT ESAIÆ.



*T* dicet populus in die illa, *Benedicam tibi Domine, quoniam iratus es mihi, & auertisti furorem tuum, & misertus es mei.* Dimittitur quis nec raro, inque medio discrimine deferitur qui denique semel fuit se clam pertrahi ad flagitiosa opera Ægyptiorum, desiderio perfruenti propria temeritate ac peruerso consilio per aliquan-

*F* tam temporis moram, vt demeret tandem quæ perperam, conseruat semina: qui simul atque intellexit se non vsquequaque ope Dei destitutum, se non nihil consequurum beneficij, dicit hoc: *Benedicam tibi Domine quoniam iratus es mihi, & auertisti furorem tuum & misertus es mei.* Sententia hæc affimilis est illi, *Iram Domini portabo, quia peccauit ei, tantisper dam iustificet causam meam.* Faciet iudicium meum, & post hoc educet me in lucem. Videbo iustitiam eius, non enim in finem irascetur, neque in æternum succensebit. *Dicens utique, Benedicam tibi Domine, quoniam iratus es mihi & misertus.*

Mich. 7.

† Pro rēlog  
enim in finem irascetur, neque in æternum succensebit. Di-  
legē, rō pōis



*& miseris es mei, probe conscius diuini erga se beneficij, pro eo accepto gloriabitur hęc verbis, Ecce Deus meus, Saluator meus, confidens ero in eo, & non timebo, quoniam gloria mea & laus mea Dominus. Qui ob oculos hominum erogant elemosynam, nequaquam dicunt hęc, neque hi qui à se mutuam captant gloriam, nec eam quæ à solo Deo est, requirunt. In summa, quicumque prætergrediuntur mandatum eius, qui dicit: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, non etiam hęc audent profiteri. Cumque Dominus polliceatur, quia ego glorificantes me glorificabo: Nimirum quisquis honorifica laude Deum dignatur & concelebrat, is ab ipso vicem reportat propriæ glorificationis. Sane hoc pacto Moses apparuit populo glorificata facie, quippe qui nouerat præclare gloriam concinere Deo. Huic gloriæ concinit concors quæ est laus. Itaque Deum qui celebri effert gloria, sanè is etiam laudem ipsi concinit ac modulatur: id quod nemo eorum qui de Deo erroneas conceperunt opiniones, existimet se præstare posse. Ad cor quidem ipsum spectat, vt glorificet Deum obnoxie ac seruorum ritu in psalmodiis concinat: laudem vero sana mente & vt dicit ratio. Iam ex quo reliquæ populi quæ in Ægypto versabantur, depromebant illud, Benedicam tibi Domine, quoniam iratus es mihi, auertisti furorem tuum, & miserus es mei, Porro isti traiecta Ægypto dicunt hoc. Non timebo, quoniam gloria mea & laus mea Dominus & factus est mihi in salutem. Fac memineris eius Cantici quod in Exodo conscriptum cecinit populus Israëlitis inchoante \* Maria ac dicente: Cantemus Domino, gloriose enim glorificatus est. Itaque veterem illam laudem instaurant qui dicunt nunc: Gloria mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Consentaneæ autem per eam Domini laudem haurit quis aquam cum iucunditate & lætitia de fontibus Saluatoris, ipsum cum laude ac sancte adorans, exoptulatur cum populo illo idololatra & actione conuenitur hęc verbis: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Profecto quisquis in Deum credit, suamque animam irrigat aquis salutarium è sincera fide profluentium dogmatum, hic est qui aquam haurit cum lætitia de fontibus Saluatoris. Quantum autem lætitiæ haurire illinc cõtingat dignis, vti que intelliges considerata similitudine quam assumpsit*

**A** Dauid. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Exuberans istud desiderium his qui eam sunt semel assequuti, inexplicabilem & immensam iucunditatem inferit: his inquam, qui toto annixu & studio ad id contenderunt, & qui nocte ac die meditantur in lege Domini, de quibus dictum est, Os iusti meditabitur sapientiam, nimirum is qui solerti indagine sensa scrutatur scripturarum. Hic per legitimam & rectam indaginem, Domini internactus præsentiam, læticia diffusus ob inuentionem, simul & intelligens mentem scripturarum esse spirituales, hauriet aquam cum iucunditate. Quum igitur nos exsultauerimus potione fontium qui è doctrina Saluatoris scaturiunt, tunc ipsi etiamnum alios in nostrum asciscemus sodalitiũ, eos adhortantes, vt nobiscum concinant. \* Hymnum cantate Domino, gloriam dicite nomini eius. Clamor hic vox est multam amplitudinis & vehementiæ continens, quippe quæ possit se etiam exerere ad eos qui procul sunt polito. Clamate igitur, pro eo positum est, nihil de Deo sentite quod exigui sit momenti, sed quæ eximia sunt ac præcellenti amplitudine, de ipso animo concipite. De Deo sic edisserite, vt & sermo vester conditus perspicuitate doctrinæ exaudiatur & intelligatur ab his qui longius absunt à salute. Sensum hunc liquido exprimunt quæ sequuntur: Ait enim. Annuntiate inter gentes gloriosa eius, \* dicite mirabilia eius. Istitis rudibus intelligentiæ & inexpertis palam exhibetote, quænam sit mundi istius constitutio, vt per dilectionem Deo concilietur qui vniuersa condidit. Hymnum dicite nomini eius, quoniam excelsa fecit. Aut de his mirabilibus prodigijs quæ in mundo hoc fecit, enarrate, quoniam præcellæ sunt & augustissimæ magnitudinis, quorum ne initium quidem vlla potest iniri ratione, siue virtutum quæ in cælis sunt: illic enim excelsa ipse condidit, seu de eius erga nos clementi benignitate. Eos siquidem qui se humiliant, exultat: & contritos corde in sublime prouehit. Dominus enim subleuat iustos. Reddidit igitur præcellsum eum qui humilatus erat peccati causa, & ad gloriam sublimiter exaltauit.*

*δὲ τὰ καὶ ἀνεύρεται δὲ τὰ πρὸς τὸ ἐξ ἑσέ διακρίσθαι vide sup. ad cap. x.*

*Qua soror fuit moysi Exod. xv. c. libid.*

*Hierem. 2. 13.*

*\* Pro Is. editio Compluten. In die illa, contemini Domino, clamare: cui iam Basilij enarratio conserit. \* Complut. editio, ut quæ memoretur quia exaltatum est nomen eius.*

# B. BASILII MAGNI ENARRATIO

I N

## DECIMUMTERTIVM CAPVT ESAIÆ.



**V**isio contra Babylonem, quam vidit Esaias filius Amos. Visio hæc vti que non vllò exhibitæ est perceptibilis sensili organo, non item oculis corporeis obseruata, sed sola animaduersione mentis persecta, Deo eam illustrante & gratiam qua ipsam videret, subministrante. Quæ hæc est Babylon: quenam tandem ei obuenturæ erant calamitates? Sane perspicuum est prophetas non esse loquutos per ecstasin, id est, emota siue alienata mente. Siquidem Spiritibus reprobis correpti & afflati vitata mente perperam circumferuntur, sibique demonum suggestione ingestas phantasticas imaginationes, non quidem vident, sed obluocinantur ceu assolent læuo demone agitati: Fluuus cernunt ac montes, belluas immanes quæ versicolores nuspium suppetunt. Credunt nonnullos sibi cominus adfiteri. Imaginantur se obseruare facies hominum siue amicorum seu eorum quos ne de facie quidem norint, & nec vsquam visi sunt. Et hæc sunt aliud nihil, quam error & emotio mentis perturbationibus exagitata, quæ sua vi operatoria orbata est. Sed enim in sanctis non ad eum modum se res hæc habet. Siquidem ait ipse Deus: Ego visiones multiplicauit. Porro Dominus, si cui gratuitam confert visionem, menti eius quem ad susceptionem gratiæ istius adornauit, adeo nullam infert cæcitatem, vt eam verius suo illustret splendore & irradiet, & aduentu Spiritus sancti & affulgentia ipsius reddat tan-

**E**t illustriorem ac splendidam. Eam enim ob causam appellati sunt Prophetæ Videntes, quod eorum menti quædam tenus admota sit visio cæteris perspicacior, id quæ per præsentiam sancti Spiritus eos sua luce circumfundentis. Quis tandem est qui fecit videntem & cæcum? Videntem nimirum Prophetam, quod is acumine mentis possit prævidere quid futurum sit, eiusque aciem in id pressius infingere. Cæcum vero eum intelligit, quem sua excæcauit malitia, vt prophani talium oculi à sacris sanctorum spectaculis abarceantur. Quare & Dominus, a Ego (ait) in iudicium veni in hunc mundum: vt non videntes videant, & qui vident, ceci fiant. Quæ de Babylone ista b Babylone, aduertius quam visio hæc præostensa est: At certè iuxta historiam videtur ipsa dicta esse Babylone, is locus in quo natiua linguæ proprietates confusa est in his qui dicebant: c Venite adificemus nobis ipsi ciuitatem & turrem, cuius fastigium siue vertex pertingat caelum. Eo vsque quum descendisset Deus, eorum confudit linguas, quocirca inditum illi est nomen Συγχυσις confusio siue miscellanea conspersio. Locus igitur ædificatæ Babylonis ager est confusionis, non modo natiuæ lingue proprietate, sed & dogmatum, sententiarum & eius qui creditur intellectu præditus ea cernere. Hęc quidem visio aduersus Babylonem qualemcumque cõsolatoriam refocillationem Israëlitis populo immissione Babyloniorum diuexato & miserè afflictio attulit. Ne enim in pusillanimitatem prolaberentur ac de spe-

*a Joan. 9. 39. c. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z. aa. ab. ac. ad. ae. af. ag. ah. ai. aj. ak. al. am. an. ao. ap. aq. ar. as. at. au. av. aw. ax. ay. az. ba. bb. bc. bd. be. bf. bg. bh. bi. bj. bk. bl. bm. bn. bo. bp. bq. br. bs. bt. bu. bv. bw. bx. by. bz. ca. cb. cc. cd. ce. cf. cg. ch. ci. cj. ck. cl. cm. cn. co. cp. cq. cr. cs. ct. cu. cv. cw. cx. cy. cz. da. db. dc. dd. de. df. dg. dh. di. dj. dk. dl. dm. dn. do. dp. dq. dr. ds. dt. du. dv. dw. dx. dy. dz. ea. eb. ec. ed. ee. ef. eg. eh. ei. ej. ek. el. em. en. eo. ep. eq. er. es. et. eu. ev. ew. ex. ey. ez. fa. fb. fc. fd. fe. ff. fg. fh. fi. fj. fk. fl. fm. fn. fo. fp. fq. fr. fs. ft. fu. fv. fw. fx. fy. fz. ga. gb. gc. gd. ge. gf. gg. gh. gi. gj. gk. gl. gm. gn. go. gp. gq. gr. gs. gt. gu. gv. gw. gx. gy. gz. ha. hb. hc. hd. he. hf. hg. hh. hi. hj. hk. hl. hm. hn. ho. hp. hq. hr. hs. ht. hu. hv. hw. hx. hy. hz. ia. ib. ic. id. ie. if. ig. ih. ii. ij. ik. il. im. in. io. ip. iq. ir. is. it. iu. iu. iw. ix. iy. iz. ja. jb. jc. jd. je. jf. jg. jh. ji. jj. jk. jl. jm. jn. jo. jp. jq. jr. js. jt. ju. jv. jw. jx. jy. jz. ka. kb. kc. kd. ke. kf. kg. kh. ki. kj. kk. kl. km. kn. ko. kp. kq. kr. ks. kt. ku. kv. kw. kx. ky. kz. la. lb. lc. ld. le. lf. lg. lh. li. lj. lk. ll. lm. ln. lo. lp. lq. lr. ls. lt. lu. lv. lw. lx. ly. lz. ma. mb. mc. md. me. mf. mg. mh. mi. mj. mk. ml. mn. mo. mp. mq. mr. ms. mt. mu. mv. mw. mx. my. mz. na. nb. nc. nd. ne. nf. ng. nh. ni. nj. nk. nl. nm. nn. no. np. nq. nr. ns. nt. nu. nv. nw. nx. ny. nz. oa. ob. oc. od. oe. of. og. oh. oi. oj. ok. ol. om. on. oo. op. oq. or. os. ot. ou. ov. ow. ox. oy. oz. pa. pb. pc. pd. pe. pf. pg. ph. pi. pj. pk. pl. pm. pn. po. pp. pq. pr. ps. pt. pu. pv. pw. px. py. pz. qa. qb. qc. qd. qe. qf. qg. qh. qi. qj. qk. ql. qm. qn. qo. qp. qq. qr. qs. qt. qu. qv. qw. qx. qy. qz. ra. rb. rc. rd. re. rf. rg. rh. ri. rj. rk. rl. rm. rn. ro. rp. rq. rr. rs. rt. ru. rv. rw. rx. ry. rz. sa. sb. sc. sd. se. sf. sg. sh. si. sj. sk. sl. sm. sn. so. sp. sq. sr. ss. st. su. sv. sw. sx. sy. sz. ta. tb. tc. td. te. tf. tg. th. ti. tj. tk. tl. tm. tn. to. tp. tq. tr. ts. tt. tu. tv. tw. tx. ty. tz. ua. ub. uc. ud. ue. uf. ug. uh. ui. uj. uk. ul. um. un. uo. up. uq. ur. us. ut. uu. uv. uw. ux. uy. uz. va. vb. vc. vd. ve. vf. vg. vh. vi. vj. vk. vl. vm. vn. vo. vp. vq. vr. vs. vt. vu. vv. vw. vx. vy. vz. wa. wb. wc. wd. we. wf. wg. wh. wi. wj. wk. wl. wm. wn. wo. wp. wq. wr. ws. wt. wu. wv. ww. wx. wy. wz. xa. xb. xc. xd. xe. xf. xg. xh. xi. xj. xk. xl. xm. xn. xo. xp. xq. xr. xs. xt. xu. xv. xw. xx. xy. xz. ya. yb. yc. yd. ye. yf. yg. yh. yi. yj. yk. yl. ym. yn. yo. yp. yq. yr. ys. yt. yu. yv. yw. yx. yy. yz. za. zb. zc. zd. ze. zf. zg. zh. zi. zj. zk. zl. zm. zn. zo. zp. zq. zr. zs. zt. zu. zv. zw. zx. zy. zz.*

deciderent diuinæ providentiæ quasi essent Dei ope prorsus destituti, hoc mali præuertens oraculo prophético Elaias, ea edisserit quæ essent affutura inamœna & velut obuiam apprehensum Babylonios, vt ne inimis elanguescerent mœrore præsentium calamitatum contabescerent, sed confidentiores fierent certa expectatione aduenientiũ bonorum. Etenim vltio de inimicis vindex certo expectata & affutura breui non paruam adfert afflictis tranquillitatem. Prophetiæ huic adicitur & Patris nomen, non quidem vt hoc ipsum nouerimus, nempe patrem qui huius beati generationis administrator fuit, sed quia ipsum edocuit prophetiæ formulã. Quum enim sedulo curasset eum insigniore quodam ac peculiari supra cæteros, simul & sanctiore pabulo doctrinæ educandũ, vt tandem disciplinam castiorem assequeretur, ob hoc \* Amos iste promeruit consors vna cum filio fieri prophetiæ. *Super montem campestrum eleuate signũ, exaltate vocem inter vos ipsos, applaudite manu, aperite principes.* Ego præcipio & ego adduco eos. Hisce verbis exprimit vt erat Babylon excidenda & cœquanda solo, simulque eorum qui confusanea opera exequabantur pro potestate agentes, captiuitas futura declaratur. Mox vbi quis montem conscenderit non quidem præruptum, neque asperis tesquis squarofum, sed campestrum & resupinam planiciem terræ, ita vt non præcellat sit altitudinis, sic vt eius vertex & spaciõsa sublimitas ad aërem vsque à terra non eleuetur, tutelare alioqui munitionem ac præsidium præbeat eo aduenientibus propter resupinam montis planitiem. Quod enim vndeque & circum circa ambiatur rupibus, tesquis & petrarum dissectionibus, planè hoc reddit tiores istis qui eo vsque conscendunt, stationes. Quare & de Deo magnifica ac sublimia cogitate, & eadem securi enarrate. Equidem gratia occupandæ celsitudinis, vnus aliquis in montem conscendat: vt autem obtineat securitatè, intrepidus perseueret & neutrobi euarians. Igitur super montem campestrum leuate signum & exaltate vocem. Exhortemini & applaudite manu. Qui hæc de Cruce prædicat exerta ac præcellenti voce, ille est qui super montem campestrum eleuat signum: qui dominica passione edisserere præualet magnanimiter, talis præceptum adimplet hoc propheticum non in concauis vallibus & specubus præruptis commoratus, sed conscendens ad celsitudinem diuini sermonis & ad ipsam vsque Dei sapientiam pertingens, cum explanatione & perspicua claritate promissæ felicitatis prædicationem in lucem depromit. Quia vero iuxta alteram editionem legimus, Super montem \* caliginosum siue nebulosum, nimirum quia sublimitatem altera ratione repræsentat. Nebulosa enim caligo semper obumbrat & operit nubibus montis verticem. Tale autem quiddã est qui de se sublime sentiens, se supra omnia exaltauit. Ait, *Exaltate vocem*, hoc est, à vobis ipsis assumite sublimitatem & exertam vocem. Ad celebrandam Dei gloriam, occasiones subsidiaue natura præduce vobis inserta, vnde libet se offerant cogitationi, ea promouete & excitate. Ne deorsum versus aciem mentis deiicite, neu terrena spectetis. Eorum enim nempe vaniloquorũ vox qui de terra loquuntur, demissior fit & languescens. Qui præ pusillanimi mœrore ac timore à spe animi deiiciente loquitur, is vocem suam minime exaltat. Quisquis succubuit desiderijs carnis, ad annuntiandum Dei verbum exilem habet & abiectam vocem, nec potest ad superna suam exerere vocem. Qua igitur ratione artollitur in sublime vox? Si magno ac præstanti animo aduersus turbulenta animæ affectiones coariare, nec te finas succumbere tentationibus, quo tempore te adorientur, sed tum maxime expromptam & alacrem conferues animi constantiam, tum sane tuam exaltabis vocem. Proinde adhortatur & applaudit manu qui afflictione quapiam attritos solatur exhibitione bonorum operum, impletque elemosynam animo perquam hilari. Si videris quempiam egestate oppressum, fac eum soleris liberali & erogatiua manu. Erogatio enim talis quæ opere fit, tanto potest amplius solari animam imbellem & deiectam, quam adhortatio qua eum solo communes sermone, vt inopiam generoso nec deiecto animo perferat. Et aperite (ait) principes. Consolatio quæ manu fit, assecla est & indiuidua comes apertionis manuum, quæ quidem apertio pro more scripturæ accipitur pro communicatiua & efficaci distribu-

tionem, ceu quum dicit: *Aperiente autem te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Aperite igitur aures vestras, & thesauros vestræ possessionis aperite hospitibus & egenis.* Facultates quæ vobis abunde suppetunt, eas ne comprimite manu, sed eas dispartite ad subleuandam inopiam afflictorum. Et hoc, hoc inquam, facite vel in primis vos ð principes, vt vestro hoc exemplo populum fidei vestræ concreditum ad similia prouocetis. Potest sententia hæc etiamnum intelligi de adaperitione scripturarum, deque explanatione eorum locorum qui clausi sunt, & obscuriores, per rationes atque exempla: quæ eo fit, ne quis obnoxius sit iudicio Pharisaorum & Scribarum. Hi enim clauas quidem regni obtinent, quum non ingrediantur, eos quoque qui ingredi possint, prohibent. Itaque aduersus eos principes & præfules edisserit qui cognitionis & scientiæ clauas detinent. Conformiter ad præscriptam sententiam dicebat Paulus. *Os nostrum patet siue apertum est ad vos, ð Corinthij.* Ego præcipio & ego adduco eos. Nos vtique oportet efficaciter operari, quantum sinunt vires. Qui eos adducit, Dominus est, qui quidem iubet singulos quosque persistere in corpore Ecclesiæ pro indulta sibi dignitate. *Gigantes veniunt ad implendum furorem meum gaudentes simul & contumelias afficientes.* Sententia hæc interminatur aduenturos quosdam plane reprobos & in Deum impios ad vltionem expendam de his qui missi erant aduersum peccatores. Eam ob rem præscijs eorum quæ timebant, adducit quidem eos ad tuiorem & arduum montis verticem, recreat autem & constabit ipsorum animos equabili planitie montani verticis. Signumq; illis tutelare ac præseruatorium impartit, per hoc interim submonens per bona opera se vt adornent, consolatorio in super sermone subleuans eorum tribulationem; idque manu, vt & os adaperiant erudiendis discipulis, vtque fugiant gigantum excursionem. Gigantes enim vt plurimum, in ordinem & partem peiorem allegantur. Forsan autem quos gigantes nominatim perstrinxit, Psalmus ille dilucidius *angelos malos* vocat dicens: *Emisit in eos iram indignationis sue, indignationem & iram & tribulationem, & immisionem per angelos malos.* Ad plectendos enim eos qui atroci animaduersione digna perpetrarunt excogitari solent tales ministri, quod hi quidem per multam credulitatem nullo tanguntur affectu commiserationis & condolentiæ erga eos qui sic miserè plectuntur. Neq; enim possunt assumere viscera miserationis. Hi potius maiorem in modum gaudent nostris verberibus, quin & sic miserè afflictis insultant, conuictisq; insectantur, capientes incredibilem voluptatem ex concistorum laboriosa afflictione, dolore ac mœrore. *Vox gentium multarum super montes, similis gentium multarum. Vox regum & gentium congregatarum.* Forsan hæc gentium multarum vox, est vox ecclesiæ. Ob id enim declarata est esse mons campestris, vt capacitatem loci amplioris haberet ad complexum numerosæ collectionis vnde libet ascendentium ad præcellsum apicem cognitionis Dei. Hic igitur præfaga mente contemplatus est numerosam multitudinem vndeuis gentium congregatam & eiusdem fidei vocem vnã deponentium. Hinc per Prophetam ait Spiritus sanctus: *Vox gentium multarum super montes, super quos signum gentium in sublimè leuatum est.* Similis quidem gentium multarum: & vna vox per fidei consonantem concordiam, numerosis alioqui linguis videtur assimilis quod igneæ illæ linguæ aspirante Spiritu sancto fuerint dispartitæ & in Apostolos effusa, qui per vniuersum orbem fuerant semen Euangelicæ doctrinæ dispersuri gentibus. Vox regum, ait, & gentium congregatarum. Hisce quidem verbis nos gentium nomine intelligi forsan oportet qui ad complexum & vocationem Euangelicæ fidei concurrimus vndeuis gentium. Reges vero qui ad pastorale regimen Ecclesiæ eliguntur, quos etiamnum Dominus nominatim dixit filios esse regni, aut fortè numerosam illam multitudinem gigantum insinuat, quia vox gigantum vtique gentium multarũ voci æquipollet. Nam quod in ordinè allecti sint, vt indignationem exequantur Domini, ad id explendum ministerium cursu festino prægestiunt & afflictos conuictijs insectantur, eoque tumultuariam & obstreperam multarum gentium vocem quantantem sua expriment imitatione, & vocem regũ quorundam fastu superbo se efferentium,

\* Patrem intelligit.  
אבנר

Iuxta Hebraicam vocem רבמת

Psal. 77. 43

† ἀποστόλων

\* Reges βασιλευσῶν τῶν ἁμαρτανότων.

tium, qui quidem prorsus nesciunt, quia administrati sunt destinati ad infligendam punitionem. Siquidem tortores sunt ad animaduertendum & ferociendum in peccatores. Neque enim priua autoritate, non item vlla quæ illis suffragetur & adit, dignitate, supplicia eiusmodi carnifices irrogant ea commertis. *Dominus Sabaoth mandauit genti bellicosa, vt veniat de terra procul, à summitate fundamenti cæli Dominus & præliatores eius, vt disperdat totum terræ orbem.* Dominus exercituum præcepit genti bellatrici. Ne timueris percussorem, quin potius eum qui pro potestate iubet hæc fieri, obtestare supplex. Hisce verbis erudiantur idololatræ professi se dæmonibus reprobis offerre hostiam, vt eorum mitigent ac demulceant malitiam. Dominus illis præcepit. Siue enim eos demereri voles obsequiis, seu minus: nihilo secius quod iustus est dæmon exequi vtiq; faciet. Neque enim fas illi est sibi præscriptos fines prætergredi, non item vel tantulum amaritudinis à te potest auferre, neque ad præfinitam pœnam adicere: sed immaniter ac seuerissime indicta sibi mensura solet vti. Dominus igitur præcepit genti bellatrici. Habent & dæmones plane maligni arma sua quorum prociuctu ex aduerso iusti sua apparant arma. Etenim iustus penes se retinet clypeum fidei: illius vero reprobi clypeus infidelitas est. Iustus possidet gladium verbi: ille ensẽ absurdæ & à ratione abhorrentis dementiæ. Iustus se lorica iustitiæ præmuniuit: impurus ille se contexit lorica iniustitiæ. Facinorosi huius caput circumstringit cassis siue galea perditionis. Iustus pedes habet expromptos & accinctos ad promulgationem Euangelij pacis: illius flagitiosus pedes præpropere cursu festinant ad depromendam malorum pollicitationem. Bellicosæ igitur genti hisce armis communitæ præcepit Dominus. Porro hi à longinquiore terra denuntiantur venturi ob id, vt noueris longè esse & externos à vita hac nostra. Et quidem tales suo labore cooperantur nostræ salutem, dum nobis accolunt sicutque vicini, nempe è propinquo suggerentes opem, nimirum nuntij pacis. Ex diuerso illi è longinquo asciti adducuntur ad expectandam de peccatis nostris vltionem, benignitate Dei erga nos abutente eorum immunitate ad animarum nostrarum medelam, exemplo cuiuspiam medicæ artis periti, dum is veneno è vipera desumpto abutitur scite ad subleuandam & medicandam ægotantium imbecillitatem. Istis quidem sic atrocibus non traditur spiritus, sed caro in interitum, vt spiritus saluus fiat. Quamobrem à Paulo Phygellus & Heriogenes traditi sunt Satanæ non vt deperirent, magis vt ea castigatione erudirentur non blasphemare. Qua igitur ratione gens ista armis instructa ad pugnam è longinqua terra aduenit & à summo cæli cardine? A terra quidem, quia elegit locum qui terrestris est & confunditur atque permiscetur terrenarum rerum turbelis. A vertice vero cæli, quod \* ipse initio statim suæ conditionis illinc delapsus est. *Vlulate. Prope enim instat dies Domini, & contritio à Domino veniet. Propter hoc omnis manus dissoluetur & omnis anima hominis timebit.* Iam ex quo interminatur Dominus se esse venturum ad disperdendum vniuersum orbem, eam ob rem ordine præstituta sunt vlulatus & lamentum, vt hoc vtroque velut sequestri exoretur & placabilis fiat, seque auocet ab vltione intentata in peccatores. \* Solet enim vtrunq; hoc efficere clementissimus hominum amator, interminatur quæ terròrem incutiant, nec alioqui quæ se facturum fuerat comminatus, infligit his quos malè commissorum pœnitent. Fletus igitur edite & propria plangite peccata, nequando prædictam interneconem contingat vos perpeti. An non requirebat Deus penitentiam peccatoris? Vt quid in Ninive prædicata est post tres dies futura perditio ciuitatis, sed mox visa eorum contritione, à præconcepta ira se contraxit misericors, eamque velut nubem dispulit. A Domino igitur contritio veniet, vtiliter contentere qua perditione fuerant digna, quemadmodum conterit satanam sub pedibus iusti. Et bella quidem conterit. *Dominus enim conterens bella, Dominus nomen ipsi,* gloriosos, superbos & elatos aduersus veritatem, appellans Cedros Libani. Contritio igitur quum à Domino veniat, necesse sit vt ipsi, præuerentes eius aduentum, nostrum cor de se plus iusto sentiens conteramus, vt eius humiliatio fiat hostia & sacrificium. Itaque operosissima manus omnis ac rebus agendis

A maxime idonea & efficacissima exoluetur quasi ad Deum & eius opera: propter quod dicit: *Quiescite manus remissæ & genua dissoluta.* Nemo fiduciam in propriis collocet viribus ad expectandam de superuenientibus bellicosissimæ vltionem, nemo in pernicitate pedum spem reponat suam, quasi præpete cursu possit euadere illum contritionis diem, quo venturi sunt ad disperdendam omnem terram. Omnis enim anima hominis expauescet & timore concutietur. Pulchre additur dictio, *Homini.* Neque enim angelorum anima subiacet pauro. Hac enim turbulenta affectione longè est superior. Neque item brutorum anima. Non enim illa tangit talis timor, quum sit perpeffio rationalis creaturæ & inopia siue defectus dogmatum quæ de magnanimitate & virili fortitudine traduntur. † Stupori quidem & timori brutæ animantes subiacent: rationis autem capaces mox vbi non se digna perpeffi timore percussifuerint, deficiente in eis ratione quæ prius viuendum robur constantiæ inferebat animæ, ad grauissima quæq; nihil grauiam toleranda, hac demum perpeffione timiditatis intercipiuntur. Proinde ex quo die dictus est dies Domini appropinquare, multum intercessit temporis, eius propinquitatem contestantibus Prophetis omnibus, vt nemo à spe excideret, quasi ob diuturnam extractionem temporis possit deprehendi imparatus. Siquidem hæc contestatur \* Sophonias, *Trepidate à facie timoris Domini, quia prope est dies Domini, quia præparauit Dominus victimam suam.* Post pauca, *Prope est dies Domini magnus, & iuxta & velocis nimis. Vox diei Domini amara & dura.* Dies illa, dies tribulationis & necessitatis, dies \* miseræ & perditionis, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & nebula, dies tubæ & clamoris. Et si communitatis ille dies consummationis totius mundi serius foret venturus, suus alioqui singulos quosque nostrum manet exitus, qui quidem vniuscuiusque est consummatio. Proinde hic è vicino adest, quem præ oculis habentes nos operæ precium fuerit sedulo obseruare quod hic ab Esaia dicitur: *Vlulate, prope est dies Domini.* Fidem commodate ei qui dicit. *Beati qui lugent.* Et, *beati qui flent.* Non pauci verstantes circa vitæ istius permolesta negotia, ea sic grauiam ferunt, vt suum accelerent exitum, ipsamque aduocent mortem, in quos merito detorqueri potest illud Prophetæ Amos, *Vt his qui desiderant diem Domini.* Etenim ipsa tenebræ & non lux. Quemadmodum si quis hominum à conspectu leonis fugiat, dein incidat in vrsum, isq; insiliat in domum & manibus affixis parieti se suffulciat ac constitmet pressus, ad hæc morsum illi infigat serpens. An non hæc expriment tenebras aut diem Domini & non lucem, nimirum caliginem, è qua nihil emicet splendoris? Sanè si quis in structura suæ viuendi formulæ non superædificarit ligna, fœnum aut stipulam: hic talis desideret diem Domini, qua quidem vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Quod nemo purus sit ac liber eorum quæ interdita sunt, operum: vti que is timeat illum diem. Ait enim idem Apostolus. *Si cuius opus asserit, detrimementum patietur.* Ipse autem saluus erit, si tamen quasi per ignem. Et turbabuntur legati & dolores ipsos obtinebunt, sicut mulieris parturientis & simulque consilia inibunt alter ad alterum, & stupore mentis percellentur & faciem suam ac si flamma esset, mutabunt. Hi legati quoniam erant turbelis exagitandi, simulatque ingruisset dies Domini? Nimirum illi quos Dominus tacite innuit inducta parabola quam recitauit propinquus ciuitati Hierusalem, ipsis eam edifferens qui credebant propediem futurum, vt Domini regnum enitesceret. Ait enim: *Homo quidam nobilis profectus est in regionem longinquam accipere sibi regnum & reuertit.* Quo dicto adiecit & de decem & vnus, quas disperditus est seruis decem, vt de eis negotiarentur. Intulit, *Ciues autem oderant eum, quare post ad ipsum legatos destinarunt qui dicerent. Nolumus te regnare super nos.* Generosus quidem ille & nobilis homo, cum nemine alio communionem haberet sui generis, præterquam cum eo qui omnium est Deus. Quemadmodum enim generosus dicimus eos qui è regali sanguine prognati sunt, sic reuera prænobilis & generosus is qui ex essentia Patris \* subsistit & homo gratia saluatoris dici possit nobilis. Dominus enim non ob solam diuinitatem agnosci debet nobilis propter eam quam in semetipso possidet suapte natura puritatem & sinceritatem,

\* Hic in exemplari pars clausula prior desit.

Ex collatione cõfirmas.

\* Nempe diabolus.

\* Sententia memorabilis.

† Pro μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Cõplutensis editio, ἐτὶ τρεῖς. Hebraica veritas ad huc quadraginta. Inuolũ 16.

† ἡ δ' αὐτὴ.

† Προφῆσαι ὑποκρίτου.

\* Initio 1. cap. & sub βίβλου 1. cap.

\* Pro ζω-βίβλου 1. cap. τὰ λαοὶ πᾶ-βίβλου 1. cap.

Matth. 5.

Amos 5. Cõfirmat Collatione.

1. Cor. 3.

† Pro συμ-φράσσουσιν Cõpluten. 15 editio habet συμφοράσ-σουσιν, Cõ-δolebunt.

uc. 19.

\* εὐγενὲς. † μὴ πρῆ-βίβλου 1. cap. 100. Arachmarum Atti-carum

\* Eidẽ con-subsistans.

nec vlla ex parte confusaneam permixtionem: sed & secundum humanum genus omnino generosus est per assumptionem carnis ex femine David. Sane is proficitur in regionem longinquam non tam loco disparatam, quam rerum ipsarum conditione. Etenim ipse Deus vnicuique nostrum adest è vicino, quoties nobis erga ipsũ familiaritatem conciliarint actiones bonę. E diuerso, quoties nos ipsos ab eo elongauerimus, propinquamus perditioni. Hic plane generosus quum obseruasset mundum sub peccati imperio agerrime laborantem & tyrannidi hostis amarulentę substratum, misertus nostri in se recepit hanc depugnandam rebellionę, vt regnaret. Oportet enim eum regnare, vsquo ponat inimicos eius sub pedibus ipsius. Ingressus igitur locum hunc terrestrem, regionę vtiq; longius sequestratam, & à Deo disparatam, vt gentibus imperaret, iuxta id quod dictum est in Psalmo: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* In ordinem allecti sub seculi huius principe, non homines solum, sed & potestates tyranno isti militantes regnum Christi ægerrime tulerunt. Eo siquidem sua edente præcepta ac requirente accuratius eorum operationem, post eum destinarunt legatos detrectantes eius imperium. Quinam tandem legati alij, quam ij qui mortem conscierunt suis molitionibus saluatori, per crucis ignominiam arbitrati se posse regnum mundi totius illi abrogare: Qui & Pilato dicebant: *Noli scribere: Rex Iudęorum, sed quia ille dixit, Rex sum Iudęorum.* Atqui tam impia malignitas prohibentium tituli inscriptionem ipsis quidem irrogauit damnationis sententiam, prouidente autem Dei dispensatione nihil intercessit impediendi. Potitus enim regno est, suaque bona in seruos dispertiuit pro singulorum merito. Iussit vt quisque eorum ore consono dicerent quid confecerint operis in hoc, vt nosset quantum reportassent lucri ex sua negotiatione. Et primo quidem decem contulit mnas ad negotiandum, ei autem sedulo operanti potestatem dedit supra decem ciuitates. Secundo mnas quinque cui quod strenuam & solerter nauasset operam pro acquisitione lucri, ait Dominus, *Esto & tu super quinque ciuitates.* Ab eo autem qui mnas sibi ad operationem concreditam sudario illigarat, eam iussit vt inefficacem auferri. Quum autem ea in ordinem digessisset, quę concernebant Iudęos (Tempus enim vt incipiat iudicium à Domo Dei) tunc inimicos qui eius recusant imperium, in medium adductos iussit iugulari. Equidem permulti sunt qui in hac vita super se nolunt regnare Christum. Qui enim ordine consistunt sub fornicationis iugo, qui item se sinunt vinci tyrannide indignationis, quiq; se dedunt in miseram seruitutem auaritię, hi nolunt super se regnare Dominum, & quantum attinet ad ipsorum institutum, excusant ac deprecantur ipsius regnum. De his dicit Esaias, quia turbabuntur. In secundo enim Domini aduentu simul atq; ipsum viderint qui in peccatis hanc transfegerint vitam & Euangelicam viuendi formulam nihil duxerint, nimirum turbabuntur eosq; parturientes apprehendent in morem mulieris partu laborantis, acrimoniam vehementissimi doloris eorum cor lancinantis ac sauciantis, extrimulante conscientia malę commissorum representabit per tanti doloris parturientem. Est enim *in die parturientis* peractis scilicet dolor quidam qui tempore partus se inferit partibus maximę periculosis parturientium. *Et faciem suam, sicut flammam mutabunt.* Qui pudore suffundunt, & in discrimen aliquod impingunt, & impreuisum, nec opinatum quidem, permutare assolent colorem, superficie tenus facie rubore perfusa & internam animę affectionem satis indicant apparente extrinsecus immutatione. *Ecce enim dies Domini* † venit immedicabilis, & indignationis, † furoris & irę, vt ponat orbem terrę desertum, & peccatores disperdat ex ea. Superius quidem dixit. *Propę est dies Domini:* hic autem: *dies Domini venit, vt ponat orbem terrę desertum.* Si quis exacta & solerti diligentia iam tradita obseruet, vtiq; deprehendet † vtramque hanc incisionem prophetię non de eodem die oportere enarrari. Prior enim illa de consummatione cuique nostrum propria intelligenda venit, quę è vicino adest. Hęc autem quę se obuiis manibus offert explicandam, par est vt intelligatur de die vniuersali. Ea enim dies ponet orbem terrę desertum, propter quod infertur: *Et stella cęli & Orion non dabunt lumen.* For-

san dies illa peculiariter dicitur dies, \* propter continuam vnionem sui status & perpetuę tranquillitatis. Nulla enim interciperetur nocte; non vespera vlla certo circumscriberet eam limite, quod eo die, quę eatenus delituerant occulta tenebrarum in apertam lucem depromentur. Equidem dies illa peculiari hac ratione designatur: nox autem, præsens hęc vita est, in qua delitescunt & occultantur infamię & dedecoris opera. Eam ob rem ait Apostolus; *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.* Hęc quidem dies appropinquauit: † illa vero immedicabilis, dies quum sit indignationis, furoris & irę, quę quidem non iam locus relinquatur propitiando Domino, non item vlla opportunitas medendi semel illatis eo die doloribus. Tempus igitur confitendi quum sit, ne in eum diem extrahamus ipsam, magis vero reputemus nobiscum, quanta sit scripturę huius dispensatoria moderatio nobis inferere ac velut ingignere cupientis timorem Dei, simul & erudire futuros lectores, vt tantisper operentur, donec dies est. Adueniet nox in qua nemo potest operari. Quisquis in lumine mandatorum Christi ambulat, versatur in die. Qui iam æternis tenebris detentus est, in nocte erit, in qua non iam \* opus, non item \* confessio: sed quidem vincet manus & pedes adstricti funibus suorum cuiusq; peccatorum. *Ligatis enim manibus simul & pedibus eijcitur miser in tenebras exteriores.* Denique, non iam confessionem, non amplius laudem Dei loquetur, occupator circa luctum & planctum quos illa dies inferet vi & acrimonia vehementissimi doloris. Ob hoc venit dies illa incurabilis. *Stella enim cęli & Orion & omnis ornatus cęli lumen non dabunt, & obtenebrabitur Sole exoriente, & luna non dabit lumen suum, & mandabo orbi terrę vniuerso, & impijs impietates † eorum.* Hisce verbis Propheta seculi consummationem, totiusque mundanę molis in melius permutationem perspicue describit. Solaris enim lux tum deficiet, lunę item corpus erit solito splendore destitutum. Orion stellarum longe clarissimus consueta luce viduabitur. Non tunc lumen suum exerent stellę cęli vnā cum Orione. Non quidem obtenebrescent ob illustre iubar ab exortu solis profliens. Hoc enim etiamnum hodierno die fit. Siquidem in confesso est omnibus qui apparentia \* in cęlo astra stellarumque solerti indagine obseruarunt, stellas videlicet in medio cęlestis spherę positas supra terram minime extingui, sed per radiosum solis iubar immodico splendore coruscantis obscurari, idque contingere noctu, quo tempore luna plena est, lunari fulgore parte omni circumplectente stellas, nec sinente earum lucidam claritatem explendescere. Itaque scriptura hęc nihil eorum quę naturę ductu contingunt, exprimit: sed absolutam stellarum obtenebrationem, & vniuersę mundialis machinę instaurandā mutationem. Liqueat scripturam Oriona dicere id sidus quod duas & viginti stellas complectitur, à nonnullis \* Bootes nominatur. Nonnulli circa hęc studia versati, numerosam hanc stellarum complexionem in partes diducunt, afferentes earum quidem quatuor esse tertię magnitudinis, atque earum nouem, quartę reliquas vero nouem quintę. Hic stellarũ globus in boreali siue aquilonari parte locatus est, qui vel teste scriptura Orion nominatus est, quod in vnum corpus compactus sit. Astra quidem dicunt esse, non item *ἀστέρων* stellas, quod astri, hoc est, syderis nomen indicet congregationem stellarum siue multitudinem conflatam in vnum, vox vero *ἀστέρων*, id est stellarum singularem quemque insinuat. Arcturi autem commemorat & scriptura, quem ipsi cernimus media in parte Orionis positum. Est vero stella colore subrufescenti. E vicino ei adiacet *α πλειάδας* vel scriptura teste sic nominata, ceu assolent qui externas literas assectantur, puta, Hebręi, qui isthęc arcana naturę anxio labore commentantur. Porro in ipsa pleiade stellę apparent septem & eadem compactes sibiue inuicem addensate, non item sex, vt quidam b sunt arbitrati, posite autem in forma triangulari. Sicut igitur deprehendimus hic nomen Orionis, ita & nomen Arcturi, nomen insuper *ε ἑσπέρων* Vesperis, Pleiadis quoque in Iob, qui ait. *d Qui facit Pleiadem & Hesperum & Arcturum & conditoria siue cellaria Austris e Qui numerat multitudines stellarum & omnibus eis nomina vocat.* Qui earum omnium numerum tenet & appellationes. Rarus est earum numerus quę nominatim enuntiantur, quarum etiam nomenclaturę

Esai. 2.

Joan. 19.

\* Nimbrũ consummationis.

Rom. 13.

\* Meritorium.

\* In inferno autem qui confitebitur tibi Psal. 6.

4. Mat. 22.

† Pro τὰς ἀσεβείας exemplar ἀμαρτίας.

\* Vnde Aristot. Ar. Met. Euclidem, &c.

\* Es τὰς ἀστέρων Boote Virg.

ἀρκτοφύλαξ, Virg. Myths.

a De Pleiade dicitur sine Vergiliis 7.

in cauda Tauri, Plin. li. 2. c. 41.

b intelligit Proclus.

c Vesperus stella occidentalis,

quę & Vesperugo & Venus.

Eadem mane exoritur dicitur,

φωσφορος. Et matutinum Phosphore

reddet diē, d Iob. 9.

c Psal. 146.

† Desit μωιδος in exemplari. † ἀφορῆσαι περιελαϊ.

f De his le-  
ge Procli  
ſpharam,  
Aratum,  
Ariſtoſ.  
de mundo.

menclaturæ vſu & more gentiliū f excōgitatæ ſunt, & reliqua quæ ſuoſte ingenio attexerunt, innumerique nominibus appellat, ſtellas puta fixas & erraticas, eas quoque in partes diſtrahunt duodecim, quæ quidem continentur zodiaco, ſignifero ſcilicet circulo, per quem ſuum ſol conficit curſum. Porro eos orbis frigore concretos ac fixos circa borealem & auſtrinam partem, quibus voluerunt, deſignarunt nomenclaturis. Ait ergo. *Et perdam ſuperbiam iniquorum & contumeliā ſuperborum humiliabo.* Opus Dei iuſtum eſt & apprime commendandum ſi quando vitioſa demolitur, vt ſuum opificium reſtauret reddatque purum omnis malitiæ, ſicque liberum ab omni languore & ægritudine ad natium ſimplicitatē velut poſtliminio reducat. Siquidem alio loco dicitur: *Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentium reprobo,* nimirum quod mundi iſtius ſapientia ſuos exceptores norit pellicere in fraudem de que reſtitutionis via deducere, & credita eſſe veritatē magiſtra inferit mentibus ignorantem dogmatum quæ ad aſſequendam ſalutem perquam neceſſaria ſunt. Euanescit tandem ſapientia talis præualeſcente vi veritatis euerſa, diſcuſſis ſophiſmatibus & illicibus mundanæ ſapientiæ verbis, vt iſ qui ab ea præoccupatus eſt & in fraudem pertractus ad complexum falſæ eius opinionis ab ea liberetur. Equidem hæc animi ægritudo deperditur opera medici ad molientis manus. Quemadmodum ſane ſole exorto tenebræ euanescunt & diſperduntur; ita contumax ſuperbia iniquorum peſſum it: iuſtitia æquiſimi Dei de ea vltionem exigente, & peruicax contumelia humiliatur, eoque Iacob dum filiis benedictionem appretatur, ait Simeoni & Leui: *Maledictus furor eorum, quia perinax:* & iracundia eorum, qui occalluit per vitioſum habitum, & eam feriendo maledictione abuſumit, vt quod in eis relictum erat, dignum fieret benedictione ſancti Patriarchæ. Eundem in modum & Noë vbi reſcivit quid ſibi feciſſet filius eius, iunior, dixit: *Maledictus Cham.* Atqui contriſtatus erat, attamen nequaquam ipſi maledicitur, ſed germini eius, propterque ipſius nefarium opus figurate nominatur Cham, ac ſi dicas *καλῶς*, id eſt concita commotio, quod eam in patrem offenſam perfecit commotione & calore concitatus, non etiam per habitum naturæ inſutum, eoque in Cham non recidit maledictio, id eſt, in calorem, ſed in Chanaan filium, & in opus per animi commotionem profectum. Humanæ enim naturæ arduum eſt & perquam difficile perpetuam in corde conſeruare puritatem. Omnino quidem quiſquis ad nihilum deducit contumacem ſuperborum contumeliā, non vnum modo malorum abuſumit: ſed intelligere conuenit extenſe ab vno hoc ſuperbiæ & contumeliæ peccato ſpecies malitiæ cæteras omnes diriuari. Etenim iniqui contumeliis quidem incefſunt templum, conuitiis autem & proximis, inſoleſcunt vero ſuperbia & faſtu aduerſus eum qui ad imaginem ſui creatoris conditus eſt, per cuius imaginem iniuria talis in creatorem redundat ac tranſit. Quemadmodum enim quiſquis regiam imaginem aſperſit contumeliis, perinde pergitur reus, ac ſi in regem ipſum fuiſſet contumelioſus & improbe egieſſet. Sic ſane ſe conſtituit obnoxium peccato, qui contumelioſe tractat genitum, ſive conditum ad Dei imaginem. Præ omnibus vero ſeipſum iniuria afficit fornicator, corruptelam ſibi inferens. Mœchus ſe contaminat per obſcœnum & infame opus. Fur ſe afficit contumelia per vilem, fœdam & illiberalem actionem. Mendax ſibi iniurius eſt ob negatam veritatem. Qui peierat, indignis modis proteruit ſe ab alienis ad Deo. Itaque omne peccatum contumelioſa ſuperbia eſt, & inſoleſcentis contumeliæ germina ſunt eius qui omnium primus contumelioſe ſuperbiuit conuitiarumque eſt. Humiliabit autem Deus contumelioſam proteruitatem ſuperborum, quod ſuperbia & eminens faſtus ſoror ſit iniquitatis. Iniurius enim ſive iniquus propter iuſtitiam inſoleſcit, etiam ſi in eam alioqui præuaricaretur. Lubricus & intemperans aduerſus ſobrietatem & pudicitiam loquitur, mox vt viderit quempiam nulla non in re exactam diſciplinam obſeruantem, vſque adeo vt vel motionem oculorum modis omnibus moderetur. Qui perditæ eſt & profuſioris vitæ, eum aſpernatur qui continenter & moderate viuut. Delirus ac demens ludibrio habet eos qui ſapientia excellunt & multo cum labore multiugam eruditionem

Confirmat  
Collatione.

Gen. 49.

Gen. 9.  
† *חמ* Cal-  
lor, cali-  
dus.  
† *אֵיפְרוֹס*  
terra Chā.  
† *כנען*  
negotia-  
tor, filius  
Chām.

Γυβμ.

vn decunque colligunt. Itaque Dominus qui ſuperbis reſiſtit, & humiliat peccatores vſque ad terram, hic palam proſtetur ſe contumelias & iniurias ſuperborum eſſe humiliatum. Qui igitur ſic inſoleſcentes humiliat, idem etiam tuebitur humiles ac proteget ne aſſimiles ſint diabolo qui pater eſt ſuperbiæ. Sua vero adhortatione inducit diſcipulos ante omnia, dicens: *Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde.* Et erunt relictæ honorati magis quam aurum obrizum, & homo honorabilis erit magis quam lapis qui ex Ophir. Mox vbi intulit multiformem procellam tentationum & ad bellicoſos peruenit milites qui orbem terræ erant demolituri, poſt denique ſuperbiam omnem humiliatam, inuenti tum ſunt & multis nonnulli homines nulla in re oblæſi ſecundum animam propter contractam cum iniquis familiarem conſuetudinem, magis vero innumeris tentationibus ac documentis, ſui conſtantis propoſiti ſpecimen ediderunt. Hi t̄ auro omni incocto erunt honorabiliores, omni inſuper precioſiſſimo lapide, eo inquam qui creditur in t̄ Ophir inueniri. Videtur eam commemorare regionem nomine Ophir quæ in Indorum gente ſita eſt, circa quam quadam vi naturæ lapides quam precioſiſſimi gignuntur. Incoctum aurum eo dicitur quod nullam in ſe contineat alienæ materiæ aut ambiguum permiſtionem, ſed ſimul atque ob oculos poſitum fuerit, quod nihil habeat ſcoriæ, certam facit fidem vel ſolo aſpectu cernentibus, quia probum eſt & omni permiſſione vacuum æris aut aliter cuiuſuis conſinis metalli permiſti. Nam *cælum indignabitur & terra concutietur a fundamentis ſuis, propter furorem iræ Domini Sabaoth in die qua venerit furor eius.* Creatura omnis vna cum Domino ciebitur ad vltionem expetendam de his qui aduerſus ipſum peccarunt. Quemadmodum enim cælum dicitur cum ſtupore admirari & inhorreſcere ob inſperatas & inopinias populi præuaricationes, quod Dominus dereliquiſſent: pari ratione quum peccata deficientium à Deo completa fuerint, tempuſque aduenerit rependendæ mercedis, tunc dicitur cælum furore corripi & cum peracri Dei ira cooriri. Per cæli furorem indignationemve intelligere conuenit ea eſſe quæ ab eo in eos qui euaciantur, incidunt horrenda ſupplicia: puta, quum ſtellæ terræ caliginē circumfundunt, ſol radioſo & præluſtri ſuo ſplendore deſtituitur, Luna ſolitam lucem non iam eiacularur, fulmina toto diſcurrunt aère, tonitrua horrendo cum fragore & effracta nube decumbunt in terram, quum denique aër capiti imminens atram induerit caliginem, ita vt omni ex parte ſpectetur inamœnus, nihilque adferat conſolatorium iſtis quos ira Dei addixit ſupplicio. Creatura enim ſuam operam ſtrenuè nauans creatori, totam ſe quidem exporrigit ad ſpetandam de iniquis vltionem: è diuerſo, ſinitur hiſ impartiri beneficium qui ſudiciam omnem proiecerunt in Deum. Porro illæ calamitates inuehuntur hominibus propter furorem iræ Domini. Moſ ſcripturæ obtinuit, vt furorem vel indignationem iræ dicat deſagranteſt æſtum & incandefcentem inflammationem ſupplicij irogati in retributionem operum perperam commiſſorum. Terra autem concutietur a fundamentis ſuis. Declarat terræ motum illum non ſuperficie tenus, neq; vt aſſolet, affore tunc qui circa aduentum Domini fiet. Siquidem ipſam terram à fundamentis ſuſſum deorſum euertet, & ea concuſſio nullam non terræ partem attinget. Fundamenta autem terræ humanæ naturæ ignota ſunt, vt per Iob didicimus, dicente Domino: *Vbi eras, quando iaciebam fundamenta terræ? Nuntia tu mihi, ſi noſti & habes intelligentiam. Quis poſuit meſuras eius, ſi noſti? Aut quis induxit funiculum ſuper eam? Super quo annuli eius compacti ſunt? Quis autem eſt, qui iecit lapidem angularem ſuper eum?* Quinetiam iuxta opinionem externæ diſciplinæ profeſſorum, Dominus iecit fundamenta terræ in centro ſphæræ operoſam mundi molem circumplectentis, vt à cælo æquali libramine nulla non ſui parte diſtans tuto deſcenderet & neutroſi deurgens ſolidè ac ſtabiliter ſuffulciretur. Quod ſi tanta firmitatē nititur & conſtabilitate eſt, proſus mota ſemel à fundamentis ab ipſo quo nunc nititur, tranſimouebitur fundamēto. Iam incandefcentia furoris & indignatio hiſ competit qui ratione & anima præditi ſunt. Nonnulli olim imaginati ſunt cælum quoque eſſe anima informatum ac ratione vti, vt cum ſuo Dominatore ſuccenſere poſſet & cooriri ad indignationem.

Matth. 11.

† *ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ,*  
aurum purum  
intelligit. *obrizum,*  
quod decoctione  
non minuitur.

† *ὄψις*  
quæ eſt  
Ophas, pro  
auro obrizo.  
Elegans  
Collatio.

Iob 38.

μετανομι in sacris frequens.

nem. Einſimodi imaginatio plane commentum eſt fabuloſum. Scriptura enim plerunque nomenclaturam hanc, cœlum *μετανομιαις* accipit pro cœleſtibus, vt apud nos conſuetudo inolenit qua ſolemus dicere, Egreſſa eſt ciuitas omnis, ſane hoc ciuitas peritui à principe, ciuitatem dicentes pro eius incolis. Sic igitur cœlum inducitur ſuccenſere & indignari pro eo quod cœleſtes illæ poteſtates iuſtæ Dei iræ aſſentiantur. Quemadmodum enim gaudium fit in cœlis ſuper vno peccatore penitentiam agente: ſic & peractis exaſperatio cietur aduerſum deſertores ſui conditoris per peccatum. *Et erunt relictæ, quaſi damula fugiens, & quaſi ouis deſertans. Et non erit qui congreget, ita vt homo in populum ſuum conuertatur, & homo in regionem ſuam impellatur. Qui enim captus fuerit, vincetur: & quicumque fuerint congregati, gladio cadent, & filios eorum allident coram ipſis, & domos eorum diripient, & vxores ipſorum habebunt.* Per impreſſionem hoſtium qui in eorum manus venerint, in ipſo procinctu & acie cadent: qui vero fuga ſibi conſulerint, quaſi † damula ſunt fugientes. Siquidem id animal pauidum eſt & ſtupore attonitum & ob natiuam pedem pernecitatem longo tractu fugitans vix uſquam gradum ſiſtit. Etunt igitur quaſi damula & tanquam palabunda ouis. Siquidem ouis nullam habet peculiarem prudentiam, vt pergat ad inquirendas alties paſcuas, vtque tutioribus in locis demoretur & ſibi conquirat locum, niſi ſi quis ad fuerit paſtor qui viam ei præmuniat & præmonſtret ad hæc perquirenda. Etunt igitur qui tum temporis fuga quidem fuerint elapſi, quaſi damæ: deſtituentur autem omnium auxiliari præſidio quaſi oues erraticæ, eo quod non adſit princeps, nec ſit qui congreget: ſed hi quidem diſpergentur à ſuis perſequentoribus: derelicti vero ab hoſtibus, ſuperabuntur, etiamſi potuiſſent ſubſiſtere & in commune ſibi mutuo auxiliari. Sed enim gladio demum concident. Poſtea explanat miſerabilem & ærumnoſam afflictionem eorum qui erant in captiuitate iam abducti, filios eorum in parentum oculis allident, diripient ædes, perque probroſam contumeliam ac dedecus vxores eorum ad ſe traducunt. *Ece ſuſcitabo vobis Medos qui nihil ducunt argentum, auri nullam habent indigentiam. Arcus adoleſcentium conterent, & filiorum veſtrorum nequaquam miſerebuntur, neque ſuper filijs tuis parcent oculi eorum.* Vt prodidit hiſtorica traditio, longo temporum tractu Medi Aſſyrios adorti bello, demum Babylonem in ſuam poteſtatem redegerunt & euerterunt. Equidem prophetia Eſaię eſt de captiuitate Iſraelitici populi exporſecta in multas generationes. Rurſus poſt abductum Iſraelem multis demum annis ſe conſpicuos exhibent Medi educto exercitu aduerſum Aſſyrios. Qualiſcunque tandem conſolatio offertur captiuis, quum certa ſpe opperiantur vltionem de inimicis fumendam, quæ apprehenſura ſit populum qui indignis modis afflixerat Iſrael. Ait ergo, *Suſcitabo vobis Medos qui non argento, non item auro perſuadebuntur.* Neque ò Babylonij, vlla quantalibet opulencia poteritis vos ab iſtis redimere, vt ne quid graue patiamini. Neque enim iſti tanguntur vlla admiratione pecuniarum, vt his cumulati ſupra modum opuleſcant, quo ſit vt bellicis rebus attentis ſibi temperent ab exuuiis mortuorum, nec vlla re ſe ſinant exorari, neque huc incumbunt vt quiduis emendicent ab abdu-

ctis in captiuitatem. Id enim ingentioſum eſſe putant. Sed & adoleſcentium peritiam in ſagittandi arte conterent, neque illa commiſeratione aut miſericordia erga adoleſcentes ſinent ſe exorari. Medorum nomen tranſſumptum deſignat ἀπὸ ἰκανοῦ, ab idoneo & ſufficienti. Itaque is qui in omnibus ſufficiens eſt & potens inducere calamitates pro cuiuſque merito, hic ciet & accerſit Medos. Aut fortalliſ quia † Madai conditor fuit Mediæ. Sic autem nomen † *ἰβ* interpretatur, dimenſio. Dicit igitur poſſint Medi induci ad intergendam de his qui perperam vixerunt, pœnæ dimenſionem. Ob eam cauſam vnicique noſtrum merces reſponditur, ſive reſta via fueris ingreſſus, ſeu peccaueris. Quatenus enim reſta egeris merces te manet: ſi deliqueris, apprehendet te ſupplicium. Equidem tales ſunt Medi: Neque enim vlla ſelectentur miſericordia ſuper filiis Babyloniorum, non item ſuſtinent quicquam alienæ facultati ſibi vendicare. Forſan nomine filiorum inſinuat nunc ſcriptura fructus & germina \* animæ Babyloniorum. \* *τῆς ἰβ* Eiuſmodi germina reor eſſe filios quorum commemorat ille qui beatus prædicatur apud Pſalmographum, in quo quidem Pſalmo mulier ſapientia eſt, quam ad ſe aſcitam in ſponſam duxit, ſibi que copulauit in contubernalem inſtus decoris eius amator. Filij autem germina ſunt mentis & ſapientia in vnum confluentia, de quibus arbitror dictum eſſe Pſalmo centeſimo trigeſimo ſexto: *Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet retributionem tuam quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.* Eum igitur retributionis diem præuidet Propheta quo quidem Medi nulla tangerentur miſericordia erga Babylonios, non item ipſorum filiis eſſent parcituri oculi eorum. Huc animus aduerte. Pſalmus beatum eſſe proſitetur, non eum qui quouis modo tandem Babyloniorum filios interemiſſet: ſed quia cum primis id depoſcit, vt ipſos recens genitos ad internectionem perducas, neque ſinas ad incrementum maturæ ætatis pertingere, vt ne capaciorem euadant cumulatioris malitiæ. Secundum autem eſt, vt ne ſimplici genere mortis eos ad nihilum uſque perducas. Eum ſiquidem prædicat beatum qui ſua ſolerti ſapientia ſuperior euaserit euicereq; liberorum talium propagationem, mentem nimirum miſcellaneam & perturbacionibus confuſaneam, alioqui mens ſic confuſa, filius nominatur \* Babylonius. Hic ſubnaſcentes filios allidit petræ. Atqui hic etiam nomen petræ nomine intelligendus eſt Chriſtus. Qui enim verbo veritatis confundit improbatę doctrinę dogmata, ſanè talis in humum proſternit & allidit adoleſcentulos Babylonis ſolo tenuis ad petræ. Itaque ſi quis dogmata filij Babylonis, nimirum ſectæ cuiuſpiam abhorrentis à fide inuexerit animam eius confundentia, qui ea exceptis, meritò talis filium Babylonicum ſic conuictum erroris allidit ad petræ: Et erit Babylon qua vocatur inclyta, à regibus Chaldæorum, quemadmodum ſubuerit Deus Sodomam & Gomorrhæam. Non habitabitur in æternum, neq; ingredientur eam per multas generationes, neque pertranſibunt eam Arabes, neque paſtores requieſcent in ea, & requieſcent in † ea beſtia, & implebuntur domus ſonitu, & accubabunt ibi Syrenes, & demones ſaltabunt ibi, & Onocentauri illic habitabunt, & midificabunt ericij in domibus eorum.

Menſura filius Iapheth. Gen. 10. Iof. 1. Antiq. cap. 14. Strabo 11. Ptolem. 6. cap. 2.

\* τῆς ἰβ

Pſal. 136.

\* Alluſio ad nomen *בבל* confuſio ſive permiſtio, Diſta dein Seleucia, à rege Seleuco, teſta Stephano.

† Pro *ἐρείκη* Complur. editio habet *ὄρνιθς*.

# B. BASILII MAGNI ENARRATIO

I N

## DECIMVMQVARTVM CAPVT ESAIÆ.

† *ἐπεραυ.*  
\* Complur. *αὐτῶ* eorū.  
\* Pro *ὄρνιθς* *γέλαυ* lego *ὄρνιθς*.



Itò † venit, & non tardabit, & dies \* eius non extrahentur. Hiſce verbis enarrat deiectionem Babylonis. Et ex quo rei \* perſpicuitatem reddit acerbiorẽ, idque ſit commemoratione gloriæ prioris, quæ docet à cuiuſmodi ſtatu ad quantum delapſa ſit vicariam demutationem. Ait enim, Et erit Babylon, quæ vocatur glorioſa ſive inclyta, prout id ei cognominis inditumerat, itavt nemo illam

F ſine adiuncto hoc nominaret, ſcilicet Babylon glorioſa. Qui autem fuerat tum rex Chaldæorum, is ipſam præluſtrem reddiderat & famigeratam, quum exciſis aliis vrbiſus, nec paucis (quicquid virium habebant captiui) in vnam eam tranſuliſſet. Ipſam quoq; mœnibus circumcinxit eximij magnitudinis. Copioſum inſuper exercitum militare adiecit. Præterea ædificiis amplificaui mirum in modum inſignibus ac magnificis. Atqui ſic ſplendida peſſum itura præ-

prædicatur, quemadmodum ſubvertit Deus Sodomam & Gomorrhæam & non habitabitur in ſeculum. His verbis forſan certo quopiam tēpore præſcribit ipſus euerſionem ſimul & futuram deſolationem: quare ea vaſtitas quanto eſſet tempore duratura, abſolutè non aperuit. Non enim illo introgredientur per multas generationes, quaſi ea vaſtitate in multas exporrecta generationes, poſtea ruruſus inhabitari debeat. Neque pertranſibunt eam Arabes, neque paſtores requieſcent in ea. Sententia hæc in amœnam profuſus & feueritatis plenam deſolationem affore deſcribit, nimirum ita redigendam in ſolitudinem, vt ne in ipſa inuenturi ſint paſtores vllum operimentum, non etiam Arabes qui vaſtam ſolitudinem incolunt, qui quam prædas egerint, & pro more gentis exercuerint latrocinia, tum demum exquirunt ac repetunt ciuitates & oppida. Hi Babylonem non ingredientur, quod profuſus deploratæ ſalutis futura ſit & deſerta adeò vt à nemine habitetur, nihilque eorum quæ ſuſtinendæ vitæ ſunt opportuna, inueniatur. Ait enim, Erit ſubterraneum diuerſorium beſtiarum. Implebuntur autem domus obſtrepero ſonitu. Sonus iſte tumultuarius redundantem indicat magnitudinem deſolationis, & ceterum, id eſt, ſonus cum ſtrepitu, vox eſt reuerberata & in vtramuiſ partem replicabilis, à ſolidis \* & quæ ex aduerſo reſpondent ei voci quæ præceſſerat. Vox quidem hæc ſonora & reflexiua in deſertis exaudiri ſolet locis: in habitatis autem ciuitatibus & oppidis à vaſis ſiue armamentis è loco vno tranſlatis diffraſione aëris, & à voce ex aduerſo intercurrente ſemel collifa non finitur deperire. Illic igitur domus cuiusmodi ſtrepitu turbulento implebuntur. Sonus quippe talis inſigne eſt vaſtiſſimæ deſolationis. Porrò illic requieſcent Syrenes & dæmoniacy ſpiritus ibi ſaltabunt & onocentauri ibi habitabunt & nidificabunt ericij in domibus eorum. Scriptura quidem à fide noſtra abhorrens tradidit Syrenas mulieres fuiſſe quaſdam melica voce & concentu perquam ſuaui cantillantes. Præſenti autem loco id nominis exprimere videtur ipſos dæmones, eoque aquilas Syrenes dixit eſſe \* *εραβοδακτυλλοις*. Id genus animalis vaſtiſſimæ ſolitudinis eſt amantiffimum, vtque plurimum in arenis ſterilibus maximè ſe condit ac deliteſcit. Hanc igitur hyperbolem vaſtatis tradit ſcriptura expreſſa habitatione ſtrouthocamelorum. Quos onocentauros ſeptuaginta dixere, Aquilas nominauit *τρικεφαλας*, id eſt, piloſos villis & crinibus hirsutos, ſetofos, hiſpidos. Genus quoddam dæmonum exprimere voluiſſe videtur oblatrans & terra caligine circumfuſum ſua apparitione, quorum opus eſt fulgetras eiaculari, nec vllam conſiſtunt pedibus, neque quouis ſenſu vt queunt aut intelligentia vlla. Et onocentauri illic habitabunt. Hæc quoque altera eſt dæmonum ſpecies quam reliqui interpretes nominarunt Hebraica voce *Siim* † beſtias ferocientes & monſtroſas. Addit, Illic autem & ericij domos ſuas facient. Animalia iſthæc omnia quæ enarrat, cumprimis vaſtiſſimam amant ſolitudinem, vt locus aſſimiletur Babylonì in ſolitudinem redigendæ. \* *Citò veniet, & non tardabit, & dies eius non extrahentur.* Euerſionem Babylonis ſeſtinatò & quàm ocyſſimè affuturam dicit, nec vllam fore dilationem eorum quæ interminata eſt ſcriptura. Iam quòdò comminata eſt Babylonem eſſe à fundamentis excidendam, vt olim Sodoma: noſſe nos cōuenit id nominis Sodoma multifarias admittere interpretationes. Hoc enim nomen ſua interpretatione ſonat † cæcitate ſiue excæcationem, ſterilitatem, \* ſtabile ſiue conſtans ſilentium, ſimilitudinem, declinationem ſiue fundamentum eorum. Gomorrhæa † verò accipitur pro menſura & ſeditione, ſiue rebellì populo. Horum autem omnium interpretatione nihil opus eſſe arbitror, vt diſſeram quonam pacto Babylon, quæue ratione ipſa ad interneconem perduci debuerat peræque ac Sodoma. Dei munifica liberalitas ſe exerit erga eos quorū ſceleratæ vitæ imponit finem, dum eorū cæcitate medici ritu, elidit & expugnat. Clauſula autem quæ terminū præſcribit cæcitati, vtique viſionis origo eſt. Sed & inſecundam ſterilitatē mox vbi ablegauit in exilium, quò ipſis germina operū iuſtitie gratificaretur. Muto illi flagitio finem impoſuit, vt è cordibus † ſilentium perpes ac ſtabile excluderet ad rependendam Deo gloriã. Præterea euertit & Gomorrhæam, quan-

A doquidem dupliciter interpretatur. Eſt enim & menſura & ſeditio, inſectinam ſiquidem ſeditionem demolitur & turbelas, vt qui ſeditiones conciuant, in oppoſito ordine ac ſtatu conſtituti reddantur meliores. Porro quiſquis approbat vanitatem Geneſeos, neceſſitate fati admittit, fatum ipſum recipit, fortunam ac ſortes honori ducit, & quatenus per ſe poteſt ſua vniuſ commendatione talium ſtudioſior homines auocat à fide & pietate erga Deum, hic planè nominatim prædicat geſta Babyloniorum in clyta eſſe & glorioſa. Chaldaeorum ſtadium & curioſa inqueſitio Astrologia eſt, per quam aſſerunt entium cauſas à ſeipſis dependere, non item à Deo, reſque omnes latiori ac progreſſui aſtrorum ſubſternerentes, prouidentiam ipſam rerum humanarum moderatricem profuſus à ſe ablegant, adeo vt orationem ad Deum effuſam, & ipſam qua Deus colitur pietatem negent quiduis poſſe, quin potius ſi qua horum credantur contingere, id omne referunt ad cauſam fatalem. Qui eiufmodi eſt, Babylonem quandam vocat glorioſam, diuitias mundi, eiusque gloriã, generoſitatem carnis, & quæcunq; aſſimilia his ſunt, concelebrans. Iſthæc enim omnia permixta ſunt mentemque confundunt, digna planè quæ cognomen fortiantur Babylonis, quam ſurſum deorſum euertit Dominus, vt domicilium fiat dæmonum efferatorum, ſiue eam malis interpretari ciuitatem, ſiue animam turbelis affectionū permixtam & confuſaneam. Profuſus neceſſe eſt animam Dei contubernio deſtitutam fieri habitationem reproborum ſpirituum. Siquidem ibi nequaquam hoſpitatur paſtor. † Neque enim boni eſt paſtoris habitare vnà cum grege ſuæ fidei non credito qui ſuapte malitia ſe ſuiſt euerti. At certè ait, Syrenes, dæmonia, onocentauri & ericij illic commorantur. Si quando igitur videris animam perturbatorem confuſionem exagitatam, ſcito eam obſtrepero ſonitu eſſe referant, nec quicquam in ea eſſe dilucidum, & illuſtre, non item verbum vllum articulatim diſtinctum, ſed tumultuantem & incertè ſignificationis ſtrepitum, qui exagitatione perfeccionum cooritur, vt animæ illius ſic conſuſæ principem facultatem occupet, nempe mentem. Itaque hæc Syrenes videntur eſſe ad verbum reproba iſtiusmodi poteſtates quæ per eccleſiam, illicem voluptatē captandis animabus peropportuna inſerunt, vt ad extremam perniciem ferarum ritu pertrahant melico & perquam ſuaui ſuo concētu illic iter agentes. Incertum, idne lenocinio voluptatum, an alio quouis pacto, puta irritatione & incentiua carnis prouocatione ad peccatum ſiant iſthæc miniſterio dæmonum illorū, niſi quod demulcti illecebra alimonie, ſui ad vitã patriam reditus obliuiſcuntur. Proinde ſi quem videris, auditu prurientem, à veritate quidem auditū deſectetem, ad fabulas autem è via digredientem, ſermonem verò efficaciẽ & ſolidum non ſuſtinentem audire, non increpationem vllam admittentem, correptionem nullam recipientem quæ auſtera & comminatoria ſit & auditorem prouocet ad conuerſionem: ex contrario, qui amore teneatur componendi ſermonem, nihil non promittentem eorum quæ ad captandam gratiam & illicem voluptatem audientium faciunt, talem tu exiſtimate Syrenum illecebris captum eſſe, quippe qui in fraudem & errores inſecatus ſit blandiloquentia & ſubornata benedictione verborum. Porrò dæmonia geſticulari dicuntur & multifariam ſaltitare, dum nobis cooperantur ad peccandum. Per eam enim choream omnimoda cietur membrorum commotio. Iam quando qui ſaltitant, nonnunquam \* alias induentes perſonas, in ſcenam prodeunt: conſimili ratione & dæmones laruis noſtræ faciei con-

B

C

D

E

F

\* Puta, montibus Echo.

Syrenes.

\* Aues maximas (ſi tamē aues) ferrum atterentes & deſolutiones.

† ציים cap. 34. Eſa. Hieron. redidit dæmonia. \* Hic orditur enarrationem c. 14.

† סרם Secretum eorum. \* Mutum ſcilicet & beſtiale ſcilicet.

† עמר

† Beſtialitas, ex coluſione.

\* Geneſis coram ſimul im-probat, morſio.

Γνώμη

\* In laruis, imos & hiſtriones.

super ac multiuarias induit vitiorum habitus. Nunc quidem fabulam facinorose avaritiæ aggreditur, sua ut gestulatione eam repræsentet: nunc verò euanidæ & inanis gloriæ drama exhibet. Nonnumquam factum exprimit superbiæ. Utque semel finiam, choream agens insultat vniuerso hominum generi, & tripudians animabus illudit quæ ad peccandum totæ propendunt, suntque simpliciores, nullo etiam negotio mutantur. Onocentaurorum nomen quandam insinuat compositam & prodigiosam animalis consistentiam, nisi quod est dæmonis species, nunc quidem nos inuitantis ad rerum humanarum prospicientiam, nunc autem distrachētis ad pecuinias affectiones. Erinaceus verò id animal est quod vice pilorum vndique amicitur spinis \* infame & fraudulentum. Omnia hæc breui aduenient super animam peccatorum caligine confusam, & ne vna quidem prorogatio dierum intercedet: *Et miserabitur Dominus Iacob & eliget adhuc Israel.* Quod Dominus decreuerit misereri Iacob, hanc arbitror fuisse causam, hoc nomine Iacob appellatus est, tantisper, dum in agone & lucta fuit: tandem verò eligitur, quo factum est ut dictus sit Israel, ob præmium quo is Patriarcha donatus est exantlato labore eluctationis. Porro quod misericordiam scribitur consequutus, quiddam exprimit inferioris notæ ac dignitatis: ipsius autem electio longè augustiorem prærogatiuam declarat, quare miserus quidem est Dominus Iacob, elegit autem ipsum Israel. Huic loco peraq̄ue respondet illud, Iacob puer meus, assumā eum: Israel electus meus, approbavit eum anima mea. Nomen enim Iacob pro eo accipi solet qui elementis primisq; rudimentis adhuc instituitur perfectioris vitæ, qui aduersum perpeffiones & corporis incentiua luctatur: Israel verò sumitur pro præstantiori & qui spiritus ductu suam instituit vitam. Omnino autem, *Ipsè Iacob & Israel requiescet super terram eorum.* Eam intelligit terram de qua dictum est. Beati mites, quoniam hæreditate possidebunt terram. Terra hæc nullam habet partem cum ea de qua subiecta maledicto dictum est, in doloribus comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ, operatus eam. *Apponetur autem aduena ad eos, & adiungetur ad domum Iacob.* Qui agricolationem exercet aduena, utique hic, *εὐερας* est, agricola & terræ cultor. Forfan iste index est populi ex gentibus collectitij qui se adiungit Iacob dicto in scriptura *γείρας* agricola, ac si dicas accola, inquilinus siue hospes & aduena. Proinde hominibus notæ inferioris & qui non norunt suos affectus moderari, si quædo adigantur iis morem gerere qui scitè & prudenter funguntur magistratu, non mediocre talibus præstatur beneficium, quare in benedictionibus dictum est ipsi Elau, *Et fratris tuo seruias.* Hoc planè indicat, quod sequitur. *Et multiplicabuntur super terram Dei in seruos & ancillas.* Sanè beneficij loco, ea seruitus ipsi præstituitur. *Et erunt captiui captiuantes eos.* Illi quidem tyrannicè eos abripiebant in captiuitatē seruituti diabolicæ subiugaturæ oppressos & euictos, at hi qui clementer & humane in captiuitatem progrediebantur, à tyrannide diabolicæ seruitutis emancipati, asciti sunt ad seruiendum Christo. Promittitur autem Israëlī libera exemptio qua miserabili & dura seruitute Babylonis fetuierunt, inuitantur nihilominus ad misericordiam, ut planctum assument super rege Babylonis nec insulent eius ruinę, quin potius super eo lamententur & euilent, quod commiseratione & misericordia passurus digna sit. *Quemadmodum vestimentum sanguine permixtum non est mundum, sic neque tu eris mundus, quia terram meam perdidisti, & populum meum occidisti. Nequaquam manebis in eternum tempus.* Hęc adhuc sunt lamentationis partes super principe Babylonis, & his que illum concernebant. Etenim postquam dixit, quia lucifer è celo excidit, quod in corde suo dixisset: *Ascendam in caelum, ero similis altissimo*, ut declararetur quanto intervallo distet cum sancto collatus is qui spurcicia omni contaminatus est & vir sanguinarius, cum vestimento componitur, quatenus ad nostram fulciendam naturam detextum est ad ornatum hominis. Quum enim conspersum fuerit sanguine, non iam vlli humano vsui accommodari potest. Per hoc omnino elici non potest reprobum illum in sua conditione quicquam impuri flagitij habuisse: sed tum apparuit facinorosus, quando pessumda terra Domini & populo propter sua peccata extremæ cladi dedito, se totum fermenta-

uit alieno sanguine. Quin & ex alio loco nouimus humanam naturam vestimento esse collatam, dicente eodem Propheta aduersum eos qui in fermento malitiæ vetustuerant. *Ece omnes vos, ut vestimentum inueterassetis, & terra comedet vos.* Peracerba & acris comminatio, quod ne vel ad extremum excludendum esset fermentatus quopiam peccato quod à se excutere non posset in præsens quidem, ut munditiæ fieret compos, in futurum tamen nequaquam priuatur sperata per pœnitentiam expiatione. Hic absolute pronuntiat nullo vnquam tempore fore mundum, quod se permiscuerit consperione sanguinis populi Dei. Cæsum enim propter inobedientiam ad internecionem vsque perduxit, quin & superstites reliquias pellexit ad totius malitiæ operationem. Si enim Elau nullum inuenit pœnitentiæ locum, quod ius suæ primogenituræ distraxisset, & in ius cessisset fratris: quis tandem pœnitentiæ locus relinqui debuit isti tyranno, ut neque diabolo qui protoplastum hominem interemit, & per illum mortem inuexit posteritati: Proinde nonnulli asserunt eam labem ac notam quæ ex concreta permixtione sudoris & sanguinis humani inserta sit vestimento, nullo pacto detergeri posse & abluï, sed semel ingestam alterationem per tincturam sanguinis vnâ cum vestimento consensescere. Itaque is non iam poterit cruentam hanc maculam & sanguine inustam à se excutere ac depellere, purus ut sit. Etenim mihi obseruato dictionem quàm signatè repræsentet, eam forditiem inelubilem per cruentum hoc & immane homicidium contractam. Non enim dixit tinctam vestem sanguine, sed permixtam siue conspersam, ut expressius ostenderet ipsum vnde quaque inuolutum cruenta cæde peremptorum. \* Hic terram perdidit Dei & populum eius interemit. Ipse quidem Nabuchonosor terram in vastitatem redegit, excisis eius terræ feracibus plantis, oppida insuper & vicos demolitus est tradens incendio. Populum Israel partim quidem cædens gladio, partim verò in Babylonem traducens captiuum. Paulò ante dictum est nomine regis Babylonis signatè exprimi ac mysticè mundi istius rectorem. Nam mundi huius confusionem accommodatè quis Babylonem appellet. Ille enim populum Dei in captiuitatem abreptum à vita demutauit in mortem. Terram verò in solitudinem redegit, nimirum vnus cuiusque per peccatum carne corrupta, quemadmodum scriptum est, *Quia corruerat omnis caro viam suam. Semen reprobum prepara filios ut iugulentur pro peccatis Patris tui, vne resurgant & hereditent terram, & impleant terram bellis & impetu faciam aduersus eos, dicit Dominus Sabaorh; & perdam eorum nomen & reliquias & semen.* Nec ipse modo non erit mundus, sed & successura posteritas istius facinorosi vna cum eo pessum ibit, Dei clementia benignè nos respicientis, permitte filiorum cædem, non tam ob carnalem filiorum procreationem, quàm propter opera per vitiosam habitudinem effecta. Semen nequam & reprobum, quod is quidem nequaquam fuisset pater nequitie, sed ex altero qui præ se exorsus esset, originem in se transfudisset malitiæ, & parem cum eo qui se seminasset, compleisset improbitatem. Quo fit, ut dicat, Semen flagitiosum & reprobum, prepara filios tuos, ut iugulentur pro peccatis patris tui. Nonnumquam verò dicitur semen malum cuiuspiam, non quia omnino id semen ex præcessore progressum sit, sed & quia ex se auspicio assument in alterius originem transfunditur, ideo appellatur semen. Quemadmodum enim in mundi constitutione primum germina quidem suppullularunt, semina utique aliorum quæ postea eruperunt, ipsa vero non ex aliis seminibus prodire. Siquidem antiquiora erant his quæ ex se emicuerunt, seminibus: Ita fortè etiam nunc ipsi incentores atque initiatores malitiæ proponuntur in exemplar, & veluti semen hi sunt imitatione primi authoris. Semen autem prauum ac reprobum nominatim vocat, non quod à progenitoribus eam subsistentiam sint sortiti, sed quia originem malitiæ suis posteris exhibuerint. Potest enim vnus aliquis suapte malitiæ esse semen nequam, qui præfultor sit & prædux totius nequitie. Ediberso qui ab improbis doctoribus edoctus improbè viuuit, dici potest consimili ratione semen Chanaan & non Iuda, qua appellatione dictus est peccator ille, non quod ex gente esset prognatus illegitimæ carnis & adulterinæ, neque

Onocentauri.

Erinaceus.

\* Pro dōso  
κλν, τν, lego  
δδ κλν, τν.

Gen. 27.

\* Pro γν  
lege C  
tina.  
Esa. 50.  
Ileb. wy.† εκ τῆ  
λόθρη.

\* Nabuchonosor.

Gen. 6.  
\* Exeplav  
Cōd, Com  
pluen. ha  
bet au  
eorum.  
Basil. &  
legit & in  
ie: præstat  
σου.



semen Chanaan eo nominatur, ob miscellaneam generationem Chanaan. Itaque ex suo ipsius proposito & libera voluntate vnusquisque esse potest semen sanctum, aut certe in diuersum abire. Audi Paulum dicentem: *In Christo IESV, per Euangelium ego vos genui.* Et illud: *Quicumque receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Et: *Omnis qui facit peccatum, ex diabolo natus est.* Quid autem tam cupidè sibi vult Scriptura præcipiendo semini nequam, vt se adornet & accingat ad mactationem filiorum suorum pro peccatis patris? Obseruauimus, nec raro, cuiusque opera & animæ fructus appellari filios. Ait enim, Saluabitur per liberorum procreationem, si manserint in fide & charitate, & sanctimonia cum sobrietate. Ad salutem prouehitur anima, velut mulier minimè eam proculcante sponso, quum cœperit per verbum Dei, vberimam fugem edere, nempe filios, probas scilicet actiones, si modò perseverarit in quotidiano incremento boni operis, nec obfuscetura atra fuligine posteriorum peccatorum. Ad eundem modum & vos, siquidem audietis iuxta spiritualem legem benedictionis, quæ dicit: *Benedicti filij ventris tui.* His verbis aliud nihil putemus insinuari, quàm animæ fructus. Etenim à timore tuo Domine in ventre accepimus & parturiuimus & peperimus spiritum salutis tuæ, quem fecisti super terram. Malorum igitur operum abolitio hic accipitur per filiorum iugulationem, ob non mediocrem vtilitatem eius qui genuit, patris. Hoc igitur loco tropologia in se complectitur amorem erga homines latentem multos, dum iubet semini nequam (quatenus fieri potest) se vt alleuet, excusso graui onere vitiorum suorum. Qui enim se informarunt ad similitudinem maligni patris, suntque effecti filij nequitia, par est, vt omnem eam animæ suæ propaginem trucident, nempe peccata. Nisi enim ipsi defungamur vitiis, quinam viuere poterimus iustitiæ? Ait enim, vt ne resurgant, & impleant terram bellis. Vtiq; rebellio malitia est perquam facinorosa. Eoque operæpretium fuerit, vt mortificetur, nec sinatur vt in cœtum numerosamque coëat multitudinem. Hoc enim indicat nomen ciuitatis. Addecer enim Dominum Sabaoth disperdere nomen, reliquias & semen omnis malitiæ. Prorsum beatus ordo ac status animæ & humanæ conuersationis in quo ne nominatur quidem vllius malitiæ nomenclatura, iuxta Apostolum dicentem: *Fornicatio & immunditia aut luxuria ne nominetur quidem in vobis, quemadmodum decet sanctos.* Secundum verò quod exigitur, vt ne supersint reliquias quidem. Plerique enim sunt qui quum se auocant ab improbis operibus, nescio quo pacto retinent veterum operum memoriam, consuetudinis mole pressi idem peccatum quod conquieuerat, de integro instaurant. Vt ne igitur vllæ superessent reliquias, ita demum abducebantur, ne vel semen improbatæ doctrinæ superstes resideret ad posteros peruenturum, cuius reliquias eos qui præuertissent imitarentur. *Hæc autem dicit Dominus, Et ponam Babylonem in desertum, ita vt inhabitent eam ericij, & erit in nihilum. Et ponam eam luci barathrum in perditionem.* Interminatur clementissimus hominum amator Dominus, positurum se esse Babylonem in desertum. Et quidem improbatæ atq; domesticæ familiaritatis destitutio, simul & abolitio vitæ confusaneæ bonum quiddam est & studio non mediocri expectendum his qui vi intelligentia id percipiunt. Denique comminatur Dominus ad tantam vsque desolationem Babylonem perducturum se esse, vt ne homo vllus in posterum eam inhabitet, se autem hominum vice inducturum eo loci ericios. Porro id genus animalis rigidis prorsum & acerrimè pungentibus spinis vndeque circumsepitur: & quoties vult & caput & pedes intorsurum contrahit, exactæ figuræ se conformans orbicularis pilæ, ita vt captu sit perquam difficilis, quod caput pedesque in vnum velut globum sint conglomerati, at superficie tenus vndique aculeatis cingitur spinis. Hoc igitur animal & solum se aduersus sibi insidiantes vlciscitur impunè & conquiescens. Nam qui manus in ericium iniicit, vtiq; non sine acrimonia doloris & quidem vehementi, pungitur. Quanto siquidem magis voluerit quis eum circumplecti & astringere, tanto acrioribus stimulis spinarum transfigitur. Forsan hisce verbis tacite innuit hominum mores qui tum incolebant ciuitatem exprimentes ritus Babyloniorum, mores vtiq; so-

cia communionis expertes, ab aliorum congressu disparatos, iusto seueriores & qui aggratulantur illiberali instituto vitæ. Quod enim animalium species ad exprimendos hominum mores transfumantur, visione Petri liquido edocti sumus per vas è cælis descendens. Omnigena species inerat animalium, volucrum, quadrupedum. Innuebat sermo affore qui variegatis peccatorum maculis aspersi conciliandi erant fidei nostræ, qui quidè assimilés erant, aut quadrupedibus ob ingenium expertis rationis porcorum instar, aut reptilibus, quod venenato ictu defeciât, aut volucris, propter erraticam ac leuè inconstantiam. Sanè quod ericius in scriptura fortè per tropologiam accipitur aduersus homines quosdam, quemadmodù & serpentes aduersus Sadducæos & Pharisæos sermonem detorquens Dominus, & vulpis aduersus Herodè, & equi vefaniètes aduersus captatores voluptatum, oues aduersus ineptos & imbelles, hædulos in eos detorsit qui nihil sociæ communionis cū alijs se patiuntur habere, nullamq; suorum bonorum impartitur distributionem. Consentaneum itaque rationi est istos ericios moribus conferrè ei animali, quod ne patiatur non nihil noxæ aut lésionis, spem suam omnem collocat in aculeatis suis spinis, ceu sūt seculi huius diuites quos dixit Dominus spinis suarum opum suffocare verbum nec vllum referre fructum. Porro Babylon in nihilum redigetur, inque voraginem cœnulentam tranfinit, sic vt scriptura hæc sensu ipso percipi possit. Namq; Euphrates fluuius qui mediam interfecat vrbem, non iam fruens consueto decursu per solita fluuenta ac meatus, redundans aduersus vrbem, eam funditus demolitura erat & vel oculis indicata prærupta eius voraginem non vtiq; illumem, verius redundantem limo. Eiusmodi esse solet exitus euerfionis eorum qui exacerbât & redaccendunt iram Domini. *Hæc autem dicit Dominus Sabaoth: Quemadmodum dixi, sic erit: & quemadmodum decreui, sic manebit, vt disperdâ Assyrios in terra mea, & in montibus meis, & erunt in conculcationem, & auferetur ab eis iugum ipsorum, & gloria eorum ab humeris ipsorum auferetur.* Israël qui secundum carnem est, sententiam hanc quam de terra censebant dictam esse ipsi prophete, peculiariter competere Deo, deq; montibus suis planè terrenis, interpretabatur esse Iudæam ipso sensu cognobilem, & Assyrios qui in captiuitatè abripuerant Israël, iugo seruitutis eis imposito. E diuerso nos qui confurreximus cū Christo, animo insuper vota concipimus ad ea que sursum sunt aspirantes, vt quæramus terram quidem illam nominamus probum cor ac bonum, quemadmodum ab ipso edocti sumus, Dominum dicente de semine quod in terram bonam satum cecidit. Hic qui audiès & intelligens fructum affert, alius quidem centuplum, alius autem sexagesimum, alius verò trigessimum. Denique mons Dei appellari potest super què calcibus proterentur Assyrij. Qui per exercitia bonorum operũ, sermonis ac scientiæ supra alios adoleuerit, hic est, per quem inimici in conculcationem erunt ac Dei prouidentia auferetur iugum Assyriorum. Non mediocri prudentia est quum cordati homines humeros supponunt pro tuenda parte Dei, se que substernunt iugo seruitutis Dei, auocantes se à peccatis. Quum igitur spem retineamus iuxta dictam sententiam, quod disperdendi sint inimici nostri, idq; in terra Dei & in montibus ipsius proculcandi, iugum etiam ab ipsis auferendum, gloriam insuper eis adimendam qua gloriabatur aduersum nos quasi nostri dominarentur, cumq; nos adorti essent vt cõtereremur, nihil non moliti sumus vt vel tandem violentum ipsorum imperium à nobis excuteremus. Quod si fuerimus montes Dei, ipsius vtiq; fundamenta erunt in nobis, verbo primùm veritatis imposito cordibus nostris & bonis operibus fidei structuræ cooperantibus. Proinde operæpretium fuerit, vt synceriter renuntiemus peccato, vt ceruicem obtineamus à iugo seruitutis Assyriorum liberrimam: possimusq; fieri subiugale ac veterinum animal Christi. Neque enim possibile est vt substernamus ceruicem duplici iugo, & Christi & Assyrij. Quæ enim participatio iustitiæ & iniquitati? Aut quæ communitio luci ad tenebras? *Hoc consilium, quod cogitauit Dominus super vniuersum orbem, & hæc manus excelsa super omnes gentes orbis. Quæ enim Deus sanctus decreuit, quis dissipabit? Et manũ eius excelsam quis auerret?* Perpicue docet hæc eo dici, quod nemo omnium qui in vniuerso terrarum orbe sunt, quique

1 Cor. 4.  
Ioan. 1.  
2 Ioan. 3.

Ephes. 5.

† γόμων,  
pro quo  
Complut.  
ἀμαρ  
habet.

inter gentes versantur, queat vel tantillum dispare eorum  
 quæ Deus sanctus decreuit ut faciat, quom nemo quantuf-  
 cumq; sit, queat manum Dei propugnatricem tertæ suæ ac  
 montium auertere. Ad hæc simul obserua vocem hæc, *ſic*, †  
 quis, non modò (vti plerumq; exprefsimus) ſignificare quid-  
 dā inuētū ſine uſu infreqües, cuiuſmodi eſt illud, *Quis ſapiens*  
 & *intelliget hæc?* Illud item: *Quis fidelis & prudens diſpenſator?* Preſ-  
 ſenti enim loco, *Quis diſſipabit*, perinde eſt ac ſi dixiſſet, *Nemo*.  
 Neque fas vel mente concipere vllum eſſe in creaturis qui  
 infirmare poſſit & irritum facere conſilium Domini. Anno  
 quo mortuus eſt Achaz rex, factum eſt verbum hoc: *Ne letemini Phi-  
 liſtini omnes. Contritum eſt enim iugum percutientis vos. Ex ſemine  
 enim ſerpentum egredientur genimina aſpidum, & genimina eorum  
 egredientur ſerpentes pennati.* Si quidem à prophetis que ſcripta  
 ſunt omnia, ab oraculo Spiritus ſancti edita ſunt & emana-  
 runt, nimirum cõſtat adſcriptionem temporis quo propheta  
 reddita eſt, non ab nece fruſtra eſſe interſertam. Quid  
 enim hinc ad te reſilit emolumenti, ſi quidem didiceris,  
 quo etiam nũ tempore Achaz Iudææ rex mortuus eſt, eam  
 quoq; ob cauſam factum eſſe verbũ Domini aduerſus Phi-  
 liſtæos? Quod in Exodo ſcriptum eſt, nobiſcum ipſi repu-  
 temus. *Mortuus eſt rex Aegypti, & ingemuerunt filij Iſrael præ ope-  
 ribus ſuis, & aſcendit clamor, & exaudiuit Deus gemitus eorum.* Dum  
 enim ſuperſtes eſſet rex ille facinoroſus, ſuſpiria nulla aut  
 gemitus effundere ad Deum potuerunt. Eos ſiquidem op-  
 primens ad ſubeundam operum duritiem adigebat, ſic vt ne  
 lineret eos vel oculos ſurſum arrigere ad Deum. Illo morte  
 ſublato, tunc æquum erat: vt ſui eſſent iuris ac præualerent  
 & ſui hoſtis atrociffimi inſultarent ruina. Porro hi ſcriptu-  
 ra docente produntur præterquam credibile ſit in lamenta  
 ac gemitus prorupiſſe. Viſque enim aded eorum mens præ-  
 cupida tuendi corporis inualuerat, vt per ſenſum vacuitatem  
 neſcirent quidem lugere eam afflictionem quæ contig-  
 iſſet, ſuis exigentibus peccatis. Accepta demum vacati-  
 one ab eiufmodi perturbationum intemperiiſ, tunc operi-  
 bus degrauati craſſis & corporalibus, vt medelam aliquam  
 nanciſcerentur cõperunt ingemiſcere. Eam ob rem ama-  
 tor hominum Deus eorum ſuſpiria exaudiuit. Huic ſanè  
 enarrationi ſimile quiddam declaratur & in ſuperioribus  
 Eſaiæ verbis. Dixit enim, *Factum eſt enim anno quo mortuus eſt  
 Ozias rex, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolum excelsum & eleua-  
 tum.* Quod is Ozias rex improbus fuerit, hiſtoria prodidit.  
 Siquidem ad ſui corruptelam cor ipſius exaltatum eſt, &  
 aduerſus Dominum Deum ſuum iniquè egit. Vi enim irru-  
 pit in adytum templi Domini, vt incenſum adoleret ante al-  
 tare, quam obrem lepra percuffus eſt. Hoc demum impro-  
 bo principe emortuo, cultuq; Dei à tam flagitioſo piaculo  
 legitimè expiato ac redempto, myſteria quæ Deum concer-  
 nebant, reuelantur Prophetæ. Itaq; ſententia hæc non vti-  
 que deſcribit Achaz mortuum ſtudioſum fuiſſe principem  
 & amantem virtutis, ſed vt declaratur verbum factum eſſe  
 aduerſus Philiftæos, principe peiore vita hac defuncto, id-  
 que beneficentia Dei propiciente. In quarto Regnorum  
 libro inuenimus hunc Achaz non opere expleſſe quod re-  
 tẽtum eſſet in oculis Domini: filium enim ſuum tranſtulit  
 per ignem iuxta abominationes gentium, & ſacrificia ob-  
 tulit, & incenſum adoleuit in excelsis. Is inſuper ad regem  
 Aſſyriorum miſit theſauros auri & argenti è domo Domi-  
 ni extractos, & ob id non mediocrem incurrat notam infa-  
 miæ & impietatis propter pecunias ſanctificatas. Mox igitur  
 vt in ruina improbus iſte abiit principatus, verbum  
 Domini fit aduerſus Philiftæos. Peculiarè autem nomi-  
 ne omnes alienigenæ & externæ gentes dicuntur Phi-  
 liſtæi, quos nominant \* Græci Palæſtini. Proinde ſcien-  
 dum quia vniuſcuuiusque noſtrũ vita, ſimul atque pecca-  
 tum regnans in hoc noſtro mortali corpore mortuum fue-  
 rit, tunc in nobis fit verbum Domini. Fortè enim vnum-  
 quodque peccatum aduerſus ſingulos quoſque qui in ſcri-  
 pturis inſimulantur & proſus digni cenſentur omnium  
 ſugillatione ac vituperio. Eorum regum ſimilitudinem  
 quandam præ ſe fert, quorum nomina ſubinde exprimũtur  
 per vniuſerſam ſcripturam, quemadmodum præſenti etiam  
 loco Achaz interpretatur *κατάκει* Cæs detectio, poſſeſſio ſive  
 occupatio, figuram is præfert vnus eorum quorũ animam  
 præuertit detinere dogmatis cuiuſpiam improbitas, cuius

**A** improbati dogmatis auctore vita defuncto anima noſtra à  
 iugo iniuſti poſſeſſoris emancipata & in priſtinam aſſerta li-  
 bertatem, idonea efficitur ad contemplationem ſententiæ  
 iſtius aduerſum Philiftæos depromptæ. Mens ſiquidem e-  
 iuſmodi alacris redditur & exprompta, vt dicat: *Ne letemini  
 omnes Allophyli*, hoc eſt, alienigenæ, ſive diuerſæ tribus, quia  
 contritum eſt iugum percutientis vos. *Ne exiſtmetis vos, o  
 Philiftæi*, per mortem Achaz à timore qui vobis imminet  
 per Iſraëlem, fore immunes. Itaq; ſuper regis ruina ne inſul-  
 tantes letemini. Etiamſi contritum eſt iugum, hoc eſt ſerui-  
 tus quæ vobis impendebat à præculcantibus, voſq; flagris  
 concidentibus per vim: attamen ex ſemine ſerpentũ egre-  
 dientũ genimina aſpidum. Hac ſententiola ſeriem declarat  
 ſucceſſionis ipſius Achaz, quod is obtinuiſſet ſerpentis a-  
 marulentiam, qua ex re eius morti inſultatis. Exorietur ad-  
 uerſum vos multimoda proles aſpidum ex ſemine iſtius ſer-  
 pentis, & ruruſ illorum genimina prodibunt in lucem. Ex-  
 primit per hunc ſententiæ hæc amarulentã fore ſeriem ſuc-  
 ceſſionis qui poſt hunc eſſent regnũ adepturi. Ait enim, *Al-  
 pides erunt volantes, & venenũ reptilium obtinentes, nec  
 non pernicitatẽ volatiliũ adæ quantes.* Ad hæc quia ſeries  
 iſtius genealogiæ erat ad Dominũ peruentura, intercifa ma-  
 lorum cõtinuatione tranſit ſermo ad bonorum pollicita-  
 tionẽ. *Et paſcentur mendici per ipſum.* Quis paſcit mendicos? An  
 non is qui legitimus eſt paſtor ouium? Equidem mendicos  
 eos appellat qui inopia facultatũ laborant. Sed enim iidem  
 imminuuntur & inferiores ſunt iſtis mente elatiſ. Tales au-  
 tẽ & ſic mendici ab ipſo prædicabuntur Domino beati, qui  
 dixit: *Beati pauperes ſiue mendici ſpiritu. Mendici autẽ homines in  
 pace requieſcent, auferet autem in fame ſemen tuum. Semen alienige-  
 narum fame diſperibit. Et reliquia tuæ è medio tollentur.* Qui ſermo-  
 nibus nutriuntur improbatẽ doctrinẽ, fami & inediẽ tradũ-  
 tur ad animarum ſuarum vtilitatem. Siquidẽ penuria magi-  
 ſtri inſtruentis ad malitiã, anſam vtiq; præbet animabus vt  
 reualeſcant & ſalutem conſequantur. Ad hunc ſanè ſenſum  
 poſſit quis ſententiã hanc interpretari; nemo letetur, quod  
 iugum impendens & à percutiente ſe impoſitũ, contritum  
 fit. Plerumq; enim vniciupiã occaſio datur ad conterendum  
 ſuaue Chriſti iugum, qui prius alioqui vocatus erat ad eam  
 que per Chriſtum donatur, ſalutem, idq; propter plagã ſer-  
 mone inſlictam, & ipſius reprehentionem, qui flagris ver-  
 borum conſcindit & caſtigat eius conſcientiã qui lapſus eſt,  
 ob admiſſa peccata. Talis enim planè non tolerans ægritu-  
 dinem animo ingeſtam ob reprehentionem & auſteram in-  
 crepationẽ, equi inſtar ac muli contumax factus & rebellis,  
 ſeq; in ſuam aſſerens libertatem, à Deo quidẽ alienus, pec-  
 cati autem ſeruituti ſe ſubſternens, ea indignus eſt iucundi-  
 tate qua ſuos exhilarat Deus. Multo igitur præſtiterit magis  
 tolerare ſermonem caſtigatorium, quam indignè ferrẽ con-  
 tritionem iugi ſe percutientis. Atqui ſunt qui ſe minimè  
 contriuerunt, æquanimitè alioqui tulerũt diſciplinam Do-  
 mini ac viſitationem emendatiuam, qui quidem appellati  
 inopes & mendici propter deiectam cordis humilitatem à  
 Domino paſcentur. Siquidem exitus probatæ eruditionis  
 & diſciplinæ paſtus ille eſt promiſſus, de quo ait Saluator,  
 quia *ingredietur & egredietur & paſcua inueniet.* Ait item &  
 Propheta, *In paſcua pingui paſcua eos.* Itaque pauperes mendi-  
 ci homines in pace requieſcent, ſi modò diſciplinam Domi-  
 ni non neglectim tranſmiſerint, neque animo concenterint  
 ab ipſo correpti. Interim tamen Philiftæorum aut alienige-  
 narum ſemen fame è medio tollitur, penuriam ſuſtinens  
 pabuli. *Vlulate † porta ciuitatum, & clament ciuitates conturbata.* † *ὁλοῦ-  
 Philiftini omnes, quia ab Aquilone fumus venit, & non eſt, vt ſit. E-  
 zate.* *quid reſpondebunt reges gentium? Quia Dominus fundauit Sion.* Et  
 per ipſum ſaluabuntur populi multi. *Porta ciuitatum* (ait) † *ὁλοῦ-  
 Et hæc inſuper cõminatio intenditur aduerſum Philiftæos.* † *ἀλαλά-  
 zate.* *Clament ciuitates conturbata.* Clamore, inquit, comple-  
 buntur præ tumultu & turbela quæ ex timoris vehementia  
 exorietur incolarum animis ingeſta. Porta quidem euident,  
 propter adductam obſidionem: † ciuitates autem clament, † *μετανο-  
 hoc eſt, ciuitatum incolæ. Non equidem, non inquam fe-  
 riantur aut conqueſcant inhabitantes regionem Philiftæi.*  
 Ab Aquilone enim fumus venit, omnes peræque apprehẽ-  
 det ciuitates pariter & indigenas. Ab Aquilone enim venit  
 fumus. Sententia hæc imbecillitatem exprimit Philiftino-  
 rum,

† ſic, quis?  
 ut in Scri-  
 pturis acci-  
 piatur.  
 Oſe 14.  
 Luc. 12.

Exod. 2.

Iſa. 6.

4 Reg. 16.

\* Aliæ  
 Gentiles,  
 ſiue Ethni-  
 ci.

ἡρα

\* Quos  
 Heb. 70.  
 cũ שׁוֹשַׁן  
 פִּלְיִשְׁתִּים  
 Phil-  
 iſtæos,  
 Græci Al-  
 lophylos  
 nomine cõ-  
 muni pro-  
 prio.

Matth. 5.

Ioan. 10.  
 Ezech. 34.

† μετανο-  
 μια ἢ  
 ὕπνα, ἢ.

rum, quia ne fumi quidem eruptionem ſuſtinent, tantum abſunt vt tolerent ignem incendio deſagrante, & ab Aſſyriis ſuccenſum. Fumus ab Aquilone venit, & non eſt vt ſit. Aſſerit non eſſe in propria ſubſiſtencia. Natura ſiquidem fumi neque ſubſtantialiter in ſe ſubſiſtit, neque corpore villo conſtat. Vapor enim eſt peracri ſapore ſolicitans guttum ſurſum verſus à latione ignis è ſuffumigante materia remiſſus. Si Allophylī ſive Philiſtæi ſolo nidore fumi conturbantur, quid dicturi ſunt in pace reges gentium, inſpecta fortitudine regionis Iſrael? Quid aliud, quàm quòd Dominus fundauit Sion? Quamobrem ad ſalutem prouehentur humiles populi. Ipſe enim fundamenta Sionis inconcuſſa ſtatuit & deſixit. Siquidem ipſe Deus artifex eſt & conditor ſupernæ illius ciuitatis. In ea ſalutem conſequetur quis, non quòd præpollat opulencia facultatum, non quod vegeto ſit & præſtanti corpore, non etiam quia curioſa rerum indagine nonnulli ſe intricant & obuoluunt, ſed humiles populi, ait, propterea quod infirma mundi elegit Deus, vt eorum contemplatione ſupereminens eius potentia nulli non homini innotefceret. Atqui ne omnino ſententiam hanc prætermittamus indiſcuſſam, agedum eius ſpeculationi parumper immoremur, pro virili tentantes, num qua deductio elici poſſit ex interpretatione nominum. Deprehendimus enim nomen id, Philiſtæam tranſlumi in linguam Græcam, pro eo quod eſt, τεινοντες. Vide igitur, num poſſis id nominis deriuare per tropologiam aduerſus temulentos, & victum ſibi parantes lenociniis, in eos inquam qui animam ſuam addicunt totam phialis & poculis, & ad extremum nudiores quàm qui ꝑ tabulatum vel piſtillum proculcant, iuxta paræmiam, inueniuntur, tales inquam nominare debes prolapſos eſſe immodico potu, hoc eſt nimia intemperie ſumendi potus. Hi delabuntur potu: quòd ſit vt non queant conſcendere ad ſublimem illam Dei regiam, Paulo palàm dicente, *Ebrj regnum Dei non hereditabunt.* Multiplices enim ruina & cauſæ differentes ſunt, quibus ſit, vt excidamus à ſublī illa celeftitudine nec pertingamus ad brauium ſupernæ vocationis. Porro in his cauſis vna eſt, nec minima, immodica bibendi cupiditas ac ſtudioſum. Iſtorum igitur tentamentorum portæ ſunt ad edendum vlulatum. Portas inquam, per quas intemperans inſuſus vino meracior ad vitioſa opera prolīctur, per quod conſummatur peccatum, iubet ſcriptura ad vlulatum ſe conuertant, ſic vt ore ingemiſcat qui per eos admīſit peccatum ebrietatis. Ciuitates autem harum portarum, ipſa ſunt animæ domicilia, in quibus collectiones peruerſarum cogitationum multiplexque turba cupiditatum, crapulæ, ebrietates diuerſantur, quæ quidem conturbatæ & oppletæ tumultuaria intemperie per ingeſtã eis

Finitio ſu-  
mi.

Legō &  
interpretor  
πότηματα.

† δειρβ,  
dic̄ ἑπερόβ.

Gal. 5.

A imaginationem, idque intemperantia vini, nullam quidem habent pacem que exuperat omnē ſenſum, ex diuerſo ſemper in turbulento fluctu verſantur ac tumultu violento, ob hoc clamaffe inducuntur. Eiuſmodi fumum inferit Aquilo nunc, de quo dixit Salomon, quia Aquilo durus ventus eſt. Hic alio qui vocatur dexter, hoc eſt rigidus & aſper ventus, ſive ſpiritus. Qui enim refractarius, & præduræ ceruicis fuit in conſpectu omnipotentis, ſuumque obdurauit cor, hic ille eſt qui iſtis Philiſthæis fumum obiecit, planè ciendis lachrymis opportunam occaſionem. Fumum hunc nonnulli vocant dextrum, alij qui corruptum habent mentis iudiciū, deq; rebus opinionis pronuntiant ſecū pugnantes ac permuratas, aſſerentes quod amarum eſt, dulce, & quod dulce eſt amarum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucē. Hi in fraudem & errores pellecti ab eo qui ſe tranſfiguratur in angelum lucis, Aquilonem aſſerunt eſſe dextrum eum qui ſiniſter ſit ac vitædus. Quod enim Aquilo aduerſetur bonæ operationi, dicto illo perſpicuum ſit. *A facie Aquilonis exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ.* Et hæc quidem ſententia reddita eſt in viſione olle ſuccenſe. Tales autem ita cōciderunt, vt ne ſubſiſtant quidem. Natura enim in eis proſus defecit, eoque dictum eſt: *Et non eſt, vt ſit.* Ecquid reſpondebunt reges gentium? Quia Dominus fundauit & per ipſum ſaluabuntur humiles populi. Ex quo fanè nemo ſuper eſt Allophylorum, apud eos vt eſſent, etſi fuerint, ſed tanquam non exiſtentes propter ſuam ipſorum malitiam. Deſiciant enim, ait, peccatores à terra & iniqui, ita vt non ſint ipſi. Hoc eo dictum eſt, non quaſi in nihilum redigantur, ſed quod viſitante Deo ſegregentur. Quid dicent reges eorum, tantam videntes diuerſitatem gentium & Sion? An iſti ad ſuam videlicet conſcientiam recurrent? Nam qui iuxta ritum gentilium ambulat, in ſalo & fluctuationibus verſantur, per ſuam ipſorum malitiam: è diuerſo, qui mentem ab omni ſorde peccati expurgant, hi nomenclaturam obtinent ꝑ Sion, quòd illic ſita ſit ſpecula ſive arx ſpeculatori naturæ totius. Quaſi enim à ſummo montis cuiuſpiam vertice, à ſublimitate nimirum mentis & intelligetia, videtur quidem mundus & qui circa eius moderationem ſeruantur tenor ordinis. Porro eorum contemplatione Deus ipſe agnoſcitur. Negotia inſuper actioneſque vitæ iſtius ſpeculator quis & quanta inſit eis vilipenſio ac tenuitas, apprehendit. Quemadmodum igitur mens tandem vino immerſa, vitio ebrietatis facile in ceteras prolabitur perturbationes: ſic & qui defecata eſt mentis, Deum habet pro ſuo fundamento. Per ipſum enim humiles populi ſalutem aſſequuntur. *Beati ſiquidem pauperes ſpiritu:* contra, *Vx diuitibus,* quia hic recipiunt conſolationem ſuam.

Hierem. 5.

† β'ς  
ſpecula.

Matth. 5.

# B. BASILII MAGNI

## ENARRATIO

### IN XV. CAPVT ESAIÆ.



*V*erbum quod factum est aduersus Moabitidem. Cōgrega in vnum que de Moab ſcribuntur, vt totius prophetiæ (que aduerſus eum intenditur) intelligentiam poſſis conſequi, à libro quidē Geneſeos exortus que de Lot ſunt. Hic ex prouectiore filia genuit Moab Moabitarum progenitorem. E libro Numerorum: *Erecto mox ſerpente aëno, profecti ſunt filij Iſrael. & caſtrametati ſunt in Oboth.* Et egreſſi ex Oboth caſtrametati ſunt in eremo que eſt in conſpectu Moab. Huc faciunt & que de Balac qui filius Sephor rex erat Moabitarū. Hic magnopere cupiens Iſraëlem maledicto obſtrictum diſperdere, cum mandatis miſit ad Balaam filium Beor ad ꝑ Phaturra, harioloſum, vtiq; fornicationis & idololatriæ ſymbolū, cuius malicioſo conſilio, dicente ſcriptura, coinquinatus eſt populus per filias Moab, que & pelllexerunt ad ſacrificia idolorum ſuorum. Obſerua & que de Ruth ſcribuntur ex ſemine prognata Moabitarum, tandē cooprata Iſraëli, que & eouſque generoſitatis prouecta eſt, vt ex eius ſerie generationis non Dauid modo prodierit, ſed & exortus ſit Dominus noſter.

Num. 21.

\* φανερὰ  
ſiquidem  
Hebraicè

פְּתוּרָה  
רָה

E Da inſuper operam vt vbicunq; deprehenderis Moabitidis vocem, per ſcripturã intelligas nonnulla quidē exprimi figuratè per cōminationem, quedam vero polliceri feliciorè rerum ſucceſſum. Dicta enim ſunt omnia ſub figurarū inuolucro, quandoquidem lectiōni veteris teſtamenti eſt ſuperpoſitum velamen. Quòd ſi id moleſtè feramus, verè ad Dominum conuerſis nobis auferetur velamen. *Nocte peribit Moabitis: nocte enim diſperdetur murus Moabitidis.* Quod noctu irrogatur ſupplicium, atrocis eſſe ſolet & amarulentius. Qui enim interdū quauis afflictorum calamitate, lucem ipſam habet qua ſe vt cunq; ſoletur: nox autem res quedam eſt per ſe inamœna ac animo inferens mœrorem. Quod ſi nox ſibi res aduerſas aſciuerit & alias calamitates: multa hinc acceſſio dolorifica anxietatis accreſcet. Mihi nunc ob oculos pone nocturnam & inopinam hoſtium impreſſionem, idque per excuſionem ſe ingerentem, vxorum liberorumque in captiuitatem miſerrimam abductionem, facultatum direptionem, eadem eorum qui ad hoſtium manus peruenerint, mœnium euerſionem, incendium ciuitatis.

tis. Nocte igitur disperibit murus Moabitidis. Destituti enim ambitu mœnium incolæ, necesse est vt vnâ dispareant, qui in ipsis sibi eatenus proponebant securitatem. Ait ergo, *Mœror in vobis ipsi* \* *contrahite. Peribit enim & Dibon, vbi ara vestra. Illo ascenditis ad plorandum.* Mœsti estote in vobis ipsis. Plane beatus quisquis conseruat animâ suam ab omni contagione immunem. Nullam enim sibi ipsi exhibet occasionem anxij mœroris, quod nullo tangatur priuati amoris affectu. Membro patienti compatitur & ipse atque condolens, flet cum flentibus, iuxta Apostolû, qui multos qui antè peccauerant, nec egissent pœnitentiam, \* *Lugebat.* Qui rursum ait, Quia tristitia est mihi magna & cõtinuus dolor cordi meo, pro fratribus meis qui sunt cognati secundû carnem. Quisquis autem talis non est, sed in suis volutatur peccatis, hic fuim et causa mœstus sit, quodd se siuerit ab hoste expugnari ac vinci, aduersus quem eluctadum fuerat. Istius mœror aut tristitia lætitiâ eidem parit, quum inducat eum ad propriæ cõscientiâ vitæ, verbis ad doctrinam compositis. Quemadmodum enim medicamenta quæ vrunt & cruciat, vlcèrum putrilaginem extergunt, simul & auferunt graeulentiam ex vlceroso pute scatentem, corrupta sanat vulnera & corpora reddunt expeditiora, deniq; ad obducendam cicatricem hoc pacto perducunt: haud dissimilem sensum mihi continere videtur illud: Cõristemini aut mœsti estote in vobis ipsis. Idq; dictum ob quandam in specie sapientiam quâ isti ostentant hæreses n p̄sides, qui & noctu dispereunt, quodd omnis qui mala agit, odit lucẽ, & non venit ad lucem. Et quia in nocte versantur, nocte etiam pereunt, quando & noctu interdicit eorum murus, hoc est, \* *Sophisticæ munitiones ac firmamenta, quibus infidentes credebantur prætexere idoneam ac sufficientem ad se propugnandos, tutelam.* \* *Dialectica enim hæreses falsi nominis scientiæ, perinde ac murus tuetur & seruat, qua collabente, necesse est eos eiulatus edere qui per eam sunt in captiuitatē abducti.* Mœsti igitur estote in vobis ipsis. Iure quidem, quandoquidem perierunt. Rursum \* *Dibon digna perditione est, vbi templum vestrum ædificatum est. Attenti autem nos intelligimus Dibon significare sua interpretatione ῥύσις, ἢ αὐτῶν, fluxionem eorum.* \* *Quemadmodum enim sermo veritatis solidè & stabiliter fundatus neutrobi emouetur: ita & qui altius defixit in fide † radicẽ, cõparatur homini fundamentum collocanti supra petram.* *Quin & manna illud fuisse prædicatur, proinde ac glaciâ quædam terræ cõcretio, sermone Dei concreta toburiq; suum per congelationem subindicans. Sic ex contrario pugnantia dogmata simul & eorum patronæ verisimilitudines, fluxa sunt ac decidua non potentia consistere, quando & ipse mendacij pater in veritate non stetit. Itaq; hæc inconsistentia mendacij fluxio nominata est. Qui igitur eiusmodi substructionem ædificant, contristentur: quum sermones de Deo retineant inconsistentes, nihilque habentes solidi. Hoc enim indicat illud altare quod perditioni addictum est vnâ cum Dibon, vbi loci ædificata est ara. Ascendite igitur flentes, non immolantes hostiam, sed pœnitentiam agentes ob ea vota quæ idolis aliquando nuncupastis. Siquidem oratio hæc votiuâ facta est vobis in peccatum. Qui enim creaturæ potius, quàm creatori exhibet lætiam, filium quidem non adorat, at neque patrem per filium. Sed & qui suo pte ingenio conficta dogmata constabilit, & ab externis altaribus desumptam offert hostiam suæ laudationis: opploret talis confectus mœror qui apud Deum sibi conciliet salutem minimè pœnitendam. Nec modo dicta sunt hæc de istis qui hæreticis suis dogmatibus detorserunt omnibus cognobilem de Deo sententiam: sed & quicumque deciduas res ac fluxas laudi ducunt & amplectuntur charius, suam in hisce reponentes fiduciam, surda aure audientes eum qui dicit, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Insuper & qui immodico studio afficiuntur circa gloriam exornandæ carnis, quæ est fœnum, & gloria eius quasi flos sceni. Tale quid est pulchritudo ac decor in carne & sanguine prænitens, cuius vnus gratiâ desipiens mulier sensum tollit, quam scriptura confert inauri in naribus † suis. Omnis in genere qui in fraudem & errores inciunt, accommodari poterit nomen hoc Dibon, tanquam à scopo aberrantibus siue vita, seu sermone. De eiusmodi dicat vnus aliquis nec inscitè, \* *Hic ha-**

\* λυπησθε.

Rom. 12. \* Desit in exemplari verbum.

Βεβαίως ἢ ἄ simili ducta.

\* Vt est vehemens Basilii in sophistas. \* Dialectica propugnatrix hæresum. \* Scilicet hæreticorû, pro Dibon Heb. דיבון Dimon, sanguinolenta. \* Cordis. † Βεβαίως.

† δός, suis. \* Hæreticus omnis altare habet in Dibon.

**A** bet altare in Dibon. Flentes igitur ascendant, qui ob hoc ipsum pridem sibi magnificè placebant. *Super Nabo Moabitidis vlulate. In omni capite caluitium. Omnia brachia dissecta & concisa. In plateis eius circumcingite vos saccis, & plangite super tectâ eius, & in vicis eius omnes vlulate voce flebili, quia clamauit Efebon & Eleale. Vsq; † Iassa audita est vox eius. Propter hoc lumbus Moabitidis clamat. Anima eius cognoscer. Cor Moabitidis clamat in ipsa, vsque Segor. Vitula enim trima est, in † ascensu Luiti. Ad te flentēs ascendet, via Oranaim. Clamat contritio & concussio. Aqua Nemrim deserta erit: sanū enim viride non erit. Num etiam sic seruari debet? Inducam enim super vallem Arabes, & occupabunt eam. Attigit enim vox terminum Moabitidis, Agallim, & vlulatus eius vsque ad puteum Elim, vlulatus eius. Aqua enim Dibon repletur sanguine. Inducam enim super Dibon † Arabas, & tollam semen Moab & Ariel, & quod reliquum fuerit Adama, emittam, quasi reptilia in terram.* Ad assumendam tristitiam quæ secundû Deum est, inuitat & adhortatur eos qui per multiuiarias excogitationes humani intellectus in errores prolapsi sunt, nec se permiserunt † moderationi ac presidio Spiritus sancti, vt in terrâ deiecti eiularent ob pestilentem suos Doctores. Nominem enim † Nabo, tales mihi innuere videtur scriptura. Sunt enim nonnulli, qui cū assidue acquieuerint veteratoris ac subdolis sophismatibus suis: etiâ prauis colloquiis nonnunquam corrumpunt bonos mores. Eos igitur qui peruersis illorum dogmatibus sunt imbuti, opus primum vt pœnitentiam agant, dein vt prorumpant in eiulatum pro ea doctrina cuius gratia magnificè gloriabantur, sibi que placebant. Subindicat enim & hoc: In omni capite caluitium, nimirum vt à se excutiant eiusmodi doctores, seq; spoliem ornatu quem ab illis acceperant, & illorum nimis quam efficacium dogmatum suggestiones sua ipsorum proba conuersione eleuent ac imminuant & veluti defecent sermone sano, vt brachia omnia, hoc est, vt actiue vitæ hortametâ integritate sermonis collidantur ad correptionem seria distinctione inducta cum exacta sensum indagine improborû dogmatum. Nam quando per plateam siue latitudinem viæ abripiantur ab hostibus malignis, prædictos (quorum vita ad libellam examinis discussa est) iubet in mediis plateis resolu in planctum, ob animi oblectationem quæ eos pellexerat ad voluptatem captandam, pœnitentiam agentes, & plangentes quidem media in platea, sedulo autem inquirentes viam angustam & arctam, vt præcincti saccis legitimam peragant pœnitentiam, habitumque assumant lugubrem, vt his in omnium prospectu exhibitis, lumbos adigant ad edendam vocem suæ pœnitentiæ in his in quibus seducti sunt locis, relictis prioris errati vestigiis. Et in omni † domate iussi sunt, & in omnibus vicis vlulate cum fletu. Excelsa enim siue tectâ ædium nominavit, sublimia quædam doctores se esse promittentes, sed inanes disciplinas: vicos autem Moabitidis, dicit conceptionum suarum partitiones. Siue igitur quis in sublimitate constiterit eorum quæ se erigunt aduersus scientiam Dei, siue in Dialectica quadam partitione verborum & propositionum quæ in speciem videantur cum delectu ac iudicio singula distinguere, pœnitens pro vnoquoque eorum quæ occurrunt menti, eiulatum edat, vt hanc expleat scripturam: In plateis & in tectis & in omnibus vicis, præcipiente Scriptura vt in clamorem erumpamus. Sanè hæc fieri oportet, quando & Efebon clamauit. † *Efebon quidem interpretatur, ratiocinatio siue intellectus: Eleale autem, Dei ascensus: Iassa verò expletum mandatum.* Clamauit igitur Efebon. Hoc est, Propalâm contestatus est, quia Moabitarum doctrinæ nequaquam sunt enarrationes diuinorum mysteriorum, sed qualescumque hominum ratiocinationes. Et Eleale. Hæc etiam mō operibus ipsis clamauit, quia Deum affecerunt contumelia, & qui se totos addixerant istiusmodi disciplinis, extulerunt animos. Hunc enim sensum indicat Dei ascensus, nimirum elatio animi ententis ad superiora euadere ac videri volentis. Et Iassa. Etiam si in speciem videatur expletum esse mandatum. At certè non iuxta veritatem effectum est mandatum. Simulatio tantum est quædam diligentia circa vitæ institutum exhibitæ ad probabilem quandam persuasionem & commendationem improborum documentorum quæ malitiosâ voluntate suggererunt. Ad hoc innuendum in superioribus dictum est, omnia brachia concisa & dissecta, vt si quis improbatæ doctrinæ magister animas

† יצא יאסא, rixa cuius in Ruben.

† ἀναβάσει: forsâ ἀναβασει;

in requie. † ἀραβας Complus. editio habet προδίκας addita.

† Προ ὀφελια, lego ὀφελια.

† כבד loquela, prophetia, sessio.

† δώμα, reatum, fastigium domus, & pro domo.

† ἄζβον, fastinatio, nos intelligentis, siue cogitationes.

animas

animas affectatorum pelliciens in fraudem erroreſq; com-  
 mentitiis opinionibus impellat, idem verò conſpiciatur a-  
 nimum intendere exactiori propoſito inſtituendæ vitæ: ij  
 quos ſemel pœnituit ſe mancipaſſe tali magiſtro, reſecent  
 quidem ſua ipſorum brachia, hoc eſt, ſpeciem illam externę  
 conuerſationis operatorum nihili eſſe ducant. Planè iſti  
 velut comam ſibi detondent & ſeipſos à reliquo ſuo ſegre-  
 gant corpore, propterea quòd ſe gerant vice capitis, nimi-  
 rum præſules corporis Eccleſiarum. Et hac igitur ætate Iaſa  
 clamavit. Illecebra enim quædam eſt ad probabilem veri-  
 tatis perſuaſionem iſtiusmodi oſtentatrix vitæ exacta inſti-  
 tutio ac diſciplina. Sanè cauſa eiulandi cum opploratu, hæc  
 eſt, quia nimirum clamavit Eſebon, & Eleale vtiq; Iaſa. Pro-  
 pter hoc lumbus Moabitidis clamat. In pleriq; ſcripturæ  
 locis lumbus ſumitur pro genitalibus membris. Nam in  
 lumbis patris ſui adhuc erat, nimirum Leui, Abrahæ: quo tem-  
 pore occurrit ei Melchiſedeck. Et: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Hiſce  
 enim verbis intelligimus innui, quia apparatus ſubſeruien-  
 tes generationi ſupprimendæ ſunt. Luctus igitur imminēs  
 Moabitidi, author eidem fit vitæ continentioris. Clamant  
 vociferando Eſebon, Eleale & Iaſa. Ait enim: *Anima eius  
 cognoſcet.* Hiſce verbis inſinuat Scriptura, per pœnitentiam  
 quàm feliciter ſucceſſerit, hiſ qui prædicta admiferunt. Et  
 cor Moabitidis clamat in ipſa uſque Segor. Eſt autem Segor, quòd  
 loci Lot è Sodomis egreſſus peruenire potuit. Volebant eni-  
 nim angeli, in montem vt conſcenderet. Dicebant ei, *Sal-  
 uam fac tuam ipſius animam. Cave, retro aſpicias: neque ſtes in omni  
 circumiacente regione. In monte ſaluum te fac, ne forte ſimul com-  
 prehendaris.* Dixit autem, *Quæſo Domine, ne apprehendant me hæc  
 mala & moriar.* Ecce ciuitas hæc ſinitima, vt conſugiam ego illuc.  
 Numquid parua eſt, & ¶ viuet anima mea? Propter hoc vocatum  
 eſt nomen vr̄bis, Segor: hoc eſt, parua. Clamat igitur cor  
 Moabitidis uſque Segor, quæ nunc uſq; in Paleſtinæ finibus  
 iacet. Equidem ſcriptura elucidans auſteritatem & acrimo-  
 niam pœnitentiæ ſimul & graue lamentum quod ei accidit  
 inſiſta plaga ob ea quæ iniquè geſſerant, nobis ob oculos  
 ponit diſtinctionem, vt clamor Moab quadantenus à multis  
 poſſet exaudiri. Inuitat autem pœnitentia, vt quædam cum  
 clamore pronuntiet quæ priùs egiſſe in ſe recognoſcit,  
 ſuumq; ipſius cor prouocet ad contritionem. Dein adornet  
 ſe, vt aliis exemplum relinquat dignum quod vulgò prædi-  
 cetur, moduſq; publicetur pœnitentiæ. *Vitula enim contemnās  
 eſt.* Hoc eſt, Quod ad ætatem attinet, adulta eſt & perfecta.  
 Trima enim vitula generare iam poteſt, ac ſubmittere colla  
 iugo. Vt igitur oſtenderet peculiariter competere iis qui a-  
 lios poſſunt ad morum conuerſionem exhortari, primùm  
 vt ad maturitatem adoleuerint iuxta hominis ætatem, deinde  
 iudem vt habeant ſermonis gratiam qua conuerſos ſubii-  
 ciant iugo veritatis, dixit vitulam trimam. Ab eo enim, qui  
 necdum per ætatem adeptus eſt humanæ perfectionis gra-  
 dum, neq; ſenſum habet ſuis numeris conſtantem & abſo-  
 lutum, ſed imperfectus eſt prauitate ſenſus: neq; ab eo exi-  
 untur pœnitentiæ opera, quapropter & in Geneſi, requi-  
 rente Abraham ſignum à Deo, & dicente: *Dominator Domi-  
 ne, qua ex te id ſciam, quòd hereditate ſim poſſeſſurus terram?* reſpon-  
 dit Deus, *Accipe mihi vitulam triennem & arietem trimum.* In an-  
 nis tribus vtiq; præſcripſit abſolutam animalium perfeccio-  
 nem, ætatem ad generandum idoneam eligens. Turturem  
 & columbam. Hiſce animalculis vtique nullum præcudit  
 tempus, quòd penè ab exortu vtiq; conſeſtim generationi  
 idonea ſint. In aſcenſu autem Luith ſtentes aſcendent. Bonus &  
 commendabilis ſletus initium eſt iucunditatis, aſcenſuſque  
 & ad ſuperna promotionis. Hæc triſtitia propter Deum aſ-  
 ſumitur. Quare & Apoſtolus exhilaraſcit, quòd illi contri-  
 ſtati ſunt, videns ſuos vnuius ſermones adduxiſſe eos ad con-  
 ſcientiam malè commiſſorum, & induxiſſe ad triſtitiã quę  
 ſecundum Deum eſt, nempe ad minimè pœnitendam  
 pœnitentiam, ad ſalutem ſcilicet. Qui enim ſletus edunt  
 pro iniquè à ſe comiſſis ſimul & peruerſis cogitationibus,  
 vterius quidem non deſcendent, neq; ingredientur inſima  
 terræ: quin aſcendent potius uſi triſtitia quę ſecundum Deum  
 eſt, quaſi manu ductione quadã quę eos ad ſuperna promo-  
 ueat. Proinde vociferantur contritio & concuſſio. Scriptu-  
 ra enim ſimul atq; reuicet & acriter perſtrinxit improbè mē-  
 tis elationem, eã ipſam contritione collidit, ac veluti quan-

A dam maris turbulentam vertiginem inſerit diſceptationib.  
 cogitationum malè coherentium, in hoc, vt ipſe quidem ab  
 radice reuellantur, quarum loco cogitationes ſubintrodu-  
 cuntur incorruptę & incolumes. Quare & ſcriptum eſt: *Cor  
 contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.* Qui enim confirma-  
 ta conſuetudine peccant & necdum eam à ſe excutiant, vtiq;  
 ſlebunt, neque interim conſcendant ad ſuperiora. Sed enim  
 vitioſa hæc habitudo peccandi vt primū contritione collifa  
 eſt & anima veluti iam patiente concuſſionem & obſtreperum  
 tumultum ob improbatę doctrinę dogmata, tū clamor  
 eius exaudibilis fit, eorum ſubſidio quæ audiuntur. *Aqua  
 ¶ nimirum deſerta erit.* Aqua nimirum, opinionis falſo cõceptę  
 prius quidem copioſe & affatim fluens in eorū perniciem  
 qui eam excipiunt, exinanietur (ait) & erit deſerta. Quod ſi  
 liceat atentè perſpicere vim iſtius nominis, vtiq; aſſumpta  
 hinc fuerit nonnulla occaſio ad hoc referendi efficaciẽ vim  
 nominis quod propius cõgruit intelligentiæ ſenſus prophē-  
 tici & quę nominibus ſignificantur, accommodandi rebus  
 ipſis, niſi quod aqua hæc contraria eſt aquæ refectionis &  
 quietis, qua quidem Dominus quos paſcit, educat ac fouet.  
 Et hæc eſt aqua quam dat abundè Dominus in ſe credentib.  
 Huius potione qui dignus deprehēditur, obtinet in ſe fon-  
 tem aquę ſalientis in vitam æternam. Porro aqua hæc vitia-  
 ta nec adeo vlliſus reſpectu digna, vt aliud nihil quã ſenū alat,  
 quod quidem ipſum & in nihilum ibit. Hoc eſt, Animę quę  
 temporariam hanc & quàm ocyſſimè exoleſcentem mundi  
 gloria ambire & cõplecti edocetæ ſunt, hiſce floribus leui  
 momento nudabuntur & marceſcent, quod ſermo Dei de-  
 fierit eas quaſi aſpergine ſua madefacere, vt ne ſic ſaluæ fie-  
 rant. Docet ſcriptura Moabitidẽ eſſe ad ſalutem peruentu-  
 ram viis quibuſdam ac vite inſtitutis, & quia velut poſtlimi-  
 nio reſtituenda eſſet ſaluti caſtigationibus vix vlli tolerandis.  
 Hunc ſenſum indicat, Peribit Moabitis, & nocte peribit. Et  
 quęcunq; dicta ſunt alia, eodem referuntur, nimirum eo ſūt  
 hæc, vt ipſa ſaluã fiat. Inducam enim ſuper \* vallem Arabas.  
 Priores quidem ſuo ploratu ſalutem conſequuntur: qui cõ-  
 tra cor ſuum obdurant ad pœnitentiã, plaga illis inſiſta per  
 Arabes, diſperibunt. Si quidem \* Arabes ſerotini dicuntur,  
 ſiue veſperini, aut fortè loco præſenti ſic appellantur virtu-  
 tes quædam familiariter aſſuetę tenebris, quarū miniſterio  
 plagę ad eruditionem & caſtigationem iis immittuntur qui  
 cor diſtinent pertinacius impœnitens. Attigit enim clamor  
 terminum Moabitidis. Agallim vlulatus eius uſque ad con-  
 finium Moabitidis nominatum eſt *Agallim.* \* Interpretatur  
 nihilominus κερριμέη, qui dixit cauſam, vel κερριμένον,  
 reſ iudicata. Communionem habet ſignificati cum animali  
 imperatorio ac principali. Nam quando limes eſſe poteſt,  
 nempe principium & terminus Moabitidis, nunc à princi-  
 pio nomen accepit. Et vlulatus eius uſque ad puteum ¶ *Elim.*  
 Rurſus aquæ nomine inſinuat doctrinam, quam cõmemo-  
 rat eſſe languine redundantem, quòd fit vt præceptores ma-  
 lignitate perciti ſuos reddant diſcipulos morti obnoxios,  
 ita vt opportunè videatur uſus ſententia hac prophētica de  
 ſermonibus pernicioſis & qui animas ducunt ad perditionem.  
 Aqua autem Dibon implebitur languine. Inducam  
 enim ſuper Dibon Arabas ſiue additamenta, & collã ſemen  
 Moab, non vt ad meliora tranſmigret, ſed vt inter eos per-  
 daret qui non ingrediuntur Eccleſiã Domini, Semen Moab.  
 Non enim ingredientur Eccleſiam Domini Moabitæ uſq;  
 ad decimam generationem & uſque in ſeculum. Intermina-  
 tur ſcriptura hæc eos exterminatum iri. Id ſemen nominat  
 Ariel. Ariel autem ſua interpretatione ſonat Hebræis, Leo  
 Dei. Profecto languinarios & truculentos homicidas aſſer-  
 tit Dominus ex diabolo prognatos, in hiſ verbis quæ ad-  
 uerſus Iudæos diſerte concionatus eſt, perſpicuẽ intuitus  
 eorum aduerſum ſe deſtinatam ſententiam ad homicidium.  
 Ait enim: *Vos ex patre diabolo eſtis: & opera patris veſtri facitis.* Ille  
 homicida erat ab initio. Porro reſugæ ac deſertores Eccle-  
 ſiæ ſemen ſunt Moab: ſemen verò Ariel, qui mutua coitio-  
 nem conſpirant in cædem fratrum, eorumq; animabus mor-  
 tem inferunt pernicioſis ſermonibus. Hiſ ſubnectit: ¶ *Et  
 reliquum Adama,* id quod virginalẽ terram designat, qua  
 formatum eſt corpus Adæ. \* *Emitam quaſi reptilia ſuper ter-  
 ram.* Hoc eſt, quod reliquum fuerit hominum qui terrena  
 ſapiunt, quòd ſuamet malitia reptilia genuerint & animalia

Lumbus,  
 quid in ſa-  
 eris liſteris.  
 Heb. 7.  
 Luc. 12.

Gen. 19.

† 3<sup>o</sup> Cerey.

Gen. 15.

\* Peſtoris  
 ſcilicet cõ-  
 tuſio.

† נמרים  
 Oppidum  
 ſuper mare  
 mortuum.

\* Nimrim.

\* Ald.  
 δὲ βῶν.

\* ערבי

\* Complut.  
 edit. guttę,  
 ſtilla.  
 Hieron.  
 vituli.

† ארלים  
 arietes.

¶ כִּבְנוֹ

Ioan. 8.  
 † τὸ κα-  
 τὰ λῶν  
 habet Com-  
 plut. editio.  
 \* Mirũ di-  
 ſi qua di-  
 uerſa ha-  
 beat editio  
 LXX. ab  
 Hebræica  
 veritate.

venenum eiaculantia ac lætifera. Reptilia quidem quòd re-  
pendo humi à se excusserint sublimioris naturæ conditio-  
nem, in qua initio suæ fornicationis vixerant. Venenata  
autem quòd lætata ac præsentaneum virus his (quibus cum  
versantur) inferant. Hos scriptura teste, emisit Deus. Inter

igitur priores Moabitas, de quibus meliora dicta sunt, si  
quis relinquitur & expressam similitudinem serpentis imi-  
tatur, dictum est, quia terrâ comedes omnibus diebus tuis,  
hic eliminatur ceu reptilia, terram autè comedit. Nam qui  
seminat in carne, de carne metit & corruptionem.

## B. BASILII MAGNI

### ENARRATIO

### IN XVI. CAPVT ESAIÆ.



**P**etram agnum dominatorem super terram. Num  
petra deserta est mons filia Sion? Eris enim sicut avis  
auolantis pullus ablatum, filia Moab. Deinde Arnon  
plura consule, facite operimentum planctus ipsi sem-  
per. In meridianis tenebris erunt, protectio vobis à  
facie persequentis, quia ablatum est auxilium tuum, & princeps  
perijt conculcans, à terra: & dirigitur cum misericordia solium, &  
sedebit super illum cum veritate in tabernaculo Dauid, iudicans &  
requrens iudicium, & accelerans iustitiam. Hic etiam sermo,

Num petra deserta est mons filia Sion, intenditur aduersus  
Moab. Reuincit enim argumentis & coarguit eius contemp-  
tum quo despiciatui habet montem Sion. Nam Petra exi-  
stimat ac suspicatur montem Sion esse desertum ac si nihil  
iam obrineat luculentæ amplitudinis aut memoratu dignū,  
ac ne possit quidem ex agricolatione eius in posterum acci-  
pi prouentus annuus quo sui incolæ alantur, neq; sui pabu-  
latores aut qui ipsam terram colunt. Tale quid interpreta-  
batur & coniectabat Petra de monte Sion, eoq; ipsum  
aspernata fastu turgebat & arrogantia, seque præter omnem  
modum in sublimi attollebat cum cachinno ac superbia.

Assimilaberis pullo à volucris ipsum fonte, postquam è  
nido timore percussa auolauit, suum alumnum relinquens  
desertum pabulo. Proinde pullus se illinc fuga proripies  
discedit, sitque cuius volenti captu perquam facilis. Certè  
quidem Aquila aut alia quavis in censu magnarum volu-  
crum quæ consuevit longiore tractu à terra remigio alarum  
se sustollere, procul omni noxa se submouet ab his qui co-  
nantur detrimentum adferre. Tu autem eris quasi pullus a-  
liena opis indigus ad suppeditandâ tibi alimoniam, quip-  
pe qui nuper quidè obliquo capite emerfisti ex ouo, neq;  
corpus habes conuestitum profundis alis, sed contrâ vtrinq;  
adhuc egres tegumento, in hoc vt tẽpore nocturno refocil-  
leris & calescas, nec interdum exarescas intemperie caloris.  
Matre igitur sibi consulente fuga ac sublata è nido, tu qui-  
dem nequaquam præuale te ipsum tueri, es & ad fugam im-  
potens. Erit autem qui te è nido deturbet, & matrem quæ  
te protegebat, persequatur. Sanè manifestarium est, quia a-  
nimæ maligni & instabilis spiritus alumna vbi primùm per  
bona opera generose confecta & inuocato Christi nomine  
non nihil gratiæ consequuta fuerint, felici hac orbitate or-  
bata, redantur expeditiores ad sumendam Christi alimo-  
niam, qua ad perfectionem prouehantur. Eris filia Moab.  
Deprehensa argumentis quæ te vndique cingit, infirmitate,  
quod reliquum fuerit, quid eris filia Moab? Nempè quod  
es, hoc elucefceret omnibus. Siquidem tuæ ipsius ignobili-  
tatis oblita es (quia ex patre prognatus) quum accessisses ad  
furtiuas nuptias, idque noctu & ex matre quæ & vinum ob-  
tulit ad suffurandum ex \* patre suo semen. Dein tu Arnon  
consilia multò plura inito, quandoquidem, ô Arnon, prio-  
ra illa consilia nullum tibi attulere compendium, neque  
tam multa quæ de dogmatibus, tu versatus circa omnem

igitur omnium maximè quum per multam elationem de se  
conceptæ existimationis de sua sapientia ægrotent, iidem  
putant se suam traducere vitam in lumine, luomet intelle-  
ctu, quum re vera toti mente caligent & obscurentur alien-  
nati à Deo. Sermonè hunc texit Propheta aduersus eos qui  
falsò opinantur se versari in luce cognitionis & scientiæ.

Dein admonet. Facite operimentum luctus ipsi semper. Nadab &  
Abiu deusti sunt, oblato ad altare igne alieno. Et qui veram  
lucem non receperunt, sed eum susceperunt qui se transfigu-  
rat in angelum lucis, siquidem percipiant se in imaginaria opi-  
nazione scientiæ versatos, necesse est vt seipfos luceant & la-  
mententur (à veritate enim deerrantes in fraudem incide-  
runt) necesse est, vt seipfos luceant. Eam ob rem scriptura  
transulit admonitionem ad eos qui ipsorum obibant curam,  
eosq; obseruabant, & ait. Facite tegmen luctus ipsi semper.  
Qui enim pro his quæ iniquè gesserunt siue per flagitiosam  
vitam siue certa scientia, morerent & contristantur, ita vt ad  
beatum luctum pertingant, tales faciunt tegmen luctus. Vi-  
di ego quosdam qui immo dico mœrore ac tristitia oppressi  
seipfos in domuncula includerent, omnemq; aditum obtura-  
rent, ne qua lux transfunderet, quodammodo de seipfis  
per eam vitæ tenebricosæ disciplinam, vltionem expeterent  
ob ea quæ malè gessissent. Ne qua igitur elatio sapientiæ  
nomine concepta (vti assolet) mentem eorum in fraudem  
& errorem pelliceret, quum in rei veritate ipsa sit tenebræ,

eriamsi eorum sapientia imaginaria lux quædam esse videat-  
ur, ne inquam ipsorum sensibus imponat & obturbet, ait:  
Facite operimentum luctus ipsi. Nimirum vt te elimines & ex-  
cludas omnè alterius cuiusvis opinionis fraudulentam de-  
ceptionem. Locū cedere vero lumini, vt splendorem suum  
infundat cordibus in eum credentium. Prius igitur quàm  
veniat dies Domini, in qua plangent omnes tribus terræ,  
iuxta id quod in Zacharia dictum est, quia magnus erit plan-  
ctus in Hierusalem, sicut planctus malorum granatorum. \* Et plan-  
get terra per tribus, tribus domus Dauid seorsum, & mu-  
lieres eorum seorsum. Omnes reliquiæ, tribus seorsum &  
mulieres eorū seorsum. Vos qui populum edocetis & pec-  
catores in quocunque viuendi instituto à rectitudine aber-  
rarint, conuertitis: facite operimentum luctus ipsi, vt ve-  
stro sermone qui prius tormento malitiæ consistebantur,  
inducti ad beatum luctū, per meridianas tenebras arripiant  
fugam vitentq; pericula perditionis. Videtur constitutio si-  
ue status meridiani lucem quandam in se complexi splen-  
didiorum † simul & manifestiorum. Quando igitur veri-  
tas per creaturam mundi deprehendi ac intelligi potest ab  
his qui sermonibus de creatura proditis prudenter & scitè  
incumbunt, qui etsi in mundo viuunt, vnde quaque tamen  
illustrantur claritate diuinæ sapientiæ. Ex diuerso qui ægre-  
scunt ac languent ignoratione Dei, hi sunt qui versantur  
inter meridianas tenebras, quòd videlicet res ipsæ quamuis  
meridiana luce perfruantur, animabus alioqui ignoratium  
infusæ sunt tenebræ. Qui tandem eiusmodi sunt, per meri-  
dianas tenebras arripiunt fugam ac stupore percelluntur  
per præconceptam imaginationem, qua fit vt ad insaniam  
deducti phantasmatum apprehensione nihilo differant à se  
excogitatis dogmatibus. Is equidem stupor & emotio men-  
tis suam accipit interpretationem per meridianas tenebras.  
Nam quando hi à rectitudine abducti per meridianas vitiosam  
perturbatione ratiocinationem, eo deducuntur vt ne So-  
lem ipsum quidem luculentum esse putent ac splendore  
conspicuum, non item circum aëra vllam versari lucem.  
Atqui talis demetatio perspicua insania est. Res ipsæ quum  
dilucidæ

Cor. II.

Zach. 12.  
\* Pro πόσων  
Hebr. ha-  
becur

הדרר  
מין

Hadrim-  
mon.

† ἀφ' ὧν  
τερεν.

Petra de-  
ferti, me-  
tr. polis  
Moab. in  
fontibus A-  
rabia.

\* Loth sci-  
licet.

\* Est & stu-  
nium è mō-  
bus Arabia  
erumpens.  
\* Ita Hiero.  
& Eusob.

dilucidæ aded sunt, vt & eius qui nos condidit, deprædicent potentiam, eam ipsam in idola & signata conferre, eumq; sibi Deum constituere qui nihil minus est quam Deus, plerumque etiamnum finire se à veritate abduci per hæreticorum dogmata ac veluti deserta luce in tenebris degere velle extremæ dementia est. In medium productus sermo adhortatur nos, vt ne suamus nos abduci vlla diuersarum opinionum quamlibet verisimili persuasione. Manifestaria enim infania est eos sequi velle quos constat emotæ esse mentis. Scito tales excidisse sanitate mentis. A rectitudine viæ deflexerunt quæ recta ad Deum prouehit. Istiusmodi præuici ducibus caue vtaris, nequâ fiat vt in abrupta thesqua & inferni voraginem præcipitèrè. *Cæcus enim si cæco ducatur præstet, ambo in foueam cadent. Habitabunt iuxta te fugiui Moab.* Post hæc autem à Christo & clementissimo amatore hominum Deo filia Sion dicitur de Moabitibus conuersis & cohabitaturis ipsi, qui quidem quondam refugæ fuerant ac desertores Dei, ad suum ipsorum Dominum velut postliminio reuertentur. Ait ergo, *Habitabunt iuxta te profugi Moab,* & protegentur † à vobis nullo afficiendi incommo à facie persecutentis. Qui enim in obeundis præliis erant olim commilitones & auxiliarij, hi persecutores fuerunt, eo quod conuertentur ad Deum verum. Quando igitur facti sunt velut pullus ablati volucris è nido auolante, ablati quidem est ab improbe administrata præfectura & à iugo facinorosi principis emancipatus qui omnes per superciliosam superbiam ac tyrannidem proculcans, dispèribit. Inducit prophetia quæ hoc è medio sublato, euentura essent bona. Ait enim, *Solum enim & regnum Dauid dirigetur.* Quando igitur sub regno Christi omnes fuerint constituti, iuxta illam sententiam, Quia oportet eum regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis. *ὁ ὄντων*, id est, solium dixit directum iri, hoc est, ea quæ sub eius imperio erunt, instauranda siue moderatam directionem sortitura, quod quidem fiet \* non ob eorum meritum qui suberunt eius imperio, sed per misericordiam ac benignitatem Dei. Itaque ait, Sedebit Dauid, hoc est, manu ac potentia idoneus erit & dexter Christus cum veritate, & regnabit in tabernaculo, donec faciat iudicans de omnibus iudicium. Cathedra autem cum veritate omnimodam indicat abrogationem mendacij. Regnabit verò, donec faciat de omnibus iudicium. Et hoc eius iudicium repræsentat fore iustum, secundum quod non vt ferè fit aut perfunctoriè de vnoquoque proferet sententiam, sed exactè requiret quid pro decoro iustitiæ conueniat & conquadret æquitati, vt ad commendabilem exitum in vnumquemque pronuntiet sui iudicij sententiam. Idque festinato accelerans & ipsam extimulans iustitiam. Non remisit, non lento gradu, sed omni cum festinatione ipsam exequens iustitiam. *Audiuimus iniuriam Moab, † contumeliosus valde est. Eius superbiam sustulit, & iniuria eius, & iracundia perdurans, non sic diuinatio tua, non sic. Vlulabit Moab, in Moabitide enim omnes vlulabunt. In habitantibus autem † Seth meditaberis & non confunderis. Campi Efebon lugebunt.* Hæc arbitror non quasi appendices priorum lectionum, ab altero pendere principio. Scriptura enim subinde respirare sinens audito rem promissione humaniorum euentuum, simulq; vt contempletur Dei benignitatem, & per eam animaduertat exitum qui nobis affuturus est, repetit comminationes & atrocitatem suppliciorum, vt ipsi ad meliorem vitæ frugem cõuertantur. Talibus enim documentis opus est nos magna ex parte admoneri, vt ne diuitias bonitatis & lôganimitatis

Matt. 15.

† παρ' ἑωυτῶν.

\* Non enim sunt condigna passiones ad futuram gloriam. Rom. 8. 18.

† ὁ βραβειδης.

† Pro Ede, Complur. Cæd.

\* Dei. Rom. 1.

\* Regium David. Pal. 144. † ὁ πρῶτος. † Dei. \* Siue ὁ sumaciã.

A gens, colque per contumeliam & impotentem superbiam velut calcibus protituit. Hic enim est qui Ecclesiæ filius notam infamiam inussit, & ipsos seu vilia mancipia, & à captiuis nihilo differentes reddidit per ignorantiam. Hic qui singulos quosque affectit opprobriis. Hic qui instigat denique & persuadet antistes hærese, vt in excelsis iniqua loquatur: qui quidem si quando eo se demiserint, vt assentiantur propositæ quæstioni, ille docet quidem non excuti oportere ac librari rationem sermonis, immo vero eum qui præualet coarguere absurditatem dogmatum ipsius, debere potius inaccessi contumeliis. Teste igitur Scriptura, Dominus adhibens medelam, sustulit eius superbiam. Flagitiosa enim affectio superbia: ceu morbus aboleri debuit. Quare ait: *Sed & iniuria siue contumelia eius, & indignatio ipsius.* Hæc turbulenta affectiones astruit peculiariter competere ipsi Moab, qui iniquarum possessionum est Dominus, contumelia quidem excogitata in proximum per ignominiam: indignationis verò, iræ scilicet permanentis & in longum productæ. Deinde infert. *Non sic diuinatio tua, non sic.* Consilium ipsius Moab iam olim excogitatum approbat, & conuitiando obicit quod diuinatio siue aruspicia Balaam nihil detrimenti inferre potuerit populo Israëlitico, quandoquidem Dominus ipsius os à præconcepta cordis cogitatione detorsit in benedictionem. Balac enim filius Sefhor, Moabitarum rex, per interncionis curauit ad se euocandum Balaam diuini loquum, in cuius manibus erant vaticinia, & dixit. Mihi quæso maledic populo huic & execrare. Et quidem ea vaticinia non sic euenerunt, vel ipso Balaam respondente, Vt quid maledicam, cui non maledicit Dominus? Ecquid execrabor eum, quem non execratur Deus? At interim hic propheticò præuentus spiritu prædicat vlulatum Moabiti diuenturum. Ait enim, *Vlulat Moab. In Moabitide enim vlulant omnes.* Quando igitur vlulatus vox est acerbi doloris index à mulieribus emissi vt plurimum, quæ grauissimo quopiam dolore oppressæ sint, planè euilatus talis declarat inflicte plagæ atrocitatem atque doloris magnitudinem, & eorum qui miserrimè sunt affecti, infirmitatem, dum dicit quia vlulat Moab. *In habitantibus † Seth meditaberis.* Vocem hanc Sedek, siue Seth, aut vt in Hebræo *שֵׁת* per se obscuram, reliqui interpretes dilucidoerim reddunt. Ita enim ait Symmachus. His qui lætantur in muro fictili siue testaceo, loquimini. Sunt nonnulli qui ob peritiam Dialectices maximo opere sibi placent & insolescunt, suisq; tuendis dogmatibus obtendunt petium ab ea auxiliari, perinde ac murum inexpugnabilem. Nimirum tales mirè exhilarantur, quod vndique se cingi videant muro testaceo & fictili. Et vt planum fieret, quid innueret murus fictilis, adiecit illud, loquimini. Quid enim testa aut vase fictili est capti facilius. Porro dialectici ob viles nec dignas quarum ratio ineat, conflictatiunculis, mirè gloriantur sibi quæ applaudunt. Planè isti acquiescunt & exhilarantur in muro testaceo vociferantes. Hunc sensum innuit, In habitantibus Seth meditaberis. Sanè quàm bona est meditatio nocte ac die meditari in lege Domini: quæ vero Moabitatum meditatio est, vtique improba & maligna, quia erit habitantibus Seth meditatio. Qui igitur assidua meditatione incumbunt conflictatiunculis ignominia dignis, nequam attingent centrum suis punctum. Ob hoc dictum est, *Et non confunderis. Campi † Efebon lugebunt.* Pœna enim vltix istius confusionis & irreuerentiæ est infecùditas camporum Efebon. Est autem Efebon ciuitatis Moabiticæ nomen habentis prolixè patentem & effusam campestem planiciem in circumadiacentibus sibi suburbiis, quæ ob flagitiosam incolarum exercitationum sterilis est, nec vllam exhibet accolis suis vtilitatem. Quod si ex intelligitã verbi huius operæpretium sit arripere occasionem nonnullam, \* Efebon interpretatur *ὁ διαλογισμὸς* disputatio, disceptatio. Vtique numerosa multitudo inanium disputationum (quæ camporum nomine designantur) lugebunt, quod nihil quouis modo ex eiusmodi impiis dogmatibus prouenerit emolumentum. *Vinea \* Sabama. Absorbentes gentes. Conculcantes vites eius, vsque Iazer non contingatis, deerrate per desertum. Misi ab ea delicti sint. Transferunt enim mare. Propter hoc plorabo † in fletu † Iazer, vineam Sabama. Arbores tuas deciecit Efebon & Eleale, quia super messem tuam, & super vindemiam tuam conculcabo, & omnia*

Vlulatus quid.

† Pro Ede, Complur. Cæd. in Hebræo habetur *שֵׁת* resta, Iazer cõlũs.

† Pro παρ' ἑωυτῶν, lege *πῆδία*. Efebon vltis in Moab. \* Eliciendũ sensus spiritus. *הַשֵּׁבִי* Festinatio intelligitã. \* *שִׁבְמָה* Conuersio, canities, captiuitas. † Pro *עֵס*, lege *עֵס*. † *יָזַר* adiutor, vltis Amor rharum in concì-Moabitide.

E V S T A T H I V S  
S Y N C L E T I C Æ G E R M A N Æ  
D I A C O N I S S Æ

S A L V T E M I N C H R I S T O .

**R**ELIGIOSVS, simulque studiosus animus tuæ germanitatis, dum plenitudinem cælestium nosse desiderat Scripturarum, cunctas bibliothecas Ecclesiasticas, & earum qui fuerint conditores, crebris lectionibus inuestigans, peruenit tandem ad Hexæmeron sancti ac venerabilis Episcopi BASILII, Græco sermone conscriptum: quod dum monumentis inserere lingue Latialis affectat, mihi hanc curam censuit esse mandandam. Sed ego considerans, quia hoc amore potius quam iudicio præcepisti: festinabam quidem simplicibus iussis obsequi, tua commonitus charitate: sed permittere non audebam, propriam contemplatus infantiam. Itaque gemina cogitatione distractus quid agerem nesciebam: verebar enim si negare maluissem, mentem pie de me præsumenti offendere. Si parere, susceptum officium nauare non posse. Quæ cum ita essent, statui operam meam fideliter exhibere, quam sermonem pertinaciter excusare: confidens quia si displicuero, dabis veniam quæ iussisti. Non enim meo vitio, sed tuo iudicio, quod euenerit imputabis: mihi satis est peregrisse mandata.

A N T I Q V O R V M

D E

E V S T A T H I O N O V E M S E R M O N V M S . B A S I L I I  
I N P R I N C I P I V M G E N E S E O S  
I N T E R P R E T E  
T E S T I M O N I A .

*Cassiodorus lib. de Institutione diuinarum Scripturarum.*

**G**ENESEOS principia sanctus BASILIUS Attico sermone lucidauit, quem Eustathius, vir disertissimus, ita translulit in Latinum, vt ingenium doctissimi viri facundiæ suæ viribus æquiparasse videatur: qui vsque ad hominis conditionem nouem libros tetendit.

*Iunilius Episcopus Africanus, seu potius BEDA, (nam Iunilius Afer Eustathio antiquior est)  
in Præfatione Commentarij in Genesin.*

DE principio libri GENESIS, in quo mundi huius creatio descripta est, multi multa dixerunt, & multa posteris ingenij sui monumenta reliquere. Sed præcipue, quantum nostra pusillanimitas edificere potuit, BASILIUS Cæsariensis, quem Eustathius interpres de Græco fecit esse Latinum.

*Siebertus lib. de illust. Scriptoribus Ecclesiast. cap. XXI.*

EUSTATHIUS translulit de Græco in Latinum Hexæmeron BASILII Cæsariensis.

Syncreticæ sororis Diaconissæ, ad quam Eustathius scribit, meminit Sedulius  
in Præfatione operis Paschalis his verbis.

**Q**uis non optet & ambiat eximio Syncretices sacra virginis & ministræ Christi placere iudicio, quæ superbi sanguinis nobilitatem sic humilitate prouexit ad gloriam, vt in cælestis patriæ Senatu fieri mereatur athleta? Vere dignum in quo Dominus habitat, templum ieiunij castitatis, orationibus refertum, puritate mundissimum: Scripturas etiam Ecclesiasticas dogmatis ita striens epotauit, vt nisi sexus licentia desuisset, potuisset docere quam membris feminei corporis animus sit virilis. De quotidiana vero misericordiæ dispensatione reticeo, quam sic exercet, vt sileat, sic largitur, vt lateat. Indicat tamen pauper eius habitus vbi census proficiat diues. Et vt magnitudo tanta prudentiæ, gemina resplendens lampade, plus luceret, habet & germanam, nomine meritoq; Perpetuam, annis impari, factis æqualem, æuo teneram, probitate grandævam: quæ dum nominis sui dignitate pascit, sic viuut vt nequeat amittere quod vocatur Illustri maritales potentia, illustrior religione diuina, proximam virginitati continet palmam in coniugij sedere permanens pudica. Cetera, præter conspicuos, vt pote nuptiæ conuenientes, ornatus, quæ de sorore diximus, in huius quoque moribus inuenimus.

E V S T A -



## HEXAEMERON S. BASILII

CAPPADOCIÆ EPISCOPI,

LATINA METAPHRASIS.



**I**n principio fecit Deus caelum & terram. Conueniens exordium, de mundi compositione narratur, assumpsit decorationem gestorum operum, sui faciens sermonis initium. Caeli enim terraeque factura referenda est non sponte formata, vt quidam opinati sunt, sed ex Deo causas propriae natae substantiae. Qualis igitur auditus dignus sit magnitudine relatorum, vel quemadmodum instructus esse debeat animus, ad rerum eiusmodi perceptionem: nimirum qui intus carnalibus est immunis, & arumnis maxime secularibus obfuscatus, quin etiam laboriosus, & solers, & omnia circumspiciens, vt merita Dei notionem possit attrahere. Sed antequam de verborum subtilitate disceptemus, & perferretur quanta sit harum vocum significatio, cogitemus quis est qui nos affatur. Nam licet altitudinem cordis historici non valeamus attingere, propter imbecillitatem nostri videlicet intellectus: artamē prerogatiua loquentis inspecta, vltro ad consentiendum his quae dicta sunt adducemur. Moyses itaque est editor huius scripturae, Moyses ille qui perhibetur venustus apud Dominum fuisse, cum adhuc maternis vberibus inhiaret, quem adoptauit filia Pharaonis, & regio cultu liberaliter educauit, philosophis Aegyptiorum eruditioni eius magistris adhibitis, qui fastum tyrannidis exhorruit, & ad humilitatem suorum ciuium se conuertit, contentus afflictari potius cum populo Dei, quam fructum peccati capere temporale. Qui amorē iustitiae de ipsa natura sortitus est, quippe qui priusquam plebis acciperet principatum, propter odium nequitiae naturale, vsque ad necem videtur improbos persecutus. Qui ab his effugatus est, quibus ipse fuerat opitulatus: qui libentissime tumultibus Aegypti derelictis, ad Aethiopiam profectus est, ibique ceterorum vacuum negotiorum, per annos quadraginta rerum contemplationi dans operam, octogesimumque aetatis agens annum, vidit Deum, vt erat homini videre possibile, imo vt nemini potius licuit alij, secundum testimoniū ipsius Domini, quia si fuerit propheta quis vestrum Domino, proprie per visum ei cognoscat, & per somnium loquar: sed non ita famulus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelis est. Orad os colloquar ei, in specie: & non per figuram. Hic itaque qui in potiendis praesentibus Dei conspectibus, angelis fuerat coequalis: quae auscultauit à Deo disserit nobis. Audiamus igitur veritatem verborum, non in persuasione humanae sapientiae, sed in probatissimis spiritalis doctrinae sermonibus, quorum finis non audientium laus est, sed discipulorum salus. *In principio fecit Deus caelum, & terram.* Retardat igitur sermonem meum mentis admiratio: cogitans quid primum dicam, vel vnde capiam narrationis exordium, arguamne vanitatem secularium, aut nostrorum potius praediceim veritatem: Plurima super rerum natura Graecorum philosophi disputarunt: sed nullus apud eos sermo fixus habetur, & stabilis, priore semper à sequente deiecto. Nihilque nobis operae precium est, quae illorum sunt infirmare: cum ad destructionem propriae sibi met ipsi sufficiant. Qui enim Deum nescire potuerunt, sapientiam rebus praesse mortalium nullatenus concesserunt, sed familiari ignorantia sublapsi variis omnia definitionibus concluderunt. Propterea multi eorum, ad confusam, informemque se materiam redegerunt: elementis mundi, causas omnium rerum deputantes. Alij atomos, & individua corpora, & tumores, & meatus continere naturam visibilibus tradiderunt: modo concurrētibus

**A** sibi leuibus illis, rotundisq; corpusculis, modo recedētibus à se, atque discretis, ortus, obitusque perficere, & in perferuationibus corporibus complexionem atomorum locatam, validius causas aeternitatis exprimere. Verè telam araneam texunt, qui ista describunt: & qui tam vacua, inaniaque principia, caelo, terrae, mariq; conscribunt. Neque enim sciebant dicere, *In principio fecit Deus caelum & terram:* propterea sine moderamine, & gubernatione, fortuitoq; casu, agi & ferri omnia, insitae sibi impietatis decepti errore, dixerunt. Quod ne nos quoque pateremur, primis statim suae narrationis elogijs mundi fabricationis expositor, Dei commemoratione sensus nostros illuminans, dixit. *In principio fecit Deus.* Quam bonus ordo! Principium primum posuit: vt non ingenitum quidam mundum arbitrarentur. Deinde subdidit, quia fecit: vt ostenderet quia creaturae opus, pars exigua virtutis est conditoris. Nam sicut figuris vasis deformatis, nec artem potest amittere, nec virtutem: sic opifex rerum Deus, non vni facturae sufficientem potentiam possidens, sed infinitate potius excedens, solo momento propriae voluntatis, magnitudinem eorum quae cernuntur extruxit. Quod si & principium mundum haberet, & factus est, quere quis illi dedit principium, & quis eius fabricator est. Quod ne humana forsitan cogitatione discutiens, à veritatis tramite deuiaret: praue nitens instruens nos doctrinis, & animis nostris, tanquam signaculum cuiusdam custodiae figens, venerabile mox Dei nomen inseruit dicens. *In principio fecit Deus.* Igitur beata natura, & opulenta bonitas, dilectissimaque cunctis rationem habentibus, ac nimium carissima pulchritudo, princeps omnium quae sunt, fons vitae, intellectibile nomen, inaccessibleis sapientia, ipse fecit in principio caelum, & terram. Non ergo in facta esse vel improvida, quae videntur opineris ò homo; nec quia circum te discurrunt ea quae mouentur in caelo, nec quod ipsius circuli initium, nostro sensui comprehensibile non habetur, idcirco sine principio esse vertibulum corporum natura credenda est. Neque enim orbis iste, id est, planum hoc rotundumq; schema, quod sub vno puncto continetur, quia nostrum difflugit intellectum, nec vnde caeperit, aut quo reciderit possumus inuenire: ob hoc etiam non esse compositum debemus asserere, aut quia sensus omnino nostros elabatur, ideo reuera minus aliunde caepisse putabitur. Sic & tu non quia in semetipsa feruntur ea quae voluēda circumspicis, & quod planities eorum nullis medijs interpolatur obstaculis, ob hoc sine principio vel fine mundum haberi decipiaris. Transit enim schema eius, & caelum terraq; praeteribit: praedictio autem cunctorum de consummatione saeculi mandatorum, & de reformatione mundi, secundum notationem magisterij spiritalis, ex his quae in praesentia breuiter tradita sunt declaratur. *In principio fecit Deus caelum & terram.* Omnia quae ex tempore caeperunt, necesse est tempore terminari. Si est initium temporale, de fine non dubitemus. Geometrica, & Arithmetica disciplina, commenticiae scripturae, & fabulosa Astrologia, id est, occupatissima vanitas. Ad qualem igitur terminum concludenda est, cum ij qui circa memoratarum rerum indaginem vacauerunt, coeternum creatori omnium Deo, visibilem hunc mundum esse pronunciant, ad illius gloriam referentes circumscriptum hunc orbem, corpusq; habentem compositum, quae est incomprehensibilis, inuisibilisq; natura? Qui ne hoc quidem perspicere potuerunt: quia cui singula membra solutioni corruptelaeq; subiecta sunt, eius etiam vniuersum corpus iisdem casibus interire necesse est. Sed vsque adeo cogitationibus euauerunt, & excacatum est irrationabile cor eorum, di-

centesque se sapientes, stulti proflus effecti sunt, ut etiam quidam eorum sempiternum esse cum Deo polum, & sine principio ac sine haberi, rerumque per partes institutarum actorem, dispensatoremque; esse audeant affirmare. Quibus, ubi, vel quando sapientia secularis, formidinem futuræ condemnationis initiat, qui sic acute res vanissimas intuentes, ad concupiscendâ veritatis prudentiam, sponte cæcati sunt. Alij stellarum intervalla dinumerant, earumque arcuos semper lucentes describunt, & quantâ illarum quæ sub axe moventur australi, à certis quidem suscipiuntur hominibus, nobis autem habentur ignota. Vel borealem latitudinem, nec non signiferum circulum, mille spatij diuidentes, astorumque discursus, & præclusiones, & omnium motus principales, subtiliter obseruantes, & post quantum temporis, vnaquæque planetarum, propriâ circuitionem solet explere: vnam omnium rationem reperire minime potuerunt, ut dicerent Deum mundi totius esse factoré, iustoque iudicio dignam remunerationem, cuique pro suis facinoribus tributurum. Qui nec futuræ examinationis intuitu, congruam cogitationem de rerum omnium sine ceperunt: considerantes, quia mundum quoque reformari necesse, si ad aliud vitæ schema, animorum status transferendus est. Sicut enim præsens vita, cognatam habet mundi huius naturam: ita & futura animorum conuersatio, familiarem speciei suæ sumptura est habitum. Sed tantum absunt credere, quod hæc vera sint: ut passim de nobis rideant, cum mundi huius consummationem, & reformationem sæculi prædicamus. Sane quoniam naturaliter omnium rerum sunt prima principia: idcirco super his quæ ex tempore cæperunt, scriptor differens, hanc vocem præmisit dicens: *In principio fecit*. Erat enim quædam, ut video, ante hunc mundum intellectui quidem nostro contemplabilis, sed inaudita relicta est: propterea quod ab his qui imbuebantur propter sensus paruitatem, facile comprehendi non poterat. Erat antiquissimæ creaturæ ordinatio, illis quæ extra mundum sunt, apta virtutibus, orta sine tempore, sempiterna sibi que propria: in qua conditor omnium Deus, opera certa constituit, id est, lumen intellectibile, conueniens beatitudini amantium Dominum. Rationabiles, inuisibilesque dico naturas, & omnium intellectibilem decorationem, quæ capacitate nostræ mentis excedunt, quorum nec vocabula reperire possibile est. Hæc substantiam inuisibilis mundi repleuisse sciendum est, sicut docet nos Paulus dicens. Quia in ipso creata sunt omnia, siue visibilia, siue inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, seu virtutes, seu angelorum militia, seu archangelorum conuentus. Cum vero necesse erat superduci rebus hunc mundum, qui est præcipue castigatio, & doctrina humanorum animorum, deinde cunctis quæ oriuntur & occidunt, oportuum domicilium: tunc etiam decursio temporis, simul cum ipso mundo, & animantibus quæ in eo sunt, congenerata dignoscitur: eaque semper vrgetur, & effluit, finemque nequam percipit commeandi. Aut non eiusmodi tempus esse dicimus, cuius pars quæ emensa est non videtur, quæ autem ventura est necdum adfuit, quæ vero præsto est, antequam sensui nostro notescat, elaburitur. Talis etiam natura gignentium est, aut crescens videlicet, aut decrescens: cuius stabilitas & fundatio nihil habet certi. Par fuit ergo, animantium, arborumque corpora, tamquam vi cuiusdam torrentis ad necessitatem insitam relegata, & illi motui subiecta, qui ad ortus obitusque perducit, & ex natura temporis continetur cognatam proprietatem rebus mutabilibus possidente. Hinc consequenter relator exorsus est, manifeste de mundi constructione nos edocens, in principio fecisse Deum. Principium autem est quod ad tempus pertinet, non quod ad antiquitatem perspicit: quæ est omnibus rebus anterior. Ergo non secundum eam dixit in principio fecit Deus, sed post illa inuisibilia, & intellectibilia initium generationis eorum quæ cernuntur, sensuque comprehenduntur, enarrat. Dicitur quidem principium, & prima motio: sicut principium recti itineris est iusta facere. Ex iustis enim operibus, incitatur ad beate viuendum, dicitur etiam principium eius rei, quæ fit ex aliqua subsistente materia, sicut in domibus fundamentum, in nauibus carina, & secundum quod dictum est, initium sapientiæ timor Domini.

A Et enim tamquam munimentum, & fulcimentum quoddam ad fidei firmitatem, præfertur semper cum timore religio. Sed & instructibilium operum, prima pars principium nuncupatur: sicut sapientia Beselehel erga tabernaculi decus. Actuum quoque fit plerumque principium bonus exitus inceptorum: sicut in largitate misericordiæ, sequitur prosperitas Dei, & in operatione virtutum, finis ille habetur, qui in promissionibus est locatus. Totiens igitur nominato principio, confidenda si non præsens vox omnibus significatis accommodata est. Etenim ex eo tempore, quo mundi cæpit institui, possibile tibi est dicere, si de præsentibus ad præterita repedando, principalem diem mundanæ creationis inquiras: unde tempori motus primus accesserit. Deinde quia velut sedes, & repagula quædam, cælum, terraque fundata sunt; & quia est artifex verbum, quod decorationem omnium quæ videntur effecit, sicut vox relati monstrat initij: & quia non sine ratione, vel frustra formatus est mundus. Quippe qui vtilem necessariumque rebus esset exitum præbiturus, si reuera animorum rationabilium, sicut diximus, magisterium, & diuinæ notiois eruditionem, per visibilia hæc, & sensibilia, tribuit menti nostræ regens nos, ut ita dixerim, manu, quo facilius inuisibilia contemplerur, sicut dicit Apostolus; quia inuisibilia eius, à mundi compositione per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Fortassis autem propter celeritatem creaturæ, quæ sine illo momento temporis est constructa, dictum est, *In principio fecit*: quoniam indiuidua quædam res est, & indistincta, principium. Sicut enim initium vitæ necdum via est, & initium domus, necdum domus est: sic & temporis initium, necdum plenum tempus est; sed nec exigua pars temporis. Quod si repugnans forte quispiam, principium dixerit esse tempus: sciat hoc esse diuisurum in multiplices portiones, id est, in primam, mediam, & extremam. Principium autem principij quærere ridiculum penitus & ineptum est. Et qui diuidit principium, duas necessario faciet pro vna partes, vel potius plures: cum illud quod diuisum fuerit, in duas sine dubio scinditur portiones. Ergo ut doceremur simul cum Dei voluntate mundum sine tempore substituisse: dixit, *In principio fecit*. Quam rem certi interpretes planius exponentes: dixerunt summam, Fecit Deus, id est, breui subitoque. Igitur super principio pauca de multis hæcenus disseruisse sufficiat. Sanè quoniam artium omnium, aliæ factrices, aliæ negotiales appellantur, aliæ contemplatiuæ: & contemplatiuam quidem finis est sola mentis intentio; negotialium autem motus ipse corporis: qui cum deserit nihil reliqui est, nec ultra viuentibus demonstratur. Nam saltationis & cantuum, nullus exitus est: sed in semetipsam operatio tota consumitur. In artibus vero factricibus, etiam si labor actusque cessauerit, manifestum tamen est opus earum, sicut fabrilis, & architecturæ, & his similium, quarum licet artifex præsto non fuerit, ratio tamen artis ipsius apparet, possumusque de opere conspecto peritiâ cuiusque artificis admirari. Ergo ut certum fieret, quia mundus arte perfectus est, qui cunctorum visibus habetur expositus, quatenus per eum fabricatoris sui sapientia nosceretur: non alia voce Moyses vsus est, sed dixit: *In principio fecit Deus*. Non construxit aut composuit: sed fecit. Quamuis nonnulli eorum, qui vana opinione præuenti sunt, sempiternum mundum cum Deo esse dicentes, nullo modo ab ipso factum concesserunt, sed tanquam obumbrationem quandam virtutis esse Diuinæ. Fertur enim eum sponte compositum, & quamuis Deum eius haberi fateantur auctorem; ita tamen fatentur, ut sine voluntate ipsius processisse confirmant, sicut ex corpore vmbra, vel ex luce fulgorem. Volens itaque huiusmodi errorem Propheta corrigere: hac verborum subtilitate potius vsus est dicens: *In principio fecit Deus*, id est, non causam præstitit ut esset solum; sed fecit ut bonus, vtilem: ut sapiens, oprimum; ut potens, maximum. Cum enim dicit, quia fecit: quemdam sine dubio declarat artificem, qui singulorum compositione membrorum, per omnia conuenientem sibimet, & congruum formauit mundum. *In principio fecit Deus cælum, & terram*. Ex duobus igitur summatis elementis, omnium substantiam designat exstructuram: cælo quidem priuilegia

uilegia digniora contribuens, terram vero secundo in creaturæ loco constituens, & si quid aliud est medium, cum principalibus istis vna perfectum est. Ita quamuis nihil de aëre, vel igne, vel aqua dictum sit: tamen prudentia propria necesse est intelligere. Primo quidem, quia omnia in omnibus sunt permixta. Siquidem aquam, & aërem, & ignem terræ coherere certissimum est: nam & ex ferro & ex lapidibus ignis per frictionem solet excuti: quæ utique de tellure nascuntur. Et est mirum quomodo dum in memoratis abstrusa est flamma corporibus habetur innoxia, cum vero fuerit extrinsecus elicta, deuorat eam materiam, in qua fuerat custodita. Aquarum quoque naturam, venis subesse terrarum, fossores indicant pteorum: quibus etiam aërem esse permixtum ex eo cognoscere possumus, quod cum fuerit humectata tellus, & temperiem solis acceperit, mox vapores exhalat largissimos. Deinde si naturaliter sedem superiorem cælum sortitum est, terra vero habetur inferior; ob hoc quia quæ leuiores sunt feruntur ad cælum, quæ autem grauiora sunt deuehuntur ad terram. Contraria autem sibi sunt inferna & superna. Quid dicendum est, nisi quia ille, qui res disunctissimas, præcepti societate coniunxit, etiam ea quæ mediis vtriusque elementi locus amplectitur, suo dispensauit arbitrio? Non ergo quæras de singulis rationem, sed illa quoque quæ silentio scriptura præterit, ex his quæ relata sunt debebis aduertere. *In principio fecit Deus cælum & terram.* Igitur terrena substantia, & inquisitio singulorum, quæ nostris sensibus exposita sunt, tam longum nobis faciunt narrationis affatum, vt multo plures sermones in huiusmodi examinatione differendi sint, quam in cæteris omnibus, quæ explicari possibile est. De qua re nulla penitus commoditas ædificandæ conferretur Ecclésiæ, sed super cæli quidem natura contenti sumus his quæ retulit Isaias, qui verbis vsus simplicibus sufficientem nobis de eo perhibuit intellectum dicens: *Qui firmavit cælum super firmamentum, id est, qui minime fortem crassamque naturam, in cæli compositione substituit.* De schemate etiam eius, satis ab eo dictum est, cum glorificatione Dei. *Quis stabiliiuit cælum, vt cameram?* Eadem etiam de terra sentiri suademus: minime videlicet discutientes, qualis sit eius substantia, nec conficere nos cogitationibus perscrutantes quid ei subiaceat, nec scrutari naturam qualitatibus vacuam, & informem, sed tantum scire nos conuenit, quia omnia quæ erga terram videmus, ad hoc solum vt essent ordinata sunt, quibus rebus substantia completeretur. Itaque ad nullum peruenies terminum; si singulas eius qualitates persequi sermone tentaueris. Si enim discreueris eius nigrorem, frigiditatem, magnitudinem, densitatem, & eas qualitates, quæ sapore gustus, comprehensibiles habentur, nihil erit penitus quod telluri subiaceat. Hęc igitur omittentes: nec illud hortamur inquiri, super quid sit terra firmata. Torquebitur enim mens ad nullum certum exitum perueniente discursionis indagine. Siue enim aërem dixeris eius subesse fundamini: profecto deficiet cogitando, quemadmodum liquida & diffusa natura, tanto pondere depressa substat ac non potius labitur: vndique terræ diffugiens densitatem, ac semper eminentior cum premente consistens. Quod si aquam posueris terrenæ stabilitati esse subditam: nihilominus percunctari necesse est, quomodo moles tam grauis & spissa, minime sub aqua demergitur, sed ab infirmiore natura, superiectio tanti ponderis sustentatur. Siquidem ipsius etiam aquæ fundamenta quærenda sunt, & iterum deficiendum est cum inuenire volueris, quo fulcimine resistente fundus vltimus continetur. Sin autem aliud quoddam validius esse corpus induxeris, quod terram prohibeat ad ima descendere: cogitare debebis illud quoque ipsum simile fundatum repagulo, quod non suat inferius decidere quæ portantur. Huic quoque ipsi, si quid confingentes potuerimus opponere, denuo aliud subesse munimen: necessario discursura est mens, & ita in infinitum cogitatione ducemur, semper his quæ inueniuntur firmamentis, alia noua quærentes. Et quanto longius sermone progredimur, tanto magis virtutem sustentatricem terræ superducere compellemur: quæ simul omnia, quæ superiecta sunt valeat sustentare. Propterea disquisitioni metas debebis imponere: ne quandoque curiositati tuæ, nimis

A incomprehensibilia pertractanti, verbum Iob videatur obfistere, & interrogaris super quid circuli eius infixi sunt. Sed & si vniquam in psalmo audieris, ego confirmaui columnas eius: compositioriam profecto virtutem eius, columnas intellige. Quod autem dictum est, *Ipsæ super maria fundauit eam*: quid aliud scilicet significat, quam quia vndique orbem terræ, aquarum natura circumfusa complectitur? Quomodo ergo cum sit aqua fluida, semperque ad decliuora contendere soleat, pendula est, & in neutram diffunditur partem? Illud quoque non reputas, quia non minorem, sed etiam maiorem difficultatem nobis ipsa tellus importat, cum tanto sui pondere librata teneatur in aëre. Sed necesse est siue super se ipsam locatam esse concesseris, siue super aquas eam ferri dixerimus: nusquam nos à pietatis cogitatione discedere conueniet, sed contineri virtute creatoris omnia fateamur. Hęc itaque nos oportet, & nobis ipsis suadere, & sciscitantibus vbi sit ampla, & insustentabilis terræ grauitudo firmata responderi: dicentes, quia terræ fines in manu sunt Dei. Hoc nihilominus, vel nobis ad credendum commodius, vel auctantibus vtilius poterit inueniri: licet quidam de physicis philosophis talia quadam dispositione commententur. Terram immobilem permanere ferunt, quod in mundo sita sit, & paribus vndique collecta spatiis, ad summitatem vsque non habere, quo magis valeat inclinari, & ob hoc semper in semetipsa consistit, impossibileque esse, vt eam patiat æqualitas circumdata, vllum inuenire momentum, in alium flectendi se locum. Mediam autem regionem, non fortuito vel sponte: nec aliqua forte quæsitam tenere tellurem: sed naturaliter necessarieque situi eius esse decretam. Cælesti enim corpore, vltiorem in superioribus nato sedem; quæcunque, inquirunt, arbitramur pondera de locis summioribus ad ima descendere: in medium congregantur locum, & in eas stationes, totum deduci necesse est corpus in quas singulæ partes coierint. Quod si lapides & ligna, cunctaque terrena, semper ad inferiora pelluntur: ibi erit sine dubio propria conuenientique terræ positio. Si verò aliquid de leuioribus ex media regione mouebitur, id ad supra ferri certissimum est: quoniam familiare est rebus grauissimis, ima semper appetere. Ima autem dicimus, medium totius mundi locum. Non ergo mireris, si nusquam tellus inclinatur, vt potest mediam omnium sortita sedem, in qua eam necesse est semper stare, nullatenusque contra naturam, de proprijs finibus submoueri. Horum igitur, si quid tibi probabile videatur: ad sapientiam creatoris, qui hæc ita disposuit, oportet te huiusmodi transferre miracula. Neque enim minuetur rerum dignitas maximarum; si quæ sit eorum ratio, detegamus; aut si secus euenerit, simplicitatem fidei potiorum, cæteris fieri suadeo documentis. De cælo quoque si eadem dixeris non peccabis, licet philosophorum multiloquax disputatio, plurima super cæli natura disseruit. Quorum alij compositum ex quatuor asserunt elementis, ipsumque esse inuisibilem, partemque habere telluris, propter insitam sibi duritiam, habere etiam ignis societatem, ex quo quasi perspicuum putatur esse, nihilominus etiam reliquarum portionum permixtiones amplectitur. Nonnulli autem huiusmodi opinionem contempta, quintam quandam naturam, in cæli compositione proprio commenti arbitrio, subiunxerunt: quibus videtur corpus æternum, non aër esse, non terra, non aqua, non ignis nec aliud penitus quod simplex esse credatur, ob hoc videlicet, quod simplicibus familiare est, motum semper habere directum, quorum leuiores sursum semper intendunt, grauiora vero deorsum labuntur. Sed nec superior, aut inferior pars, telluris, vestibuli motu, idem omnino vel directum erga circuli rotunditatem continet interuallum. Quorum autem naturales motus mutari solent: eorum etiam qualitates ipsas mutabiles esse necesse est, licet nec de illis principalibus corporibus, quæ vocantur elementa, possibile nobis est credere, cælum fuisse compositum: quoniam ea quæ ex diuersa materia construuntur, minime sibi conueniunt, nec possunt sine vi aliqua motum tenere concordem, vt potest singulis partibus, alium, atque aliud impetum habentibus ex natura; nimio-

ra, nimioque labore quæ composita sunt, in motu continentur assiduo. Neque enim potest vna, atque eadem ratio, rebus interesse dissimilibus, ac pugnantibus consonare: cum ea quæ leuiores sunt amica, grauioribus contraria iudicentur. Nam cum ad superna, & caelestia properamus, pondere terreno deprimimur. Cum autem ad ima demergimur: vim facimus igni, contra naturam suam eum pertrahentes inferius. Elementorum autem distractio, in partes ducta diuersas ruinæ causas, & solutionis importat. Quod enim violenter natura recusante tentatur, celeriter dissipatur: utpote singulis partibus per quas moles constructa subsistit, ad suum principium redeuntibus. Propter harum igitur opinionum necessitates, acta priorum philosophorum, hi qui postea succedere rescissis proprias assertiones subijcere festinarunt: quintam quandam naturam corporis vt diximus, in cæli syderumque substantiam subesse firmantes. Alius autem quidam de acrioribus, hæc quidem quæ narrauimus cuncta destruxit: proprium vero dogma visus est commendare. De quibus si referre singula maluerimus: similem illis patiemur errorem. Sed eos à semetipsis vicissim deiici relinquamus, & omni illorum contentione postposita, sequamur Moysen dicentem, *In principio fecit Deus calum, & terram*, conditoremque optimum rerum sapientissime formatarum glorificemus, & ex visibilium pulchritudine, illum qui nimis optimus est contemplemur. Et ex magnitudine corporum circumscriptorum metiamur illum infinitum, & maximum, omnemque cogitationem cordis humani suæ virtutis amplitudine transgredientem. Nam licet creaturæ naturam, minime comprehendamus, tamen id ipsum quod tenuiter nostro subijcitur intellectui, tantum habet admirationis, vt etiam velocissima mens, inferior videatur his rebus quæ in hoc mundo habentur exiguæ. Debitamque super omnibus laudem conditori referamus impensius: cui gloria, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

## LIBER SECVNDVS.

**M**odicis mane decursis sermonibus, vsque adeo abditam altitudinem intellectus inuenimus: vt liberet omnino de sequentibus desperare: Si enim sanctorum talis introitus est, & vestibulum templi sic decorum & splendidum, vt elegantia suæ pulchritudinis, oculos nostræ mentis irradiet, qualia censenda sunt sancta sanctorum? Quis ergo sit ausus impossibilia contrectare, aut quis intrabit in ineffabilia, quorum & visus est inaccessibleis, & ratio intellectus ineffabilis? Tamen quoniam apud iustum iudicem, & pro solo studio meliorum, non contemptibilis merces est deputata: minimè nos pigeat explorare. Nam quamuis multum dignitate huiusmodi abesse credamur, tamen si voluntatem scripturæ sequamur, suffragante sancto Spiritu, nec nos improbabilis iudicabimur, & nutu gratiæ caelestis, ædificationem aliquam conferemus Ecclesiæ. *Terra autem, inquit, erat inuisibilis & incomposita.* Quomodo igitur vtriusque elementis id est cælo, & terra, pari honore constructis cælum quidem perfectum fuerat: tellus vero adhuc incomposita est? Aut quid omnino causæ fuit, quo minus perficeretur, & visibilis non esset? Igitur terræ plena compositio, est propria fecunditas, id est, vniuersarum germinatio plantarum, & arborum fructiferarum copia, nec non colores, odoresque florei, & alia quæ paulo post diuino insu progenita decorauerunt tellurem. Quorum quia nondum aliquid exiterat, merito eam sermo scripturæ incompositam nominauit. Hæc autem etiam de cælo imperfecto rite dicemus, cum nec ipsum proprium sumpsisset ornatum, quippe quod minime solis adhuc & lunæ fuerat fulgore lustratum, nec choris syderum coronatum. Ita non videberis à veritate deflectere: si etiam cælum incompositum dixeris. Terram autem inuisibilem, ob duas causas, aut quia necdum spectator eius processerat, homo, aut quia sub aquis, quæ tunc ei supererant, latens, nullo modo cernebatur. Nondum enim aquæ congregatæ fuerant in proprijs conceptaculis, quas in vnum postea collectas Dominus maria nuncupauit. Inuisibile itaque est, vel quod ocu-

**A**lis non potest carnalibus comprehendere, sicut mens nostra, vel illud quod natura quidem cerni potest, sed propter obductum sibi velamentum corporis alicuius absconditur, sicut ferrum quod in profundo iacet. Hac itaque ratione nunc inuisibilem terram dictam esse putandum est, utpote quod aquarum superficie tegebatur. Deinde quia necdum luce constituta, mirum non est, si haberetur inuisibilis: Cum aer ipse splendore carens esset obscurus. Sed obtractores veritatis, sensu proprio scripturas minimè consequentes, ad suumque arbitrium interpretationem trahentes earum: materiam rerum dicunt per huiusmodi verba monstrari, quæ quasi natura inuisibilis, & incomposita, atque informis erat, & omni specie, schemateque priuata, quam assumptam artifex pro sua sapientia conformauit; atque ita per eam omnia quæ videntur effecit. Quam si dixerimus ingenitam, sine dubio coarctari Deo cum in promerendis æstimatur honoribus: & iisdem quibus ille priuilegijs digna censebitur. Quo quid sit nefandius, ac sceleratius, quam vt res confusa, penitusque deformis, pari dignitate prædita iudicetur, quæ sapiens & potens nimiumque bonus, & omnium conditor Deus? Deinde si tanta est vt omnem diuinam possit capere disciplinam, nihilo minus eius substantiam Dei videbuntur potentia coarctare, si tamen valet tellus cunctam per se Dei sapientiam metiri. Sin autem minor est materia diuinæ potentia: & sic in atrocioribus blasphemiam eorum sermo ducetur; quippe qui propter inopiam materiæ, inefficacem & otiosum in suis operibus Deum conantur asserere, quos quidem humanæ naturæ talia sentire decepit indigentia. Sane quomodo apud nos ars vnaquæque erga aliquam adhibita materiam exercetur, sicut fabrilis circa ferrum; carpentaria circa lignum, & in his aliud est quod subiaceret, aliud species, aliud quod formatur ex specie: nam materia est, quæ extrinsecus affumitur, species quæ ex arte producitur, perfectio autem est, quæ ex utroque componitur, id est, de specie atque materia, sic opinantur & de diuina operatione, schema quidem mundo de sapientia conditoris ablatum, materiam vero extrinsecus creatori fuisse subiectam: atque ita vniuersum mundum esse constructum, qui substantiam quidem possidet aliunde quæsitam, schema vero & figuram, ex Dei virtute perceptam. Hinc illis data occasione grandi, causis Deum præesse mundanis, & tanquam stirpis alicuius rerum genituræ portionem exiguum contulisse: minimè valentes, propter intellectus inopiam ad culmen respicere veritatis. Nec considerant quia hic quidem ars, post materiam noceatur adhibita: vitæ gratia dispensanda. Nam lana quidem fuit anterior, textendi autem vsus postea repertus est: vt id quod per naturam minus fuerat suppleretur ex arte: lignum quoque prius fuit, quod ars dolatoria postmodum percipiens, in vsusque necessarios formans, commoditate nobis non paruam contulit. Nam & remum nautis, & agricultoribus ventilabrum, & bellatoribus hastam dedit. Deus autem priusquam fierent quæ videntur, omnia mente complexus, volensque in natiuitate producere quæ non erant, considerauit qualis mundus esse deberet, eiusque speciei congruam materiam congenerauit. Et cælo quidem deputauit decentem sibi naturam, terrarum vero schemati familiariter debitamque substantiam commodauit. Igne vero & aquam, & aërem distinxit vt voluit: & in ordinem deduxit, quem singulorum ratio flagitabat. Totum autem mundum cum esset sui dissimilis, & ex diuersitate compositus, inuisibilibus cuiusdam concordia vinculis artatum in vnam societatem compaginationemque deuinxit: vt etiam illa quæ multum à se positione distabant, permixtione mutua copulata credantur. Cessent ergo fabulosi figmentis, at miserabili suarum cogitationum sensui virtutem mente incomprehensibilem, & humanis sermonibus ineffabilem contrectare. *Fecit Deus calum, & terram*, non singula ex dimidia parte, sed integrum cælum, & integram terram; id est, ipsam substantiam, cum specie comprehensam. Non enim schematum repertor est Deus: sed totius naturæ creator. Nam respondeant nobis quomodo sibi conuenienter operatrix Dei virtus, & passibilis natura materiæ, quarum vna, quod subiectum est, solummodo sine figura præstitit; altera schematum

tum peritiam possidens, ordinavit oblata, ut utriusque quod deerat præberetur ex altero. Conditori quidem, ut haberet in quo posset artis ostentare conscientiam: materiae vero ut in infirmitate deposita, vultum fumeret speciosum. Sed super his hætenus; ad illa vero quæ proposuimus reuertamur. *Terra autem erat inuisibilis & incomposita.* Cum diceret, *In principio fecit Deus calum & terram,* plura reticuit, id est, ignem, aquam, aërem, quæ utique passiones quædam de illis principalibus procreatae sunt, quæ omnia, utpote mundi consummatoria simul sine dubio processerunt. Sed historicus hæc consulo præterijt, ut nostrum cor acueret ad industriam ex paucis occasionibus capiendam, quæ facit nos cogitantes inuestigare quæ desunt. Ergo cum minime de aqua dictum fuerat, quia fecit eam, dixit autem quod terra inuisibilis habebatur, ut tecum reputare debebis, quo regimine terra velata non apparebat, quam nec ignis abscondere poterat, qui utique lucidus, potius quam tenebrosus est, nec aër operire, cuius certe natura perspicua est: quippe qui omnium rerum species, liquido visentibus manifestat. Reliquum est igitur ut intelligamus aquam fuisse summitati telluris obductam: nondum enim in sua conceptacula humoris natura deflexerat. Ob hoc ergo non solum inuisibilis terra, sed etiam incomposita nominatur. Licet etiam nunc aquarum abundantia, impedimento est terræ, quominus fructuum copia ministraretur. Hæc ergo causa extitit, ut nec videri possit arida; & haberetur incomposita. Siquidem terræ compositio est, suus, ut diximus, naturalis ornatus, id est, legeres in planitie fluctuantes, nec non pratirentia, varioque florum colore splendentia, colles vberissimi, montiumque vertices arboribus excelsis opaci, quorum nihil habebat terra, parturiens adhuc natiuitatem cunctorum propter in vitam sibi met ad creatorem virtutem: sed tempus expectabat, ut præceptione diuina conceptus suos proferret ad lucem. Et erant, inquit, tenebræ super abyssum. Rursusque alia fabularum occasiones, & infandorum figmentorum dantur his: qui ad arbitrium suum detorquent verba scripturæ. Tenebras enim non eo modo, quo notæ sunt interpretantur, id est aërem quendam obscurum, vel locum interiectione alicuius corporis obscuratum; sed virtutem dicunt malignam, vel potius ipsam malitiam habentem ex semetipsa principium, aduersariam bonitati Dei, & hanc asserunt tenebrarum esse naturam. Si enim Deus lumen est, inquit, sine dubio repugnans ei virtus, obscuritas est secundum rationem sensus, non ex alio quodam mutuata substantiam, sed est malitia sui genitrix, labes animarum, mortis effectrix, probitati contraria; quam & subsistere, & à Deo factam esse contendunt. Ex hoc igitur quod non impius, & profanum dogma fingatur, qui non lupi raptores, dilaniantes gregem Domini, ex hac voce sumentes exordium, simplicibus animabus obripiant. Hinc Marcionis & Valentini, & execrabilis Manichæorum secta manauit. Quam putredinem, quis Ecclesiarum nominans non peccauit? Quid longius à veritate secedis o homo, causas ipse tibi perditionis exquires, cum sit sermo simplex, & omnibus planus? *Inuisibilis, inquit, erat terra.* Cur? quia videlicet superiecta illi fuerat abyssus. Abyssus autem qui est intellectus, Aqua nimia infinitum habens profundum. Sed scimus, inquit, multa corpora etiam per aquam lucida plerumque spectari. Quomodo ergo tunc nulla pars terræ per aquas ostendebatur? quoniam lumine carebat, & obsecratus erat adhuc superfluis aquis aër. Nam cum radij solis aquam penetrauerint, calculos eos qui habentur in altum sepe prospiciunt: quod certe nullo modo fieri nocte potest. Causa ergo ut esset terra inuisibilis, superiectio fuit aquarum. Dicit enim abyssum fuisse, qui retardaret aspectum: & ipsa abyssus obsecrata erat. Ergo nec abyssum contrariarum virtutum multitudinem, ut quidam falso disputant, nec tenebrarum principalem quandam malignamque substantiam, bonitatisque repugnantem esse dicimus. Duo enim propostia sibi per contrarietatem, necesse est alternæ fore perniciose substantiæ, iurgiaque sibi sempiterna parentia, utpote mutuis inter se pugnandi contentionibus obligata. Quorum si vnum superauerit; sine dubio contraria pars deuicta consumitur. Quod si semper æquiparare malitiam bonitati voluerint; inaccessibi-

lem rebus conflictum, corruptelamque subijcient, modo superantibus inuicem se partibus, modo sibi cedentibus, verum si malitiam à bonitate superari pronuntient; quæ ratio est ut natura malitiæ non videatur funditus interiuille? Sin autem, quod dicere nefas est, miror quomodo non fugiunt, tam sacrilegales blasphemiam proferentes. Sed nos malitiam nascendi principium à Deo non accepisse hac ratione firmamus: quia nihil eorum quæ sibi contraria sunt, potest sui quidpiam generare dissimile. Neque enim vel ex vita mortis origo processit, vel tenebras constat à luce formatas, vel ex ægritudine sanitatem; sed in affectuum mutationibus semper ex contrarijs ad cotra translationes efficiuntur. In natiuitatibus vero non ex contrarijs, sed ex similibus res vnaquæque succedit. Ergo, inquit, si neque genitales sunt tenebræ, neque ex Deo factæ, unde illis origo est? Nam quia sint malæ; nullus audeat repugnare viuorum. Quid ergo nos dicimus? Quia malum est non aliqua viua & animata substantia, sed affectus quidam virtuti contrarius, & à bonitate deiectus: & in prauissimorum mentibus collocatus. Quapropter nolo te malum extraneum arbitrari, nec idem principalem naturam nequitiae possidens opinari: sed suæ quisque malitiæ se actorem esse cognoscat. Eorum enim quæ nobis eueniunt, alia sunt ex natura, id est, senectus & languor; alia sponte succedunt, id est, fortuiti casus, qui alienis à se plerumque negotijs incurstantes vel lætitiæ nobis afferunt, vel mœrorem, sicut puteum fodientibus occurrit thesauri latentis inuentio; aut ad forum pergentibus fit obuiam rabidi canis aduentus. Alia vero in nostra sunt potestate: sicut voluptatum frænare cupiditates, temperare libidines, iracundiam cohibere; vel instigantem vitare, vel veritatem sequi, vel odisse mendacium, mitem moribus esse vel asperum, humilem vel elatum. quarum igitur rerum domini habemur, earum aliunde non mutuamur initia. Itaque recognosce, quia quod propriè malum est, ex commissis arbitrij liberi capit exordium. Neque enim si malum ex necessitate descenderet, tantus peccantibus legum metus incumberet: aut iudices supplicia criminosis digna statuerent. Hæc mihi dicta sunt super eo quod propriè malum est. Ægritudinem vero vel egestatem, aut ignominiam, & alia quæ solent mœstificare mortales, nedum in malorum censeo partem ponenda; quia nec eorum contrariæ cause in maximis bonorum sedibus collocantur: quorum alia sunt naturalia, quæ plerumque nobis videntur vtiliter euenire. Quapropter suspectam de moribus narrationem in præsentia compescentes considerationem potius tenebrarum simpliciter, ac sine vlla calliditate nostris mentibus attrahamus. Flagitat autem sermo scire nos, si tenebræ congeneratæ sunt mundo, & si anterioris putandæ sunt esse quam lux. Quod si ita est, cur deterior res meliore habetur antiquior? Quamquam asseramus has quoque tenebras, non ex sui constare substantia, sed esse vitium quoddam in aëre, subtracta luce confectum. Et rursus querendum est, quia luce locus mundi repente priuatus est. Arbitramur enim quia si fuit quippiam, ante institutionem sensibilis huius & corruptibilis mundi, profecto in luce fuit. Neque enim dignitas angelorum, nec omnium cælestium militiæ, vel si quid est nominatum, aut incompellabile, aut aliqua rationabilis virtus, vel ministrator spiritus, degere posset in tenebris, sed in luce, & læticia decentem sibi habitum possidebat. De qua re neminem puto contradicendum. Quisquis ergo lumen illud quod super cælos est in bonorum promissionibus operitur. De quo Salomon dicit, Lux iustis semper. Et Apostolus; Gratiæ agentes Deo & Patri, qui nos fecit idoneos in portione sortis sanctorum in luce. Si enim damnati in tenebras vltimas abigantur, hi qui remunerationem pro dignis operibus præstolantur, in ea sine dubio luce, quæ est extra mundum, quietis domicilium sortientur. Igitur quia constat factum esse cælum, præceptione Dei, subitoque distensum, ac familiari circum terram rotunditate conclusum, habens corpus spissum, & adeo validum, ut possit ea quæ extrinsecus habentur, ab interioribus separare; ob hoc necessario post se regionem relictam, carentem luce constituit, utpote fulgore qui de super radiabat excluso. Tria enim simul oportet in vmbra

facienda

facienda concurrere, lucem, corpus, & obscuratum locum. Ergo mundanas tenebras, ex umbra cælestis corporis extitisse sciendum est. Tu vero per exemplum manifestum aduerte quæ dicimus. Si sub meridianis horis, tabernaculum tibi quoddam ex materia densa nimis, & opaca fundaueris, in spontaneis te ibidem tenebris collocabis. Tales ergo & illas tenebras esse opinare, non principaliter substitutas, sed processum secutas alterius. Has autem tenebras ferunt abyssis superferri: quia extremitas aëris solita est coniungi corporum speciebus. Sed tunc aqua iam omnibus superiecta, propter quod necessario tenebras super abyssum fuisse relatum est: *Et spiritus, inquit, Dei ferebatur super aquam.* Siue diffusionem aëris istius spiritum dicit: Percipere portiones tibi mundi singulas enumerantem, nam fecisse Deum dicit cælum, & terram, aquam, & aërem, hunc liquidum, quod diffusum: siue, quod magis existimo, & quod his qui ante nos fuere probatum est, Spiritum Dei dicit, id est, sanctum. Reseruauit enim scriptura, ut præcipuum huius competenter mentionem nominis declararet: nullumque alium spiritum dictum debemus credere, nisi sanctum, qui beatæ ac venerabilis Trinitatis expletor est, quia hunc intellectum capiens maius tibi subinde commodum concessi reperies. Quomodo ergo hic spiritus aquis superferebatur, dicam tibi non meum sermonem, sed viri cuiusdam genere Syri, qui tantum aberat à sapientia seculi, quantum veræ doctrinæ proximus habebatur. Dicebat enim Syrorum vocem facundiorum esse, & propter Hebraicæ linguæ cognitionem, scripturarum magis sermonibus indulgisse. Sensus itaque dicti illius hoc modo est. *Superferebatur, inquit, spiritus, hoc est, fouebat, & viuificabat aquarum naturam, ad similitudinem gallinæ cubantis: vitalem virtutem his quæ fouebantur inians.* Huiusmodi ergo ratio quod dixit superferebatur, sic interpretatur, id est, ad viuificandam aquarum naturam compellebat. Ex quo sufficienter etiam illud quod à quibusdam valde requiritur, approbari potest: quia nec genitili potentia Spiritus sanctus caret. Et dixit Deus, *Fiat lux.* Prima vox Dei naturam luminis fabricauit, ac tenebras dispulit, mæroremque dissoluit: & omnem subito lætam speciem, iucundamque produxit. Polus tunc apparuit, qui erat interim celatus à Domino; tantaque eius pulchritudo perclaruit, quantam nunc etiam restificatur aspectus. Aër autem illustrabatur ex ea luce, quæ sibi erat admixta, acutamque penetrationem propriæ fulgoris, vbique per omnes suos terminos intendebat. Surfum enim ætheri erat cæloque vicinus: latitudine autem boreales simul & australes, coasque partes, necnon & occidentas contingebat, quippe cuius natura lucida est atque perspicua, propter quod nullas moras, aut tempora lux per eum commens sustinebat. Sicut enim obtutus nostros, sine vilo momento temporis, aër mox ad ea dirigit quæ videntur; ita lucis accessum velociter, & omni celeritate perceptum, per omnes fines suæ complexionis infudit. Æther quoque venustius illuminatum efficitur: & aquæ splendidiore apparent, non solum quia lucis candore lustrantur, sed etiam repercussione eius emittentes, clariorem reddunt aëris effigiem. Ita omnia vox diuina, grata, & honesta constituit. Nam sicut hi qui olei aspergine perspicuum sibi profundum maris efficiunt: sic rerum conditor Deus sui oris afflatu, iucunditatem lucis, mundo repente constituit. *Fiat lux, dixit Deus: confestimque præceptio fuit opus, & facta natura est, qua nihil voluptuosius in fruendo cogitationem poterit subire mortalium.* Sed & si quando vocem, sermonemque, vel præceptionem Dei dicimus, debes aduerte non mentione motuque corporis vocem reddentis sonum quempiam destinari, nec aërem lingua verberatum sermonem, sed voluntatis suæ momentum, quoniam propter eos qui docentur vtilius esse censemus, speciatim figurare præceptum. *Et vidit Deus, quia lux bona.* Quibus igitur lucem celebrare nos poterimus laudibus, cum tale de sua bonitate testimonium à conditore meruerit? licet diuina verba nostros paria oculos de illa iudicare compellant, nam sermo non sufficit explicare quantum sensus aciei præueniens attestatur. Si enim pulchritudo corporea ex membris inter se rite

A compositis, & ex coloris venustate formatur, quomodo lucem cuius natura simplex est, sibi que per omnia similis, plena prædicatione quod bona sit, possumus explicare? Ita enim & aurum bonum dicimus, non quia bene operatum est, sed quia coloris sui, magna nobis oblectamenta largitur. Similiter etiam Stella, quæ vocatur Antifer, omnium syderum pulcherrima nominatur, non propter eximiam compaginationem membrorum, quæ nulla sunt ei, sed quia lætum, alacremque fulgorem nostris impendit obtutibus. Huiusmodi ergo Dei testimonium, non ad hoc solum respicit, quod per se lux bona est, & iucunda cernentibus: sed etiam propter vtilitatem, quæ postmodum ex ea fuit collata mortalibus bonam dixit. *Et separauit Deus inter lucem & tenebras;* id est, incommixtam naturam illarum, sibi que ex contrarietate disparem fabricauit; quippe quas prolixis à se spatijs, & destituit, & discreuit, sicut dictum est. *Et vocauit Deus lucem diem; & tenebras vocauit noctem.* Nunc quidem post solis creationem dies appellatur; id est, aër sole lustratus, cum in hemispherio, quod supra terram est commoratur, nox autem dicitur terræ obumbratio, quæ sole in occasu condito generatur, tunc autem non solani corporis motu, sed diffusionem principalis luminis, modo se subducentis, modo denuo reducentis, secundum diuinam præceptionem dies fiebat noxque sequebatur. *Et facta est vespéra, & factum est mane dies vnus.* Vespéra igitur nuncupatio; communiter intelligenda est. Nam & incipiente die, & ad occasum vergente, nox ei sua vicinitate contigua est: verum tamen vt natiuitatis diurnæ priuilegia referaret: dixit primo vespéram dicens, quia nox diem comitarur. Nam antequam lux crearetur, nox non habebatur in mundo sed tenebræ. Obumbratio ergo terræ quam supra diximus intercidens diem nox appellata est: & ideo nouo nomine post generationem vocitata est. *Facta est itaque vespéra, & factum est mane:* non dixit dies atque nox, sed vespéra & mane, vt vocabuli videlicet dignitatem parti meliori tribueret. Nam dies æque vespéram, maneque contingit, & hanc consuetudinem reperies vbique custodire scripturam, in temporibus numerandis. Dicimus enim tot dies elapsos esse, nullam facientes noctium mentionem, sicut psalmus docet. *Dies annorum nostrorum.* Et iterum Iacob, *Dies vite meæ breues, & mali:* Et alibi, *Omnis dies vite meæ.* Ergo quæ tum historiæ causa relata sunt, pro legibus in postero valitura scriptor instituit. *Et fuit vespéra, & fuit mane dies vnus.* Quamobrem non dixit, primus sed vnus? quia certè consequentius fuerat ei, qui destructurus est de secundo & tertio, & quarto, primum diem potius appellare, quam vnum. Sed hoc dixit, aut mensuram diei, simul noctisque definiens, & tempus vtriusque contingens: vt viginti quatuor horæ vnus spatium diei videntur efficere, subaudientibus videlicet nobis, quia nuncupatione diei, nox quoque debet intelligi. vnde etiam si vnum ex his fieri longiorem, solstitiali immutatione contigerit: præfinitum tamen tempus horarum vtriusque complectitur interualla, tanquam si dixeris viginti quatuor horas ad mensuram vnus diei pertinere, vel vnum forsitan dixit, ob hoc; quia in cælo de certis signis in eadem iterum sub vno die processu solis, & reuersio celebratur. Ita quotiens vespéra, vel mane secundum solis circuitum, terrarum orbem complectitur, non ampliore tempore quam vnus diei spatio, propria solet curricula definire. Vel sicut secretior tradit ratio, Deus cum naturam temporis procrearet, & mensuram ei, signaq; certa ex diurno constituit interuallis: & per septimanam numerari voluit, eamque semper in semetipsam conuertit præcepit, motum temporis metientem, rursusq; septimanam supplere iussit vnus diei spatia, quæ septies in semetipsa reflectitur. Hæc enim ratio est volubilibus schematum, vt à se incipientia semper in semetipsa ferantur. Quod etiam seculorum proprium est, quæ per sua se incessanter vestigia reuoluendo, terminum nulla ratione percipiunt. Propterea verticem temporis non primum, sed vnum nuncupauit diem: vt ex ipsa nuncupatione cum sæculo sibi feruaretur affinitas. Rerum enim simplicium, nihilq; commune cum alijs habentibus, specimen indicans, congrue penitus & decenter nominatus est vnus. Et quamuis multa sæcula nobis scriptura declaret, dicens seculorum esse secula:

tamen

tamen nec ibi primum, aut secundum, aut tertium sæculum numeratur. Vnde causarum potius diuersarum actuumque differentias: & non sæculorum circuitus, & successiones, ac fines datur intelligi. *Dies enim*, inquit, *Domini magnus & lucidus*. Et alibi. *Quid vobis querere diem Domini*. Qui tamen tenebras habet non lucem? Sed tenebras eas dixit, quæ deputatæ sunt sibi dignis. Nam in occiduum, & sempiternum diem illum sermo testatur, quem etiam octauum psalmus appellat: quippe qui extra tempus habetur. Siue ergo diem, siue sæculum, siue septimum dixeris; ex eodem trahitur intellectu, singulariter & non multipliciter declaratus. Itaque vt ad futuram vitam nostra cogitata dirigeret, diem principalem, qui est imago sæculorum, vnum non immerito vocitauit, vtpote lumini æquæum. Dico autem sanctum Dominicum qui resurrectione glorificatus est Saluatoris. Et hoc est quod dixit, *Facta est vespera, & factum est mane dies vnus*. Sed vesperæ quidem illius narratio occupata, præsentis vesperæ modum cursui nostræ disputationis imponit: Pater autem veræ lucis, qui diem cælesti lumine decorauit, & noctem ignis radiis clarescit, qui venturi sæculi requiem merentibus præparauit, corda vestra perlustrat agnitione veritatis, & intemeratam custodiat vitam vestram, præstans vobis honestè ambulare, quatenus fulgeatis vt sol in claritudine sanctorum suorum, ad exultationem meam in diem Domini, cui gloria, & honor, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

## LIBER TERTIVS.

**P**rimæ diei opera, vel potius vnius neque; enim fas est ei nos detrahare dignitatē, quam à conditore promeruit: cum per se singulariter ederet, nullatenus aliarum connumerata curculis, cum omnibus quæ in ea facta sunt, heri noster sermo disseruit. Et hæc passim diuidens, aliternam matutinam, vespertinamque lætitiā præstitit animis auditorum; nunc autem ad miracula secundi diei properamus. Hoc autem commemorans, non in referentis potentia colloco quæ dicuntur, sed in scripturæ gratia, quæ naturaliter possidēs intelligendi facultatem, illis amorem suum cordibus inspirauit, quæ persuasioni superflua antefuerunt veritatem; sicut & psalmus veri suauiter demōstrans, ita dicit: *Dulcia faucibus meis verba tua, super mel ori meo*. Heri itaque quantum possibile fuit, erga verba Domini commemorantes vestros sensus delectatione repleuimus. In hodiernumque diem festinanter occurrimus; sequentium rerū miracula spectaturi. Verumtamen minimè latere nos potuit: quia multi opifices labore suarum manuum victitantes, circumstant nos, & admonent, vt narrationem propositam breuitate stringamus, ne diutius extrahantur ab opere. Quibus hoc respondeo, quia pars modica temporis fœnerata Deo, non solum ipsa non deperit, sed cum magnis ab eo rependitur incrementis. Omnes enim res, quæ occupationum causas efficiunt, Dominus omnipotens oportune scilicet tribuens corporibus fortitudinem, animisque lætitiā: necnon facultatem negotijs peragendis, si tamen nos secularibus præpōnda spiritalia censeamus. Quod si forsitan in præsentī vita, temūerationem bene gestorum recipere non potuerimus: futuris tamen sæculis, copiosos sine dubio thesauros fortiemur. Quapropter obsecro vos, vt omnes cogitationes mundanas, de vestris mentibus excludatis; & penitus mihi vos integros præbeat. Neque enim vllum commodum capiet præsentia corporalis; cum mens curis implicata terrestribus, creditur absentare. Et dixit Deus: *Fiat firmamentum; & sit separans, inter aquam, & aquam*. Iam quidem hesternō die audiuius, verba Domini dicentis. *Fiat lux*. Hodie, *Fiat firmamentum*. Plus tamen quiddam videntur habere præsentia. Neque enim verbum in nudō præcepto remansit, sed causa per quam queritur firmamenti productio, apertius declaratur; id est, vt diuidat inter aquam, & aquam. Primum quidem reputemus, discutientes, quomodo Deus alloquitur, nostrōne, id est, hominum more, qui prius futura rei formam concipimus intellectu; deinde ex subiectis congruas & familiares vnicuique significationes colligentes exprimimus, & post hoc ministerijs

**A** vocalium officiorum cogitata manifestantes, per aëris crepitum, & articulati sermonis obsequium, publicamus sensum corde conceptum. Et quomodo non insanire dicendus est, qui Deum talibus officijs indigere pronuntiat ad explananda quæ cogitat, cum magis pium sit asserere; quia voluntas diuina, & prior impetus mentis eius, Verbum est Dei? Quod ideo in specie quadam scriptura figurauit, vt ostenderet quia non solum fieri voluit creaturam; sed etiam aliquo operante perfecit. Poterat enim sicut ex initio de omnibus historicis, & modò referre, quia in principio fecit Deus cælum, deinde fecit lucem, & postea firmamentum: nunc autem Deum iubentem & loquentem videtur inducere, nullō nos impediens fascino; quo minus vestigijs indicijque producti, ad contemplationem eius, qui est ineffabilis veniamus. Quæ enim labore quæstata sunt & iocunde percipiuntur, & diligentissimè conseruantur. Nam quorum facilis habetur adeptio, eorum sine dubio fastidiosa possessio est, propterea nos tramitem veræ rationis ingressos, ad explorandum dirigit vnigenitum. Et certè vocifero sermone non erat opus incorporeæ naturæ, cum destinationis cooperantem latere non posset, quippe quibus consiliorum societas, ex ipsa potestate suppeditat. Nam vox propter auditum necessaria est; & auditus propter vocem.

**C** Vbi verò nec aër est, nec lingua, nec aures, nec tactus asperior, ad sensum capitis repercussum sonitum perducendo, ibi nec sermo necessarius est, sed ex ipsa vt ita dixerim, cardinali cogitatione fit participatio voluntatis. Sicut ergo prædiximus, vt mens nostra confurgeret ad inquisitionem vultus eius de quo agimus, prudenter & optimè schema huiusmodi elocutionis assumpsit. Secundo loco querendum est: si aliud præter id quod initio factum est cælum, firmamentum fuit: quod tamen & ipsum cælum vocitatur: vel si certè duo cæli sunt, quanquam philosophi de cælo disputantes, tolerabilius adquiescent linguas suas truncandas exponere, quam vt duos cælos esse concedant. Vnum enim afferunt cælum, cuius naturam minimè pati confirmant, vt secundum vel tertium adiiciatur ei, quoniam, inquit, tota cæli substantia in vnius conformatione consumpta est. Singulare namque ferunt corpus esse veritabile, certoque ambitu circumseptum, quod, quia in primi cæli creatione profecit, nihil reliqui esset ad secundum vel tertij compositionem. Sed hæc dicentes materiam quandam ingenitam conditori opinantur habitam, ex prima fabulositate sequentium mendacia contextentes. Nos autem rogamus Græcorum philosophos, non antea reprehendete, quam inter se valeant ipsi tenere concordiam. Nonnulli enim ex his infinitos esse cælos asserunt, & mundos innumerabiles: quorum quando male suadam professionem superauerint acriores, probationibus quibusdam ex geometriæ necessitate collectis, rursus adfirmare se putant, eo quod natura non ferat, vt aliud cælum præter vnum generari potuerit. Sed eos tanto magis risu dignos dicimus; maxime quia videntur sæpe quoque in aqua fieri plurimi, vnde dubitandum non est, de multitudine cælorum, & viuida creatrix omnium virtus, in eorum constitutione suffecerit, quorum fortitudinem & magnitudinem, si Dei potentiam contemplati fuerimus, non arbitrabitur discrepare à fluxu liquoris, qui cum in vacua vasa diffunditur, quibusdam inter dum reflectionibus intumescit. Ergo risibilis eorum penitus propositio est, de omnipotentis impossibilitate certantium. Nos autem tantum absimus secundo cælo discredere: quia & tertium profitemur; cuius beatissimus Paulus non est fraudatus aspectu. Nam psalmus nominans cælorum cælos, etiam plurimorum nobis subijcit intellectum. Nec tamen admirabilior ista quæstio, septem illis ordinibus videtur, secundum quos ferri septē stellæ, consonanter ab omnibus prædicatur: quos etiam reconditos in se dicit, exemplo cadorū vno super alium commissoram, & eos contrarijs aduersus se motibus impulsos, & acuta cum grauibus remperantes, concentum quemdam & harmoniæ melos reddere dulcè confirmant. Cuius rei assertores, cum fidem dictorum suorum ratione communis sensus approbare cogantur: hoc

dicunt, quia per veterem consuetudinem intentis auribus, erga crepitum illum, qui ex prima natiuitate resonauit, vsu quotidiano, oppletarum aurium sensus obscuruit, atque idèd minus harmoniam possumus auscultare, sicut in officina fabrilis, assiduis ictibus operantium, contusus hebetit auditus. Verùm has seculariorum meditata astutias, illis tractare permittentes, nos ad sermonem redeamus Ecclesiæ. Dicitur est itaq; à præcessoribus nostris: non esse hanc secundi cæli creationem, sed prioris expositionem. Ibi enim carptim scriptura retulit cæli terræque facturam; hic curiosius rationem tradit nobis, quia vnumquodque confectum sit elementum. Nos autem dicimus, quia quando & nomen aliud, & vsus proprius est in secundo, aliud esse necessario illud primò quod factum est cælum, habens naturam validiorem, quæ præstat rebus omnibus vtilitatem præcipuam. Et dixit Dominus. *Fiat firmamentum, & sit diuidens inter aquam, & aquam.* Igitur antequam radicem eorum quæ scripta sunt attingamus: experiamur ea, quæ nobis obijcienda putamus ab alijs improbare. Sciscitantur namque nos, proponentes, si sphaeræ simile habetur firmamenti corpus, sicut visio ipsa testatur, quomodo fluctuans aqua, semper ad inferiora delubricans, poterat in globositate curuati firmamenti consistere? Quid respondemus? quia non omnimodis, quod videtur nobis suspicientibus intrinsecus esse volubile, hoc etiam extrinsecus, in sphaeræ similitudinem creditur esse formatum. Siquidem laucorum marmoreas videmus cameras, interius quidem semitondo schemate fabricatas, in fastigijs verò suis habere planitiem. Cessent ergo super hoc nobis calumniam generare, iactantes quòd aqua non possit in superioribus partibus contineri. Reliquum est vt dicatur quæ natura sit firmamenti: & cuius rei gratia, intercedere statuta est aquis. Solemne igitur scripturæ est in causis virtute præstantibus, hæc proferre, velut si dicatur, Dominus firmamentum meum & refugium meum. Et alibi. *Ego firmavi columnas eius.* Et. *laudate eum in firmamento potentie sue.* Et seculares quidem firmum corpus dicunt, quasi condensatum; & referunt quod ad distinctionem mathematici corporis indicatur; aliud est enim mathematicum: & aliud quod interuallorū prolixitate subsistit, id est, in altitudine, & latitudine distensum. Quod autem firmum est cum sit distinctum spatij, etiam duritiam possidet. Sed scriptura consuevit illud corpus quod est validum nimis & solidum vocare firmamentum, sicut & aërem crassum, & concretum eodem solet sæpius appellare vocabulo, cum dicit. *Qui firmavit tonitruum.* Spissitudinis enim duritiem, qua spiritus conceptus in nubibus, violenterq; proruptus, efficit sonum tonitrualem: firmationem tonationis appellat. Vnde tunc quoque arbitramur in aliqua firmissima natura, meatum aquarum lubricationemq; consistere, contentam vocis huius repagulo sustineri: quoniam de aquarum communium editione, natiuitatem creditur habuisse, vel certè humori coagulato, similem esse conuenit aestimare: aut eius alicuiusmodi materia, quæ ex diffusionem liquoris sumpsit originem, qualis est lapidis natura crystallini, quem ferunt ex aquarum concrectione generari. Lapis verò qui proprie lucidâ possidet perspicuitatem, & qui secundum suam naturam fuerit sincerus inuentus, nec alicuius putredinis admixtionem fædatur, nec fundus ruinis aliquibus fixus est, aëri similis habetur in colore; sed nulli eorum conferre nos fas est firmamentum. Puerilis enim reuera & insipientis est mentis, talem capere de cælestibus opinionem. Sed neque si omnia in omnibus sunt, id est, ignis in terra, aër in aqua, in alijs alia, nec quia eorum elementorum quæ nostris sensibus subijciuntur, nihil sociale habetur, vel mediarum, vel contrariarum communione causarum: ob hoc etiam arbitrari debemus, firmamentum, aut vnum ex simplicibus esse, aut quod ex eis processit esse promiscuum, cum manifestè nobis scriptura præcipiat, nihil sensui nostro licere amplius, quam concessum est opinari. Nec illud nos quæso prætereat indiscussum; quod postquam Deus præcepit dicens. *Fiat firmamentum,* non sine ratione adiacet historicus, *Et factum est firmamentum.* Et iterum: *Diuisit Deus.* Auscultent igitur surdi: & illuminentur ad videndū cæci. Quis autem tam surdus est, quàm qui non audit ita palam vociferantem scripturam; vel

A quis tam cæcus, nisi qui euidentibus documentis instructus, gloriam vnigeniti non respectat? Et dixit Deus: *Fiat firmamentum.* Hæc vox, destinationis indicat causam. Quod autem dixit: *Quia fecit Deus firmamentum:* perfectionis est demonstratio. Nunc in reliqua sermo vertatur. *Et sit diuidens inter aquam & aquam.* Infinita erat, quantum datur intelligi, aquarum diffusio, vndique alluentium terram, ita vt aliorum etiam elementorum statutos terminos videretur excedere; propterea in subsicibilis dicitur abyssus circūdedisse tellurè. Sed multitudinis quidem aquarum causam paulò in ferius exponemus. Verumtamen nullus nostrum, sed nec eorum qui valde sunt eruditi, & acutissimè intuentes, ad corruptibilem hanc fluxamque naturam, opinando valebit, reprehendere, vel impossibilia, figmentisque quibusdam narrationi conglutinatis, nos verba proferre: nec exigit probationes per quas possumus asstruere, super quid aquarum fuerit natura fundata. Ea enim ratione qua terram aquis grauiorem firmantes, in media omnium hanc libratam esse pronuntiant: illam quoque cælestem aquam, propter naturalem impetum eius, semper ad ima tendentem, & propter æqualitatem ex omni parte collocatam, necesse est super orbem terrarum, stabiliter permanere. Ergo ampla nimis erat aquarum natura, ac non pro terræ dimensione diffusa: sed multò largius illius ambitum superabat. Ita ex initio magnificentissimus artifex, futura prospiciens: sequentium vtilitatem ex priorum dispositione constituit. Quæ causâ fuit ergo, vt aquæ enormitas, exuberaret in terris? Quoniam necessaria est rebus ignis natura, non solum erga dispensationem terrestrem, sed etiam ad perfectionem cunctorum. Etenim breuissima, semiplenaque forent omnia; si maximis ac principalibus elementis aliquid minus esset, quæ quidem contraria sibimet, atq; alternæ substantiæ deuoratoria scimus esse. Ignis enim consumit aquam, quando virtute præcellit; aqua verò cum abundauerit extinguit ignem. Erat ergo necessarium, neque concordare inter se hæc firmiter elementa, nec integra penitus defectionem alterius, præbere causam solutionis rerum omnium; ideoque sufficientem gubernator mundi reposuit humoris copiam, vt præscripto sibi terminos non excedens, igneæ posset edacitati resistere. Deus enim qui omnia sub ponderationis & mensuræ ordinatione constituit, cui etiam guttæ imbrium numeratæ sunt, teste Iob; nouerat quanto tempore, aqua in orbe terrarum permanere deberet, & vel quantam igni alimoniam præpararet. Hæc est aquarum ratio secundum creaturam. Verumtamen vsus ignis quàm necessarius sit rebus humanis, quis ita viuèdi penitus expers habetur, vt hoc non aliter nisi ex doctrinæ traditione cognouerit? Nam non solum hæc artes, quæ vitæ humanæ sustentatrices sunt, indigent ignis auxilio, sed arborum etiam germinatio, fructuumque maturitas, & animalium tam terrestriū, quàm marinorum natiuitas, neque principio processisset, neque perduraret in tempora, si caloris beneficium defuisset. Aquarum quoque abundantia valde fuit necessaria; vt incessabiliter, & sine intermissione, passum sibi de his ignis attraheret. Intuere deniq; diligentiùs creaturam; & inuenies vim feruoris cunctis quæ oriuntur & occidunt, potenter harere. Propterea terris aquæ largissimæ sunt infusa, vltraque quàm videntur sunt extensæ, quæ & fundum telluris attingunt: vnde etiam, fontibus & puteis, largior copia mandandi suppeditat præcipitèque torrentium cursus & humor in multis ac diuersis videlicet horreis conderetur. Itaque ab Orientis partibus hibernis progreditur Indus fluuius, omnium violentior fluentorum; sicut speculati sunt ij, qui situm orbis descripsere terrarum. De meridianis autem locis, Bactrus effluit & Cohaspis; & Araxes, ex quo Tanais, abrutus in Meoticam transit paludem. Phasis autem de Caucasus exit montibus, & innumerabiles alij, de regionibus Arradis, ad Euxinum feruntur Pontum. Ab Occidentis verò climatibus æstiuus, sub Pyrenæo vertice Tartarus, atque Ister, quorum vnus in exteriora maria decurrit, alter veniens per Europam, digeritur in Pontum. Eos autè quid necesse est enumerare, qui de Riphæis Scythiæ interioris motibus oriuntur? Quorum est Rhodanus, qui cum plurimis alijs nauigabilibus fluuijs, Galatas & Hesperios, Cæltorumq; gentè, multaq; finitimas præteriens nationes pelago



pelago miscetur occiduo. Nam eorum qui ex superiore meridie, per Æthiopiam descendunt, id est, Tages, & Nifus, & Cremeas, & Nilus; alij in nostrum mare influunt, alij in ceteriorum deuoluunt Oceanum; licet Nilus non sit fluminibus comparandus; quippe qui more pelagi, tempore diffusus æstiuo, terram stagnare consuevit Ægyptiam. Ita mundi pars habitaculis, aquis tota repleta est, non minus fluctibus æquoreis circumsepta, quam amnibus irrigata, propter ineffabilem sapientiam conditoris, qui repugnaticem calori naturam, vt esset sufficiens ordinauit. Erit autem tempus quo ignis cuncta torrebit, vt testatur Isaias, loquens ad omnium Dominum Deum. Qui dicit abyssis, *Dissipaberis, & omnia flumina tua sicabo*. Despecta ergo sapientia seculari, recipe vnã nobiscum magisterium veritatis: nullis quidem faciendæ phaleris exornatum, scientiæ verò ratione potissimum. Propterea fiat firmamentum in medio aquarum, & sit diuidens inter aquam, & aquam. Diximus quid significat appellatio firmamenti: id est, non duram fortemque naturam, quæ fulcimine aliquo sustentatur & pondere. Nam multo proprius eiusmodi vocabulum terra meruisset, sed propter substantiam superiorum, quæ subtilis, & rara est, nulloque sensu comprehensibilis habetur, firmamentum nuncupauit, comparatione scilicet corporum leuiorum, quæ nec visu nec tactu valemus attingere. Et simul cogita locum quendam, qui discernit humorem, cuius partem tenuiorem, supernis stationibus deputauit, crassiorem verò limosamque inferioribus destinauit, vt illa quæ ex initio facta est imperatio permaneret, aquarum paulatim minutione confecta. Sed tu quidem liquoris amplitudini non discredis, ad ignis autem vim non respectas, qui licet exiguus habeatur in visu, multitudinem tamen aquarum valet expendere. Semper enim trahit ad se subiectas vnas, in modum medicoriæ cucurbitæ, facileque consumit eas exemplo luminis lucernalis, quod per oppositam stuppam, lambens oleum mox peredit. Æther autem quis dubitet flammeum esse, atque torridum? Quod nisi statuis sibi à creatore finibus frænaretur, facile cuncta consumeret: quæ res prohibet, vt non totus humor qui rebus diuersis infertus est, calore solis voratus arefceret. Ob hoc cœlestis facta est aqua loco superiore collecta, quam paludes, & fluuij, pelagusque surgentibus de se vaporibus exhalant, vt non ardor æthereus omnia quæ subiecta sunt conflagraret. Siquidem solem quoque videmus; æstate stagna leuiora breuissimo temporis spatio repente siccare. Vbi ergo est aqua illa? Demonstrant nobis callidi, dubiumne cuiuspiam potest esse, quin feruore solis expensa defecerit: licet nec calidum solem dicant esse, tanta illis suppeditat in loquendo facultas, & consideratè quo freti documento, tebus euidentissimis aduersantur. Quoniam inquit candidus calor eius est, non rubeus, aut puniceus habetur, ob hoc ignem solem non esse contendunt. Calorem autem ferunt ex asperiori eius circumcurfione procedere, hoc videlicet argumentantes, vt asserant solem nihil expendere de humore. Sed ego etiam, si verum sit quod obijcitur; non refutabo sermonem, vt pote mihi adstipulantem. Dicebatur enim propter ignis edacitatem aquarum necessariam esse multitudinem: nihil tamen interest, vtrum naturalis sit, an quæsitus ardor, dummodo circa eandem materiam similes casus exercent, id est, siue cum inter se ligna fricantur, flamma confurgit, siue sponte successus ignis, quæ fuerant iniecta consumpserit, vnus scilicet atque idem exitus, ab vtroque procedit. Et certe videmus moderatricem sapientiam Dei, solem in alias partes ex aliis transponentem, vt non semper in eisdem commoratus locis, feruoris auuiditate, mundanum depopuletur ornatum. Sed nunc eum ad Australem zonam, nunc ad signa solstitialia pro temporum mutatione traducit, atque inde in Arctoam regionem conuertit, vt paulatim per diuersa commigrans terrenis fructibus temperamenta custodiat. Videant tamen si non ipsi sibi probant obfistere: cum mare idem confirmant incrementis fluuialibus non augeri, quia calore solis absorbetur, vnde etiam salsa, & amara eius aqua perficitur, vt pote quæ saporem propriæ dulcedinis, rapto feruoris amittit, & vbi

A leuiorem quidem partem secum aufert, grauiorem verò & limosam, velut facem aliquam hic relinquit. Sed qui de mari modò talia differebant, rursus mutati nullam defectionem fieri liquoris à sole pronuntiant. *Et vocauit Deus firmamentum cælum*. Proprie quidem aliud illi conueniens fuerat nomen. Scimus tamen sapissimè cælum dici locum spissum densatumque aeris istius palam nostris obtutibus occurrentem. Cælum autem à cernendo vocari, quod ex Græcorum meliùs etymologia colligimus, quod *ὄραρον* appellant, & τὸ τοῦ ὄραρον, sicut dicit Scriptura, *Volatilia cæli*: & alibi; *Volatilia secundum firmamentum cæli*. Tale est & quod dicitur; *Ascendant vsque ad cælum*. Quia Moyses benedicens tribum Ioseph, ex finibus cæli, & mutatione solis, & concursione mensum, & ex vertice montium benedictionem dat: vt pote regione telluris rerum talium copiis abundante. Sed & in maledictis Israël, *Sit*, inquit, *tibi super caput cælum aneum*, indicans integram siccitatem, atque defectum liquoris aeris, per quem terrenis fructibus fecunditas optata præstatur. Quando ergo de cælo dicit, emitti rorem vel pluuiam, aquas intellige, quæ superiorem tenere iussæ sunt regionem: Conglomeratis enim vaporibus in altum, & aère ventorum flatibus condensato, exhalationes hæ, quæ subtiliter nubibus inferuntur, per mutuas accessiones guttæ perficiuntur, suæque pondere collisæ deorsum pelluntur. Hæc est imbrum generatio: cum verò fuerit deipumatus humor, flabrorum violentia re percussus, quum frigore vehementius indurescit, concretis nebulis, nix gelata defertur ad terram. Et omnino secundum eius moderationem, licebit tibi omnem aquarum expectare naturam, quomodo circum aërem qui super nos est congregantur. Nullus tamen argumentationi eorum qui de cælo disputant, simplicitatem spiritualium velit conferre sermonem. Quantum enim caste viuientium mulierum pulchritudo, meretricæ formositati præponitur; tantum noster sermo, sæculari noscitur prælatus esse doctrinæ. Illi enim coactam verbis suasionem soliti sunt afferre; nos autem nudam fallendi proferimus veritatem. Sed quid opus est nos commouere certamen, illorum mendacia repellentes, cum possimus scripturas suas sibi conferentes, sine nostro labore illorum expectare consuetum? Qui nec eloquentia differentes, nec numero pauciores, nec dignitate deteriores, suis aduersariis repugnantes, cum ignem omnia torrere penitus ac deuorare confirmant, rursus de recidiuis seminibus, quæ ignis conflagratio derelinquit, causas regenerationis inducunt. Vnde etiam in eorum constructione suffecerit: mundos innumerabiles introducunt. Sed illi vtriusque professionis veritate priuati, hinc inde per inuopiam, subsidia sui erroris exquirunt. Siquidem & de his aquis, quas firmamenti interiectio separauit occasione allegoriarum, & sensus altioris, quasdam nobis figuras obijciunt, dicentes spirituales incorporeasque virtutes, mirabiliter intelligi debere, pro aquis, & rursus quidem super firmamentum remansisse, digniores, in humilioribus autem diuersorijis vt pote crassioribus & cœnosis, noxias constituisse. Propterea dicunt eas aquas, quæ super cælos sunt, laudare Dominum, id est, optimas virtutes quæ dignæ sunt, ob suæ meritum puritatis, decemibus celebrare laudibus conditorem. Eas verò quæ continentur inferius, spiritus esse prauitatis affirmant ex altitudine naturali in profundum malitiæ deuolutos, quos vt turbidos, ac seditiosos, & vitiorum tumultibus fluctuantes mare propter varietatem sui propositi, quod mutatur assidue, nuncupatos. Sed nos huiusmodi sermones, vt formiorum coniecturas, & aniles fabulas omittentes aquam intelligamus, aquam esse veram, separationemque firmamenti, ita vt scriptura tradit accipiamus. Et si quando laudem communi omnium Domino aquæ dicantur offerre: non ob hoc æstimandæ sint rationabilis esse naturæ. Neque enim quia cæli narrant gloriam Dei, modis omnibus animati sunt, nec firmamentum sensibile animal esse putandum est, quia enunciat facturam manuum suarum. Quod etsi dixerit quispiam, cælos quidem non cõtemptibiles esse virtutes, firmamentum autem factricem Dei potentiam, sermonem quidem huiusmodi quamuis sit cõmenticius,

tamen non aspernanter admittimus, sed verum hunc esse nullatenus patiemur. Nam nec ros, aut bruma, vel frigus, aut aestus, quoniam laudare omnium creatorem iubentur, à Daniel sensibiles esse vel inuisibiles intelligendæ naturæ sunt: sed consideratio eorum prudenter à sensum habentibus contemplata, glorificationem perficit creatoris. Non solum enim aqua quæ super cælos est, tanquam cæteris honore præcellens propter infinitam sibi met venustatem, laudem dependit Domino: sed idem facere etiam quæ in terra sunt inuitantur, id est, dracones, & omnes abyssi. Ita nec abyssus, quam in peiorem partem conantur abijcere fabricatores allegoriarum, refutabilis æstimatur à Psalmista: cum & ipsa secundum suam qualitatem, hymnos potentiam conditoris emittit. *Et vidit Deus quod bonum est firmamentum.* Non oculorum probatione præstant nobis quæ constituuntur à Deo, nec ea illorum percipienda voluptas est, quæ videntur iocunda mortalibus: sed bonum dixit, quod artis suæ ratione pensatur, & ad finem futuræ commoditatis intendit. Merito ergo quidem in rationem gignentium manifestam esse proposuit; illa quæ subinde per partes affecta sunt, opificio suæ virtutis sermone percurrens, utpote mundi consummatoria collaudavit. Nam manus & oculos, cæteraque membra simulacri aenei sparsim proiecta, nulli videntur esse bona; cum autem in suum ordinem composita redigantur, speciemque congruæ formationis acceperint, à quolibet imperito facile discernuntur. At verò elementorum creator, & ante singulorum compositionem, noverat cuiusque operis bonum: singulaque collaudans cogitationem suæ mentis ad futurorum exitum dirigit formatorum. Talis ergo nunc quoque artifex singularum partium Deus, assertor & prædicator: sed paulo post omnino pariter mundò, competentem laudem, cum fuerit consummatus impertiet. Sed hic iam narratio matutina secundæ diei terminum fortiat: ut auditoribus studiosis inducias præbeamus, quo inter se conferre quæ dicta sunt, memoriæque beneficio, in intimis cordibus ad utilitatem propriam retinere cuncta percurrant, & usu meditationis assiduæ, doctrinæ cibum ruminantes, post digestionem salubrem, residui flagitent alimenta sermonis. His verò qui viuendi causas manibus exercent indulgentiam medio tempore tribuamus: ut completis operibus animum curarum nexu solutum, rursus dapibus exhibeant vespertinis. Interea, Dominus qui magnifica fecit ex nihilo, & à nobis hæc parua verborum præferri libamina depensavit, det vobis intellectum suæ veritatis, ut ex visibilibus inuisibilem reputetis, ut ex magnitudine ac pulchritudine creaturæ, decentem gloria conditoris mensuram percipiat, ut & in terra, & in aère, & in cælo, & in aquis, & inter diem & noctem, & in omnibus quæ cernuntur benefactoris monumenta certissima capiat. Neque enim aut peccatis tempus dabitur, aut inimico locus suggerendi contraria relinquatur, Domino vestris sensibus adherente; cui gloria, & veneratio, nunc & semper, & per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## LIBER QVARTVS.

*De congregatione aquarum, & apparitione arida, Disputatio.*

Sunt Vrbes quædam, quarum populi spectaculis mirabilibus à matutino tempore usque ad vesperum, propriis oculis pascendo reficiunt: cantus etiam blandos, modulationes lasciuas, luxum nimium generantes, sensibus suis iniiciunt, quorum auscultatione diutius oblectati, nullatenus satiantur. Et tamen eos homines, multi beatos appellare consueverunt, quia necessaria negotia deferentes, & artes quibus viuendi subsidia comparantur, per desidiam, & voluptatem statutum sibi tempus vitæ peragentes, inanibus actibus occupantur; ignorant, quia saltatio spectationibus approbata pessimis, publicum & commune perfecit magisterium vitiorum. Lyrica etiam carmina, cantusque tibicinum, & meretriciæ cantiones, cordibus audientium lapsæ, quid aliud quam

A infamiam spectatoribus inolescunt emulantibus histriones? Nonnulli autem Circusum furiali ardore detenti, noctibus somniantes pro equorum velocitate contendunt; modò currus notantes, modò aurigas, in partem aliam transferentes, omnemque profus diuturnam cogitationem, tempore soporis reuoluere non desistunt. Nos autem quos Dominus, qui opifex rerum maximus, & valde mirificus habetur, ad demonstrationem suorum operum conuocauit, deficere non debemus erga eorum spectacula, nec desides fieri in auscultandis Spiritus sancti sermonibus; sed circumdantes præclaram hanc diuini operis stationem, transactaque tempora cogitationibus reputantes, contemplerur cælum quidem leuatum ut cameram, sicut dicit Propheta, terram autem vastam nimis, immensitate vel pondere in semetipsam constare fundatam. Aëremque diffusum liquidumque naturæ congruam & incessabilem spirantibus alimoniam ministrantem, scindentemque se mouentibus omnibus, leniterque cedentem mollitudinis intercessu; aquam verò altricem corporum, & humano generi nimis vtilem constitutam, ac moderatè in deputatis sibi conceptaculis permanentem. Quas res, ita se habere, de his quæ recentè lecta sunt approbabis. Et dixit Deus. *Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in congregationibus suis: & appareat arida. Et vocauit Deus aridam terram, & congregationes aquarum, vocauit maria.*

C Quantas mihi calumnias, in his quæ sequuntur obieceris, exigens quemadmodum terra possit inuisibilis haberi, colore præsentem, siquidem color omnis, sensu comprehenditur visionis, & fortasse tibi non videtur esse sufficiens quod diximus; quia non ad naturam, sed ad nos inuisibilis fuisse terra relata est, propter aquarum videlicet iniectionem, quæ tunc omnes terras operuissent. Nunc verò auscultata scripturam, quomodo seipsam declarat, *Congregentur, inquit, aquæ, & appareat arida.* Velamentum subducitur: ut conspicua fieret, quæ interim non videbatur. Illud etiam forsitan quæ requirit, cur id quod per naturam subest aquis, id est, ut semper ad procliuora contendant, hoc ad præceptionem creatoris sermo conuertit. Donec enim in planitie fuerit aqua recondita, stabilis est, non inueniens quò declinet, vbi verò descensus occurrerit, irrupentè protinus parte priore, reliqua multitudo consequitur properanter effugiens, quæ præcedit virgente venientis impulsu. Tantoque velocior meatus aspicitur, quanto maioris ponderis fuerit aqua, quæ confluit, locusque deuexior. Si ergo talis natura liquoris est, differet utique præceptionem, quæ iusserat aquas in vnum conceptaculum congregari. poterat enim sine dubio, propter naturalem impetum in regiones concauas sponte decurrere, priusquam terga completeret: nullus enim terrarum locus sic æqualis est, ut aquarum situs. Deinde, inquirunt. Quomodo in vnam congregationem iussa est conuenire? cum maria esse diversa sciamus, quæ certè multum à se distare noscuntur? Ad illud igitur quod primum quaesitum est, respondebimus; quia tu quidem post editionem præcepti diuini humoris motum cognouisti: & quia circumflus habetur semperque decurrens. Nam priusquam meatum caperet, ex auctoritate cælesti; nec tu eum vidisti, nec ab alio qui viderat didicisti, vnde debebis aduertere, quia vox Dei, naturæ formatrix est, & præceptio, quæ tunc data est creaturæ dispositionem cunctis, quæ forent gignenda, præbebat. Nam & dies, & nox semel factæ sunt, & ex illo usque nunc, sibi met vicibus succedendo, curriculum suorum temporum certis portionibus diuisa custodiunt. *Congregentur aquæ.* Iussum est aquarum naturam disfluere, & nunquam deficit obsequendo mandatis. Hoc autem dico respiciens ad liquidam aquarum sortem, quarum alia semper manant ut fontes, & fluuij, alia congregatae sunt & sistentes. Sed mihi nunc de fluentibus sermo est. *Congregentur aquæ in congregationem vnam.* Si quando te stante iuxta riuum subit cogitatio, reputantem cuius impulsu, de telluribus aqua progreditur, vel quæ sunt horrea, de quibus tam largiter effunditur, aut qui locus, ad quem cogitur peruenire, vel quomodo nec illa deficit quæ sequitur, nec ea quæ præcessit exuberat; profecto reperies omnia hæc ex voce prima teneri, vnde etiam meatus illi suppetit sempiternus. Quamobrem

obrem in omni semper historia memento primæ præceptionis, quæ dicit. *Congregentur aquæ.* Etenim oportebat eas decurrere properanter, ut deuenirent ad propriam regionem: & postquam ventum esset, stare in conceptaculis deputatis, atque ultra non tendere. Propterea est ab Ecclesiaste dictum: *In mare fluuij delabitur, sed mare non superimpletur.* Quia & quod quartum cursus vrgetur, & quod mare certis circumscriptum finibus retinetur; primæ præceptionis virtus est. *Congregentur aquæ in vnam congregationem:* ut non scilicet illa quæ influit, expletis conceptaculis superfusa, cunctos similiter terrarum terminos inundaret; idcirco iussa fuit in vnam se congregationem redigere. Propterea pelagus ventis sæpe turbatum, ac fluctibus æstuans, in altumque; surgenis, ubi littora vicina tetigerit, feruoris impetum spumando resoluens, mox frangitur, atque subducitur. Aut me non timebis, dicit Dominus, qui arenam terminum pono mari? Etenim mirum est, quomodo per eas omnium quæ in terris habetur infirmitas arena, iussu Dei violentiam maris frangat. Quod si secus esset, quæ ratio vetare poterat rubrum mare, ut non Ægyptum totam, quæ vtique deterior habetur, inuaderet, proximoque pelago misceretur, nisi præcepto conditoris esset inhibita? Nam quia humilior est Ægyptus rubro mari, certissime docemur ab his, quia Ægyptum & Indicum mare, coniungere voluerunt, quorum primus est Sesostris Ægyptus, secundus Darius Medus. Hæc eo dixi: ut diuinae sanctionis potentiam nosceremus. *Congregentur aquæ in congregationem vnam,* id est, altera non procedat ex illa, sed in primo conceptaculo, quæ collecta est teneatur. Deinde cum diceret: *Congregentur in vnam congregationem:* docuit quia multæ erant aquæ varijs diuinae modis. Loca enim conuallia, profundioribus naturaliter cauata spatijs, habebant aquam collectam, nec non etiam campi pleni erant, similitudinem pelagi referentes, aliisque eiusmodi regiones, de quibus omnibus in vnam congregationem conflere sunt præceptæ. Et nullus dicat, quia si totam terram, tunc aquarum terneret multitudinem, nihilominus ea quoque loca, in quæ postea iussu sunt aquæ concurrere, repleta tunc erant. Vbi ergo deberet aqua colligi, quæ omnes terrarum partes inuaderet? Ad hoc respondemus; quia quando præceptio data est, ut in vnam congregationem coirent; tunc & susceptionis earum causa processit. Neque enim erat illo tempore mare, quod extra Gaddiros est, nec maximum illud, & solis audacibus navigabile pelagus, quod Britannicam insulam, & Hiberos occiduos alluit, habebatur, sed postmodum iussu Dei capacitas sufficiens præparata est, ut aquarum ibidem multitudo conflueret. De qua quoniam repugnare videtur, nostræ mundificationis sermo, dicentibus philosophis, eo quod minime in vnam congregationem, sicut experti sumus, aqua collecta est, dicere quidem multa, & omnibus nota possemus: sed nec contendere talibus ridiculum videatur, quamquam etiam obijcere nobis deberet paludes, & stagna, nec non eas aquas, quæ colliguntur ex imbribus, ut per hæc asseritionem nostri sermonis infringere, sciant tamen quia maximam, perfectamque; aquarum omnium concursionem, Deus vocauit congregationem. Nam & puteus aquæ collectio est manufacta, in profundam cauationem liquore delapso. Non ergo quælibet aquarum conceptacula, congregationis illius vocabulum manifestant, sed illa maxima excellentisque; susceptio; in qua totum elementum repente collatum est. Nam sicut ignis in paruulis, ac diuersis quibusque materiis est dispersus, perhibens omnibus vltimum necessarium, totus tamen in æthere continetur, similiterque aer, licet singulis corporibus sit illapsus, vniuersum tamen orbem terræ complectitur; sic & aquarum natura, quamuis varijs commissis stationibus teneatur, vna tamen est maxima congregatio, quæ omne illud elementum discernit à cæteris. Lacus enim qui circa regiones habentur Arctoas, vel in Helleponto, seu in Macedonia, vel in Bithynia congregationes sine dubio nominantur: sed modò nobis mentio est de illa, quæ reliquis omnibus ita prolixior est, ut terrarum amplitudini coæquetur, & quicquid in minoribus quoque congregationibus aquarum inesse multitudinem nullus obstat, non tamen illas quis ritè maria nuncupabit: quamuis certæ paludes salugine maris infectæ sint, sicut illa quæ vocatur Asflaxitis in partibus Iudææ;

A vel Serbonitis, quæ inter Ægyptum Palæstinamque iacens deserta contingit Arabia. Omnes hæc quidem paludes sunt, vnum tamen habetur mare, sicut asserunt qui peragundo terras omnes obierunt. Sed Hircanum, Caspiumque; lacum quidam in semetipsos circumscriptos esse pronuntiant. Et sanè quoniam oportet nos historicorum cosmographiam diligentius intueri; quid de his relatum sit audiamus. Ferunt itaque memoratos lacus occultis quibusdam perforatos cauernis, in mare maximum suos meatus euoluere; unde etiam rubrum pelagus affirmatur in mare quod ultra Gaddiros habetur, effluere. Quomodo ergo, inquit, si Deus diuersas aquarum stationes, maria vocauit, quoniam in vnum conceptaculum conuenerunt, & rursum congregationes omnes, id est sinus, quos pro schemate suo terræ circumdatio comprehendit, maria nihilominus appellantur, id est, mare Arctoum, mare Australe, mare Eoum, mare Occiduum, & iterum vniuersumque pelagi propria nomina sunt, Euxinum, Hellepontum, Ægæum, Ionium, Siculum, Tyrrhenum, & alia plurima, quorum omnium singillatim vocabula percurrere longum nimis, & operosum est, propterea congregationes aquarum, Deus maria nominauit? Sed nos quidem nunc ad hoc prætereuntes ordo sermonis adduxit: Ad illud verò quod dudum cepimus reuertamur. *Et dixit Deus: Congregentur aquæ in congregationem vnam: & appareat arida.* Non dixit appareat terra, ne iterum eam incompositam demonstraret, utpote limosam, & adhuc ex aquarum inundatione deformem, atque inualidam: simulque ne soli quispiam causam terrenæ siccationis adscriberet, merito natiuitate solis, anteriorem telluris ariditatem creator instituit. Aduerte namque sensu diligentius, quia non solum aqua, quæ superfuerat terræ, sed etiam illa quæ in profundioribus partibus latitabat famulata præcepto dominantis effluxit. *Et factum est sic.* Sufficit igitur adiectio ista, declarans vocem conditoris effectui mancipatam; licet relatum sit in multis cosmographiæ codicibus, quia collecta est aqua, quæ fuerat subter cælo in congregationes suas, & apparuit arida, quod certè nec reliquorum commentariorum ita esse manifestat editio, nec vsus exprimit Hebræorum. Nam reuera superflua videretur post testimonium quo asseritur, quia factum est sic, rursum de iisdem repetita narratio. *Et vocauit Deus aridam terram, & stationes aquarum vocant maria.* Cur & in præcedentibus dictum est, congregentur aquæ in congregationem vnam, & appareat arida; cum magis dici debuisset; appareat terra, & iterum apparuit arida, & vocauit Deus aridam terram? Quoniam arida videlicet proprietatis est species, designans illud quod naturæ subiectum est; terra verò nuda causæ nūcupatio est. Sicut enim rationabilitas propria est homini, homo autem ipse, vox est significationis illius animalis, cuius est proprietatis, ita terræ propria præcipuaque; ariditas habetur. Ergo elementum quod proprie sortitum est siccitatem, terra non immeritò nominatur; sicut animal cui proprius est hinnitus, equus appellatur. Non solum autem hoc de tellure notandum est, sed etiam in alijs elementis propria cuique qualitas est decreta, per quam cæteris singula discernuntur, & quale sit ipsum manifestè dinoscitur, id est, aqua suam vim retinens, per quam frigida demonstratur, aer habet humiditatem, ignis ardorè. Sed ea quidem utpote principalia cõpositarum rerum elementa, secundum rationem quæ dicta est, mente sola possumus contemplari. Ea verò quæ in corporibus illata sunt, & visui subiiciuntur, coniunctas sibi met possident qualitates, nullumque; eorum absolutum potest esse vel simplex, quippe quæ oculis comprehenduntur, & sensu. Nam tellus est arida & frigida, aqua humida & frigida, aer calidus & humidus, ignis calidus & aridus; atque ita natura per hæc potentia prouocata facit, ut temperamenti permixtionis alterne sibi met omnia copulentur, vicinorumque; elemento per sociam qualitatem vnumquodque; cohereat, & propter insitam singulis cõmunitatem, contrarijs misceantur, sicut terra quæ arida est, & frigida, cõnectitur aquis, per cognitionem frigiditatis; aer autem per aquam sociatur. Etenim media horum aqua posita, tanquam duarum porrectione manu, gemina illis qualitate coniungitur: id est, per frigiditatem terræ, per humiditatem aeri. Rursusque; aer intercessione sua conciliator nature repugnantis efficitur, id est ignis & aquæ. Igni quidem sociatus per

calorem, aquæ verò per humorem. Ignis autem quoniam feruidus aridusque natura est, aëri quidem caloris interuentu coheret, per siccitatem verò terræ communicat; & hoc modo quasi currulus quidam & chorùs compaginatus, alterutrum sibimet conuenientibus elementis videtur esse perfectus. Hæc idem differui, vt ordo claresceret, propter quem aridam Dominus terram nominauit; & non potius tellurem vocitauit aridam. Siccitas enim non postmodum secuta est, sed erat anterior; quippe quæ sit consummatoria substantiæ eius, atque ideo iure vocabuli huius priuilegijs honoratur. Verum etiam tellus, vt pote principalis causæ suæ notionis assumpsit. *Et vidit Deus, quia bona est aqua.* Non omnimodis speciositatem eam quæ ex vultu maris emicuit, bonam Domino fuisse visam, sermo significat pulchritudine creaturæ: sed ineffabili sapientia, quæ sunt facta, intuetur. Nobis enim reuera voluptuosum est mare, cum stabili cœperit tranquillitate candescere, aut cum lenibus asperatum flabris purpureum colorem cernentibus ostendat: & quando non violentis tellurem verberat fluctibus, sed velut pacificis eam complexibus osculatur. Verumtamen non ita Deo videri bonum mare scriptum dixisse putandum est: ibi enim bonum, non aspectu, sed facturæ ratione censetur. Primum quia fons quidam totius humoris, qui terram rigat, est mare: quod in occultis diffusum venis, sicut approbant scrupæ defossæque loca, per quæ commeans aqua marina cum aliquibus montuosis obstaculis retardata fuerit, impulsu spiritu quo vrgetur perruptis obicibus procedit ad lucem, potabilis iam effecta, per defectionem, amaritudine deposita naturali; itemque feruidam qualitatem recipit, cum per certa quædam metalla transcurrit, & fit non solum calida, sed & ardens. Quod etiam in insulis plurimis & in diuersis litoribus maritimis inuenimus, siquidem & in mediterraneis ita fieri regionibus constat. Cur autem hoc dixerimus: vt assererem quia tellus omnis per abditas, inuisibilesque venas, aquis est repleta manantibus, quæ trahunt ex mari principium? Bonum etiam mare Deo visum est, & propter decursum quem peragit, in profundo terrarum, receptaculum est fluuiorum, cunctarumque aquarum, quæ in se vndique deuoluuntur: manens intra terminos suos. Bonum quoque ob hoc, quod aquis aërijs fons quidem & origo est. Quæ cum fuerit fota calore solano deponit humorem subtiliorem per tenues vapores, qui tracti in altiore locum, frigidique perfecti, vt pote qui nubibus obumbrantur, rores generant atque imbres. Et huic rei nullus erit incredulus, si ad cacabos spumantes seruo respexerit, qui cum repleti aqua fuerint, igne supposito vacui sæpe redduntur; licet ipsa quoque maris aqua, solis decoqui radijs, vt nautici referunt, asseruntur. Nam vapores exhalantes, de pelago suscipiunt penicillis, atque ita fitis consolantur ardorem. Bonum nihilominus Domino videtur mare, quia constringit insulas, non minus eis munitionem perhibens quam ornatum, & quia classibus inuectabilem præstat accessum, diuitiarumque causas mercatoribus subministrat; & quia plurima terrarum incolis ignota; nauigantium relatione discuntur, multumque penitus vitæ hominum commoditatis ex mari tribuitur. Nam ea quæ nobis exuberant, in alias prouincias, regionesque transfuehimus, & inde rursus quæ minus hic suppeditant apportantur. Sed vnde mihi possibile erit, maris pulchritudinem designare, ita vt conditori visum est? Quod si mare bonum, atque laudabile est, apud Deum, quomodo non cœtus Ecclesiæ Catholice pulchrior iudicetur, in qua ætatum omnium sexuumque diuersitas, vocibus glorificatorijs ad Deum fufis similem marinis fluctibus sonum reddit, quæ firmiter in pacis statione fundata, nullius qualificationem turbinis sustentat hæretici? Quamobrem perficite vos dignos remuneratione cælesti, decus huius ordinis conseruantes in Christo Iesu, cui gloria nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

## LIBER QVARTVS.

De herba, seu lignis, Disputatio.

**E**T dixit Deus. *Germinet terra herbam, pabuli, seminans secundum genus, & lignam fructuosam, faciens fructum secundum genus: cuius semen in semetipso est.* Consequenter itaque postquam tellus respirauit, eluctata iam pondus aquarum: datum illi præceptum est germinare prius herbam, deinde pabulum: quod etiam modò fieri videmus. Nam vox quæ tunc emissa est, & prima illa præceptio, lex quædam naturæ fuit, & inhæsit terræ: creandi fructificandique sibi perhibens in posterum facultatem. *Germinet terra.* Primum est in generatione nascentium germinatio, deinde cum paulisper emerferit, herba fit, & cum creuerit, pabulum habetur. Eademque paulatim pubescens articulatur; & ita vsque ad tempestiuam maturitatem seminibus coalescit. Nam herbosa, viridisque species omnibus est communis. *Germinet terra herbam pabuli.* Per se videlicet tellus germinare præcepta est, nullius indigens adiumento. Quoniam quidam opinantur plantis ac seminibus solem causas præstare crescendi, dum ea quæ de terra pullulant, proprii caloris attractu, ab imis sedibus, ad superna producit; idcirco sole antiquior terrenæ fecunditatis ornatus emicuit, vt occasio venerandi solem, vt pote auctorem nascentium, his qui in errore positi sunt auferretur, si tamen suaderi potuerint, quia priusquam ipse creatus est, erat iam terra suis fructibus decorata, considerantes, quod herbis & pabulis, sol in nascendo postestus est. Quid ergo dicemus, quia pecoribus conditor alimoniam reponebat; nostrum verò genus nullius cura dignum prouisionis habuerit? Non ita est. Nam qui bubus & equis tuis pastum præparauit: vberiores vtique tibi diuitias, & fruendi copiam ministravit, & subsidia tuæ vitæ per illorum nutrimenta recondidit. Seminum quoque productio, quid aliud debet intelligi, quam tuæ dispensationis instructio, siquidem olera radicesque palmarum agrestium, non sit dubium cibos hominibus ministrare. Quod etsi est aliquod genus herbarum, alienis, non nostris visibus aptatum; tamen id ipsum videtur nostro nihilominus lucro proficere, nobisque omnium feminum commoditas deputata sentitur: & hunc esse profecto constat super his quæ dicta sunt intellectum. *Germinet terra herbam pabuli & seminans secundum genus.* Rectè inquit, Sic enim & narrationis consequenter ordo constabit, qui nunc sibi quodammodo creditur repugnare; & necessitas naturalis dispensationis implebitur. Primum est enim germinatio, deinceps herba, post hoc pabuli successio; quam mox feminis perfectio comitatur. Quomodo ergo cuncta, quæ nascuntur è terra, seminaria esse sermo declarat, cum nec calamus, nec gramen, nec menta, nec crocus, nec alia plurima nascendi principium sortiuntur ex femine? Ad hæc respondemus, quod quædam eorum quæ terra producit, in radicibus & in fundo creduntur virtutem feminis obtinere, sicut calamus post incrementa recentia, rursus aliam sobolem de radice submitit reparationem stirpis in posterum porrecturam. Hoc autem facit non solum calamus, sed etiam alia mille; quæ sub tellure nascentia, rediuuam prolem in radice custodiunt. Vnde verum esse probatum est, quia vnicuique nascentium, aut semen suppetit renouandi generis, aut vis quædam seminaria sit adiuncta. Et hoc est quod dicit *secundum genus.* Neque enim calami progenies, potest olearum haberi creatrix; sed ex calamo calamus alter, per similitudinem cognationis exoritur, & ita quod de prima generatione terra produxit, vsque nunc posteritatis successione seruatur. *Germinet terra.* Respice quomodo ex parua voce, & præceptione breuissima tellus arida, sterilisque repente parturiens; & ad sætum fructificationis impulsæ; velut quodam luctuoso amictu deposito, sumptisque lætioribus indumentis, & cultu proprii decoris exultans, omnia quæ visu cælesti conceperat, effundebat. Cupio itaque; in tuis sensibus altius herere miracula: vt vbiunquæ repertus fueris, & culibet nascentium generi spectator asiteris, magnificam percipias memoriam

memoriam conditoris, & ante omnia cum videris herbam fœni, vel florem, mox te ad humanę naturę conuertas imaginem: recordatus Isaia sapientis exemplar, *Quia omnis caro tanquam fœnum, & omnis gloria hominis tanquam flos fœni*. Et enim vitę huius breuitas, & minimum gaudium; & super rebus prosperis hilaritudo mortalium, congruè profusă à propheta comparata est. Videtur enim hodie quispiam, membris refectus, facie robustus, ætate primæuus, frēmēs viribus, atque impetu non ferendus. Hic sequenti mox die miserabilis inuenitur: dum aut senectute frangitur, aut languore tabescit. Alter itidem spectabilis habetur, & maximarum refertus opibus facultatum, fultus obsequijs susceptorum amicorum etiam simulatorum stipatus examine, nec non parasitorum, vel affinium adulatorum circumseptus excubijs, à quibus omnibus, & procedēs, & rediens inuidiam cum vituperatione conquirat. Neque enim potest hunc morbum declinare qui eminet. Adde diuitijs ciuilem quoque potentiam, & honores delatos à principibus, gentium regimenta, militum magistreria, præconēs honorifica voce personantes ante ipsum, se, fasciumque vectores, hinc & inde prosequētēs, grauissimum terrorem simplicibus ferentes: adde verbera, proseriptiones, auctiōnes, vincula, carceres, ex quibus intolerabilis glomeratur formido subiectis. Quid postea? nox vna, & febris accessio, lateris dolor, pulmonisq; suspiciū, diuulsio ex hominibus ducit hominem, totaq; eius scēna repente deregitur: illa tanta potentia velut transactum somnium non videtur. Quapropter tempestiuè propheta florum imbecillitati similitudinē glorię cōparauit humanę. *Germinet terra herbam pabuli, seminans semen secundū genus*. Vsq; nunc igitur, primæ dispositioni, testis est ordo nascentium. Germinatio enim omnia, quę generantur, anteuenit, & si quid de radice prouipit, vt crocus & gramen, prius id germinare necesse est, & post hoc fœnum viride fieri, atque ita in frugem maturam, stipulam iam flauescens perducit. *Germinet terra herbam pabuli*. Semen igitur cum ceciderit in solum, & mediocriter humore fuerit, & calore mollium, mox gremio terrę coniectur, quædam subinde genitiua fomenta suscipiens & in venas eius sensim labendo demergitur, sparsisque minutissimis fibris tumorem superiectę telluris nascendo perumpit, fundatūque iam firmiter facillē cōfurgit, tot numero sursum calamos explicans, quot deorsum radices extenderit. Atque ita teneritudo geminis tepēfacta, subiecto vapore, qui tractu calorıs, illapsus est per radices, & terrę nutritis adhibetur: partem sui diffundit in culmum, partem ducit in corticem, partem ministrat in grana, partem porrigit in aristas. Et hoc modo, congregatione perfecta, paulatim ad sui mensuram singula quęq; perueniunt. Ergo siue triticum fuerit, siue legumen; siue olus, siue arbustum; sufficenter instruere poterit tuum sensum, quo possis intueri sapientiam conditoris artificis: quomodo tanquam genibus quibusdam stipula frumenti succingitur, vt crebris compagibus alligata, facilius valeat onus subuectare spicarum, cum grauitudine maturitatis, inflexę deorsum cōpperint inclinari. Et propterea calamus auenę totus vacuus habetur: quia nullū scilicet gerit pondus in capite. Triticum autem longē aliter natura muniuit, cuius grana prouidenter admodum locauit in thecis, vt nō diripiātur ab auibus. Et idcirco ei rationabiliter aristas causa custodię, velut hastas apposuit: quarum aculeis minores bestię repellantur. Quid loquar, quidve reticeam, tam copiosos respiciens thesauros creaturę? est quidem difficilis affectio meliorum: sed iactura non tolerabilis omnisorū. *Germinet terra herbam pabuli*. Mox cum victualibus & pernicioſa procedunt, idem cum tritico cicuta, cum reliquis seminibus helleborus, & aconitum, & mandragora, & papaueris succus. Quid ergo? proposita gratiarum actione, super munificentia conditoris, accusemus eum de noxiarum productione causarum? minimē considerantes illud; quia non omnia propter nostrum facta sunt ventrem; sed nobis quod deputatę dapes, tam promptę quam notę sunt. Vnumquodque verō eorum quę generata sunt, habent propriam rationem. Neque enim quia taurini sanguinis haustus letifer habetur, idcirco animal ipsum fieri non oportuit, aut penitus non videri, cuius vtique labor, ad varios

A vita nostrę vsus, valde necessarius æstimatur. Sed tibi quod sufficere rationabilis familiaris hominibus; ad declaranda quę noxia sunt. Etenim si ouibus & capris sensus suppetit naturalis cauendi contraria, solo intellectu discernentibus læsionem: tu cui & sermonis facultas præstō est, & artis medicina solertia suppetit, remedia sanitatis explorans, & rerum frequens experientia, malorum nobis effugia demonstrando, difficile dic mihi poteris periculosa vitare, quorum nihil est otiosē, vel inutiliter constitutum? Aut enim pastum ministrant, certis quibusque pecudibus; aut nobis ægrotantibus solatia conferunt ad salutem. Nam cicutam sturni solent edere: cuius venenum, pro qualitate sui corporis dicuntur effugere. Tenuissima enim sunt adiacentia eorum cordi spiramina, priusque illis euenit vt digerant, quę sumperunt, quam frigiditas ad intima eorum intestina perueniat. Coturnicibus etiam in vsu efcę habetur helleborus, huius virus pestiferum, naturę suę quadam temperatione deuitant; hæc autem omnia nos ipsos quoq; iuuarē creduntur. Ex mandragora enim somnifera medicina componuntur, grauissimis membrorum doloribus profutura. Quidam autē per cicutam molestissimā vesendi rabiem mitigarunt: nonnulli per helleborum diuturna vitia corporis extinxerunt. Ergo vnde putas conditori crimen obijcere: inde potius referendę sibi laudis argumenta fortiris. *Germinet terra*. Quantam igitur dicit alimoniam sponte in folijs herbarum, & in radicibus & seminibus inueniri, vel quantum ex cultu & diligentia conferri, quanquam non continuè præcepit fructum semenq; produci, sed germinare prius statuit, & virere tellurem; & tūc maturare semen, vt prima illa præceptio, documentum naturę fieret ad rationem sequentium. Quomodo ergo secundum genus semina terra producit, cum fuluum triticū ferentes, atrum plerumque colligimus? Quod non pertinet ad mutationem generis, sed infirmitatem quandam & languorem seminis fuisse dicemus. Neque enim desijt esse frumentum, quod aduisione nigratum est, sicut ex ipsa possumus appellatione cognoscere, quia nimietate frigoris excocta species, in alium, semen & colorem transtulit & saporem. Sicut è contra, si ager fecundus extiterit, & cęli elementia potiatur: mox ad pristinum schema reuertitur. Lolium verō & cætera adulterina genera, quę zizania solent nuncupare scriptura, victualibus admixta legetibus; nō ex tritici corruptione gignuntur, sed ex sua propria nascuntur origine. Horum consideratio illis conferenda est, qui Domini mandata subuertunt, & non sincerē verbum monitionis accipiunt; sed maligno magisterio deprauati, audent se membris Ecclesię salubribus admiscere, vt morbi sui clandestinam perniciem latenter mentibus integris inoleant; licet Dominus perfectionem credentium, meritō seminis comparat incrementis, ita dicens. *Vt homo mittat sementem super terram, & ille dormiat, & surgat nocte, ac die, menses autem leuatur & crescit, ipso nesciente*. Sponte enim terra fructiferat: primo fœnum, postea spicam. *Germinet terra herbam*. Igitur in breuissimo temporis momento, à germinatione tellus incipiens, vt legem creatoris impleret, per omnes crescendi profecta gradus, mox ad maturitatem, quę nascebantur erexit. Cerneres eo tempore, saltus omnes herbarum viriditate splendescere: campos etiam turgidis mēsisibus exornatos, imaginem quodammodo pelagi fluctuantis, spicarum motibus amulari. Omne tunc fœnum & omne genus olitorium; & si qui arbutiuum vel nullarium est, copiosius super terram fructibus eminebat. Nulla tunc erat desperatio metuenda seminibus: non ignauia culpanda cultorum, non ærum intemperantia, non vilius causę querela corruptelam frugibus apportantis, non condemnatio, quę fertilitatem posset impedire terrarum. Postea enim delictum extitit; pro quo sumus addicti, vt in sudore nostri vultus, panem manducaremus. Inter hæc præcepit quoque lignum nasci fructuosum faciens fructum; cuius semen in seipso est secundum genus & similitudinem. Huius igitur editione sermonis, omnia cōfestim memora densabantur, arbores etiam quibus mos est in altum surgere, id est, olea, vel cedrus, & cypressus, & pinus, nec non frutices folijs vestiebantur, & frondibus virgulta. Quinetiam quę cotinaria vocitantur, roseta dico, & myrreta, & laureta

sub vno temporis momento, cum ante non essent, singula A cum sui proprietate surgebant: alterum ab altero, manifestissima probatione discretum, & certa designatione productum. Verumtamen illo tempore, rosa sine spina fuit. Nam postea pulchritudini eius adiuncta est: vt esset videlicet voluptati sollicitudo contigua, reminiscens nobis peccatum, cuius gratia dumos & vepres generare terra damnata est. Quæ iubetur & lignum faciens fructum producere; sed multa ligna videmus, neque semen, neque fructum ferentia. Ad hoc dicemus, quia quæ sunt vtiliora, mandari memoriæ principaliter meruerunt; deinde subtiliter inquirentibus patefiet aut seminarias esse omnes arbores, aut similem semini habere virtutem. Populus enim vel vlinus, & salix, & aliæ tales, fructum quidem nullum videntur afferre, manifestum tamen semen B in eis, si quis attentius scrutetur inueniet. Subiectum enim earum folijs, granum quod miscum nuncupare solent; hi qui vocabulorum compositionibus operam dederunt, hoc vim seminis obtinet. Nam ea quæ de ramorum plantatione nascuntur: ex semetipsis, quam plurimum radices fundunt. Forsitan & gemmæ illæ, quæ de stirpe truduntur, rationem quandam seminis habent: quas agricultores auulsas reparandi causa generis, pastinare consueverunt. Primum tamen vt supra diximus, arbores illæ dignæ memoratu habentur, quæ nostram vitam suis fructibus sustentantes, atque hominem nutriendas, inuidiosam ei facturæ erant fruendi libertatem: sicut vitis quæ vinum generat, lactificans cor hominis, & olea fructum ferens, qui vultum exhilarat, in misericordia. Itaque radix vineæ habet in circo sarmenta virentia, diffusa per terram: ex quibus primo germen oritur, quod sit labrusca, post hoc vua. Sufficit igitur, vinea quoque prudenter inspecta, recordationem tibi naturæ subijcere. Meministi enim dominici sermonis exemplum, quo se dicit esse vitem, patrem vero cultorem. Singulos autem nostrum, qui per fidem inferti sumus Ecclesiæ, sarmenta nuncupauit: prouocans ad fructificationem copiosam, ne desidias accusati, flammis contradamur æternis. Denique non cessat; vbique animas hominum vitibus comparando. Sic enim dicit. *Vinea facta est dilectio in cornu pingui.* Et iterum, *Vineam plantauit, & sepe circumdedit,* animas videlicet indicans hominum, quas caelestium mandatorum munitione conspexit: apposita nihilominus angelorum custodia, sicut scriptum est. *Immittit angelum Dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Deinde velut vallos quosdam quibus fulciremur, erexit: constituit in Ecclesia, primo Apostolus, secundo Prophetis, tertio magistris. Arque ita nos exemplis veterum sanctorum suscitans in sublime prouexit: nec omnino passus est mentem nostram humi iacentem, fieri dignam calcationibus aliorum. Vult etiam nos velut quibusdam vitis clauiculis, id est, amplexibus caritatis affectos & proximum quemque diligentes, impetu animi semper ad superiora contendere: similes effectos sarmentis quæ solent paulatim crescendo, ad summos arborum vertices peruenire. Exigit nos etiam fossionem pati. Foditur autem mens, sæcularium depositione curarum; quæ cordibus nostris onus graue consingunt. Ergo qui illecebras corporeæ voluptatis abiecerit, & execrabilis ambitum gloriæ diuitiarumque contempserit; tanquam fossionis cultura nitescens, aspirare liberè incipit, omni labe terrenæ conuersationis absterisa. Conuenit etiam nos secundum proverbij rationem, minime luxuriantes effluere, id est, nos ostentatoriè viuere, nec captare decus laudis externæ; sed fertiles nos vero demonstrare cultori bonorum operum præferentes industriam. Tu autem sicut oliua fructifera nulla te spe nudaueris, sed semper habeto fidei viridem, validamque constantiam. Ita enim viuacitatem illius arboris, & opulentiam fructuosam videberis imitari: si vberimè misericordiam omni tempore largiaris. Sed etiam redeamus ad scrutationem disputationis artificis. Quanta tunc genera extiterent lignorum, quorum quædam foecunda sunt, alia proiectibilia, nonnulla nauibus fabricandis accommoda, quædam focus necessaria? Rursus in his varius expectatur ornatus, quorum & proprietatis inuestigatio difficilis ha-

betur, & differentia singulorum. Nam alia profundioribus, alia summis, & leuibis sunt annexa radicibus: alia in altum porrecta, singulisque defixa stipitibus, alia humiliora; & de stirpibus suis oculos plures fundentia. Et quorum vertices sunt excelsum; eorum radices multiplices, & profundiores habentur, in circoque diffusa: quas velut fundamina quædam natura subiecit, quibus moles supposita valeat sustentari. Quanta etiam diuersitas in corticibus est, quorum aliæ lenes sunt & nitidæ, nonnullæ nodosæ & asperæ, aliæ simplices, ceteræ etiam multis confertæ caudicibus? Et quod magis miraberis: senectutis & iuuentutis humanæ similitudo reperitur in eis. Nam nouellorum, & pollentium virgultorum deductus & tensus est cortex; senescentium vero rugosus & scaber. Et his quædam cum fuerint amputata regerminant, alia mox cum truncantur arefcunt: tanquam mortem quandam ex incisionis iniuria perferendo. Multis sanè probatum est, quia exusta, vel incisæ pinus, glandiferum transformant. Notum est etiam, quasdam diligentia cultorum curatas, naturali penitus malitia caruisse. Nam mala Punica quæ sunt acidiora, vel amaras amygdalas, hoc modo ferunt posse molliri: si iuxta radicem, truncis earum terebratis tædæ cuneus per medium cardinis transfigatur, omnem molestiam saporis incongrui, mutatione dulcedinis exempturus. Idcirco nullus hominum caligine malignitatis offusus de propria salute desperet, sciens quod agricultura quidem primorum qualitates reducit in melius, labor autem spiritalis potens est omnium morborum superare nequitiam. Et sanè tantam in arborum foecunditatibus videmus esse distantiam: quantam nec verbo quidem possumus explicare. Neque enim solum in altero genere discretio factum continetur: sed in singulis etiam plurima diuersitas inuenitur. Siquidem aliud specimen masculini fructus, aliud foemini, cultorum fertur tradidisse solertia: quin etiam palmas gemini esse sexus affirmant. Nam videtur quomodo apud eos quæ foemina nominatur, ramos proprios incuruat ad marem velut concubitum petens: vt possit ex eius admixtione concipere. Vnde ingeniosi agricolæ, sublatis de masculo certos oculos, foemina dicuntur inserere; & ita quasi coitu desiderato repleta confestim subductis brachijs pristinum recurrere ad statum. Hæc autem de ficis quoque narratur. Nam quidam plantas agrestes hortensibus narratur apponere: nonnulli etiam fructum caprifici domesticis alligant, conferendæ vilitudinis causa, quo possint germina sua retinere cadentia. Cuius rei videlicet figura, monere nos creditur: vt agnoscamus, quia oportet plerumque etiam ab alienigenis, capere nos fidei documentum, ad professionem bonorum operum declarandam. Si enim videres quempiam de gentibus, aut hæreticis, ab Ecclesia Domini segregatum, vitæ morumque cultibus honestatum; eniti debebis impensius, & studium tuum magis ac magis augere quo possis accedere prope illam fructiferam ficum, quæ de societate syluestrium vigorem mutuata secundum, vitia quidem molesti fluxus inhibuit, subsidia vero vicina fertilitatis arripuit. Igitur si tanta ratio generationis illarum est, vt vix pauca pro multis potuerimus exponere, quis omnium fructuum varietates, qualitates schemataue percurrat, & quanta in singulis habeatur vtilitas, cum sint aliæ, quæ sole decoctæ maturefcunt, aliæ quæ tegmentorum præsidio defensæ plenesunt? Et quomodo eorum, quæ mollem fructum ferunt folia fortiora sunt, sicut ficis quorum autem fructus durior habetur, membranarum textura tenetior est, sicut nuce: quia ficus videlicet propter imbecillitatem merito flagitat opem maioris auxilij, nucibus autem læsionem facere potuisset densior opacitas foliorum. Pampinus etiam quam rationabiliter multiformi formatione perfectus est, vt vua per eam partem quæ tegitur, aëris repellat iniuriam, per eam vero quæ patet, fomenta solani coloris excipiat. nihil itaque fortuitum, nihil irrationabile factum videmus. Est in omnibus ineffabilis quædam mirandaque sapientia. Quæ autem mens aut cuius facundia sufficere comprehendere cunctas subtiliter, vt & contemplari proprietates valeat, & discernere differentias singulorum, vel latentium penitus causarum

caularum secreta rimari? quomodo vnus idemq; humor, per arbutorum radices attractus in officia numerosa dispergitur, aliter ipsam radicem nutrens, aliter corticem, aliter truncum, & aliter medullam? & quomodo nunc foliū fit, nunc in palmites, ramosque formatur, & fructibus præbet alimenta crescendi? lacrymas etiam quasdam per ramos, eadem fundit materia, quarum quanta sit inter se differentia, quis poterit explicare? Alia est enim lacryma scini, alius balsami succus, alius etiam de Ægyptijs, Libycisque ferulis fudor emanat. Fama est quoque, quod electrum lacryma sit cuiusdam ligni, mōre lapidis obdurata. Cuius rei testimonio sunt furculi, vel mulcæ parua, quæ confidentes in electri manantis succo, cum gelaretur hæserunt. Et omnino de eorum qualitatibus, nisi qui experiendo doctus fuerit, plenam rationem proferre non poterit: quomodo iterum ex ipso humore, vitis quidem vinum generat, olea oleum. Et non solum hoc mirabile est, quia dulcis hic, & ibi pinguis efficitur: sed quod in ipsis fructibus multiplex admodum saporis imitatione demonstratur. Alia est enim dulcedinis qualitas in vua, alia in malo, alia in ficu, alia in dactylo. Volo itaque adhuc hoc enucleatius examinare negotium; quomodo labiorum sensus, gustuique placidissimus videtur humor, eum in quibusdam pomis allata maturitate dulescit, in alijs acerbus habetur, & anxius cum acescit. Contristat autem sensum per amaritudinem nimiam: cum se in absinthio vel in scamonia diffuderit. In quernis vero, vel in corneis pomis, stipticus & durus efficitur; in terebintho autem vel nucæ, mollem recipit pinguemque substantiam. Sed cur longinquè prosequimur, cum in vna eademq; ficu, modo amarissimus sit humor in succo, modo dulcissimus in fructu, in vite autè sit acerbus cum germinat, suavis in vva matura? Colorum quoque quantas dicas esse discretiones? Denique si quando florea rura respexeris, videbis eundem liquorem, quomodo puniceus quidem habetur in hoc flore, purpureus autem vel candidus, vel aurosus in alio, maioremque rursus odoris differentiam, quam coloris ostendit. Sed iam sentio mihi sermonem in immensa spatia contemplationis auiditate proserpere. Quem nisi vinculum ad necessitatem creaturæ redegero, dies me profecto deficiet, magnificam vobis sapientiam, ex minorum comparatione pandentem. *Germinat terra a ligni fructuosum faciens fructum.* Mox ut præceptum est datum: iuga montium arboribus comantia crebrescebant, horti cernebantur exculti; ripæ fluminum diuersis frondium generibus replebantur. Quarum quedam dispositæ sunt mensas exornare mortalium, nonnullæ pabula præbere pecudibus, alia medicandi visibus aptantur; quia, ut carptim dicā, quæcunq; nobis experientia rerum diuturna congestit, vndiq; necessaria colligens; hæc velocissime dispensatio conditoris, ab initio futura prospiciens generari constituit. Sed tu cum videris domestica, syluestria, terrena, aquaria, florea, maiorem recognosce per minima, ita tamen ut admirationi propriæ dilectione creatoris adicias, inquirendo quem admodum certa lignorum facit semper esse vrentia, nonnulla quæ nudantur hyberno, & rursus eorum quæ semper virentia sunt, quedam solent folia mutare latenter, ut per hoc nunquā possint proprijs frondibus spoliari, sicut oliua, vel pinus, alia sempiternis induta folijs esse præcepit, ut palmam, quibus ex principali germinatione perceptis vsq; ad extremum finem creditur esse contenta. Illud quoque considera, quomodo arbor ea, quæ mirice nominatur, velut ambigui generis est, quippe quæ non minus, locis humidioribus quam siccoribus delectatur. Propter quod Hieremias mores varios & mutabiles huic virgulto prudenter æquiparat. *Germinat terra.* Igitur parua ista præceptio cogit eam vitæ proprias quantas habet, singulorum curiculis ad infirmandum genus herbarum, seminum lignorumque producere. Nam sicut turbo pipeus, ictu prioris verberis incitatus, curuatis spatijs gyros explicat tortuosos, acutoque fundamine, semel defixus semet ipse circumfert: ita naturæ ratio ex priorè Dei mandato sortita principium per omne transit æuum, donec ad communem terminum, finemque perueniat. Ad quem nos quoque bonorum operum repleti fructibus properemus, ut plantati in domo Domini, floreamus in aula Dei pijsimi. In

A Christo Iesu, cui gloria, & honor sit semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

## LIBER SEXTVS.

A Thleticorum certaminum spectatores, oportet dicantium valitudinis esse consortes, quod ab editoribus ludorum lustralium facile probabitur: qui congregatos in stadio, nudato capite sedere præcipiunt. Propterea ut mihi videtur, ne non solum spectator interfir vnusquisque, sed etiam particeps sudoris existat: Ita videlicet maximorum atque excellentium spectaculorum quasitorem & summæ sapientiæ, atque ineffabilis, auditorem conuenit afferre proprias causas ad contemplationem rei propositæ, mecumque partiri laboris huius ut poterit, socium se magis arbitrans astare, quam iudicem; ne forte lateat nos veritatis inuentio, & mea culpa fiat cum auditoribus commune dispendium. Quorsus hoc dixerim? Quia videlicet proposita nobis est disputatio de mundi compositione, non ex sæculari sapientia nacta principium, sed ex quibus famulum suum Moysen Dominus docuit in specie, non per figuram locutus ad eum. Ergo necesse est, maximarum rerum studiosissimos spectatores, non in exercitatos animo, quæstionibus interesse præsentibus. Itaque si quando sub serenitate nocturna, ineffabilem syderum pulchritudinem desuspexisti, credo te captum de rerum omnium conditore quæsisse, quis floribus eiusmodi cælum variauerit, & quomodo in his quæ cernuntur maior delectatione probatur utilitas, itemque si interdiu, sobria mente discutens, considerasti diuturna miracula, per visibillumque ratione, eum qui habetur inuisibilis reputasti, omnino promptus ad audiendum venisti, dignum te demonstrans celebritate honesti huius, beatiq; spectaculi. Quapropter faciā quod solent hi qui vrbium peregrinos, manu comprehensos, ad destinata producunt, idem ut nos ad occulta miracula maxime huius ciuitatis, vt pote nescios introducam. In hac igitur vrbe sita est antiqua patria nostra, ex qua nos tradidit homicida diabolus suis sollicitatos illecebris. Hic conspiciens primam hominis generationem, & mortem quæ nos subinde secuta est, quam peperit peccatum, quod est primogenitum vetusti demonis germen; ibi recognoscis hominem, natura quidem terrenum, sed opus esse manuum diuinarum valitudine multum pecoribus deteriorum, sed animantium, inanimatorumque principem constitutum, instrumentis naturalibus imbecillum: sed ad cælum ipsum ope rationis elatum. Si hæc didicerimus; nos quidem ipsos recognoscemus, Deum reminiscemur; conditorum adorabimus, Domino seruiemus, Patrem glorificabimus, benefactorem reueremur, auctorem vitæ nostræ præsentis & futuræ non cessabimus venerari, qui per eas quas largitus est nobis diuitias, etiam earum fidem, quam promisit, ostentat & qui experimento præsentium, illa quoque quæ sperantur affirmat. Si enim temporalia sunt eiusmodi, qualia sempiterna? Si visibilia tam bona, qualia quæ non videntur? Si cæli magnitudo mensuram humanæ mentis excedit, quis sempiternorum naturam sufficiat æstimare? Si corruptioni obnoxius, tam bonus, & magnus est mobilitate velox, discursibus ordinatus, habens congruam amplitudinem, qua statutam rebus omnibus mediocritatem, transgredi non queat? Decor autem naturæ velut oculis quidam perspicuus ornamentum mundo perhibet. Si infatigabilis est eius aspectio: qualis in pulchritudine sol putabitur esse iustitiæ? Si cæco iactura est, hunc non visere, quantum dispendium patitur peccator, vera luce fraudatus? *Et dixit Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, ad illuminandam terram, & diuidant inter diem & noctem.* Cælum scilicet, & terra præcesserant, lux super his iam fuerat fabricata, dies à nocte discretus, arida iam reuelata erat, aqua congregata in stationem sibi deputatam, terra suis erat fructibus repleta; quippe quæ tot herbarum millia germinauerat, & varijs plantarum generibus abundabat, sol autem necdum erat & luna, ne principem videlicet patremque luminis eum vocarent, vel auctorem de terra nascentium, qui Deum nesciunt, opinarentur. Propterea quarto die dixit, *Fiant luminaria*, quia fecit *DEVS* duo luminaria.

Quis

Quis præcepit? quis obsecutus est? Num consideras in his duplicationem personarum? ubique igitur dogma deitatis, mystica narratione confertum est historiae, causaque præsto est, creandorum luminariorum, ad illustrandam terram. Quomodo ergo si lux antecesserat, nunc ad illuminationem sol dicitur constitutus? Primò quidem sermonis nostri simplicitas, nullum tibi risum moueat, si facundia vestra non affectamus elegantiam, nec compositiones sequimur clausularum. Non enim consueuimus verborum instructuras, vel euphoniã pronuntiationis excolere; sed honestam significationem nominum ubique ducimus proponendam. Aduerte itaque quomodo per naturam sufficienter quod voluit, declarauit: Pro illuminatione enim luminaria nominat: quod utique non repugnat his quæ de luce prædicta sunt. Tunc enim natura luminis est producta; nunc autem solanum corpus effectum est, quo superfertur illud primogenitum lumen. Sicut enim aliud est ignis; aliud lucerna, quorum vnum illustrandi vim possidet, aliud ministrandi causa luminis, his qui eius indigent est formatum; sic & mundissimæ illi & sincerissimæ luci pro vehiculis quibusdam luminaria ista subiecta sunt, licet Apostolus quosdam luminaria mundi nominet. Sed alia est vera lux mundi, ex cuius transusione lustrati sancti, luminaria siebant animabus his, quas veritatem docentes, de tenebris eas ignorantia liberabant. Sic & sol iste visibilis illo principali fulgore flammatus elucet. Et nulli videatur incredibile, quod diximus aliud esse luminis splendorem, aliud subiectum lumini corpus, primò quia quæ composita sunt, in duas partes diuiduntur, id est, in materiam recepticem, & in eam quæ sibi euenerit qualitatem. Sicut ergo aliud est naturalis candor, & aliud quod candescit: sic illa quæ dicta sunt distare à se quidem natura videntur: sed creatoris virtute coniuncta sunt. Et non mihi dicas, impossibile est, hæc ab alterutrum separari. Neque enim ego separationem luminis à solano corpore comprehensibilem mihi tibi que confirmo; sed quia nobis opinione sola diuisibilis æstimatur. Plane nutu conditoris possunt hæc à natura sua facile seungi. Denique nobis impossibile penitus est, ardorem solis à splendore discernere; sed Deus, volens famulum suum mirifica visione conuertete, sic apposuit rubro flammam, vt solam vim claritudinis eius, deposita torriditate monstraret. Sicut & psalmus testatur dicens. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Vnde etiam in retributionibus delictorum, quæ in vita contraximus, ratio quædam nos secretior docet, partiendam ignis esse naturam: cuius lux ad illuminandos deputabitur iustos; arbor autem ad concremandos perficiet peccatores. Licet & de lunæ quoque passionibus facile queamus fidem capere quætorum, decrefcens enim, non toto corpore prorsus expenditur: sed insertam sibi lucem modo deponens, modo recipiens, concretionis, & diminutionis propriæ quasdam nobis exhibet fantasias. Nam quia senescente ea, minimè totum corpus eius expenditur, testimoniò sunt quæ videntur: Licet enim tibi aère libero nebulosisque carente vaporibus, spectare lunam deficientem, quando rotunda: sed schema est, quando globus eius, ex eo latere quod tenebrosum est, tali orbe circumscribitur, quali cum luce plena est. Quem euidenter integrum perfectumque conspiciens, ea manifestatum parte qua fulgêt, non mihi dicas, quia lux eius aduenticia est, quoniam minuitur quidem quando contra solem versitur; crescit autem cum ab eo discesserit. Nam nec nobis hoc modo discutere propositum est, sed quia aliud est eius corpus, aliud causa luminis. Tale quidem ergo mihi, & de natura solis intellige, qui ob hoc tantum discrepare videtur à lunâ; quod hic quidem susceptam semel, insitamque sibi lucem minimè deponit; illa vero sapius exuta, iterumque nudata lumen facile poterit ex se etiam quæ de sole dicta sunt confirmare. Hæc ergo luminaria statuta sunt diuidere inter diem & noctem, quorum natura, tunc ab alterna contrarietate destitit, vt erga se incomprehensibiliter haberentur, nullaque communitas tenebris possit esse cum luce. Quod enim est umbra interdiu, hoc obscuritas

habetur in nocte. Et sicut omnis umbra de corporibus lumini subiectis emittitur, mane tendens ad occasum, vespere vergens ad orientem, meridianis horis ad partem septentrionis inclinans, nox quoque ipsa, retrorsum lucis radijs repercussa fecedit. Cuius quid aliud intelligenda natura est, quam mundi obumbratio? Sicut enim lucido die, stanrem quempiam sub aurora solis mox umbra comitatur; sic obumbrato aère, qui terræ proximus est, nox efficitur, & hoc est, quod dicit; *Separauit Deus inter lucem & tenebras.* Nam ferè semper obscuritas refugit lucis aduentum; quippe quibus ex prima generatione alienatio inter se est naturaliter optata. Nunc autem solem præcepit spatia diurna peragere, lunam vero cum orbem suum compleuerit, moderatricem noctis statuit: pro certa que dimensione inuicem sibi luminaria ista succedunt. Nam sole procedente, luna si plena est, statim ducitur ad occasum. Rursus autem cum sol cursui suo metas posuerit, hæc incipit exoriri. Sed si secundum alia schemata minimè spatio noctis lunare lumen æquiparat: non interest propositæ quæstionis, solum nobis illud asserentibus, quia quando perfecta est luna, noctis obtinet principatum, proprio superans astra fulgore, terramque perlustrans; temporis autem mensuram æqualiter cum sole partitur. *Et sint, in signis, & in temporibus, & in diebus, & in annis.* Necessarias igitur humanæ vitæ, sicut longior vsus docet, signorum notationes & obseruationes inuenies: si tamen non amplius eas quam oportet inquiras. Multa enim super futuris imbribus possumus dicere: plurima quoque de vaporibus terrarum, motibusque ventorum, seu per partes venientium, seu generaliter ubique spirantium, & vtrum violenter, an placidè sunt venturi. Vium itaque ex demonstrationibus habetur solis, quod ostendit nobis Dominus, dicens futuram tempestatem cum cælum cæperit igneo rubore tristiari. Nebulis enim subeuntibus, obfuscati radij rutilo, sanguineoque colore cernuntur; aëris videlicet densitate, talem speciem nostris obrutibus exhibente, qui necdum vi caloris expressus, propter exaltantes subinde vapores, & augmentis aquarum magis magisque crassatus; certissimam tempestatem regionibus in quibus fuerit glomeratus intentat. Similiter etiam fit, quando habetur luna circumflua, vel cum solem circumdederit area, quæ vocatur, nimirum aquarum multitudinem, aut ventorum fremitus futuros annuntiat; vel cum vis circa eum fuerint discurrerentes, ij qui solis contrarij nominantur: profecto casus aliquos ætherei tractus imminere portendunt. Sicut & virgæ illæ quæ in Iridis colore sub matutinis nubibus ostenduntur, vehementes pluuias & procellas, aut aliquam omnimodo cæli perturbationem significant. Plurima etiam indicia crescente vel senescente luna, qui huic scientiæ studuerunt notasse dicuntur: asserentes quod aër terræ proximus, necessario pro lunæ schematibus, qualitatisque vertatur. Nam cum fuerit tersa, si gracilis & minimè cornibus obtulis appareat; serenitate stabilem, firmamque declarat. Sin autem rubicunda, pinguisque cornibus habeatur: imbres nimios, australemque violentiam minatur. Horum igitur obseruatio quantum commoditatis impendat hominibus quis ignorat? Possunt enim nauigaturi intra portum retinere classem, futura pericula præuidentes: viator item cantus effectus ex cæli tristitia, tranquillitatis tempus expectat, agricultores quoque seminibus & plantis, sollicitam diligentiam commodantes, ex memoratis instructi signis oportunitatem congruam præstolantur. Quid, quod solutiones etiam rerum omnium in sole, lunaque & stellis, visenda prodigia Dominus prædicauit dicens; *Sol vertetur in sanguinem, & luna non dabit lucem suam.* Verum hæc indicia sunt mundanæ consummationis, vt diximus. Sed illi qui vltra fossam, saltus suos conantur extendere: ad rationem Genesis cursum propositi sermonis inflectunt. Ferunt enim vitam nostram de motu pendere celestium, propterea Chaldæi notationes astrorum ad casus humanos asserunt pertinere, simplexque dictum scripture quod ait in signis, non ad mutationem videlicet aëris, vel temporum qualitatem, sed ad sortem vitæ transferentes humanæ, prout sibi videtur, exponunt; dicentes, quorundam discurrantium



lyderum complexionem, cum ad illas stellas quæ in Zodiaco mouentur circulo, si tale verbi gratia schema coierint, certam genesin solere perficere; rursusque si aliter habitus illarum fuerit, contraria decreta componit. De quibus non erit fortassis inutile; si aperienda quæstionis gratia, pauld superius repetita serie narrationis exordiar. Dico autem non meum quid proprium, sed cõfutationis illorum causa, suis vtat elogijs: vt & ij qui errore præuerti sunt, remedia conceptæ læsionis accipiant, & cæteri munimen aliquod, ne similia patiantur inueniant. Repertores igitur geniæ rationis diurnitate temporis experti, quod eos de schematibus multa diffugiant, in angustum penitus temporis redigere mensuram, vt etiam minutissimo intervallo, sicut dicit Apostolus, in momento, & in puncto, magna sit inter genesin genesimque distantia, asserentes, quod ille, qui natus est in hoc puncto, rex erit gentium, princepsque populorum, maximam potentiam, multasque diuitias sortiturus; eum autem qui in illo momento creatus est, mendicum, & vagum fore, quotidianique victus causa, diuersorum ianuas obiturum. Ided namque circulum, qui signifer appellatur in duodecim partibus diuidit; quoniam sol per triginta dies egreditur duodecimū locum fere eius quæ ἀπλανής, id est, inerrabilis vocitatur. Et rursus vnumquodque membrum partium tricenarum per spatia duodena deauctur: quorum singulas iterum portiones in alia sexaginta distribuunt; eorumque sexaginta sexagies portiones enumerant. Huiusmodi ergo nascentium genesin disponentes; videamus si possunt hanc subtilitatem, sub temporis dimensione seruare. Mox enim vt infans processerit ex vtero, speculari necesse est obstetricem, quæ dicat, puer sit an puella quod natum est: & expectat vagitum quo capiat paruuli viuentis indicium. Quanta vis dum hæc aguntur, sexagies dicas transisse momenta. Itaque manifestatur editus puer mathematico, quanta dicimus elapsa esse puncta, dum medice responsa redduntur. Quod & si contigerit extra fores cubiculi stare eum qui nascentis horam colligit; oportet visitari laterculum, vt diligenter, & sine vlla intermissione calculari possit cursus horarum, siue diurni fuerint, siue nocturni. Quantonum igitur sexagesimorum numerus, eo ipso tempore præterijisse putabitur? Necesse est enim vt inueniatur stella, quæ non solum in quota parte duodecimi spatij, sed etiam in quoto puncto duodecies diuisa portionis assistit, vel potius in quoto momento sexagesimorum reperitur, in quibus diximus decretorum sortem fuisse diuisam, aut vt omnino veritas inquiratur, in quoto eorum sexagesimorum ostento, quæ à primis sunt sexagesimis reparata. Verum istam sic enucleatam, & incomprehensibilem temporis inuentionem, in singulis quibusque planetis fieri, necessarium esse confirmant: vt agnoscat, qualem habitum gesserit, aduersus erraticas stellas, vel quale inter se schema tenuerint, cum nasceretur infantulus. Nam si hora sollicitè non fuerit custodita, contigeritque vel modicum quid de illa subtilissima ratiocinatione mutari: prorsus obseruatio tota confunditur. Sunt quidem risu digni, qui huius inexplicabilis disciplinæ studijs vacauerunt: sed multo magis illi, qui auidius in eos inhiant, tanquam scientes aliquid. Itaque solent euentus, & effigies quoque prædicere singulorum, declarantes illum crispo capillo futurum, & alacrem; quoniam in ariete posita est eius hora; talis enim species est eius animalis, eritque magnæ potentia: quoniam principalis est aries. Præsidentem quoque futurum, & quæstiosum, quoniam pecus istud sine molestia depositam lanam facile resumit ministrante natura. Qui autem sub tauro creatus est tyrannicus erit, & laboriosus, idemque seruilis, taurus enim iugo submittere colla consueuit. Qui vero signo scorpionis nascitur, vulnificus habebitur, vt pote similis illi: Qui autem sub hora libræ fuerit editus, iustus efficitur; propter æquitatem qua seruat in trutina. Quid his risibilis fieri poterit? Aries igitur ex quo genesin mutuaris hominibus, duodecima pars cæli habetur; in quo si sol constiterit, ætherea signa contingit, libra quoque vel taurus, duodecima portio est signiferi circuli. Quomodo ergo principales causas asserendo vitæ mortalium, de terrenis pecudibus nascentium formas mentes, & dicis mu-

nificum fore arietinum hominem: non quia morum eiusmodi pars illa cæli perfectrix est, sed quia natura talis est ouis? Hortaris ergo nos prælata dignitate stellarum, aut potius suadere conaris, per bestias mutas accommodare tibi consensum. Quod si de animalibus assumptas morum proprietates, habet polus, ipse quoque subiacet necessitatibus alienis; quippe qui nactus est ex quadrupedibus causarum ducta principia. Si autem dicis ineptum esse, multo illud pronunciat ineptrius, vt auderes de his rebus asseriones afferre, quæ nihil nobiscum videntur habere commune. Verum hæc illorum argumenta similia cassibus araneorum: in quibus si culex, aut musca considerit, tenetur innexa; cum autem de fortioribus aliquid inciderit, ipsum quidem mox penetrat, textus vero perumpit inuolidos. Tamen his quæ quaque non contenti sunt, sed longinquius progrediuntur errantes. Nam res quæ in arbitrij nostri libertate sunt positæ, id est, virtutes, aut vitia cælestium necessitatibus applicant. Quibus contradicere quamuis risibile sit; tamen quia plures hac seductione prolapsi sunt, congruum mihi videtur non transire silentio. A quibus illud principij loco postulam agnoscere: si non diebus singulis millies schemata mutantur astrorum. Semper enim mouentur, atque discurrunt stellæ, quæ planetæ vocantur, quarum alia celeribus se vestigijs consequuntur, nonnulla tardius discurrunt, sub eadem hora sepius, & aspiciunt se, & absconduntur. Maxima sanè vis habetur in genesi, vt illi dicunt, si aut bona stella respexerit, aut maligna nascentem. Fit autem plerumque vt eo tempore, quo bona stella præfuerit, mathematicus non inueniens tempus, edicere propter ignoracionem vnus, minutissimarum, quas supra retulimus portionum, sub caco-dæmone illum iacere describat, vt ipsorum sermonibus cogar vt, in quibus est quidem magna dementia, sed maior habetur impietas. Nam maligniores stellæ causas nequitia propria, in suum transferunt conditorem: quibus si ex natura subesset improbitas, conditor profecto malignitatis actor extiterit. Sin autem proposito faciente sunt pessimæ, primo quidem, animalia quædam putando arbitrio suo famulanti, absolutoque & libero impetu; ad hoc quod sibi libuerit incitata, siquidem totius modum furoris excedit insimulare res exanimas, deinde quanta irrationabilitas est, bonum; malumve, non pro sua cuiusque dignitate distinguere, sed ex loci qualitate, aut respectu alterius, vel optimum fieri definire, vel pessimum. Et cum paulisper de schemate stella diuerterit, suæ propriae dicitur malignitatis oblita. Sed hæc quidem hactenus sanè per singula momenta temporis, vt dicunt, in aliud atque aliud schema se transferunt. In his itaque tot tantarumque mutationum millibus, quanta quotidie natalium regionum decreta formari putanda sunt; cur ergo non singulis diebus principes procreantur? Aut quare apud illos successio semper paterni custoditur imperij? Quoniam nemo videlicet euentus suorum liberorum refert ad schema stellarum; quippe quibus regnum non genesis fato, sed generis iure defertur. Nonne igitur Ioatham generauit Orias, & de Ioatham natus Acham est? Et tamen nullus illorum seruilis horam conditionis incurrit. Deinde si virtutum vitiorumque principia non ex arbitrio nostro, sed ex genesi necessitate sortimur, superflui sunt, vt video, latores legum, sequenda nobis vel fugienda mandantes: superflui quoque iudices honestos laudibus exornantes, improbos supplicijs punierites, insons etiam censenda est homicidæ, vel furis audacia, qui etsi cohibere manus proprias à facinore maluissent, minimè potuissent: propter indeclinabilem necessitatis impulsum. Vani omnes artifices æstimandi sunt, vitæ subsidia manuum labore quærentes. Superuacaneus porro sudor agricolarum, quibus copia fructuum possint etiam non operantibus abundare. Mercator etiam diues efficeretur in otio, cui vel nolenti pecuniam genesi apportasset. Christianorum vero spes, quæ magna est, sublata penitus interisset, quoniam frustra vel iustitia colitur, vel damnatur iniquitas; si omnino nihil ex sententia facere permittitur. Etenim quando genesiaca vis, & decretio fatalis incumbit, nullum locum prorsus inuenit, examinatio iusti iudicij. Hæc quidem aduersus illos differuisse sufficet.

Neque

Neque enim aut vos prolixioribus sermonibus indigetis, utpote mentis sanitate pollentes, aut tempus patitur ulterius limitem disputationis extendi: sed sermonem magis ad reliqua torqueamus. *Sint, inquit, in signis & in temporibus, & in diebus & in annis.* Diximus iam de signis, tempora sanè intelligimus esse partes quatuor anni vertentis, id est, ver, æstatem, autumnum atque hyemem. Hæc sibi met succedendo vicissim pro luminariorum dispositis curibus temperantur. Hyems enim fit in australibus sole regionibus comorante, nocturnamque opacitatem, circa clima, quod habitamus, spatio longiore ducente. Vnde fit ut aer terre proximus frigidus efficiatur, omnesque nebulosi vapores conglomerati, pluvias & niues, glaciesque perficiant. Cum autem de meridiana plaga, rediens sol, medium orbem cæli tenuerit, tunc diebus, ac noctibus, tempus æquale distribuit. Quantoque alius à terra subuehitur, tanto magis paulatim componit temperiem, per quam ver procedit, cuius beneficio frutices, arboresque frondescent, & animalia cuncta terræna, vel aquaria, genitili calore stimulata propagationem generis, successione prolis extendunt. Inde sol mox ad æstivam lineam deflectendo, per confinia transit arctoa, dies nobis longiores efficiens, diutiusque commoratus in aère, ipsum quidem flagrantem reddit, ac aridum, tellurem vero perficit frigidior, vnde maturandis seminibus, atque pomis, facultas optata præstatur. Eoque tempore habetur ardentior, & umbras meridianas facit breviores, quoniam de alto nimis loco nostram respicit regionem, diæque maiores habentur, tunc quando breves sunt umbræ: sicut contra dies parvi sunt, cum fuerint umbræ longiores: quod apud nos qui ætheroscij nominantur, id est, alia umbras habentes, & partes habitamus arctoa, ita contingit. Nam sunt quidam, qui per integrum biduum, singulis annis omnimodo sine umbræ sunt, cum sub meridiano sole constiterint, quos, quia sol contra ipsum verticem positus æqualibus vndique spatijs illuminat, in nullam penitus partem flectere sinit umbras. Nam & purealis apud eos aqua, vix tenuissimum potest in altum de sole lumen excipere, propter quod eos quidam ascios, id est, exumbres appellant. Illi autem, qui extra terras odoriferas habitant: in utramque partem mutant umbras. Nam soli qui nostram videntur incolere regionem, aduersus austrum semper, id est, ad meridiem umbras creduntur emittere: vnde etiam à quibusdam amphiscij, id est, umbræ nominantur. Verum hæc omnia sole ad partes Boreales commeante proueniunt. Ex his considerandum est, quæ us radiorum feruor habeatur, quantos hominibus calidus efficit. Post hæc igitur tempus autumnale succedit, quod frigoris & caloris æquatas obtinens portiones, sine molestia nos tradit aduentui sequentis hyberni, denuo videlicet sole ad australem regionem de Aquilonis partibus remeante. Hæc sunt vicissitudines temporum, quæ folis discursibus famulantes vitam nostram dispensare creduntur. *Et sint, inquit, in signis & in diebus:* nõ ut diem faceret sol, sed vt diei moderaretur. Nam olim nox & dies, antequam luminaria crearentur, effectæ sunt, quod declarat & Psalmus dicens: *Posuit solem in potestatem diei, lunam, & stellas in potestatem noctis.* Quod igitur sol habet diei potestatem: quia lucem in se ipse circumferens, cum ad orbem quem nos habitamus accesserit, solutis tenebris, diem præstat. Non ergo fallitur quisquis diem vocitauerit aërem istum, solis radijs illustratum, & hanc diurni temporis esse mensuram, quod in hemisphærio, vt opinantur, quod supra terram est, commoratur. Sed & in annis, inquit, signa ista disposita sunt. Cum duodecies igitur spatia sui cursus luna peregerit, annum facit: vnum tamen inferi sibi flagitat mensem, vt diligentius horarum possit colligi perfecta concursio: sicut Hebræi annum antiquitus obseruabant, & Græcorum vetustissimi. Annus autem solanus vocatur ordinatio solis, de certo signo in eodem rursus per sua se vestigia reuoluentis. *Et fecit Deus duo luminaria magna.* Nuncupatio igitur magnorum duplex est, quorum vna intellectum habet absolutum, alia vero est quæ respectu minoris illud quod est maius assignat: vt puta magnus equus, aut magnus bos. Non enim ex nimia immensitate suorum corporum, sed ex comparatione alterius, testimonium sortiuntur eiusmodi. Quomodo ergo nunc

A sensum super magnorum appellationem ducamus? sed priorem sine dubio sensum, tanquam minora maioribus conferentes, velut formicæ, aut aliud quoddam animal natura paruim maximorum collatione positum: an potius quia pro ingenti forma sua merito luminaria magna dicuntur? Et magis opinor ita debere intelligi. Non enim quia maiora sunt alijs stellis, magna nuncupantur, sed quia tanta amplitudo est orbis illorum, vt fulgor qui ex ipsis eradiat, aërem totum sufficienter illuminet vbique porrectus, terras omnes, mariaque contingat. Qui cum in qualibet poli parte, vel oriendo vel occidendo constiterit, cunctorum mortalium visibus æqualiter appareat. Cuius magnitudo certissimum habet documentum: quia nec ipsorum luminariorum collatione latitudo terræ, quanta sit assignatur; vt per hoc sol, & luna vel minores esse comprehendere valeant, vel maiores. Nam semper ea quæ eminus posita sunt, exigua nostris putantur obtutibus: cum vero iuxta venerimus, magnitudinem eorum quanta sit facilius reperimus. Sol autem nulli vnquam, vel longius asseritur esse, vel propius, ita ex omni parte quæ subiecta sunt, æqua lance respectat: quem Indi atque Britanni similiter intuentur. Neque enim vergens in occasum, habitantibus Orientem, de sua quippiam magnitudinem sentitur amittere, nec in Occidente positus, minor apparet exoriens, nec quando medium cæli tenet axem, vtriusque lateris immutat aspectum. Non te ergo breuitas eius contemplata decipiat, nec quia cubitalis visentibus orbis suus putatur esse, reuera talis haberi putandus est. Semper enim coherere solet interuallorum tractui rerum prolixitas spectatarum; aciesque oculorum, interiecti spatij longitudinem non assequitur intuendo, sed tanquam deficientis expenditur, & magis æstimatione quam visu, ea quæ cernuntur attingit: & ideo pro sua tenuitate res paruas existimat esse, quæ magnæ sunt, imbecillitatem videlicet suam his quæ conspicit ascribendo. Profecto ergo falluntur obtutus, & iudicium fidele non habent. Recordare namque infirmitatem propriam, & ex te ipso capies eorum quæ dicta sunt argumentum. Itaque si quando ex alto montis vertice subiectam camporum planitiem respexisti, nonne iuga bouum tam grandia, vel aratores eorum, formicis similes iudicasti? Nihilominus etiam dum in exelsa specula locatus, oculos in pelagus conuertisti, quales tibi videbantur insule? Nonne columbarum paruissimarum tibi fantasmam quandam perhibebant: aut naues ingentes, velis tumescentibus candidis prospectæ procul nigræ putabantur? Ob hoc videlicet, quia sensus vt diximus oculorum, aëris distentione tenuatus non sufficit comprehendere plenius quæ visuntur. Nam & rupium maximatum in altum cauatiorum rotunda plenaque putatur aspectio; dum eminentibus vndique marginibus occupata, medium cauationis locum, nõ valet visio deflectionis attingere. Ita nec corporum schemata, qualia sint aduertit intuitus, sed teretes esse turres quæ quadratæ sunt opinatur. Certum est ergo, quia prolixioribus interuallis non definita, sed confusam corporum capimus visionem. Sic & magna luminaria, secundum scripturæ testimonium, multipliciora sunt quam cernuntur; licet illad quoque magnitudinis eorum sit probabile documentum: quia cum sint infinitæ numero stellæ, fulgor tamen qui procedit ex eis, non potest nocturnam scindere densitatem. Sol autem fusa per mundum luce, non modo cum visus fuerit, sed etiam cum venire speratur & antequam terras illuminet, obscuritatem noctis infringit, & superat atra candore, aëremque terræ proximum, frigore nebulisque concretum, dissoluit, ac discutit: ex quo matutinus ventus, & humor rossidus, quando serenum est generaretur. Tellus autem cum sit ampla nimium, quomodo poterat sub vno temporis momento, radijs tota lustrari, nisi de maximo solis orbe lux ei largissima præberetur? Hic nunc sapientiam conditoris aduerte, quomodo immensitati eius mediocrem vim feruoris adhibuit: vt nec ardor immoderatus, terram possit exurere, ne infructuosam eam denegatio penitus caloris efficeret. His vero cõsentanea de luna quoque intelligito, cuius corpus cum sit lucidum, non tamen semper magnitudo conspicua est, sed nec quidem perfecta videtur in globo, nec semiplena scilicet, sed minuata monstratur.

stratur, defectumque suum gemina parte designat. Alio enim latereprehenditur esse tenebrosa, cum crescit, & alio cum senescit. Ratio sane secretior est, dispensationem declarans artificis conditoris, per quam lunę varietas, nature nostrę nobis exemplū subijcit, eo quod nihil in rebus humanis perseuerabile, diurnumque consistat, sed ea quę de nihilo producuntur ad aliquid, cum adoleuerint, ad summamque mensuram suā fuerint gr̄atis euectā; paulatim tabescentia dissoluntur. Ex lunā ergo consideratione docemur aduertere, res mortales, & mutabilitates illarum cogitatione capientes, cauere debemus ne rebus elati secundis, affectemur superbiam vel insolentiam, nec cōfidamus temporali potentia; nec opibus, aut diuitijs, quę nimis incertę sunt, exaltemur, sed cupiditatē corporis castigemus, quę maximē habetur instabilis, & diligentia potius animę tribuamus: cuius bonum semper manet immobile. Quod si te forsitan luna contristat, sensim deposita luce deficiens, plus te anima debet afficere, quā honorem quem ex diuina virtute percepit, amittit intemperatię vitio, non quā firmum propositum seruans, sed assidue se vertens, utpote nullis constantia fulta repagulis. Re enim vera secundum prouerbium, sine voce luna mutatur. Opinor autem quod & animalibus creandis, ceterisq; omnibus quę terrā producit, non parua confertur ex lunę mutatione formatio. Aliter namq; cum perfecta est, & aliter cum decreuit, eorū corpora disponitur. Modo enim laxiora videntur & vacua cum senescit, modo integra & repleta cum crescit: quoniā humorem quandam cum calore permixtum, interius his latenter infundit. Quod ita esse demonstrant hi qui sub diuo dormientes, lucēte luna, postquā surrexerint, inueniūt capita sua, largissimo rore madentia. Sed & recētes carnes, si sub luna iacuerint, fluida mox putredine corumpuntur. Idemq; significat pecorinū cerebrū, vel etiam viscera maritorum animalium, quę sunt humectiora, nec non arborū medulla, quę omnia utiq; nullatenus sufficeret ad suā luna redigere qualitatem, nisi amplitudine virtutis excelleret, secundū scripturę testimonij. Sed & aeris motus, hisdem ipsis cōmutationibus continetur, sicut lunę nouitas attestatur, quę ex longa plerumq; serenitate subito nubij glomerationes, & perturbationes exsuscitat. Euriporū quoq; meatus refluus hoc indicat, vel etiam reciprocatio Syrtiū, quę vicina habentur Oceano, quas pro lunę schematibus concitari locorum accola prodiderunt. Euripi etiam in vtramq; partē soliti sunt propria leniter fluenta cōuertere, reliquū omni tēpore: cum verō luna nascitur, nullo modo possunt quiescere, sed vehementi feruore semper exēstuat, donec luna rursus appareat, sedationem commotis turbibus allatura. Similiter occiduum mare crebros accessus patitur, & recessus, modo alluens littora fluctibus, modo destituitur. Ita velut quibusdam lunę spiraminibus retro subducitur, & iterum eius exundat impulsibus. Hęc igitur disserui ad exprimendam magnitudinē luminariorū, & quia nec vsque ad vnam syllabam otiosum quid esse potest, spiritualium præceptorum, cum certē nihil de secretioribus sermo deprompserit. Multa enim super amplitudine, vel interuallis solis, & lunę, reperire poterit cogitando, qui nō desidiosē affectiones eorum virtutesq; disquirat. Quamobrem oportet accusare suā quemq; potius imbecillitatē: ut non magnificentiam creaturę verbis humanis meriti posse credatur. Sed ex paucis quę dicta sunt, considerare conuenit, quanta & qualia sint illa quę præterimus. Non ergo velis oculis lunam, sed ratione potius æstimare, quę validius quam aspectus, ad inuentionem valet veritatis accedere. Fabula igitur aniles, atque risibiles vbique percrebuerunt: quia magicis carminibus luna sedibus euocata de proprijs deducatur ad terram. Primū quod quomodo potest vi cantuum submoueri, quam ipse firmavit altissimus? Deinde quis eam locū susciperet descendente? vis tamen ex paruis indicijs magnitudinis eius accipere documentū. Ciuitates igitur quę in orbe terrarum posite sunt, longis à se spatijs disfunguntur. Harum plateę, quę ad partem respiciunt Orientis, equaliter omnes lunare lumen excipiūt. His igitur cunctis, nisi corā luna videretur, solos illos, qui aduersus eam positi sunt angiportus perlustraret, eos autē qui latitudinem illius excedunt, utpote ex transuerso ve-

nientes, nullo modo visitaret. Quod etiam lucerna domi accensa declarat, quam si plures circumsteterint, vmbra illorum qui coram fuerint recta porrigitur, reliquorū verō in vtramq; flectitur partem. Ita nisi immensitate & amplitudine lunare corpus excelleret, nunquam omnes simul attingeret. Nam cum de solstitialibus exoritur partibus, eos qui septentrionalis axis habitant frigidam regionem, equaliter illuminat, & illos qui inferioribus meridianę plagę solis sub zona versantur æstifera valetudine cōpletens, certissimum proprię nobis magnitudinis præstat indicium. Quis ergo contradicere potest, astruens nō esse corpus eius immensum, cum per tot tantaq; terrarū interualla tendatur? Et de magnitudine quidē solis & lunę, hætenus. Qui ideo nobis præstitit intellectū, ut ex minimis creaturę rebus, infinitam sapientiā cognoscamus artificis, præstat etiam super maioribus nos maximas cogitationes de conditore percipere, quamquam eius collatione, sol & luna formicariū credantur habere mensuram. Et ideo licet digna non sint, ex his diuinę magnitudinis contemplatio capiatur; paruis tamen quibusdam caliginosisq; parabolis videntur instrui, sicut nonnumquam animalia minora, vel herbas cōtferre solemus ingentibus. Nunc vero contenti simus serie narratorum, me videlicet agente gratias ei, qui mihi hoc pusillum sermonis exigui munus attribuit: vobis vero largitorem spiritalis alimonie prædicādis, qui vos velut hordeaceo pane, id est, nostrę vocis tenuitate cibauit in præfenti, pascatque in posterum, pro rata cuiusque fidei portione, præstans nobis reuelationem spiritus; cui gloria in Christo Iē s v, nunc & semper, in sæcula sæculorum, Amen.

## LIBER SEPTIMVS.

**E**T dixit Deus, *Eijciant aque reptilia animarum viuarum, & volatilia volantia sub firmamento celi.* Prius luminario formatione, aqua etiam repletur animalibus; ut & hoc ornaretur videlicet elementum. Terra enim iam dudum de proprijs germinibus congruum decus acceperat: cælum quoque stellarum flores assumpserat: & velut geminis oculis, id est, coniunctione maximorum luminum fuerat venustatum. Reliquum erat, ut aquis etiam familiaris decoratio redderetur. Venit præceptio: confestimque lacus & fluuij proprio quique genere vel natura perficiebantur vberissimi, mare quin etiam ita diuersorum natantium fœtura compleuit, ut cœnosa paludes, vadosaque stagna otiosam vel irritam minimē vim generandi tenuerint. Ranę etiam & muscę, culicęque inde sine dubio pullularunt. Nam ea quę modo videntur, transfectorum faciunt documentum. Ita omnis aqua cogebatur opificibus seruire præceptis. Nam quorum genera quidem quispiam sufficit explicare, eorum vitam mox vegetam, mobilemque monstrauit ineffabilis, & magnifica Dei virtus, simulque præceptionem, quę datā est aquis, opportunitas viuificationis insequitur. *Eijciant aque reptilia animarum viuarum.* Nunc primum animalia spirantia, sensusque capacia generantur, utpote alendi, crescendiq; nata virtutem: non tamen continuo animantia sunt intelligenda. Et ob hoc dixit, *Eijciant aque reptilia.* Omne genus igitur natantium, siue quod summis fluctibus superferretur, siue quod in altis gurgitibus diuersatur, profecto naturam reptandi sortitum est; dum per aquam corpus trahitur, quod & pedibus nonnulla nitantur, & gressibus, quia licet multa die illis habeantur ambigua, sicut vituli marini, & crocodili, & ranę, & cancri; tamē eis præcipuus est natatus. Propterea, *Eijciant aque reptilia.* In his igitur breuissimis sermonibus omnia genera cōtinentur. Quid enim non comprehensū est præcepto creatoris creaturę? Siue illa dixeris quę catulos pariunt, id est, vitulos marinos, & torpedines, & delphinos, & his similia, siue ouisica nominaueris, qualia sunt omnia penē genera pisciū. Et vox quidē præceptionis exigua est, imō non vox, sed potius momentum solum, & impetus voluntatis: intellectus vero eius tam multiplex habetur, quam ipsa piscium inter se potest esse discretio. Quos omnes verbis assequi non minus operosum est, quam si vndarum numerum designare coneris: vel quo

amphoras habeat pelagus explicare. *Eijciant aqua reptilia.* In his sunt æquorei, littorei, altiagi, petrei, gregales, beluini, immanes minutiq; pisces, sub eadem virtute præcepti, tam maximi, quam minimi continentur. Itaque cum diceret, *Eijciant aqua:* demonstrauit quanta sit natantium cognatio. Denique si paulisper ad terram fuerint educti deficient: neque enim suppetit illis spiramen, quo possint auras vitales capere. Nam sicut terrenis animâibus datus ær est: sic piscibus aqua. Et ratio manifesta est, quia nobis videlicet adiacet rarus & patulus pulmô, qui per distinctionem pectoris ærem trahens, interiorem calorem ventilando contemperat: illis autem faucium intersepio complicabilis, modo fuscipiens, modo diffundens aquam, respirandi explet officium. Est etiam propria fors piscibus, propriâque natura, & cibus differens, certâque viuendi cõditio. Propterea nihil de aquarijs mansuecit: nec patitur hominum se manibus contrectari. *Eijciant aqua reptilia animarum viuarum.* Vniuscuiusque generis originẽ, nunc velut quoddam semen, præcepit educi, nam multitudinem postmodum seruauit in sobole, quando eos crescere multiplicarique necesse est. Itaq; alterius generis sunt, qui testicutes nominantur, sicut conchæ, peccines, & cochleæ marinæ, ac diuersorum ostreorũ millia, & alterius ea quæ mollestia nominantur, id est, astaci, cercini & his proxima. Aliud quoq; genus illorum est, quæ Græcè malatia vocitatur, id est, quorũ caro tenerior habetur, & laxior, sicut sunt sepia, & polypodes, & his similia. In his iterum magna differentia est. Dracones enim & murænæ, & anguilla, quæ in cœnosis fluuijs paludibusque nascuntur, venenosus potius serpentibus, quã piscibus pro naturæ similitudine copulantur. Aliud etiam genus est, ouiscorum: & aliud cataligenorum. Facit autem catulos mustella, & afellus, & omnia quæ sine squamis sunt, quæ salatia Græci nominant. Sed & belularum pars maxima, & delphini, & phocæ catulos pariunt, quæ fœtus suos recenter editos, cum ex aliqua causa terri fuerint, denud sublapsos in vterum, protegere ac fovere narrantur. *Eijciant aqua reptilia secundum genus.* Aliud genus est immanium, & aliud minorum piscium. Item in his ipsis, multæ differentia, pro generis qualitate diuisa sunt, quibus & vocabula propria sunt, & alimenta discreta, & magnitudo membrorum dispar, & diuersa inter se specie separantur. Quis igitur tyriorum speculator tantarum, nobis poterit explicare distantiam, quanquam eos asserunt conspectis piscium maximis gregibus non solum genus, sed etiam numerum posse signare? Quis autem nobis eorum artificum, qui in littoribus habitantes, & in marinis diuersorij fenescientes, notitia subtiliter valebit patefacere singulorum? Alios enim pisces nouerunt, hi qui in mare piscantur Indiacum, & alios qui pelagus rimantur Ægyptium. Alios etiam sciunt insularum incolæ: & alios Maurusij piscatores. Sed omnes tam tenues, quam maiores similiter prima præceptio, & ineffabilis virtus illa produxit. Magna est illis viuendi diuersitas, nimia etiam in cuiusque generis successione discretio. Multi piscium non incubant suis ouis, sicut aues, nec nidos ædificant, nec cum labore proprios natos nutriunt: sed aqua fuscipiens ouum, facit animal, manetq; in singulis generibus immutabilis ad aliam naturam, inconsulâq; progenies, ac non sicut mulorum terrestriũ, vel alitum manifestarũ stirpẽ, adulterina corrumpit admixtio. Nullus piscium, ex parte dimidia, dentibus est armatus, sicut oues, videmus & boues, nec ruminat quisquam piscium præter scaurum, vt quidam tradiderunt. Cuncti vero pisces acutissima dentium acie cõdensantur: vt non esca diutius ore subacta disfluere, quæ nisi discerpta celeriter vtero traderetur, facillè immutata, spargeretur à fluctibus. Victus vero alius alijs secundum genus aptatus est. Nam certi limo aluntur: nonnulli herbis, quæ nascuntur in aqua contenti sunt, plurimi autẽ deuoratione satiantur alterna, semperq; qui minor est apud eos, maiori fit cibus. Et si quando contigerit eum qui minorẽ cèperat, morfu validioris absumi: in vnâ vterque alium posterioris iniicitur. Quasi verò nos homines aliud quid agamus, dum inferiores potentia premimus. Aut quid distat à pisce illo nouissimo, vt qui diuitiarum amore flammatus, captos inopes inexpletis hiatibus propriæ rapacitatis absorbit? Aliter substantiam

pauperis vi sublatam retentabat. Hunc tu minis, ac terroribus circumuentum tui fecisti patrimonij portionem, atq; ita iniusto iniustior extitisti, & raptore rapacior. Caue igitur ne te idem qui pisces enctus excipiat, idem hamus, aut rete, vel cophinus. Nam nos quoque necesse est, nefandis facinoribus inquinatos suprema supplicia non vitare. Præterea imbecillibus etiam animalibus subesse dolos & insidias expertus, malo te callidorum fraudes effugere. Ferunt namq; canerum cercinũ ostreæ carnẽ concupiscere: cuius captio difficilis est illi, propter operimenta testarũ, quibus mollitudinem carnis eius natura consespit, vnde etiam testicoria nominatur. Ergo quia sunt cõcaua, facillè ostreæ interiores partes complicata defendunt, & ob hoc irrita fit impugnantis adgressio. Quid molitur ergo aduersarius? Quando viderit in apricis locis ostream se libeter sub sole pendentem, minutũ tenens calculum ei latenter apponit, cuius obiectu nequeat suã tegimenta concludere, atq; ita quod efficere virtute nõ valeat, astu potuit impetrare. Hæc igitur est malitia eorum, quibus nec ratio, nec vox vlla supeditat. Sed ego te cupio lucratiua machinamenta cercini cõtemplatum, abstinere à læsionibus proximorũ. Talis est enim qui subdolo animo pergat ad fraudẽ: vel propinquorũ bona deuastat, vel qui alienis calamitatibus oblectatur. Quapropter desine vituperatos amulari, paupertas enim cum veritate maximis opibus à sapiente præfertur. Itaque non præteribo calliditatem fraudulentæ furacisq; polypodis, qui cum aliquod saxum porrectis crinibus amplexatur, illius assumit colorem, multiq; pisces illuc imprudentes allapsi, velut ad petram simpliciter se trahentes decipiuntur: facillè sui captioem maligno protinus exhibentes. Tales sunt qui summatibus obsequentes assidue, mentis varietate mutantur, nec in vno proposito perdurantes, alios, atque alios se demonstrant, pudicitiam cum castis, luxuriam cum libidinosis exercentes, & omnino vt cuiusque mens fuerit, ita proprios aptantes mores. Quos etiam vitare difficile est, propter nequitiam quæ in similitudine latet officij. Huiusmodi homines lupos raptores Dominus appellauit, vestitu se simplices oues esse fingentes. Fuge igitur eiusmodi morum varietatem, & sectare potius veritatem, sinceritatem, innocentiam, quoniam & vipera varia est; propter quod eam Dominus ventre serpere condemnauit. Iustus nihil habet fictum sicut Job: propterea Dominus inhabitare facit vnus moris in domo. Hoc mare magnum & spatiosum: illic serpentes quorum non est numerus, animalia pusilla, & magna. Sed tamen est in his sapiens quædã & moderata dispositio. Non ergo totos pisces debemus arguere, sed etiam certos quosq; laudare, atq; imitari. Nam vide quomodo singula genera regiones sibi detinent deputatas; nullusq; alterius fines occupat, sed suis quisq; sedibus est contentus. Et certè nullus eis agri mensor habitacula descendenda distribuit, nec murorum circumscriptione signauit, nec terminos posuit obseruandos: sed omnibus utilitas in commune collocata est. Hic etenim sinus certum piscium genus nutrit, alter aliud. Et qui in hoc abundant loco, minus littoribus habentur in alijs: non quod aliquibus montium iugis asperrimis separètur, aut fluuiorum interpositis obicibus arceantur à transitu; sed lex naturæ singulis æquabiliter prout vsus cuiusq; postulat, quod necessarium est impendendo, cunctos obseruatione suæ sanctionis astrinxit. Sed nos tales non sumus: nam & maiorum nostrorum fines audacter excedimus: & saltus transgredimur vitiorum, & domos domibus, & agros agris adiungimus: & aliena iura mutilamus. Sciunt marini cætus concessum sibi à natura diuersorium, quod in extremis pelagi situm est partibus, cui nulla penitus in conspectu terra monstratur: quodque in nauigabile penitus habetur. Nam nec quale sit, vel historia referente compertum est: vt potè nemine inde confidente transire. In hoc igitur loco, memoratæ beluæ quæ sunt instar montium commorantur, neque vrbibus aliquibus, neque insulis infestantes. Ita singula genera in stationibus sibi datis, à natura, velut in regionibus terrarum larem propriam incolere coguntur. Certi sane pisces, quasi communi quodam decreto ciuium, ad exteriora directi, laborem peregrinationis arripiunt, simulque omnes tanquam signo dato ad longinqua

longinqua discedunt. Nam cum festandi cæperit tempus  
vigere; alij ex alio sinu, naturæ legibus excitati profectio-  
nem mox ad partes pelagi borealis intendunt. Quos in re-  
uertendo cum videris densissima glomeratione confertos;  
torrentem violentissimum putabis effluere, per Propon-  
tidis littus, ad mare commeantes Euxinum. Quis igitur  
eos exagitat? quæ imperantis auctoritas? quæ edicta pro-  
posita, statutum illis tempus annuntiant? qui sunt duces  
eorum? Nonne vides ordinationem diuinam cuncta com-  
plentem, & per hæc etiam parua diffusa? Pisces igitur Dei  
legibus non repugnant, & homines minimè doctrinam  
recipiunt salutarem. Non spernas pisces, quia muti sunt,  
& irrationabiles, sed verere potius, ne & illis irratio-  
nabilior æstimeris, præceptionibus creatoris obsistens.  
Ausculta pisces, qui tantum quod vocem non emittant,  
nam certis significationibus fari videntur, quia propter  
immortalitatem generis desiderabilem peregrinationem  
subire coguntur. Hi non vtuntur suis sermonibus: sed  
habent legem naturæ fortiter illis hærentem, & quæ sunt  
agenda demonstrantem. Pergamus, inquit, ad Borinum  
pelagus, dulciior enim cæteris æquoribus est eius aqua;  
quoniam breui tempore sol ibidem commoratus, non tota  
penitus radijs potabiles exhaurit aquas. Nam dulciori-  
bus aquis etiam marina animalia delectantur; vnde procul  
à pelago venientes pisces per fluuios sæpe cernuntur ascē-  
dere. Propterea pontum libentius expetunt, quam sinus  
alios: quia magis oportunitas est eis, ad edendam fouen-  
damque progeniem. Qui cum sufficienter destinata pere-  
gerint: cateruatim cuncti simul reuertuntur ad propria.  
Quæ autem ratio sit, à tacitis audiamus. Quia humile vi-  
delicet est Arctoum pelagus, & deuexum, & ob hoc ex-  
positum violentiæ, commotionique ventorum: quod tem-  
pestatibus exortis, ab imò fundo concutitur, adeo vt arena  
inferior, nonnunquam summis fluctibus misceatur. Sed &  
frigidum nimis est hyemali tempore; vt pote multis ac ma-  
ximis annibus repletum. Quo cum fuerint æstiuus pœtiti  
mensibus, rursus asperitate succedentes hyberui deterriti,  
in altiora maris loca, quæ sunt tranquilliora se conferunt.  
Spectati hæc ego & admiratus sum Dei sapientiam, quia  
irrationabiles animantes, prouidæ custodesque salutis ha-  
bentur propria; & intelligit quid sibi sit conueniens, quid  
aduersum. Nos igitur quid dicimus, qui ratione sumus ho-  
nestati, promissionibus inuitati, spiritaliter eruditi, pisci-  
bus irrationabilibus nostra negotia disponentes: Licet illis  
etiam studium sit scientia futurorum. Nos autem infideli-  
tate futuri sæculi deprauati, nostram vitam per actus fœdissi-  
mos, & illicitas voluptates expēdimus. Pisces igitur tot  
maris interualla transcurrūt; vt possint inuenire quod utile  
est. Quid tandem tu dicurus es, habens coherentem tibi  
desidia, quæ nequitia princeps est? Nullus igitur de igno-  
rantia causetur: naturalis enim nobis insita est ratio, vel in  
appetendam bonorum familiaritatem, vel in declinandam  
noxiorum lesionem. Itaque non recedam ab exemplis ani-  
malium marinorum; quoniam hæc nobis exempla propo-  
suimus examinanda. Audiui ego quendam de littoreis ha-  
bitatoribus referentem, quia maritimus Echinus, cum sit  
vilissimus, ac sprebilis, sit index sæpe nauigantibus futura  
serenitatis aut hyemis. Nam cum præsenferit flatus immi-  
nere ventorum; sub lapide se collocat, quo velut anchoræ  
dente subnixus, quassationem tempestatis euitet. Patiturque  
se tantisper deprimi pondere superposito: dummodo non  
iactetur à fluctibus. Hoc cum viderint signū nautici: sciunt  
mox ventorum fremitum concitandum. Et certè nullus as-  
tologus; aut Chaldeus ortu syderum colligens aëris qua-  
litate, docuit Echinus: sed maris tempestatumque Do-  
minus huic quoque animali exiguo, magnificæ sapientie  
sua manifesta vestigia signauit. Ita nihil improuidum, ni-  
hil prætermisum est apud Deum: cuncta enim speculatur  
oculus ille infopitus, & omnibus præsto est, remedia salu-  
tis portans. Qui si Echinus suæ visitationis non reliquit  
exortem: te, tua ò homo non respiciet? Viri diligit vestras  
coniuges: quod etsi terrarum interiecta prolixitas disun-  
gere vos ad tempus forte videbitur, naturæ tamen fœdus,  
& benedictionis iugum sit vobis in discreta coniunctio.  
Vipera cum sit scruissima serpentium, pergit ad cōnubium

mutana, sibilisque significans se venisse, prouocat eam de  
profundo maris, ad consortium nuptiale procedere. Quæ  
mox obediens copulatur ei. Quid igitur iste sermo deside-  
rat? Quia licet alper sit vir & moribus habeatur immitis,  
hunc tamen vxor ferre necessario debet, nullis occasio-  
nibus contractam semel dirimens affectionem. At vero di-  
cis illum iracundum esse, vel crudelem, sed maritus est; vi-  
olentum, sed coniunctum tibi est per naturam: durum, &  
implacabilem: sed corporis tui pars habetur preciosior.  
Audiat & maritus congruam sibi admonitionem. Vipera  
pestiferum virus etiomit nuptialis causa reuertentia; tu fe-  
ritatem animi, & amaritudinem non deponis, coactus pu-  
dore coniugij: forte autem vipera nobis exemplum alias  
etiam reperiemus esse conueniens; quia magis adulterium  
naturæ facit coitio vipera cum muræna. Recognoscant  
igitur, qui alienis matrimonijs insidias parant, quali bestia  
comparantur. Itaque vnum est semper propositum; quo  
possit Ecclesia fabricari: & ob hoc hortor vt celsæt libidines  
flagitiosorum marinis exemplis, & terrestribus castigandæ.  
Hic me sermonem statuere, tam vespertinum tempus;  
quam corporis cogit infirmitas. Nam plura forent que tra-  
ctui deberemus adijcere, præsertim cum studiosi sint audi-  
tores, & super his quæ in mari nascuntur, admiratione  
dignissimis, vel de ipso mari, quomodo aqua eius gela-  
tur in salem, vel quomodo lapis ille pretiosus, qui corallus  
nominatur. Herba est dum habetur in pelago, postquam  
vero in aërem fuerit inde euecta, mox mutatur in lapidem.  
Vel vnde vilissimis animantium ostreis, margaritam pre-  
tio grauem, natura subijcit, vt eam quam reges magnopere  
desiderant, per litus & asperas cautes testa inclusa, con-  
cha; pauper piscator inueniat. Vnde aurosam lanam, ma-  
ritimæ nutriunt pinna; vel vnde purpuram conchilia mi-  
nistrant imperatoribus, quæ florum omnium pulchritu-  
dinem, venustate proprij coloris exuperat, eijciunt aqua.  
Quid non necessarium factum est? aut quid non optimum,  
vitæ nostræ collatum est? quorum pars ministerijs homi-  
num proficit; alia sibi cōtemplatio mirabilis vendicæ crea-  
turæ. Nonnulla terribilia, quæ nostram scilicet desidiam  
coërcerēt, fecit Deus, cetos magnos, non varijs, quia am-  
baris alijs piscibus exiguis maius est: idcirco magnum di-  
citur; sed quia immanitate membrorum, montibus coæ-  
quatur excelsis, quod etiam sæpe putatur esse insula, cum  
se ad summas vndas leni natatu sustulerit. Hoc tamen non  
in littoribus vñtatis, aut in locis habitabilibus diuersatur,  
sed antiquum pontum fertur incolere. Tales igitur ad in-  
uetiendum nobis timorem quæ terrorem belluæ sunt  
formata. Cum vero audieris, quia naues ingentes, sinu tur-  
mente velorum ventoque prospero volitantes in pelago  
piscis tenuissimus ita retardat, ac retinet, vt diutius effici-  
tur immobiles, velut quibusdam fundatæ radicibus in pro-  
fundo. Nonne & hoc per minimum animal diuinæ virtu-  
tis accipies documentum? Neque enim solus canis aut  
xiphius, aut balena formidolosa est; sed etiam pastinacæ a-  
culeus, & certæ defunctæ lepuseque marinus, pari timore  
cauentur: indeclinabilem celeremque portando pernici-  
ciem. Quæ cum ita sint, maluit te prouidentia conditoris  
semper esse peruigilem: quatenus in eum fidens, cunctas  
subinde noxias pestes effugias. Sed iam de gurgite pelagi  
remeantes reuertamur ad terram. Nam alia nobis ex alijs  
occurrentia, creaturæ miracula; velut quidam fluctus cre-  
bris alternisq; iactationibus nostrum submersere sermo-  
nem, quia sane mirabor, si non sensus noster causis ingen-  
tioribus occupatus in terram denuo sicut Ionas in mare  
refugiat. Quamobrè videtur mihi disputationis series nos-  
træ multis implexa miraculorum millibus, ac suæ medio-  
critatis oblita similis esse nauigantibus in alto, qui ad cer-  
tum locum minimè dirigentes, ignorant quantum spatij  
velificando peregerint. Quod utique nostro sermone pro-  
uenisse probauimus, qui dum per creaturæ tramites latius  
euagatur, multitudinem relatorum sensu non percipit. Sed  
quoniam sit cupidus audiendi cæteris astantium iucundissi-  
maq; cordibus eorum videatur, dominicorū narratio mi-  
rabiliū; tamen hic finem facimus disserendi, sequenti  
die residua fœnoris soluturi. Nunc vero simul omnes gra-  
tias super his quæ dicta sunt referamus: & supplementum

eorum quæ minus explicuimus, postulemus, faciatq; nos inter ipsas epulas reminisci; quæ vel mane, vel ad vesperam noster affatus expromsit, eorumque memoriam coherere vobis, etiam cum somno quiescitis; & suauitatem quam interdiu percepistis, noctis quoque ruminare tempore; vt ita liceat vobis dicere, *Ego dormio, & cor meum vigilat*, meditando die noctuque legem Domini, cui gloria & honor, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

## LIBER OCTAVVS.

**E**T dixit Deus, *Eijciat terra animam secundum genus: quadrupes, & serpentes, & bestias secundum genus. Et factum est sic.* Venit præceptio passim gradiens, & recepit terra proprium curium. Ibi iussit aquas eijcere reptilia animarum viuarum: hic eijciat terra animam viuam. Putâsne ergo est animata tellus & locus præbebitur vaniloquis Manichæis, animam terræ dandi? Non omnimodis, quia dixit, *Eijciat*, quod in ipsa erat, eduxit, Sed Deus qui præceptionem dedit etiam virtutem terræ tribuit educendi. Neque cum audisset, vt herbam germinaret fœni, & lignum fructuosum, latens intra se videlicet herbam fœni tantum protulit, nec palmas, aut esculos, aut cypressos, in suis abstrusa sinibus, ad superna produxit: sed sermo diuinus nascentium profecto crator est. Germinet terra, non vt quod habebat, educeret: sed vt quod non haberet assumeret: Deo scilicet operationis ei præbente virtutem. Sic & modo eijciat animam: non eam quæ recondita erat in terra, sed quæ illi à Deo collata est per mandatum. Deinde in contrarium Manichæis sermo vertendus est. Si enim animam quam habebat tellus eduxit: exanimis ipsa facta est. Sed eorum quidem detestabilitas nota subinde est. Illud sanè videamus, cur aquæ iussæ sunt reptilia viuorum animarum producere, tellus autem animam viuam. Arbitramur igitur eo quod natura natantium perfectam quodammodo putatur habere vitam: ob hoc quia crassiores sunt aquæ. Nam denique tardior auditus est animantibus in aqua degentibus, & visus hebetior, vt pote per aquam cernendo, nec vlla apud eos memorialis opinatio vel agnitio proximorum. Declarat ergo sermo diuinus: quia vita carnalis aquariorum moderatur animi motionibus. Nam in terrigenis bestiis, quæ vitam perfectiorem sortitæ sunt, animus corporis obtinet principatum. Etenim sensus earum vegetior est, manifesta que animalia cum præsentium maximam curam gerant, tunc diligenter memoriam custodiunt transactorum. Vnde considerandum est, quod piscium quidem corpora animata produxit aqua: reptilia enim animarum viuarum produxit, vt scriptura significat, in terrestribus autem anima corpus regens, generari præcepta est, vt pote quæ plus viuificæ virtutis assumpserint, quamquam ipsa quæque terrestria sint irrationabilia, tamen vnumquodque eorum multa per naturalem vocem super animi passionem significat. Nam & lætitiæ & mœrorem, & inedia, & separationem suorum, variasque molestias voce declarant, cum aquaria non solum multa, sed etiam immitia sint, & indocta, & ad omnem vitæ societatem prorsus hominibus tractabilia. Recognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, piscis vero nunquam potuit cognoscere nutrimenta præstantem. Intelligit asinus & hominis consuetam vocem, nouit iter quod sæpius ambulauit, interdumque dux fit agitatori suo, cum errauerit, ad audiendum ita vehementer acutus, vt nullum ei possit de terrestribus comparari. Camelus habet semper tenacem memoriam malorum; & ad iracundiam grauis, & perseuerans est. Denique si fuerit percussus, diu dissimulato dolore, cum reperit oportunum tempus, illatam protinus reponit iniuriam. Sed hunc nulla de marinis belluis imitatur. Audite igitur iracundi homines, qui recordationem dudum læsionis acceptæ, pro virtute maxima affectatis, cui beluæ similes habemini, quando propriam bilem, tanquam scintillam cinere sopitam, vsque eo retinetis in cordibus, quousque nocti occasionem, stimulos doloris, velut igniculum paruum, fomite nutritu susciteris in flammam.

**A** *Eijciat terra animam viuam.* Cur terra producit animam viuam? vt differentiam discas animæ pecoris, hominisque. Et paulo quidem inferius cognosces, quomodo anima sit hominis constituta, nunc vero audi de anima mutorum, quia secundum scripturam, cunctorum animalium anima sanguis est proprius. Sanguis autem gelatus conuerti solet in carnem, caro autem corrupta redit in terram. Merito ergo tabida est anima iumentorum. *Eijciat terra animam viuam.* Vide consequentiam, anima ad sanguinem, sanguis ad carnem, caro ad terram. Iterumque resoluens hæc, redi repetendo per eadem, id est, de terra ad carnem, à carne in sanguinem, à sanguine in animam, & inuenies quia pecorum animus terra est. Nec eam opineris antiquiorem esse substantiæ corporalis illorum: nec expectare vt cum corpore dissoluatur. Fuge garrulitates anxias philosophorum; qui asserere non credebant, suas canumque animas similem tenere speciem. Siquidem proficuntur etiam mulieres se quondam, pisces, fruticesque fuisse. Ego autem si fuerunt aliquando pisces, quod non credam; tamen dum ista sciberent, irrationabiliores piscibus habebantur. *Eijciat terra animam viuam.* Quare igitur passim currente sermone, subito non breui tempore conticuerim, credo mirari nonnullos astantium, quanquam studiosissimos auditores non arbitror causas ignorare silentij; quippe qui respectu nutuque inter se vicissim, ad memoriam nos eorum, quæ intermisimus reduxerunt. Certam enim partem creaturæ non vilissimam penè præterimus indiscussam. *Eijciat aquæ reptilia animarum viuarum, secundum genus, & volatilia volantia sub firmamento celi.* Dixeramus superius de natantibus, quantum tempus permisit vespertinum; hodie transimus ad examinationem terrestrium. Sed interea nos in narratione media, volucres effugerunt. Quapropter inuitandi sunt nobis obliuiofi viatores, qui cum aliquid in mansione reliquerint pretiosum, quamuis maximam partem viæ progrediendo confecerint, reuertuntur: dignum laborem suæ negligentia perferentes. Neque enim contemptibile est quod omisimus: vt pote quæ tertia portio sit animalium creaturæ. Nam tria genera sunt animantium, terrestrium, volatiliū, & marinorum. *Eijciat, inquit, aquæ reptilia animarum viuarum secundum genus, & volatilia volantia sub firmamento celi secundum genus.* Cur igitur ex elemento maris, auibus quoque natiuitatem tribuit? Quia velut affinitas quædam volucris habetur, & piscibus. Sicut enim pisces aquam secant motibus alarum in priora tendentes, caudæ verò gubernaculo flexus dirigant proprios, ita & aues aërem pennis creduntur natando percurrere. Ergo quoniam vna proprietas in genere utroque natandi est, & eadem illa etiam suppetit ex aqua cognatio. Quorum hæc differentia est, quia nullus alitum sine pedibus esse potest, vt pote qui passum consequuntur à terra, & ob hoc necessitate pedum potiùt obsequio. Raptoribus auium etiam vnguiam acies, ad conuertendas prædæ accommodata est. Nam cæteris tam propter alimoniam quæstum, quam propter aliam vitæ dispensatione pedum ministeria sunt tributa. Pauca vero auium, pedes inutiles habent, neque gressui, neque venatui oportunos, sicut hirudines, metoposque, quibus esca solo præbetur ex aëre. Sed hirudo solet volare depressior, terramque pene contingere, vt per hoc visum pedum videatur explet. Sunt sane multa genera, quæ si quis eo modo voluerit explicare, quo nos piscium multitudinem pro parte descripsimus: inueniet vnum quidem auium cunctarum generale vocabulum, sed plurimas in his differentias, vel habitus, vel magnitudines, vel colores. Nam & morum, & actuum, & victus nimia diuersitate distinctæ sunt. Quidam autem affectauerunt nominibus circa eas vti, vt tanquam per inuisitata sigilla nouæ inauditæque nuncupationis proprietas in singulis volucrum generibus agnoscat. Sed nobis sufficiens est significatio, ad qualitatem cuiusque generis contemplandam, vsusque communis scripturæ, quæ mundas immundasque discernit. Aliud enim est genus earum quæ carne vescuntur, aliaque forma, suis congruens moribus: habent enim falcatos vngues, obuncum rostrum, volatum pernitem, quo præda citius capiatur, discerptaque pedibus; facilem cibum suggerat captori. Alia species est

earum

earum quæ feminibus nutriuntur, & alia earum quæ pro a-  
 limonia percipiunt, quicquid casus obtulerit. Et in his rur-  
 sus maxima differentia est. Quædam enim sunt gregales,  
 exceptis prædatricibus: quarum nulla cum alijs præter coi-  
 tum sociatur. Aliæ sunt communiter viuentes, sicut colum-  
 bæ, sturni, grues, & graculi; ex quibus quædam sine ducibus  
 habentur, semetipsas regentes, aliæ sub moderamine con-  
 tinentur, vt grues. Est etiam in eis alia discretio, secundum  
 quam certas videmus aduenas esse, alias indigenas. Non-  
 nullas hyeme cõpellente, causâ partus, ad peregrina discedere.  
 Plurimas mansuetas fieri, & patientes: exceptis infirmiori-  
 bus, quæ propter nimiam timiditatem, contrectationem  
 manus nequeunt tolerare. Aliæ inter homines diuersantur,  
 hisdem quibus illi domicilijs commanentes, aliæ locis de-  
 fertis & montibus delectantur. Est etiam auibus magna dif-  
 ferentia vocum, & sua cuique proprietas. Sunt enim quædam  
 loquaces, & garrulæ; aliæ taciturnæ: nonnullæ canoræ atq;  
 clamosæ, certæ stridulæ, nullumq; penitus habentes cantû.  
 Aliæ naturaliter æmulatrices sunt, vel ex hominum tradi-  
 tionibus eruditæ. Aliæ vnicum, nunquamque mutabilem  
 sonum vocis habent. Lasciuus est gallus, diligens pauo, li-  
 bidinosa columba, domesticæq; gallina. Dolosus & zeloty-  
 pus perdix; irerudumq; venantibus hominibus, ad aliorû  
 captum malitiosè consentiens, & omnino multiplex in il-  
 lis actuum morumque discretio est. Sunt & certa animalia  
 vrbana, si tamen vrbانيتas est ad vnum communemque  
 finem, operationem perducere singulorum: sicut in apibus  
 est videre, quibus communis habitatio est, & volatus, & v-  
 nus labor omnibus, & quod maximum est, sub regibus &  
 ducibus vnaquæque proprium munus exercet. Nec prius  
 audent campos patentes appetere, quam suum principem  
 viderint volasse. Rex autem apud eas non constituitur à  
 populo, nam sæpe suffragia multitudinis imperitæ solent  
 indignos ad culmen imperiale prouehere, nec regnû sorte  
 præstatur. Sunt enim irrationabiles exitus vrnæ, quippè  
 quæ sapius infimo cuique potestatum decernit insignia.  
 Sed nec ex parentum hereditate imperialia scepra tradit-  
 ur, quoniam principum liberi, per voluptates, & delicias  
 facillè corrumpuntur, & vecordes efficiuntur, ac stulti. Sed  
 naturæ iudicio, qui dignus fuerit, infulus accepit principatus,  
 non minus proceritate membrorum, quam lenitate  
 morum, cæteris præstans, & habet spicula quædam, sed his  
 ad læsionem non vritur aliorum. Ita leges quasdam tacitas  
 eis natura præscripsit, quibus retinentur ad inferenda tor-  
 menta supplicibus. Ipsæ vero apes si secutæ non fuerint  
 instituta regnantium, propria pœnitidine castigantur. Nam  
 si pupugerint aliquem, dimittunt animam cum aculeo si-  
 mul in vulnere. Audiant hæc Christiani quibus mādatum  
 est, nulli malum pro malo reponere: sed in bonitate supe-  
 rare malitiam. Quamobrem imitami mores apium: qua  
 nulli molestiam facientes, nec alia patrimoniam rapientes  
 fingunt quidem fauos constructos ex floribus, mel autem  
 de humore rosido, qui arborum folijs insidet ore colle-  
 ctum, in cereis recondunt cellis. Nam denique liquidius  
 habetur mel, quod primo percipitur, deinde paulatim  
 tempore procedente digestum ad suam spissitudinem, sua-  
 uitatemque reuertitur. Non immerito ergo tantarum  
 laudum apes gloriam consequuntur: vtpote quas laborio-  
 sas, & sapientes vocitauit antiquitas. Ita studiosè victum  
 proprium reponentes, quarû vsus, tam regibus quam pri-  
 uatis remediâ salutis impertit. Cur sic? quia sic sapienter  
 horrea mellis edificant. In tenera enim membrana crebras  
 thecas, sibi que contiguas extruunt: vt earum condensatio  
 tenuissimæ textu cõpaginationis artata, & sulca velut qui-  
 busdam repagulis opus omne contineat. Vnumquodque  
 vero spiramen mutuo strictum nexu sustentatur ab alio, &  
 subtilissima foralorum interseptione discluditur: qui bi-  
 nis, aut ternis super se sunt ordinati tegminibus. Neque e-  
 nim directas vel simplices cauernarum profunditates effi-  
 cere mahuerunt, ne sui pondere stipatus humor maneret  
 extrinsecus. Disce quoniam geometriæ affectatio, sapien-  
 tissimis apibus comparata postponitur. Sex enim angulis,  
 totidemque lateribus, cerarum fistulæ continentur: nec  
 tamen erectæ sunt, ne fundus videlicet laboraret, si iun-  
 cturarum vacuus foret auxilio. Sed inferiores illi sex angu-

A li, sedes & firmamentum quoddam superiectis habentur:  
 quod tolerabiliter pondus superpositum subuectarent, hu-  
 moremque reconditum in cauationibus singulis conser-  
 uarent. Quis igitur volatilium valeat diligenter cunctas  
 proprietates exponere? vel quemadmodum grues excu-  
 bias vicissim noctu suscipiant, quarum alijs corpora sopore  
 curantibus, nonnullæ tuitionem illis perhibent vigilādo.  
 Quæ cum statuto sibi tempore excubandi peregerint,  
 ipsæ clamore dato, quiescere incipiunt, aliæ vero sorte suc-  
 cedunt. Hunc autem ordinem, & in volatu custodiunt, dum  
 diuersis vicibus operam ductandi coguntur explere. Cico-  
 niæ sanè non procul distant ab his, quibus rationabilis col-  
 lata prudentia est. Nam vno tempore simul omnes adue-  
 niunt, itemque sub vno signo cunctæ pariter ad longinqua  
 discedunt. Suffragantur autem eis cornices, quas & profi-  
 cientes honorificè prosequuntur, & sicut mihi videtur  
 auxilium præstant illis, aduersus quasdam volucres pugna-  
 turis. Cuius rei certum est documentum: primum, quia  
 cornix eo tempore penitus non videtur: deinde quod sauci-  
 cæ redeunt, manifestissima præliorû signa demonstrat.  
 Quis rogo illis hospitalitatis iura mandauit? Aut quis sub  
 comminatione præcepit, vt ciconias in procinctu postas,  
 suo non destituerent comitatu? Audiant hæc auari homi-  
 nes, qui negata peregrinis aduentantibus humanitate, ian-  
 uas suas claudunt, & nec tectis eos succedere, noctis aut  
 hyemis tempore patientur. Liberalitas verò quæ senibus  
 ciconijs à iunioribus exhibetur, sufficeret hominum filios,  
 si mallent aduertere, amatores suorum reddere genitori.  
 Quis enim tam insipiens est, vt non recenseat ignominiam  
 notari, cum auibus irrationabilibus, cultu postponitur pie-  
 tatis? Illæ parentes suos ætate confectos pennilque eorum  
 vetustate deiectis, circumstantes, proprijs plumis fouent,  
 alimoniamq; conuectant, & in volatu quod potuerint, hinc  
 inde se supponentes, senectæ lassitudinem consolantur, a-  
 larum suarum eas auxilio sustentantes. Quæ res per omnes  
 vbique gentes, ita percrebuit, vt hodie remuneratio delati  
 beneficij apud græcos ἀντιπρόβρισις nominetur. Qua-  
 propter nemo se penitus obtentu paupertatis excusans, de  
 vita propria desperet, quamuis nullæ domi suppedient fa-  
 cultates, domi ingeniosam contempletur hirundinem. Illa  
 enim in fabricando nido paleas quidem ore comportat, li-  
 mum autem pedibus ferre non valens, alarum summitates  
 humectat in fluuiio, deinde in cinere volutata, cæmentis v-  
 sum videtur explere. Paulatimq; futculos inter se luto ap-  
 posito, velut quadam glute cõiungens, suos educat pullos.  
 Quorum si quispiam oculos effoderit, habet eorû mater à  
 natura sibi traditam medicinam, qua mox ad famitatem factum  
 suorum reducat aspectum. Hæc te videlicet hortabuntur,  
 ne ad improbitatem velis egestatis occasione conuertiri,  
 nec in pessimis artibus spem viuendi collocans im-  
 muni bonitatis exorsq; reddaris: sed ad Deum confugas.  
 Qui cum hirundini tam magna donauerit, quanto maiora  
 præstabit his, qui eum tota mentis intentione implorant.  
 Alcyon auicula est quædam in litõribus marinis foetare  
 consueta, quæ super ipsam arenam ponit oua, eo tempore  
 quo mare multis, grauiusq; ventorum flatibus commo-  
 uetur: sed tamen omnes tunc tempesitates, procellæque se-  
 datur per integros septem dies, quibus auis memorata cu-  
 bare narratur. Nutriendorumq; gratia pullorû, postquam  
 fuerunt de ouis educti, septem dies alios, illi Deus magnorum  
 largitor adiecit, quos dies nautici diligentius obser-  
 uantes alcyonios eos vocant. Hæc tibi præscripta sunt, su-  
 per remedijs indubitanter à Deo salutaribus deprecandis.  
 Quid enim non mirabile fiat tui causa, qui ad imaginem  
 Dei factus es, cum propter auem paruulâ, maximum formidolosumque  
 mare videas tempestuoso tempore fieri tranquillum diuina  
 præceptione frenatum? Turturem ferunt si quando casu aliquo  
 separetur à coniuge, nullatenus coire cum altero, sed memoria  
 prioris contubij perdurante, contractum secundæ copulationis  
 abnuere. Audiant mulieres, quomodo apud aues irrationabiles,  
 continentia viduitatis, frequentibus nuprijs antefertur. Aquila  
 in educandis pullis proprijs iniusta fertur esse. Duobus enim  
 procreatis, vnum verberibus alarum multarum proijcit in  
 terrâ, alterum retentatum fouet. Ita propter victus inopiã,

cogitur negare quem genuit, nec tamen eum finit interire ossifragus, sed assumptum proprijs applicat pullis, & studiosè nutrit. Tales sunt nonnulli parentes hominum, qui paupertatem causati suos exponunt liberos, vel hereditatis sortem non æquam constituunt inter eos. Quibus quoniã pares causas præstitere nascendi, iustum esset, vt his viuendi etiam parem tribuerent portionem. Ne velis ergo prædaticum auium mores æmulari, quæ cum viderint pullos suos iam volarui confidentes, nidis eos præcipites exturbant, ac proiciunt, nullam penitus illis curam deinceps impendent, laudatur econtra circa natos cornicis affectio, quos & volantes profèquitur, & escam largiter subministrat. Certè vero volucres, ad nutriendos fouendosq; fetus, masculorum iuamine non vtuntur. Aliæ sanè earum, quæ altius volitant, steriles omnino sunt, sicut vultures, quos asserunt sine coitu generare, præcipuè cum sint longævui. Nam vitam eorum, centum annis manere affirmant. Sit igitur hæc tibi pars historię notata de auibus, vt cum videris aliquos cachinnantes, propter ineffabile mysterium catholice fidei, quod quasi impossibile sit, alienumque naturæ virginem peperisse, statu virginittatis integro custodito, cogites, quia ille qui dignatus est in stultitia prædicationis saluare credentes, idem quoque nobis innumerales causas ex natura sumptas ad fidelitatem mirabilium præstitit. *Eijciant aque reptilia viuarum animarum, & volatilia volatilia super terram sub firmamento cali.* Volare idè iussæ sunt super terram, quia victus omnibus è terra suppeditat. *Sub firmamento autem cali,* dixit, propter illa quæ disceruimus. Cælum autem hic intelligere debemus, à cernendo dictum: Græcè enim *ὁραὸς* vocatur *ἀπὸ τῆς ὁραΐδος*. Nam comparatione corporis etherij, aër iste, qui super nos est, ex vaporibus terræ concretus, & crassus efficitur. Habes igitur populum decoratum, terram formosissimam, mare opulentissimum, aërem repletum auibus: quæ omnia ex nihilo ad hæc vitam Dei præceptione producta sunt. Et alia multa quæ nunc consulto sermo præterijt, ne in hisdem diutius comoratus, modum disputandi videretur excedere. Tu autem cuncta hæc tecum ipse reputas, & intentè sapientiam Dei, quæ in omnibus habetur, inquirens numquam deficiet admirando, nec conditorem glorificando desistas. Habes etiam volatilia nocturna, diurna. Vespertiones enim, & noctuæ lucifugæ sunt. Ergo si quando te minime sopor oppræsserit, sufficiet te conuersationis eorum examinatio, vitæque proprietas ad prædicandam sapientiam creatoris impellere, quomodo lucinia vigilat ouis incubans omni tempore noctis cantilenam trahendo, quomodo etiã vespertiones non minus quadrupes sunt quam pennatæ, quas etiam solas ex auibus omnibus dentes habere constat, & carulos procreare feruntur, aut in aëre non plumis, sed quadam membrana pellita volare. Est etiam illis mutua inter se magnaq; dilectio per naturã. Nam velut setæ quadam piscatoris de alternis hærent nexibus: quod in hominibus vtiq; videmus non facile prouenire, quorum nonnulli separati ab aliorum conuersationibus singularitate & solitudine delectantur. Quomodo etiam noctuaru oculis similes habentur secularis sapientiæ professores. Nam & illarum aspectus noctibus quidem acrior est, exorto autè sole cæcatur, sicut istorum cum sit acutissimus ad contemplandam vanitatem sensus, erga inquisitionem veræ lucis hebescit. Interdum autem facile tibi est, admirationem conditoris vndique attrahere, quemadmodum gallus domesticus homines ad labores compellit & opera, claraque voce proclamans solem procul aduenire significat. Anseru quoque genus, quam vigilans habetur & prouidū & cito sentiens quæ tentantur occulte: Hi quondam vrbem Romanam nocturnis hostium liberasse dicuntur insidijs: quos per occultos aditus latenter ingredi molientes, arcemq; peruadere, festinanter prodidere clamando. In quo autem genere propria miracula non vsquequaq; natura demonstrat? Quis vulturibus futuram nuntiat hominum mortè, quos contra se bella gesturos, mox cateruæ vulturum profèquuntur, armorumque instructione vel apparatu, qualis sit exitus habendus intelligit? Quod quidem non procul est rationis humanæ, quemadmodum etiam tibi locustarum expeditiones operiam. Quæ sub vno signo proprijs egressè

A de sedibus in spatiois campo castra constituunt, & nò ante subiecta contingunt, quã detur ijs diuina præceptio. Quomodo autem mergus insatiabilem vefecèdi patitur orexim, per quam vulneribus sui ventris remedia panitatis acquirit? O virtutis admiratio cælestis! quæ rabiem famis, in vsum medicaminis reformauit. Quanta quoque ratio in cãtibus cicadarum, quæ sub ardenti sole plus resonant tractu aëris impulsè, qui per earum pectus illabitur dum respirat? Sed iam sentio sermonem nostrum, non minus miraculis volatilium superari, quam si experiret ipse pernicitatem suã meis pedibus anteire. Sanè cum videris apes & vespas, cõsidera quia nullus eis spiritus, aut pulmo subest, sed semper aëre nutriuntur. Denique si oleo tactè fuerint, cõtinuò perimantur: vt pote præclasis earum spiramētis, & si aceto rursum aspereris resipiscunt, venarum videlicet meatibus patefactis. Ita nihil quod superfit, aut desit nostris vtilitatis fecit Deus. Iterum si aquarioru genus examinare volueris: inuenies in illis aliam dispositionem. Pedes enim non habent fissos vt coruus, nec vncos vt aquila, sed latos atque membraneos, vt natantes facillè superferantur vndis, tanquam remis quibusdam pedum nifibus repellentes aquam. Item si consideres quomodo cygnus in altum guttur extendens, ab imò fundo trahit alimoniam: tuc aduertere poteris sapientiam creatoris: quia ob hoc illis longiora colla quam pedes adhibuit, vt tanquam festam quandam porrigens se in profundum, recõditum possit inuenire nutrimentum. Igitur simpliciter inspecta verba scripturæ syllabæ quædam videntur esse. *Eijciant aque volatilia volatilia super terram sub firmamento cali.* Si considerata fuerit vis verborum, tunc conditoris mirificatio declaratur, qui futuras auium differentias longè præuidit, easque secundum genus à se discreuit. Dies me profècto deficiet, si cuncta vobis aëria miracula referre voluero. Verum tamen terra nos vocat ad inspiciendas bestias, & pecudes ac serpentes. Parata est enim similia piscibus, & volatilibus, quadrupedum, & virgultorum genera demonstrare. *Eijciant terra animam viuam.* Quid dicitis, qui Paulo Apostolo de resurrectione nò creditis, cum videatis certa de aëris animatibus figuram propriam commutare, sicut Indiacum vermem, qui est corniger, primo in veruæ se speciem transformantem, deinde fieri bombulionem, nec tamen in eo schemate persistentem, sed membranis mollioribus plumescentem aligerum reddi. Itaque vos matronæ quando sedetis eorū reuoluentes opera, id est, stamina quæ Seres hac dirigunt, ad confectionem vestium delicatarum, reminiscimini huius animalis refigurationem, vt evidens de resurrectione capiat exemplū, & nihil dubitetis de reformatione corporis, quam Paulus exponit. Sed iam sentio me modū disputationis excedere. Etenim si ad multitudinè respexero reparatorum, in infinitum videbor sermone perlapsus. Sin autè oculos ad diuersitatè creaturæ conuerterto, nec exordium narrationis arbitror assumpisse. Verum tamen non est vtili vos præterire transcursu. Quid enim facietis vsq; ad vespèram? A pranforibus certè non vrgemini, nec conuiuiorum apparatus abire nos admonet, quoniam tempus ieiunandi est. Quapropter si placet, abstinentiã corporis in voluptatès animi cõuertamus. Sæpius vtiq; corporibus parū istis, hos saltè dies deputemus vsibus animorum, sicut scriptum est. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Si diuitias amas, opes tibi præsto sunt spirituales, id est, iudicia Dei vera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurū, & lapidè pretiosum. Si edax & gulosus, habes verba Domini dulciora semper mel & fauū. Nūc si dimiseris vos, cætumq; dissoluero, alij mox vestrū currūt properatèr ad alèã, in qua iuratio, & contentio vehemens, & lucrãdi cupiditas habetur, astatque dæmon obcærnus, modo hunc erigens exultatione victorie, faciensque aduersarium tristem, modo illum alacrem, superbumque demonstrans. Quid inuat corpore ieiunare, si animus multis prauitatum millibus oneratur? Porro autem qui non ludit testèris, sed vacat, quas non vanitates ex ore depromit, aut quid non percipit auribus execrandum? Ita otiositas sine timore Dei magistra nequitie est. Et quidè præsumo aliquid vobis vtilitatis, ex his quæ locuti sumus acquiri. Quod si secus fuerit, tamen peccato vos vacuos commemoratio loci huiusmodi perficiet.

Quantoque



Quantoque plus vos in Ecclesia Domini retentamus, tanto magis à malorum cogitationibus separamus. Sufficientia sunt, quæ dissuerimus apud æquissimum cognitorem, si tamen non ad copiosas creaturæ diuitias, sed ad paruitatem nostræ possibilitatis aspexerit, vel ad mensuram super laua capiendâ præsentium. Sit itaque terminus hic matutini conuiuii, ne ultra modum ingesta satietas, fastidium vespertinæ vobis epulationis iniiciat. Dominus sanè, qui creaturæ suæ copiis cuncta compleuit, & qui in rebus omnibus mirabilium suorum nobis æterna monumenta præbuit, cumulet mentes nostras gaudio spiritali in Christo Iesu, cui gloria & honor nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

## LIBER NONVS.

**D**icite quæso qualis vobis nostræ fermocinationis, matutina visâ est mensa. Mihi enim libet comparare tenuitatem nostram ego cuiusdam exhibenti conuiuium, qui munificentiam animi sui copiosè desiderans ostentare, defecit facultatum retardatus inopia, ob hoc apparatus pauperem qualiscumque est, largius ministrare molitur, risum de se perhibens inuitatis. Ita sit vt exprobrationis ignominia liberalitas affectata non crearet. Tale quidem est & in nobis: si tamen vos non aliter sentietis, verumtamen vt cunq; se habent nostra: non extenuabuntur à vobis. Neque enim Helisæum vt improbum pastorem refutabat illius temporis conuiuiæ: & certè agrestibus eos reficiebat olusculis. Compertas itaque habeo leges quasdam super allegoria, non quas ex meipso confeci, sed quas didici aliorum voluminibus, recensitis per quas hi qui acquiescunt communibus consentire scripturis, aquam dicunt non esse aquam, sed aliam quandam naturam, pisces quoque vel serpentes, aut bestias, non pro veritatis ratione, sed pro suo commentantur arbitrio: sicut interpretes somniorum, visis per soporem variis imaginibus, quid futurum sit pro sua voluntate pronuntiant. Ego autem cum audiero scænum, hoc intelligo quod dictum est. Item pisces aut quadrupedes, aut virgulta, quomodo relata sunt, ita percipio. Neque enim erubescō, Euangelium. Nam licet hi qui de mundo plura scripserunt certa de terræ schematibus disputarint, modo eam sphaerâ, modo cylindro, modo circulo similem, & aequalibus vndique collectam partibus designantes, & in medio esse cauam. Ad omnes enim huiusmodi opiniones, scriptores cosmographiæ prolapsi sunt, alter alterius dogmata rescindendo. Ego tamen non adducor vt dicam idcirco deteriorem nostram mundificationem videri: quia nihil de schematibus eius famulus Dei dissertit, & quia non dixit tot millia stadiorum ambitum telluris tenere, vel quod metitus non est, quantis spatii obumbratio eius in aère distenditur, cum Sol proprios cursus agit sub terra, qui cum Lunæ propinquauerit, luminis ei defectum præstat. De quibus omnibus prudenter ille reticuit, sciens inutilia nobis haberi quæ ad nos minimè pertinerent. Ideo debemus verba spiritalia viliora vanissimis philosophorum assertionibus arbitrari, & non glorificare potius Deum qui nostram mentem superfluis quidem quæstionibus liberauit, ad excitandas verò ædificandasque nostras animas proficere cuncta disposuit? vnde videntur mihi quidam rerum ignari, seductionibus prauis & suasionibus falsis emitti quo possint honestatis quondam colorem, per argumenta propria, diuinis scripturis obducere. Quod quid aliud intelligendum est, quam sapientiores esse tales homines, verbis spiritalibus profiteri, lucæque magis dicta sub prætextu interpretationis astruere? Quapropter vt scriptum est intelligatur, *Eiciat terra animam pecudum & bestiarum, & serpentum.* Aduerte igitur Dei verbum currens per omnem creaturam. Quod quidem olim cepit: sed vsque nunc operatur & properat ad finem, donec consummationem mundus accipiat. Sicut enim pila cum ab aliquo fuerit impulsâ, cum spatia deuexa repererit, ipsa sui volubilitate, locique procliuitate velocius incitata perferretur, nec prius stare poterit, quam ad plana descendat, ita natura rerum Dei præceptione commota, nascentium morientiumque factu-

**A**ram passim penetrans, vniuscuiusque generis sobolem per similitudinem sui custodit æqualiter, donec ad statutum terminum valeat peruenire. Equum enim facit equo succedere, & leonem leoni, & aquilam aquilæ, & singulas animantes, sequentium successione seruata, vsque ad finem rerum omnium exitumque perducit. Nullum enim tempus valebit proprietates animantium commutare, sed tanquam nuper constituta natura sit, ita recens fertur cum tempore. *Eiciat terra animam viuam.* Hæc præceptio mansit in terra & nullatenus famulando desinet conditori. Certa enim ex eorum posteritate quæ prima facta sunt, nasci non dubium est, alia de terra nunc etiam formari, & viuificari **B**conspicimus. Non enim cicadas solum ex imbribus rigata producit, vel alia plurima volatilium millia, quorum maxima pars propter sui tenuitatem vocabulis caret: sed etiam mures & ranas ex terra generari videmus. Denique in Ægyptiacis Thebis, si pluuia largiores æstiuo tempore fuderit, mox infinitis muribus regio tota completur. Anguillas etiam non aliter nisi de ceno nasci, certissimum est, quarum genus, nec ouum, nec alter aliquis partus instaurat, sed vt diximus, de limo gignendi sortiuntur originem. *Eiciat terra animam viuam.* Pecudes omnes terrenæ sunt, ob hoc inclinantur ad terram. Sed alia est planta celestis homo: qui quantum habitu figuræ, tantum dignitate distat à pecoribus. Illorum facies deorsum flexa, vterumque prospectat, & quod eius libidini iucundum est, hoc sectatur: tuum verò caput ad cælum semper erigitur, oculi tui superna respiciunt. Sed si tu quoque corporis te voluptatibus scædaueris, obediendo luxui ventris, & inferioribus eius partibus, comparatus es iumentis insensibilibus & similis illis factus. At verò tibi alia sollicitudo nimisque decora est querendi sublimia, vbi habetur Christus. Conuenit enim altius te ferri terrestribus, vt quomodo natus es, ita propriam disponas vitam. Conuersatio tua sit in cælo, vera tibi patria est superior Hierusalem, ciues & sodales habes primogenitos ascriptos in cælo. *Eiciat terra animam viuam.* Igitur quadrupedum anima, non olim sub terra reposita, subito tunc eiecta profluit, sed simul creata est cum præcepto. Vna est illis anima, & decor omnis in figura locatus: proprietatibus variis singulæ discernuntur. Boves graues sunt, & constantes, asini hebetes, calidi equi desiderio scæminarum. Lupus indomitus, vulpes dolosa, ceruus timidus, laboriosa formica, gratificus canis, & memor amicitia: singularumque naturatibus, morum etiam qualitates aptatæ sunt, sicut iracundia congenerata leoni est, & solitudo conuersationis, similitumque vitatio. Nam velut tyrannus quidam bestiarum, vitio superbiæ naturalis elatus refugit aliorum consociationem, nec quotidiano cibo pascitur, quamuis reliquias suæ captiouis adierit. Huic nimium grande vocis ministerium natura perhibuit, aded vt certæ quadrupedes cum sint cursu velociore, rugitu eius paucifacæ deficiant. Torus est pardus, & acutus in impetu conueniensque animi sui motibus habet corpus. Vrsorum segnior natura est, mens aspera, subdola, & minus feris, quam similitate contacta. Quod si sermonem latius extendentes, voluerimus asserere, quanta mutis animalibus diligentia conseruandæ propriæ salutis sine cuiusquam traditione suppeditet, fortasse quosdam incitabimus, erga studium nostræ munitionis, sed vereor ne in æmulandis quoque bestiis minores esse credamus. Vrsus letali vulnere sæpè transfixus, omnibus vitur machinamentis, vt se curare præualeat, herba præcipue quadam natura sicciore plagas proprias oppellando. Vulpes etiam frequentius deprehensa est, succo pineo sibimet remedium contulisse. Testudio autem cum viperinis visceribus ingluuiem ventris expleuerit, origani medicamine quod est serpentibus contrarium, pestem venenosi cibi fertur effugere. Coluber verò dolore grauissimos oculorum, feniculum depastus extinguit. Nam præscientia pecudum de futuris cæli mutationibus, quam irrationabilem prudentiam creditur superare. Itaque otis impendente hyente, herbam carpit audiens tanquam reficere se largius indicans ad tolerandam ex futura tempestate penuriam. Boves autem cum diutius inclusi tempore fuerint hyberno, perturbationem aëris naturali præsentientes intellectu, de sta-

bulo foris simul omnes aspiciunt mutantem vultum. Multi sanè homines echinum terrestrem captauerunt, duplices cauernas in suis fecisse cubilibus, vt cum flatibus Aquilonis vrgetur, ad Australem se conferat partem. Iterumque cum notus spirauerit, Boreale foramen aperiat. Quid igitur nobis hominibus per hæc signa scriptura significat? Non solum vt per omnia nostri Creatoris quanta sit erga nos indulgentia contemplerur, sed etiam consideremus, quia cum nimia futurorum prouidentia in mutis pecoribus habeatur, nec vtique nos debemus præsentis vitæ voluptatibus contaminare, sed intentionem nostram ad venturum sæculum destinare. Tunc ergo homo non laborabis in hoc mundo, vt possis tibi subsidia quietis futuræ reponere, cum videas formicam hyemis memorem, victum sibi studiosè tempore æstatis atrahere? Quæ non idè minus diligens est, quia nondum pericula experitur hyberni, quin potius omni nisu, curaque peruigili laborat, & operatur, cunctaque discurrendo pertentat: quo possit sufficientia sibi met alimenta recondere. Mirabilique prouidentia prospicit, ne species quæ collectæ sunt corrumpantur. Secat enim dentibus granum, ne incipiens germinare pastum sibi præberet inutilem: semen quoque ipsum si fuerit humectatum vapore telluris siccatur in solem, nec tamen semper hoc facit, sed cum serenitatem stabilem fore præferat. Denique non videbis imbres emitti de nubibus, quousque formica torrendum sub sole semen exponit. Quis igitur sermo comprehendere? quis auditus capere, vel quantum temporis sufficere poterit, ad explananda cuncta mirabilia? Quapropter & nos simul cum Propheta dicamus. *Quam magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti.* Ergo non proderit nobis illa satisfactio, qua putamus excusare nos posse dicentes, minimè literis didicisse, quod expedit, cum legis magisterio naturalis electionem vitulum perceperisse credamur. Nosti enim tu bonum quod facere debebis in proximum, & malum quod idem nolis ab alio perpeti. Nulla scilicet ars medendi, nec aliquis vsus herbarum remedia pecoribus querenda monstrauit, sed naturaliter animal vnumquodque nouit propriae salutis consulere, & ineffabilem diligentiam genitua captare prudentia. Sunt tamen apud nos genera nonnulla virtutum: quas non ex hominum doctrina, sed ex naturæ traditione sortimur. Sicut enim nulla nos institutio mouet odisse languorem, sed spontaneum habemus erga omnia, quæ nos contristare creduntur, horrorem: sic & animo naturale subest officium noxia declinare. Omne autem nullum morbus est animi, virtus autem rationem sanitatis apportat. vnde bene quidam statuerunt, asserentes sanitatem esse mortuum naturalium constantiam. Quod etiam in animi vigore profitendo quis non iudicabitur errare? Sui enim semper appetens est naturaliter animus: ideoque laudanda prudentibus est castitas, assequenda iustitia, lectanda sapientia, miranda fortitudo. Quæ res magis animis familiaris sunt, quam corporibus valetudo. Parentes diligite filios: filij nolite parentes exasperare. Numquid non hoc idem natura præcepit? Nihil ergo noui Paulus hortatur, sed astringit altius vincula naturæ. Cuius tanta vis est in affectu: vt etiam lupus pro catulis suis pugnet. Quid dicturus est homo, qui & mandatum spernit, & naturam despicit, cum aut iuuenis deformat iniuriis caniciem genitoris, aut pater secundas nactus natiuas nuptias liberos ex patrimonio priori contristat? Infucatus est amor ferarum inter parentes, & filios, quoniam qui eas creauit Deus quod minus illis irrationabile præstitit, sensus beneficio compensauit. Ex quo fit vt præsentibus tot ouium millibus, de mandata laxatus agnus mox matris vocem agnoscat: & ad eam currat exultans, fontesque lactis inquirat. Quod & si forte mater sterilior habeatur, ipsa sola contentus, vbera præterit aliena, quamuis copiosa sint & resecta. Materque nihilominus in tanta multitudine suam recognoscit factum. Et certè vox vna est in diuersis, color vnus, & odor idem. Quanta videlicet nostro possumus odore colligere: verum tamen est illis acutior intellectus ab homine: per quem cuique suppetit agnitio priorum. Necdum scilicet catulo dentes formati sunt, & tamen infestantes conatur ore repellere. Nondum vitulo cornua surrexerunt:

A & nouit iam in qua parte futura sibi sint arma pugnandi. Hæc igitur indicium nobis faciunt, quia naturalis prudentia doctrinæ traditione non vitur, & quia nihil inordinatum, vel improuidum habetur in rebus: sed omnia certissimum specimen in se sapientiæ conditoris ostentant, qui sic instructas pecudes ad defensionem propria salutis instituit. Expers quidem rationis est canis sed æquiparantem rationi sensum creditur possidere. Nam ea quæ per ocium vitæ longum quidam sedentes, vix inuenire potuerunt, id est, philosophi seculares syllogismorum dico tendiculas beneficio naturali canis consequutus asseritur: quia vestigia ferarum sagaciter indagando, cum viderit multipliciter intercisas semitas, omnes discursibus interruptit, vocem tantum articulatum non emittens. Nam per ea quæ agit indicat profecto: quo bestia quæ lustrantur abierint. Nec vllum relinquens inexploratum locum, vbi suspicio nulla vestigij est, donec omnibus odore repetitis, explicatisque fallentibus viis, cubile reperiat. Quid amplius hi faciunt in descriptionibus, qui ociose sedentes, puluerem stilo signant, & ex tribus propositionibus duas auferunt, in illa autem quæ reliqua est inueniunt veritatem? Memoria igitur canis erga depensum sibi beneficium, quem non ingratum hominem suo benefactori pudore confundit, cum etiam dominis interfectis in loco deserto, multi canes obseruatione longissima defecerunt? Alij perempti dominis indices homicidij fuerunt, eosque præsentauere iudicis, accusationem latratu peragentes. Quid igitur dicturi sunt, qui creatorem pastoremque suum Deum non modò non diligunt: sed etiam maledicos eius habent amicos, & in eadem cum illis simul cibantur mensa, largioremque epularum sacrilegis blasphemorum sermonibus lacerare patiuntur? Sed nunc ad creaturæ contemplationem redeamus. Ideo scilicet imbeciliores bestia fecundiores sunt, id est lepores, & damæ, ouesque siluestres: vt non facile deleteretur genus earum, à carnificibus expensum feris. Hæ autem quæ deuoratrices sunt aliarum, steriliores habentur. Nam denique leoni vix læna fit mater. vnguibus enim dum nascitur, vuluam genitricis exulcerat, sicut vipera quæ non aliter nisi matris exeso discerptoque ventre procedit, congruam creatrici mercedem pro tali partu rependens. Ita nihil in rebus humanis habetur improuidum: nec vlla diligentia sibi competentis immunitas est. Quod si studiosius ita pecorum membra discussis, inuenies nihil illis superfluum dedisse conditorem, nihil necessarium denegasse. Beluis namque carnifumis acutos dentes apposuit: quoniam talibus opus erat ad speciem alimonie præfinita ministeriis. Eis verò quibus ex vna parte dentes instituit, plurimorum receptacula pabulorum inesse disposuit, vt pars quæ prior assumpta est de stomacho, denudè decurrat ad dentes, quo facilius eam possit ruminando conterere, ac sine labore digerere. Neque enim gurgationem, stomachumque certis animalibus dedit, vt potè necessarios vsus præberent. Camelus igitur idcirco longum guttur habet: vt coæquatum pedibus, facile eam, quam querit attingeret. Breuis autem humerisque suppressa ceruix visorum est, itemque leonis & tygridis, & similibus ferarum, quibus herbosa non sunt alimenta, nec habent aliquam necessitatem inclinandi se ad terram: quippe quæ carne vescuntur. Quid de promuscide elephantis dicamus, qui cum omnium sit maximus beluarum, visentibusque terribilis, par fuit vt membris immanibus formaretur? Quorum magnitudini si ceruix fuisset æquiparans, immobilis haberetur, pondere ipso deorsum curuatus. Nunc autem paucis ossibus ceruices & caput in nexum spinæ cohaeret, habetque promuscidem ministerium sibi colli longioris explentem, quæ pastum percepit & aquam trahit. Pedesque eius nullis geniculorum coniunguntur articulis, vt tanquam columna quædam grauitatem superiecti ponderis subiectarent. Si enim graeilis nutantiaque eius fuissent crura, sine dubio eiectiones iuncturarum pateretur assiduas, vt potè non sufficientium molem tantam subleuare, cum surgeret. Itaque vides quomodo velut quædam corporeæ turres belli tempore locantur ante aciem, vel montes animati opponuntur, hostium munimenta rupturi. Quorum si magnitudini fundamina gressuum non haberentur

berentur aequalia, nullatenus tanta membrofitas portaretur. Fertur autem elephantum trecentos annos & amplius viuere, ministerioque promiscidis cibum sibi met, vt diximus, admouere, qui velut serpentes quidē sinuosus & lubricus, huc atque illuc flectitur. Ita verus est sermo qui asserit, nihil minus, nihil superfluum, in rerum creatura reperiri. Hanc tamen ipsam beluam tam ingentem Deus subiectam nobis esse præcepit: vt & quod doceretur intelligat, & dum eeditur patiat, manifestè declaras cuncta nobis ideo fuisse subigata: quia nos ad imaginem Dei facti sumus, & non solum in maximis animalibus eius inestimabilem sapientiam possumus contemplari, sed in minimis quoque bestiolis, eadem considerare miracula. Sicut enim non satis admiror, magnorum vertices montium, quia cum proximis nubibus habeantur, assiduis flatibus grauissimas perferunt tempestates, vel contra speluncarum cauationes, quia non solum ventorum fremitus euitare solēt, quibus ardua quatiantur, sed sempiterna etiam tempore gratulantur: sic & in animalium forma, non tantum vastitudinem elephantum stupteo, quantum murem, qui formidolosus elephanto est, vel aculeum subtilissimum scorpionis, quem tanquam fistulam quandam sapientia perforauit artificis, vt per eam virus à se vulneratis iniiceret. Sed nullus ob hoc reprehendat conditorem: quod vitæ nostræ bestias venenosas adhibuit. Ita enim & quis præceptorem insimulabit infantem, qui officia eos disciplinæ custodire compellens, lasciuias & vanitates illorum minis verberibusque castigat: quin potius confessionem fidei nobis intelligimus res noxias indicare. Si enim confidis in Dominum: super aspitem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Reminiscere namque quomodo Paulus cum ligna colligeret, morsu viperæ lauciat, nihil læsionis accepit: ob hoc scilicet, quod fidei plenus vir ille sanctissimus habeatur. Sin autem fueris infidelis, non tam serpentem metuere debebis, sed infidelitatem propriam, per quam tu te ipse perditioni obnoxium perfecisti. Sed iam sermonem humanæ natiuitatis debito flagitari & auditorum voces in cordibus audio musfitantes, eo quod nostra qualia sint doceamus, nosmet verò ipsos ignoremus. Necessarium esse ergo, nubem illam quæ hominum sensus caligat eripere: nam reuera omnium causarum difficillimum est seipsum cognoscere. Non enim solus oculus, ea quæ extrinsecus habentur inspiciens se ipsum non valet intueri: sed etiam mens ipsa satis acutè aliena delicta contemplans, tardior est erga suos cognitiōnem vitiorum, vnde etiam nunc quoque velociter alienis actibus sermo decursus, obtusior habetur & pinguior ad examinanda quæ sunt: & non tam ex elementorum compositione reputare possumus conditorem, quam etiam ex nostra ipsorum formatione: si tamen se quisque velit prudenter inspicere, sicut dicit Propheta. *Mirificata est norio tua ex me, id est, dum me ipsum intueor, ineffabilis tuæ sapientiæ disco virtutem. Et dixit Deus, faciamus hominem.* Vbi sunt nunc Iudæi, qui in sequentibus velut per quasdam cauernas deitatis luce fulgente secundaque persona quæ mysticè quidem declaratur, necdum tum manifestè conspicitur, repugnabant dicentes sibi met ipsum loqui Deum, quoniam ipse dixit & ipse fecit, fiat lux, & facta est lux? Erant quidem in promptu, & nunc quæ modo proferuntur ab eis ineptiæ. Quis enim faber ferrarius, aut carpentarius, aut coriorum confector solus in suo consistens erga stultum, cui nullius artis focus præsto est, sibi met ipse dicit, faciamus gladium, vel aratrum compaginemus, aut formemus calceum, & non magis tacitus speciem quam mente destinauit inceptat? Etenim vana garrulitas est, hominum quempiam velut iudicem aut cælorem districtè sibi met aliquid imperare. Quan-

A quam hi quoque qui Dominum crucifixerunt, quid non dicturi sint, exercitatus ad mendacium linguas habentes, licet præsens vox eorum penitus ora præcluserit? *Et dixit Deus, faciamus hominem.* Donec igitur minimè qui doceretur existeret, in profundo fuit abdita prædicatio deitatis. Vbi verò cœpit hominis expectari creatio, reuelata est fides, & euidenter dogma veritatis emicuit. Ausculta Iudæe Christi repugnator, quomodo focus mundificationis alloquitur, per quem sæcula fecit, qui agit omnia verbo potentia sua: sed tuus animus verba non recipit pietatis. Sicut enim fera cum includitur in caueis, valvas earum dentibus exedunt, amaritudinem propriam demonstrantes, furorem tamen suum nequeunt explere: sic Iudæus aduersarius veritatis, alligationum coartatus angustijs, multas asserit esse personas: ad quas verbum Dei processisse mentitur, ferunt enim, quod angelis dixerit. *Faciamus hominem.* Iudaica verè fictio, suæque digna perfidiæ fabulositas, vt vnum non recipiant, plurimos confitentur, filiumque famulis per participationem dignitatis asciscunt, & cum liberos nostros auctores humanæ formationis efficiunt, hominisque perfectorem volunt angelis cœquare, cum sit absurdum vt qualibet factura possit æqualis esse factori. Consideremus quoque sequentia. *Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Quid respondes? Nunquid Dei & angelorum vna imago est? Nam patris necesse est eandem esse quam filij, sic tamen, vt Deo decens intelligatur esse figura, id est, non habitui corporeo, sed in diuina proprietate consistens. Ausculta tu etiam, qui de noua circuncisione progredieris, Iudaismi cultum sub Christianitatis simulatione commendans. Cui dicit ad imaginem nostram, nisi illuminationi gloriæ, & titulo paternæ substantiæ, quæ est imago Dei inuisibilis? Sux ergo loquitur imagini, quæ dixit: *Ego & Pater vnum sumus, & qui me videt & Patrem meum videt,* huic dicit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Etenim vbi vnitatis imaginis est nihil potest esse dissimile. Non enim dixit ad imagines nostras, sicut & scriptura testatur, *Fecit Deus, inquit, hominem:* non fecerunt. Prudenter vitauit nunc multitudinem personarum: vt ibi quidem Iudæum confunderet, hic ritum gentilitatis excluderet. Ideò commemorauit vnitatem, vt & filium simile esse cum patre cognosceres: & periculum de personarum multitudine declinares. Ad imaginem Dei fecit hominem. Rursum cooperantis personam inducit. Non enim dixit: *Fecit ad imaginem suam, sed ad imaginem Dei:* & in quo quidem dispositum est habere hominem imaginem Dei, vel quomodo recipit similitudinem diuinitatis, in sequentibus Christo sensum largiente narrabitur, nunc verò tantum dixisse sufficiet, quia vna imago est. Tibi verò cur incidit in mentem, tam sacrilegè blasphemare, vt diceres filium patri esse dissimilem? O animum ingratum! Similitudinem Dei quam tu ipse sumpstisti, benefactorem tuum habere non pateris. Et tibi quidem proprium vis esse quod de cœlesti gratia percepisti, filio autem similitudinem naturam insitam, cum genitore non finis esse communem. Sed iam nobis silentium vesperæ tempus indicit: dudum ad occasum sole delapso. Quapropter hic nos etiam sermonis cursum terminemus: his contenti quæ dicta sunt. Tantum enim in præsentia disseruimus, quantum intentionem vestram possumus acuire. Pleniorē verò de propositis quæstionem, alias vobis Sancto spiritui stipulante reddemus. Ite nunc exultantes, & pro dapibus copiosis, pomisq; diuersis memoria relatorum, mentas vestras instruite. Confundatur impius, erubescat Iudæus, exultet iustus prædicationibus veritatis: glorificetur Dominus, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

## LECTORI.



CHŌLIA hæc excerpta sunt è Commentarijs in Psalmos Ioannis Chrysofomi & Theodoretī, vt obseruauit R. P. Fronto Ducæus, & per Epist. monuit P. Ant. Posseniū, qui in Apparatu sacro id montuit; his verbis: Quæ in Psalmum primum scribuntur, & in alios tredecim sequentes, ex Chrysofomi Homilijs in Psalmos decerpta sunt, in epitomen redactis, quarum antiquus est interpres apud Chrysofomum (vt ex manuscriptis collegit noster Fronto Ducæus, qui de hac re nos monuit) non autem Gentianus Heruetus, vt credidit Sixtus Senensis. Istius verò Commentarij Basiliani Wolfgangi Musculus interpretationem pertexit, & apud Oporinū Basileæ curauit excudi, anno eius sæculi M. D. LXV. At quia non extabant (vt neque nunc extant) Homilia Chrysofomi in Psalm. 15. 16. 17. & cæterorum, vsque ad quadragesimum secundum, is qui Commentarium hunc consarcinauit, Theodoretī verba excrispsit, vt ex collatione interpretationis Musculi, & Antonij Card. Caraffæ liquebit. Iam quia reperitur Homilia Chrysofomi in 42. Psalmum, & reliquorum vsque ad quinquagesimum primum, ex cuius scriptis in compendium redactis hic collector suam telam confecit. Rursus vbi se destituit B. Chrysofomi sermonibus sensit, ad Theodoretum redijt, vt in quinquagesimum primum, & cæteros, vsque ad centesimum octauum commentaretur, eiusque factus est amanuensis. Centesimum verò octauum, & reliquos quadraginta duos è Chrysofomo petitis enarrationibus illustrauit: quo admonemur frustra nos Chrysofomi Homilias non quæsituros in alios Psalmos; quarum epitomen in hoc Oporiniano Commentario apud Basilium non reperiemus.

## PRÆFATIO IN LIBRVM PSALMORVM,

SCHOLIIS BASILIO MAGNO

ADSCRIPTIS AB ERVDITO VIRO

PRÆMISSA.

**P**SALTERIUM propriè musici instrumenti genus est, quod Hebræis Naula nominatur: dictum est autem à psallendo, sicut Oratorium ab orando. Translatà verò est hæc dictio etiam ad ipsum Psalmorum librum, propterea quòd Psalmos in se continet. Sunt autem omnes Psalmi, pœmata Dauidis: quemadmodum & Magno BASILIO placet. Ex illis autem alij filijs Core, alij Asaph, alij alijs ad psallendam sunt locati. Elegerat enim Dauid viros quosdam à tribu Leui, quos ad hoc sorte deputauit, vt Deum varijs instrumentis musicis laudarent. Ex illis principes chori & canticorum constituit filios Core, Asaph, Idithun, ac reliquos. Hæc in symphonia omnes simul Psalmos canebant, Dauide præcinente. Quando verò chorarchæ cuidam Psalmus aliquis ad psallendum locatus est, indicium est, quòd is præcinnerit Dauidisq; personam gesserit. Vnde & quibusdam Psalmis nomina Chorarcharum inscribuntur, quibus illi ad præcinnendum fuerant deputati. & qui tum temporis præcutores in psallendo fuerunt, locumque Dauidis sustinuerunt: quemadmodum & Dauidis nomen tantum eorum Psalmorum inscriptionibus additur, quos per se ipse, cantici princeps, præcinnit. Carent autem Psalmi quidam Inscriptionibus, eo quòd non quisque illorum gentis vnius nomine dicitur. Sunt autem quidam ex illis anonymi, propterea quòd de Domino sunt dicti, aut quòd tunc communiter ab omnibus canebantur. Alij Alleluia inscriptionis loco præferunt; eo quòd hymni sunt, & gratiarum actio ad Deum. Alleluia siquidem, si interpretaris, idem est atque Laudate existentem. Liber itaque Psalmorum PSALTERIUM dicitur: PSALMVS verò, ipsum pœma & melos eius. Psalmus, qui psalmos facit: Psalmus Musicus psalmum canens: Psalter verò Deus, cui canitur. Diapsalma, aut mutationem sensus significat, aut inuersionem concertus; aut quandam sonitus moram, aut potius aliquam psalmodi occupationem ac cessationem, quæ illi in structura Psalmi acciderit, eo quòd nonnunquam Psalmo noua quedam à Spiritu sancto illustratio & instructio afflatur. Quidam loco diapsalmatis in huiusmodi intersitijs, Semper, scribuntur: vt per id ostendant, perennem esse Spiritus sancti inspirationem, etiamsi sermo sit intersitio interruptus, Psalmo noua quadam Spiritus inspiratione occupato, cantuque ob eam causam interstitente. Et vt summarij dicam Diapsalma nihil omnino significat aliud, quàm Psalmodie interstitium. Subtiliorem itaque sententiam olim talia significabant. Explicandum etiam est; in quibus Psalmis & quoties in vnoquoque diapsalma reperiat. In 2. semel: in 3. bis: in 4. bis: in 7. semel: in 9. oda diapsalmatis: in 23. semel: in 31. bis: in 33. semel: in 38. bis: in 43. semel: in 45. bis: in 46. semel: in 47. semel: in 48. bis: in 51. bis: in 53. semel: in 54. bis: in 56. bis: in 58. bis: in 59. semel: in 60. semel: in 61. bis: in 65. ter: in 66. bis: in 67. quater: in 74. semel: in 75. bis: in 76. ter: in 80. semel: in 81. semel: in 82. semel: in 83. semel: in 84. semel: in 86. bis: in 88. quinque: in 93. semel: in 139. ter: in 142. semel. In summa verò, quotquot Alleluia & Cantica graduum inscripti sunt, diapsalmata non habent.

Inscriptiones  
Psalmorum.Psalmus &  
Canticum  
differunt.ἕμνος.  
ἄινος.  
ἕξομολόγι-  
σις.  
προσευχῆ.  
εὐχῆ.  
ἀναστροφῆς.

Differunt autem Psalmus & Canticum: Psalmus propriè est, qui organico psalterio concinnè pronuntiatur: Canticum verò, vox Musica, concinna, ac ore tantum decantata. Dicitur autem & canticum psalmus, & psalmus canticum, per catachresin. Canticum antiquius est. Nam Moses illud cepit, durauitque ad Dauidem vsque: Dauid verò primus psalmorum auctor est. Licet enim organum psalterij antea quoque fuerit, iners tamen & vulgare erat, & tantum in passu gregum illo psallebatur. At Dauid hoc elegantius instituit, vsuque illius Deo adaptauit. Cantica verò Psalmorum intelligenda sunt, quando Musica instrumentalis præmittitur: & vox oris subsequitur: Psalmi verò Canticorum, quando ordo hic inuertitur.

Dicendum verò est & de Hymno, de laude, de confessione, de oratione, de voto, deq; gradibus. Hymnus itaque dicitur, concisa doxologia: laus verò, breuis laudatio: confessio, intensa confessio, siue bonorum quibus affecti sumus, siue malorum quæ perpetrauimus: & oratio, precatio est: votum verò promissio. Sumitur autem εὐχῆ aliquando pro precatione. Omnia verò hæc ad Deum dicuntur. Gradus verò secundum historiam quædam reditum è Babylone ad Ierusalem declarant (Babylon siquidem situ humilior, Ierusalem verò editior est) anagogicè autem, ascensum ad contemplationem, & à terrena ac passionibus obnoxia vitæ conuersatione progressum, ad

eam que passionibus libera est & celestis, significant. Psalmus vero & Canticum, & Oratio, & si quid aliud in Davidis est poematibus, omnia hec communiter PSALMI vocantur.

Chorus vero psallentium ex duobus & septuaginta psallentibus constituisse ferunt, qui omnes tubis ac tympano vna cum reliquis Muscorum instrumentorum generibus concinuerint. Solus vero David regium organum, psalterium videlicet. Erant autem omnes sub Davide psallentes numero quater mille, quod nobis primus Paralipomen. liber testatur, dicens: Et quatuor millia in organis Dominum laudantium, quos Dominum laudare fecit: distribuitque David, vt Domino singulis diebus, &c.

Chorus psallentium apud Iudeos. cap. 6. v. 31. Instrumenta Musica.

Tuba quidem ac fistula inflantur; lyra vero ac cithara intenduntur, cymbala ac tympana pulsantur. Psalterium autem & ipsum de eorum genere erat, que intenduntur, verum arduum & rectum, & cuius sonus supernè proficiatur. Decem enim clauiculi, qui circa cubitum instrumenti versantur, chordas ad harmonia compositionem, propositique executionem & intendunt & remittunt: qua & ipsa decem sunt, inuicem resonantes. Et dextera manu plectrum tenebatur, sinistra vero chorda supernè per interualla contingebatur: & crebris digitorum vicibus vel grauis, vel acutus, vel mixtus sonus, iuxta psallentis cantum perficiebatur. Docemur autem hinc, oportere & nos velut ex resonantibus chordis, ex quinque illis anime virtutibus, ac totidem illius sensibus, concinnum Deo melos canere, & omne opus ac sensum è supernis à Deo sumere, ac totos ad illum extendi.

Ordo psalmodum vero positus non est, sicut initio à Davide sunt facti: sed sicut inuenti, ita & compositi sunt. Iudeis enim Deum committentibus, paternisque illorum ritibus, presertim Scripturis, oblivioni traditis: deinde & crebris captiuitatibus indutis, paulatim libri Sacri disfluxerunt, corruptique sunt. Nam & à Salomone quinque Parabolarum millia, ac plura etiam alia Commentaria conscripta fuisse dicuntur: & ab alijs Prophetis multi sunt commentarij compositi, qui tamen non inueniuntur. Et Chrysostomus super Euangelium Matthæi, ad eos videlicet qui interrogabant, quis Prophetarum dixerit illud: Quoniam Nazareus vocabitur, ad hunc modum respondit: Ne curiosè, neque anxie inquiras. Multi siquidem librorum Prophetiarum interierunt. Et hoc poterit quis ex historia Paralipom. cognoscere. Cum enim Iudei fercordes essent, & continuè in impietatem inciderent, alios libros interire passi sunt, alios ipsi incenderunt & profecerunt. Et hoc quidem Ieremias commemorat: Illud verò, qui quartum librum Regum conscripsit, post multum temporis egrè tandem Deuteronomium alicubi desossum, ac squalore oblitum, reperit esse dicit. Et, vt dicitur, propè omnis Hebræica scriptura per captiuitates, presertim in Babylonicam, interierat: tandem verò post eam captiuitatem à Beato ac studioso Esdra, per inspirationem Spiritus sancti, quecunque inueniebantur, collecta & composita sunt, sparsim antea iacentia & ex multis pauca relicta.

Ordo Psalmorum.

Sunt autem Psalmi translati, & omnis vetus Scriptura, ex Hebræa dialecto in Græcam: principio quidem sub Alexandri successore Ptolemao Philadelpho, Philippi filio, qui Aegypto præedit, à septuaginta viris Sapientibus, mirabili modo in versione hac concordantibus, idque haud aliunde quam ex Spiritus sancti expositione. Vt enim Philo Iudeus ait, in binas cellas; vt verò Diuus Iustinus Martyr promulgat, in singulas diuisi, vniuersam veterem Scripturam separatim sunt interpretati, ita vt neque sensu neque dictione inter se discrepauerint. Facta est autem huiusmodi versio tricesimo & vno anno ante Christi Domini Incarnationem. Post quadragesimo verò ac triginta annos post eam versionem, Sinopeus Aquila propriam interpretationem tempore Adriani Romani Imperatoris concinnauit. Post hanc, ea que Symmachus Samarita facta est, sub Senero facta est, Aquile versionem post annos quinquaginta sex secuta. Istam verò Theodotius Ephesij interpretatio præuenit tempore Commodi Imperatoris facta. Sunt autem & alia due versiones anonymæ inuenta: Vna sub Caracalla Rom. Imperat. Iericho abscondita in dolio: altera Nicopoli Acatia, sub Alexandro Mammea. Tandem verò magnus ille asceta & Martyr Lucianus, studiosè Iudeorum libros inquirens, & ipse ex Hebræo veterem scripturam in Græcam dialecton transtulit, ac Septuaginta Interpretibus concors inuentus est, cum relique versiones multa contineant corrupta. Facta est autem celeberrimi Luciani versio sub Diocletiano & Maximiano tyrannis, & apud Iudeos Nicomedia in armario calce illito, Constantino Magno tunc regnum administrante, abscondita.

Septuaginta Interpretes S. Scriptura.

Aquila interpretatio. Symmachus Samaritanus. Theodotus Ephesius. Lucianus Martyr.

Adfert autem nobis vetus Scriptura obscuritatem quandam, idque duabus de causis. Vna, quod admodum Symbolicè de Christo loquitur, & in summa, pleraque noue gratia per adumbrationem significat, propter auditorum imperseuabilitatem ac duritiem, & ne tandem propter illorum improbitatem libri isti perdantur: altera, quod versiones dialectorum aliquo pacto obscuritatem inuehant, propterea quod aliena lingua idiomata quedam habet egrè pronuntianda, que alijs linguis nec communia sunt, nec communicabilia.

Obscuritas ver. Scripturae unde sit.

Diuinus itaque rex & Propheta David, qualiter à Spiritu sancto institutus sit, psalmos manifestauit, quos etiam variis suis casibus adaptauit. Poterimus autem huiusmodi psalmos nobis etiam ipsi accomodare, ita vt & Christianorum hostes demones, Christi hostes: Christianum verò & Dauidem & Regem, quemque nostrum esse sentiamus. Quemadmodum enim ille oleo principatus ad terrenum regnum, ita nos oleo Baptismatis ad celeste regnum vncti sumus. Rursus & Saule & Absalom, & si quis alius tyrannus fuit, ipsum diabolium: insidiatores verò, tribulatores ac persecutores, & quicquid aliud tale fuit, demones intelligamus. Ea verò dicta que huc non quadrant, etiam ipsa simpliciter, tanquam Spiritus sancti voces, his nos ipsos sanctificant, pronuntiabimus.

Quomodo Psalmi nobis sint accomodandi.

Habuit autem reuera multas mutationes D. David. Aliquando hostes fugit, aliquando in varias erumnas incidit: rursus quandoque iucundè vixit, nonnunquam viam Dei ambulauit: aliquando in illa prolapsus etiam est, que omnia Psalmo 118. contraxit & adduxit, in quo meminit legis, mandatorum, testimoniorum, iudiciorum, & iustificationum Dei. Sciendum autem est, legem proprie esse, que in genere mandata complectitur: qualis est, que per Moysen data est. Mandata vero sunt particularia illa: vt pote: Non occides. Testimonium, quo legislator auditoribus contestatione quadam seruanda denunciat: vt, quando Moyses ad populum dixit: Si hæc feceritis, in testimonium hodie contra vos aduoco cælum & terram, quod pereundo peturi fitis. Et Iudicium, quod iudicante Deo conscriptum est, vt pote quod in eum est latum, qui terribile nomen Dei blasphemauerat. Moyses enim iudicium hoc ad Deum transtulerat. Quoniam autem illum Deus lapidibus obruere iussit, iudicium hoc contra quemuis blasphemum in statam legem abiuit. Iustificationes vero talia præcepta dicuntur, Iustificatione quale est quod dicit: Si emeris seruum Hebræum, seruet tibi sex annis. Hinc enim iustitia est seruo Hebræo, ne vltra sex annos seruiat. Ad hunc itaque modum, que commemorauimus, distinguuntur. Ponuntur autem hæc nomina indifferenter, etiam de quibusvis mandatis Dei.

Psalmus CXVIII. Lex. Mandata. Testimonia. Iudicia.

Maledictiones vero, que per vniuersum sunt psalterium, contra demones sunt vsurpanda. Illi namque homines excitant, qui nos impugnant. Exprobrationibus contra homines insidiatores vtendum est. Virtutes in persona Davidis recitanda, vt ad imitationem permoueamur. Nam & David, que de se ipse videtur dicere, non gloriando dicit: sed vt suo nos exemplo, qua faciendæ sunt doceat. Quando vero mala imprecatior hominibus, magis in forma imprecationis ea prædicat, que illis euentura nouit.

Imprecationes Davidicæ.

Sciendum autem est, quod in præfati Psalmorum libro legenti occurrunt multe periphrases, metaphore, indifferentes constructiones, abundantes coniunctiones, presertim, &c, quoniam, etenim: cataphreses dictionum, temporum variationes, earundem rerum geminate pronuntiationes, id est, tautologia, & vulgares loquendi vsus, & absoluta vocum omissiones, recentisq, ac differentes schematismi, ac personarum mutationes, ita vt iam de alio, rursus mox de alio dicatur ac translatatur. Et hoc potissimum iudicium est, quod propheta veluti organum quoddam hoc sonauit, quod Spiritus sancti inspiratione accepit. Est etiam id Hebræica dialecto constructum, vt pronomina articuli connectat. vt cum dicit: Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, & nominibus sepeperum pronominia subiiciat, vt illud est: Derahentem secreto proximo suo, hunc persequer. Imò & multis hyperbatis vtitur, ac sepe casum pro casu, modum etiam pro modo, ac potissimum indicatiuis futuros pro optatiuis, & vicissim optatiuis pro indicatiuis futuris: præterita etiam pro futuris, & futura loco præteritorum vsurpat, & personis singularibus plurales subiicit: vt, Dixit insipienti in corde suo: Non est Deus, corrupti sunt & abominabiles facti sunt: ij videlicet, qui putant non esse Deum. & vicissim quoque pluralibus singulare subnebat: vt, Ex omnibus persequentibus me libera me, ne quando rapiat vt leo animam meam: is scilicet, qui me persequitur. Vtitur autem & præpositione pro præpositionibus, & coniunctionibus loco coniunctionum. Prorsus etiam superfluas præpositiones ponit, vt cum dicit: In sole posuit tabernaculum suum: pro eo quod est, Soli posuit tabernaculum illic, id est, in sublimi. Suum enim pro illic, aduerbialiter est positum. Et rursus, Ne corripas cum impijs Deus, animam

Psal. 145. 5. Psal. 100. 5. Psal. 13. 5. Psal. 7. 3. Psal. 18. 6. Psal. 15. 29.

*Pfal* 17.31. animam meam: pro. Ne rapias: Vulgata: Ne perdas. Idem veteris Scriptura simpliciter etiam nomen recti casus propter cognationem  
*2. Reg.* 22. vsurpat, ac tunc pronomen obliqui casus subijert, atq; ita propositum declarat: vt, Deus impolluta via eius. & \* Homo sicut femul  
 \* *Pf* 102.15. dies eius. Prepositionem quoq; In, accusatio casui connectit, & loco recti vsurpat, vt: Factus es mihi in Deum protectorem, pro. Factus  
*Pfal* 17.19. es mihi Deus protector. & prepositionem &, in, datiuo casui coniungit, prog, accusatio accipit: vt in Euangelis: Qui confitebitur  
 & 30.3. id est, in me. In Psalmis, & τὸ ἐξολοθρευθεὶς ἀμαρτηλῶς ἐλεῖ, id est, in eo dum exterminabuntur peccatores, videbis: pro, ex-  
*Mat.* 10.32. terminari peccatores. Exterminium videlicet ac perditionem peccatorum videbis. Est & hoc Hebraicum, quod homines filij hominum, & loca,  
*Pfal* 90.8. eiusmodi locorum vocantur: vt, Filij hominum vsquequò grani corde: id est, O homines, quousque terrena affectabitis? & vt illud, filia  
*Pfal* 136.8. Babylonis misera, id est, O Babylon misera: propter mala, videlicet que tibi euenient. Huiusmodi dialectum habet, & hoc, quod verbum sape-  
 \* *Pfal* 118. numero pro nomine accipitur, vt, \* Super sperare fecisti in spem: & \* Memor esto verborum tuorum seruo tuo, quibus mihi spem  
 sapius. tui, ipsa mihi facta est, ipsa, videlicet spes. Et iterum: Memor fui in memoriam: vt, Memor fui in nocte nominis  
 \* *Pf* 118.49. tui, ipsa mihi facta est, ipsa scilicet memoria. Et vt summam dicam, multas peculiare locutiones Iudice Scripturae character habet. Opor-  
*Thren.* 3.10. tet itaque nos ista boni consulere, nec in illa Græcæ lingue modos curiosè inquirere.  
*Pfal* 118.55.

## A R G V M E N T V M Psalms I.

*Pfalms.* Est autem primus Psalmus apud Hebræos sine inscriptione positus, quam neque ab interpretibus est consecutus. Nec moralis modus est, sed &  
 μακαρισ- dogmaticus. Non solum enim hortatur, vt diuini eloquijs attendamus: sed & impios ac reliquos peccatores reprehendit, ac supplicium illis mi-  
 μὸς. natur. Pulcherrimum verò ac satis profundum doctrine sua principium vates hic, felicitatem videlicet, posuit: vt in hanc nobis veluti quendam  
 Vt sit μα- spem prospicientibus, hoc necessario sequatur, vt difficultatem & molestiam præclaræ vitæ, ad quam institumur, sufferamus. Propriè quidem  
 καρίος idem spem prospicientibus, hoc necessario sequatur, vt difficultatem & molestiam præclaræ vitæ, ad quam institumur, sufferamus. Propriè quidem  
 quod μακα- beatus Deus est, verum significat hæc vox immortalem, ac eum qui profus exterminari nequeat, vt qui liber sit à morte. Siquidem, litera  
 ρίος, id est, in a. Doricè in hac dictione μακαρίος, tam in prima quàm altera syllaba, propter euphoniã pariter & grauitatem vocis vertitur. Reuera  
 immorta- itaque Deus beatus est. Tribuitur autem & nobis hæc appellatio, sicut & dictio Deus. Ego enim dixi, inquit, Dij estis. Complectitur au-  
 tis. tem & mulierem omnino ista felicitas. Quibus enim natura communis est, illis & opera & præmia sunt communia. Impius verò propriè  
*Pfal* 81.6. est atheus, vel polytheus: id est, qui vel sine Deo est, vel multos Deos colit. Peccator verò pius etiam est, sed præuicator, & vitam corruptam  
 Impius. amplexus. Pestilens est, qui non solum ipse peccat: sed & aliis malitiam administrat. Vsurpantur verò hæc nomina vicissim aliquando per  
 Peccator. abusum. Beatum prædicat autem hic Psalmus eum, qui tres istos, impium, peccatorem, ac pestilentem fugit, ita vt neque impiorum consi-  
 Pestilens. lio contra verum Deum communicet, idq; ne in transitu quidem: hoc enim ambulandi verbum indicat: Neque cum peccatoribus stet,  
 autem aliter consilium pro concilio ac iudicium confessu, via pro actibus, cathedra verò pro doctrina accipi.  
*Pfalms.* 11. Psalmus secundus insidias eorum qui Seruatorem occiderunt, Gentiumq; vocationem, & Iudæorum perditionem prædicat. Virtus autem  
*Pfalms.* 65.6. præterito tempore loco futuri, sicut & vicissim futuro loco præteriti, vt, In flumine pertransibunt pede: hoc est, pertransierunt pede  
 flumen, Iordanem videlicet. Dicit igitur, Quare fremunt, id est, arroganter ac confidenter tumultuabuntur, Gentes, & populi medita-  
 buntur vana & inania? Fremunt enim est hinnitus ille, qui per equos ex superbia & ferocia editur. Gentes sunt Romani milites, qui cum  
 Pilato erant: populi verò, Iudæi: reges, Herodes Alcaliotes: principes, Pontius Pilatus. Hebraica siquidem dialectus saepenumero nomi-  
 nibus pluralibus pro singularibus vitur. Aut idem sunt reges ac principes. In multis enim Psalmorum locis vicissim hæc nomina ponuntur.  
*Pfal.* 104.20. Sicut illud: Misit rex, & soluit eum: princeps populi, & dimisit eum. Sint itaque reges ac principes non solum Herodes & Pilatus,  
 sed & principes sacerdotum: & in summa, quotquot populum subiectum atque obedientem habuerunt. Reuera autem vana meditati sunt  
 Iudæi, hoc est, sustinere & mendacia, cum Christum è medio tollere vellent. Resurrexit enim ac viuuit in sacula, Amen.

DIVI BASILII



## D I V I B A S I L I I

F A L S O N O M I N E

S C H O L I A I N P S A L T E R I V M,

E X

C H R Y S O S T O M O E T T H E O D O R E T O

E X C E R P T A.

*Scholia in primum Psalmum.*

**B**EATVS vir.) Beatitudinis vocabulum, conuersationis quæ secundum virtutem instituta est, fructum habet. Quemadmodum enim quodcumque humanæ vitæ institutum, certum quandam finem petit, vt pote militaris disciplina trophæa, ars medica sanitatem: ita & virtutis scientia suum

habet fructum ac finem, diuinam felicitatem.

Nemo autem fœminas hac felicitate priuari putet. Simul enim propheta tam mulieres quàm viros complectitur, ea ratione qua vir caput est mulieris, & membra corporis capiti cohærent.

Non est temerè factum, quòd primum viæ, deinde stationis, tertio cathedræ meminit: sed quoniam exactè cognouit, quòd primum motionem, deinde stationem, tertio sessionem sustinet mentis nostræ cogitatio: id est, admonet nos, ne quam impiam animis nostris cogitationem aut actionem admittamus. Impios solet diuina scriptura vocare eos qui vel athei sunt, vel multorum Deorum superstitione tenentur: peccatores verò, qui iniquè viuunt, & vitam corruptam amplectuntur: pestilentes autem, qui non solum seipfos perdunt, sed & in alios pestem suam iuxta pestilentis morbi rationem transferunt. Quapropter ista propheta doctrina horum nos hominum confessus declinare iubet.

*Sed in lege.*) Conuenit autem, vt non solum auersemur prædicta, sed & diuinæ legi noctes atque dies mentes nostras adhibeamus, & in illius præceptis meditemur: ac iuxta præscripta illius instituta vita, dignos fructus, qui ex ea veluti arbore nascuntur, adferamus.

*Et erit.*) Diuini spiritus fluente inundationem imitantur aquarum: & sicut illæ adnascentes arbores virentes reddunt, ita & ista ad hoc promouent, vt diuinos fructus feramus. Rectè itaque beatus Dauid eum qui diuinis sermonibus vacat, arboribus folia semper virentia, & fructum suo tempore ferentibus comparauit. Etenim qui virtutum certamina sustinent, laborum suorum fructus quidem in futura vita recipient: spem verò, tanquam folia quædam, continuè in seipsis ferentes, virent & exultant, atque ita laborum molestiam hac oblectatione fallunt.

*Et omnia.*) Illud, *Et omnia*, non temerè, sed magna cum diligentia posuit. Nam primum omnes maliciæ species reprobauit, & diuinarum legum perfectionem submonstrauit, ac tum denum subiecit, *Et omnia quæ faciet prosperabuntur*: sciens nihil eum contrarijs diuinæ legi acturum, qui voluntatem illi suam accomodat.

*Non sic impij.*) Geminacione pernegationis, cõtrarietatem manifestius exprimit. Deinde dicit: *Sed tanquam puluis*, & quæ sequuntur. Illi etenim, inquit, diuinis oraculis humectati perpetuò virent, & fructum adferunt tempestiuum ac maturum: isti verò contrarijs spiritibus iactati, pulueris instar sunt, qui hac illac ventorum vi circumferuntur.

**A** *Ideo non.*) Admodum accuratè omnia sanctus explicat Spiritus. Non enim dicit, Non resurgent impij: sed, Non resurgent in iudicium, pro eo quod est, Non in iudicium resurgent, sed in condemnationem. Neque enim opus erit vt conuincantur, cum manifestè sint impij: sed nihil expectant ampliùs quàm supplicium. Nam & hi qui impijs quidem dogmatis obnoxij non sunt, vitam tamen viuunt iniustam, procul à iustorum arcebuntur concilio. Quod hic versum est βελαν, id est, consilium, Aquila & Theodotion reddiderunt synagogam, conuentum verò Symmachus.

**B** *Quoniam nouit.*) Nouit, inquit, iudex hic iustus omnia, etiam ante iudicium, & neque demonstrationibus neque commendationibus opus habet. Quapropter quod dignum est, cuique adiudicans, hos quidem coronis dignabitur, illos verò supplicio destinabit. Illud, *Iter autem impiorum peribit*, Apostolicis dictis conforme est, his nempe: Cuius opus exultum fuerit, multum damni patietur. Iustorum enim virorum opus illustre manebit: impij verò vnà cum ipsorum malicia peribunt.

*Scholia in secundum Psalmum.*

**Q***uare fremuerunt.*) Mentione impiorum facta, primum Psalmum absoluit. Et hac rursus secundi huius initium fecit, ostendens, quòd prædictus impiorum finis & eos comprehendat qui contra Seruatorem insanserunt, reges videlicet ac principes, cum Iudæos, tum Gentiles. Nam in hoc secundo Psalmo, Domini Christi, tam quæ humanitus illi acciderunt, quàm regnum prædicit. Quin & Gentium vocationem vaticinatur, & Iudæorum incredulitatem deplorat. Illud enim, *Quare fremuerunt gentes*, plorantis est, ac de reprobatorum amentia conquerentis. Aptè verò & admodum competenter illud, *Meditati sunt*, inanis populi personæ adaptauit. Iudæi enim praua hac contra Seruatorem meditatione ineptierunt.

Illud, *Fremuerunt*, Aquila tumultuati sunt: Symmachus verò, turbant, interpretatus est.

*Dirumpamus vincula eorum.*) Qui enim non honorat filium, neque patrem honorat: & post spiritum filium, etiam patris iugum respuit. Mihi verò videtur Spiritus sanctus præcipere fidelibus, vt hæc verba dicant, Dirumpamus vincula eorum, impiarum videlicet Gentium: & proijciamus à nobis iugum ipsorum, id est, iniquorum Iudæorum, & submittamus nos iugo Christi.

**E** *Qui habitat in caelis.*) Qui namque ab illis cruci est affixus, ac morti traditus, in caelis existens, & omnia in potestate sua habens, vana reddidit & inania illorum consilia: & huius Pater, omnium Dominus meritam exercebit in illos vltionem.

*Et in furore suo.*) Et horum verborum expositionem ipse actionum istarum finis docet. Nam Romanus exercitus in illos ductus, & ciuitatem & templum exussit: & plurimam illorum multitudinem neci dedit: eos verò qui cadem effugerant, captiuos in seruitutem tradidit.

*Super Sion montem.*) Et hic conuenit distinguere lectionem: ac tum demum subiungere. *Super Sion montem sanctum eius.* Neque enim dumtaxat super Sion regnum obtinet, sed & super vniuersam creaturam. In monte verò Sion diuinam suam doctrinam ijs communicauit, qui ad ipsum accesserunt: qui verò illam amplexi sunt, diuinis illius iussis obtemperantes sacra fluente in totum orbem deduxerunt. Illud, *Ego autem constitutus sum rex ab eo*, humano more dictum est. Vt Deus enim, regnum habet naturaliter insitum.

*Dominus dixit ad me*) Nemo diuini Davidis doctrinæ fidem habens, hanc vocem diuinitati Christi adapter. De illa namque Deum vniuersorum per Dauidem dicentem audiemus, Ex vtero ante Luciferum genui te. Hanc itaque vocem vt homo admittit.

*Postula à me.*) Et quæ hic subiunguntur, homini Christo competunt. Nam vt Deus est, omnia per ipsum facta sunt: verum cum natura vt Deus sit omnium Dominus, vt homo tamen horum dominium à patre accipit. Et quoniam iam olim Iudæorum tantum videbatur gerere curam, illi verò velut nihil ex illa utilitatis accepturi, prouidentiam hanc abiecerunt, meritò illam ad Gentes transtulit.

*Reges eos in virga ferrea.*) Subit hic animum deploranda Iudæorum incredulitas, qui cum prophetiam audierint & cognouerint, neminem ex ipsorum regibus tantæ potentia possedisse principatum, propter eum solum qui ex Dauid secundum carnem ortus est, Dominus videlicet Christus, nihilominus adhuc mentis oculos excæcatos habent. Ob hanc causam eos qui ab illis est crucifixus, pascit in virga ferrea, Romano videlicet regno: quod & Danielis propheta tropicè, propter infractum illius robur, ferreum vocat.

*Tanquam vas.*) Et conteret eos instar luteorum vasorum. Quoniam enim solum eum regem abnegarunt, imposuit illis Cæsarem, quem petierant: & per huius exercitum pœnas impietatis de eis sumpsit. Si verò quisquam non de Iudæis ista, sed de Gentibus esse dicta putauerit, ad hunc modum intelligere conueniet: quod Gentes robusto suo & infracto regno pascat, & velut vasa figuli conterat, dum eas per lauacrum regenerationis dissoluit ac refringit, & igne sancti Spiritus confirmatas reddit.

*Et nunc reges.*) Omnium vestrûm regnum habet, qui olim Iudæis tantum imperitare visus est: quapropter intelligentes estote.

*Seruite.*) Neque enim confitendum est propter solam benignitatem: sed ijs qui de salute exultant & gaudent, propter adiunctam illi iustitiam, timendum etiam, formidandum ac tremendum est. Etenim qui stare videtur, inquit, videat ne cadat.

*Apprehendite.*) Haud enim satis ad perfectionem est, si solum cognitionem Dei acquiratis: sed & virtutis efficaciam exercere oportet, qua apprehensa certum ac rectum iter ingrediemini.

*Et pereatis.*) Siquidem tempore iudicij, vbi malicia vestra velut sylua accensu facilis, iram Dei instar ignis inflammabit, procul à iusta iustorum via distabitis, pœnasque eorum quæ deliquistis dabit.

*Beati omnes.*) Etiam si in præsentia hac vita feliciter agunt, qui in virtutis studio decertant: veriolem tamen felicitatem in futura accipient, vbi qui maliciosè vixerunt, iram sibi diuinam asciscunt.

#### ARGUMENTVM PSAL. III.

Post duplam illam iniquitatem magnus Dauid in multis incidit calamitates. Non enim vicina tantum Gentes ad pugnam & bellum nota sunt, sed & ipse quoque filius seditionem mouit, atque ita iniquitas iniquitati successit: lasciuia videlicet Amnon, homicidium Absalom: & fratricidio, contra Patrem rebellio, ac subditorum defectio. Illo itaque tempore cum filium parricidam fugeret, Psalmum hunc scripsit.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**D**omine quid multiplicati.) Multi quidem, inquit, & omnis generis hostes vndique iruunt, hi tamen me

plus cæteris discerant, qui me prouidentia tua priuatum esse dicunt. Ego verò noui quod non sustineas me continere, etiam si plurimum deliquerim: sed propter peccatum nunc humiliatum extolles, & victorem inimicorum declarabis. Hoc enim innuit, cum dicit.

*Tu autem Domine.*) Neque enim de regno & potentia presumo, sed te meam esse gloriam credo, & quod breui per dexteram tuam sim exaltandus spero.

*Voce mea.*) Vocem hic & clamorem non debemus de vociferatione, sed de animæ desiderio intelligere. Nam ita & Mosi tacenti dixit Deus. Quid clamas ad me? silentium illius clamorem nominans, propter sedulam mentis ipsius precationem. Illud verò, *Et exaudiuit me de monte sancto suo*: pro opinione quæ olim obtinuit, dictum est. Putabatur enim omnium Deus habitare in tabernaculo, propterea quod ex illo oracula quoque sacerdotibus reddidit.

*Ego dormiui.*) Noctem diuina scriptura sæpenumero calamitates vocat. Velut enim in tenebris agere sibi videntur, qui in calamitates admodum graues incidunt: noctibus verò coniunctus est somnus. Simul itaque cum tribulationes, tum harum amotionem significat. Illud enim, *Exsurrexi*, quia Dominus suscepit me: hoc innuit, ac si dicat, Quoniam diuino potitus sum auxilio, irruentium malorum victor euasi.

*Non timebo.*) Etenim si præsens fueris, vel solus suffeceris ad dissipandum multas hostium myriadas.

*Exurge Domine.*) Perfectam itaque salutem largire, & sicut sæpenumero de ijs qui iniusto me prosequuti sunt odio, tam contribulibus quàm alienigenis, deq; ipso Saule pœnas sumpsisti: ita mihi iam quoque salutem largiri dignare.

*Dentes peccatorum contriuisisti.*) Hoc est, Omni illos virtute spoliasti. Metaphora est de bestiis sumpta, quæ dentibus priuata contemptibiles redduntur.

*Domini est salus.*) Spem, inquit, in hominem non habeo, sed abs te salutem expecto: idque non ego solus, sed & populus tuus, qui simul mecum impugnatur. Angor autem & pro ipsis hostibus: nam ille populus tuus appellatur. Da itaque Domine & illis & istis pacis benedictionem.

#### ARGUMENTVM PSAL. IV.

Quod sepulchralis & victorialis sit hic Psalmus, testatur illius scriptio. Oda siquidem victoriam Davidis quasi tuba quadam cecinit, hymnus vero sepulchralem ipsius super filio tribulationem prænuñciat, propter sinem & mortem Absalomi, propter sepulchrum & tribulationem super filio. Hymnus enim sanctis in tribulatione dictus est, actio Dei admiranda.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus iustitia mea.) Iustitiam hoc loco eam vocat secundum quam iustum arbitrabatur, vt montem Dei custodiret, & non seipsum vlsceretur.

*In tribulatione dilatasti me.*) Dupliciter eum dilatauit. Primum, quod eum exaudiuit: deinde, quod velociter exaudiuit. Quemadmodum enim non velociter exaudiri, angustia est & semigratia: ita illico exaudiri, latitudo est, & dupla gratia.

*Miserere mei.*) Quanam ratione cum supra iustitiæ meminerit, hic miserationis & misericordiæ mentionem facit? facit hoc admodum conuenienter. Nam sine miserationibus & misericordia fieri non potest vt saluemur, etiam si in ipsam virtutis verticem ascendamus.

*Filij hominum.*) Quos vocat filios hominum? Eos qui in malicia viuunt, & ad impietatem propensi sunt. Quamnam ratione nos non sumus filij hominum? Natura quidem filij hominum, gratia verò filij Dei sumus. Quid est quod dicit, Graui corde? Carnales intelligit terræ affixos, & voluptatibus putrefactos.

*Vt quid diligitis?*) Videtur mihi hoc loco de idolorû cultu, & vita quæ in malicia ducatur, loqui: vanum enim id quod vacuum est dicitur, quod nomen quidem habet, rem ipsam verò non habet. Apud Gentiles multa sunt deorum nomina, at res ipsæ nusquam inueniuntur.



*Quod mirificauerit.*) Hoc est, insignem & admirabilem eum reddiderit, qui in ipso fiduciam habet.

*Dominus exaudiet me.*) Postquam dixit, quod mirificauerit Dominus sanctum suum: in eo non quiescit, sed aliud quoque felicitatis genus addit. Quodnam illud? Quod videlicet Deum habeat assiduam auxiliatorem & adiutorem, & vbiue opitulante.

*Ira simini, & nolite peccare.*) Ira siquidem non tollit: est enim vtilis. Neque animi commotionem excidit: nam vsui est contra eos qui iniuste agunt. Sed iniustam iram & irrationalem animi commotionem amputat.

*Quæ dicitis in cordibus vestris.*) Hoc est: Quæ per diem praua cogitatis consilia, ea in cubilibus vestris tempore quietis castigatæ, inque vos ipsos inquisitionem instituite. Et quare non de verbis & operibus loquutus est, sed de prauis cogitationibus? Ex abundanti hoc dixit. Si namque praua sunt castiganda consilia, multo magis propter opera & verba compungenda est anima.

*Sacrificate sacrificium iustitiæ.*) Non sunt, inquit, oves immolandæ & vituli: sed quæ iusta sunt, faciendæ sunt. Non enim satis est à malis tantum abstinere, sed oportet & bonorum adesse operationem.

*Multi dicunt.*) Non pauci, inquit, probati, & qui philosophari sciunt: sed multi, hoc est, circumforanei & nullius momenti homines, qui propter mundi huius dilectionem, prouidentiam Dei inculcant dicentes, Vbi sunt bona Dei: interea dum nos extrema inopia premimur.

*Signatum est super nos.*) Non dicit, Apparuit: sed, Signatum est. Quemadmodum enim quod in fronte signatur, manifestum est omnibus, & lucis aspectus manifestus est & clarus: ita & prouidentia Dei insignis est cognita & manifesta. Manifesta, inquit, & splendida facta est super nos prouidentia tua & opitulatio. Hanc enim lucem vocat.

*Dedisti lætitiã.*) Non simpliciter dicit, Dedisti lætitiã: sed addit, In cor meum. Lætitiã hæc non est in externis, veluti in argento & auro (nam quæ in externis est, oculorum est, non cordis) sed in corde, quod spiritalia & incorporea contemplatur.

*A fructu frumenti.*) Cum dicit frumentum, vinum & oleum dedit, à parte totum significat, ianuam nobis prouidentia Dei aperiens, quæ in sensibilibus declaratur.

*In pace in idipsum.*) Quid est quod dicit, In idipsum? Coactum, & in seipso contractum, & quantum homini competat computatum, & non in mille curas diuisum.

*Quoniam tu Domine singulariter.*) Singulariter, κατὰ μόνας, idem est atque sine consortio esse malorum. Nam pacem hanc, inquit, & futurorum bonorum spem adeptus sum, vt tecum habitem, à corruptorum hominum conuictu separatus.

ARGUMENTVM PSALMI V.

*Et quæ est hæc Ecclesia? Quoniam in sinem, mortuo sponso, hereditatem capit illius sponsa: ob eam causam psalmodiam hanc David, in sinem de hereditate in scripsit. Quando enim finis & mors Christi in carne perfecta est, tunc sponsa ad possessiones istas vocata est.*

Scholia in eundem Psalmum.

**V***erba mea.*) Quare non dixit, Sermonem meum, sed Verba mea? Quia sermo multa in seipso verba complectitur: verba verò membra sunt sermonis, sicut membra sunt in corpore.

*Intellige clamorem meum.*) Clamorem hic non vocat vocis tonum, sed mentis affectum, quemadmodum Mosi dicebat, Quid clamas ad me? Non enim idem sunt clamor & vox. Nam clamor, est animæ ad cælos clamantis subiectio: vox verò est anxij cordis gemitus, precatio, inopia & defectus, quo quisque laborat.

*Rex meus Deus meus.*) Qui me tanquam Deus condidisti, & prouidentia tua rationem mei tanquam rex habuisti.

*Quoniam ad te orabo.*) Oratio siquidem non ad hominem, sed ad Deum solum dirigitur. Et quoniam de oratione pramissit, Deum confessus est. Tanquam regi quidem supplicationem, tanquam Deo vero orationem deputauit.

*Manè exaudies vocem meam.*) In ipso diei exordio opus hoc, inquit, perficiam, & non post mille alia opera, sicut multi solent.

*Manè adstabo tibi.*) Non loco aliquo, sed operibus. Vicinus enim Deo est, qui talis est. Nam hinc est vel vicinum vel procul esse à Deo, aliàs namque vbiue est Deus.

*Quoniam non Deus.*) Idola hoc loco notat. His enim delectati sunt in omnis generis iniquitate, & alijs maliciæ factis.

*Non habitabit.*) Hoc est: Non erit tibi amicus, non erit tibi vicinus.

*Neque permanebunt iniusti.*) Odium hic notat, quo maliciam detestatur Deus, vt nequeas illi vicinus fieri, nisi dignus sis, siue seruus, siue liber, etiamsi rex vel quisquis alius fueris. Non enim dignitatibus amicos suos Deus, sed virtute æstimare solet.

*Odisti omnes qui operantur.*) Non enim odio tantum absoluetur supplicium, inquit, sed infligetur omnibus qui loquantur mendacium. Propterea ijs quidem qui intelligere valent, odium: crassioribus verò & præfractioribus perditionem designauit.

*Vinum sanguinum.*) Truculentum dicit, & eum qui prætextu æquitatis internam maliciam celat.

*Ego autem in multitudinem.*) Ne quis Ecclesiæ dicat, Et quomodo tu saluaberis, cum mala sis operata? modum salutis dixit, nempe, per multitudinem misericordiæ, & multam benignitatem.

*Adorabo ad templum.*) Quando enim, inquit, gratia potitus fuero, & quæ me decent attulero, sacrificium hoc offeram. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo:* non sicut multi, qui per negligentiam orant, sed cum timore ac tremore, inquit.

*Domine deduc me.*) Rectè dicit, In iustitia tua. Est enim & hominum iustitia, ab externis videlicet legibus orta: verum illa perfectionem non habet. Ego verò tuam expecto iustitiam. Rectè autem adiecit & illud, *Deduc me,* quod est, quasi manu prehensum velut ex quibusdam huius vitæ tenebris educere.

*Propter inimicos meos.*) Multi irruerunt hostes, gressus meos auertere volentes. Quoniam igitur talibus insidijs & incurfibus petor, opus mihi est, vt abs te adiuuer, deducar. Dirige, inquit, in conspectu tuo viam meam, hoc est, fac eam rectam, cognitam & expeditam.

*Quoniam non est in ore eorum.*) Videtur mihi ista de his qui in malicia viuunt dicere, qua os & animus tanquam omni bono vacuus traducitur.

*Sepulchrum patens est guttur eorum.*) Aut truculentos hic notat, aut eos qui mortifera dogmata proferunt.

*Linguis suis dolose agebant.*) Aliud genus maliciæ. Nam illi quidem dolum in animo celant, isti verò ad ipsa quoque verba prorumpentes maliciam struunt.

*Decidant à cogitationibus suis.*) Non dixit, Puni eos: sed secerne & compesce eos. Id quod orare est pro ipsis, ne peiores euadant.

*Quoniam irritauerunt te Domine.*) Non curo, inquit, res meas: sed propter ea quæ tua sunt, angor & in animo crucior. Est hoc sanctorum, vt res suas quidem negligant: pro ijs verò quæ Dei sunt decertent.

*Et latentur omnes.*) Nam & illi meliores erunt à malicia liberati, & alij propter eorum immutationem multa voluptate & delectatione animi potientur, & reliqui etiam diligentiores erunt.

*In seculum exultabunt.*) Etenim hæc demum constans est lætitiã, nec vnquam desinens. Hoc namque per id innuit, quod dicit, Et tabernaculum figes in eis: ita vt reliqua gaudia non melius sint comparata, quàm fluuiorum fluxus, eo quod velocissimè diffluant.

*Et gloriabuntur in te.*) His potissimum solis competit, vt glorientur & latentur: ita vt ij qui sese in rebus temporarijs iactant, nihil ab illis differant, qui in somnijs deliciantur.

*Quoniam tu benedices iusto Domine.*) Quando qui omnium Dominus est, prædicat aliquem ac benedicit, sublimior est omnibus qui talis est, etiamsi ab omnibus vituperetur. Quemadmodum & è contrario, si ipse non laudauerit, nihil profuerit, etiamsi omnes deprædicent.

Clamor.

Vt scuto.) Hoc est: Securitate nos & gloria communi-  
uisti.

## ARGUMENTVM PSAL. VI.

Ostendam vetus instrumentum circumcisionem intelligit, donum vero resurrectionem ex mortuis, in qua mors amputatur. Illud vero in finem, quasi quidam interrogent, num auditus sit Dauid: respondet ille, pro eo quod est, ad finem vsque lege, & inuenies dicentem, Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei, & exaudiuit me.

## Scholia in eundem Psalmum.

**D**omine ne in furore tuo.) Quoniam adulterium & homicidium ex hereditate me eiiciunt, ne succenseas mihi propter Vriam, neque commouearis animo contra me propter Bersabeam.

Quoniam infirmus sum.) Infirmittatem hic non corporis ægritudinem, sed vltro irrepentem fidei remissionem vocat. Concupiscentiæ siquidem ardorem, hanc esse rem intellexit.

Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.) Ossa hic non corporis dicit, sed robustas cogitationum vires, quæ perturbatæ erant spiritu scortationis, velut tempestate quadam adobraturæ.

Et anima mea.) Quoniam in sensum eorum venit quæ peccauerat, conscientia quæ tormenta sustinuit, & à cogitationibus suis veluti licitoribus flagellatus est, orat, vt à tormentis illis animæ suæ fanetur.

Sed tu Domine vsquequo?) Ad respicientiam me non tardè conuerti, tu vicissim ad prouidentiam erga me tardus esse noli. Quoniam igitur peccatorum quidem remissionem accepit, post hanc verò cum tribulationibus ac tentationibus depugnauit, ac pharmaca terribilium tribulationum accepit, medicum, vt auferat ea pharmaca, obsecrat.

Conuertere Domine.) Duo hic ponit: Primum, vt se conuertat: alterum, vt animam suam eripiat. Hoc enim potissimum à iustis expetebatur, vt & conciliati essent, nec repudiarentur. Hoc namque & alterum sequitur, nempe vt anima feruetur.

Quoniam non est in morte.) Hoc non ideo dicit, quod salus nostra in præsentem tantum vita subsistat: absit (sciebat enim resurrectionis doctrinam) sed quòd post migrationem ex hac vita, respicientia tempus non habeat, & quòd cum benevolentia Dei etiam nostra coniungenda sunt studia. Audi enim quid dicat:

Laboravi in gemitu meo.) Per omnem hanc vitam suam fecit: neque de præterito tantum, sed & de futuro loquitur. Quod enim reliqui omnes remissionis tempus fecerunt, ille confessionis fecit.

Lacrymis meis.) Quoniam enim delicta sua perpetuò ob oculos, hoc est, in ea animæ parte qua contemplamur ac cogitamus, habebat, & iram Dei expendebat: in timore erat, non sine animi dolore viuens, sicut multi solent, sed anxius, tremens ac metuens.

Inueteravi inter.) Pro eo quod est, Infirmatus sum ab inimicis. Est enim omnis nostra vita in certamine, & innumeris inimicis obnoxia: qui, vbi in peccata inciderimus, valentiores redduntur.

Discedite à me omnes.) Non contemnenda via ad virtutem est, malorum fuga: fructus enim hic est respicientiæ & lacrymarum lucrum.

Quoniam exaudiuit Dominus vocem.) Vocem hic non sonum clamoris, sed affectum mentis dicit: & fletum non eum tantum, qui ex oculis, sed & eum qui ex anima est, intelligit.

Conuertantur & erubescant.) Etenim qui malè currunt, si pudefacti fuerint, retroque cesserint, à malitia quiescent.

## ARGUMENTVM PSALMI VII.

Quoniam Chusi à Dauide ad silium, qui coniurationem aduersum se mouerat, missus suscepta transfuge persona Achitophelis consilium irritum reddiderat, Dauidemq; seruauerat: psalmum hunc ille, vbi id cognouit, scripsit, omniaq; Deo tribuit: quapropter & dicit, Domine Deus meus, &c. Nam etiam si, inquit, facti huius mediator Chusi fuit, tu tamen sermonem illi in apertione oris ipsius dedisti.

## Scholia in eundem Psalmum.

**D**omine Deus meus in te speravi, saluum me fac.) Vide animum philosophicum. Non dixit, Puni hostem, interfice inimicum: sed quid? Quod se concernebat, hoc solum quærit dicens: Serua me, ne finas me affligi.

Ex omnibus persequentibus me.) Vide quomodo etiam cum affligeretur, nominatim tamen parricidæ mentionem non fecit, sed maiorem facinoris huius culpam in ipsum exercitum, quàm in tyrannum reiecit.

Ne quando rapiat.) Quare non dicit, Ne quando rapiant sicuti leones animam meam: sed, Ne quando rapiat sicut leo animam meam? Quemadmodum à duce vniuersus regitur exercitus, ita cum Absalom milites regeret, quos sub manu sua habebat, & cum quibus patrem persequeretur: vocat eum Dauid leonem, exercitus principem.

Dum qui redimat.) Quamquam & ipse exercitum collegisset, & multos secum haberet, non tamen auxilij loco ducebat, etiam vniuersum orbem, nisi cælestia auxilio potiretur: sed orabat, ne id sibi accideret vnquam, quod Absalomo, qui propter malitiam diuino destitutus auxilio deprehendebatur.

Domine Deus meus si feci.) Quod patior, inquit, si aduersus patrem meum insurrexi, si ad hunc modum inique egi, si manus meas ad vlciscendum & puniendum contra inimicos moui. Nam ne id in filium committerem, ipsa me natura cohibuit. Imò si alium quemquam iniuria affeci.

Decidam merito ab inimicis meis inanis.) Hoc est: Spe illa, quam habeo, destituar. Spes enim illi erat, haud futurum, vt in potestatem inimicorum veniret: sed magis, vt insidias illorum effugeret. Quod verò hostes habuit, non ipsius est culpa factum. In culpa enim erant non ipse, sed qui ipsi inimicabantur. Aliàs, inquit: Si reddidi sensibilibus & cognatis inimicis meis mala, ne potiar victoria contra spirituales inimicos: sed illorum dominio subijciar, & vna cum vita mea humilietur, ac conculcetur gloria mea.

**E**xurge Domine in ira tua.) Exurgendi verbum hic non est corporaliter intelligendum, sed de supplicio & perditione loquitur, quemadmodum & per iram supplicium ac pœnam intelligit. Est enim ira eorum qui passionibus sunt subiecti, at in Deo locum non habet passio.

Exaltare.) Exaltare, inquit, & vltionem de inimicis nostris sume, ac potentiam tuam ostende, vt qui te humilem esse putant, gloriam tuam ex his quæ patiuntur, agnoscant. Non enim ex propria natura, sed ex multorum sententia, & tua patientia, in eam opinionem veniunt, vt te humilem esse arbitrentur.

In finibus inimicorum meorum.) Alij dicunt, In capitibus: alij verò, Ne quiquam inimicorum aufugiat. Magna verò est iusti huius virtus, quòd eosdem cum Deo habet inimicos, & eosdem amicos.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto.) Quod nobis hic legis vice statuit: hoc est, ipse nobis per iniuriam pressis ipso opere perfice. Et aliter: Quoniam promiserat, quod inimicus esse inimicis eius, & iniuria pressis succurrere vellet.

Et synagoga populorum circumdabit te.) A figura stationis, quæ in sacratio erat (in circulum enim congregati psallebant) laudis celebritatem innuit. Nomē enim, quod circumscribi nequit, circulo & circumscriptione non comprehenditur. Quod autem dicit, tale est: Adiua, & vlciscere. Hoc enim & coram inimicis sublimem te reddet, & apud populum tuum multas adferet laudes.

Et propter hanc in altum reuertere.) Hoc est: per hanc synagogam & laudem in sublime reuertere, pro eo quòd est res nostras sublimes & illustres redde, & priorem prosperitatem restitue.

Dominus iudicat populos.) Hoc dicit, vt doceat eos, qui putant omnia temerè & fortuitò ferri, imminere rebus humanis prouidentiam quandam, quæ factorum pœnas exposcit. Iudicium autem hic tam futurum quàm præsens intelligit.

Iudica me Domine secundum iustitiam meam.) Quæredum est, quomodo cum alibi dixerit, Ne intres in iudicium cum seruo tuo: iam dicat, Iudica me secundum iustitiam meam?

Hic quidem dicit, Ne inquiras vitam meam ad normam beneficiorum meorum: hic verò non vult ad collectionem Dei iudicari, sed secundum seipsum. Iustitiam verò dicit, manibus quæ iniusta sunt non desinasse.

Et secundum innocentiam meam. Secundum hanc, inquit, iudicari volo, tamen talis non à multis reputer, à quibus ista patior: sed vita mea calumniæ sit obnoxia.

Consumetur nequitia peccatorum. Animaduersionem, inquit, & supplicium infer contra impios. Supplicio namque de malis sumpto, attentiores fient iusti. Atque ita duo hinc bona nascuntur. Vnum, quòd illi à malitia cessabunt: alterum, quòd isti virtuti magis studebunt.

Scrutans corda. Hoc est, probans, examinans. Neque enim testibus illi opus est, vt iudicet. Ipse enim quæ abscondita sunt nouit. Renes namque & corda, mentis hic arcana vocat, propter harum partium in corpore situm.

Auxilium meum à Deo qui saluos facit rectos corde. Hoc illius opus est, hæc consuetudo.

Deus iudex iustus, & fortis, & patiens. Si namque vt iustus vult, & vt fortis potest, qua ratione non punit? Quoniam patiens est, nec iram inducit. Neque enim hoc, nisi esset, tanquam magnum aliquid posuisset. Verum hoc dixit, quòd licet res ipsa pœnas exposcat, benignitas tamen Dei tolerans est, ac sustinens. Per iram autem, supplicium intelligendum est.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum. Dictionibus istis supplicium figurat, simul & timorem auditoribus incutiens, & patientiam Dei ostendens. Dicuntur autem ista propter crassitudinem auditorum.

Sagittas suas ardentibus effecit. Ne putet quisquam Deum contra vniuersos extensurum manum suam, subiunxit dicens: Sagittas suas ardentibus expedit, hoc est, ijs qui supplicio sunt afficiendi, qui sunt rei ac fontes: vt his minis emendati, malitiam suam reprimant.

Ecce parturisti iniustitiam. In mulieribus parientibus, primum concipitur, deinde parturitur: hic verò prius parturijt, & sic demum concepit. Quid igitur dicendum est? Quòd illic quidem tempore partus est parturitio, hic verò mox initio parturijt. Simul enim atque mali quicquam conflatur, priusquam id animo infigatur, tumultuatio ac perturbatio nascitur in animo: & quemadmodum generantium corporibus, siue illa sana sint, siue imbecilla, qui nascuntur fetus conformes sunt: ita & in cogitationibus accidit, quibus & sui cognati sunt ac similes fetus.

Lacum aperuit. Liberationis difficultatem innuit his verbis. Quemadmodum enim per parturitionem intolerabilem partum significauit, ita & per lacum liberationis difficultatem ostendit. Et hoc per benignitatem Dei dispositum est, vt ea hæreditariò sit insidijs natura, vt in ipsos insidiatores retia conuertantur.

Conuertetur labor eius. De Achitophelo & Absalomo hæc esse posita dicimus. In amborum siquidem capita supplicium descendit.

Confitebor Domino. Gratas ago, inquit, non quòd aliorum me cædes delectent, sed quòd mihi sententia Dei probatur. Quid est quod dicit, Secundum iustitiam eius: hoc est, propter iustitiam.

Et psallam. Cantabo Domino altissimo. Victoria siquidem illius est, non mea. Et non dixit, Confiteor tantum: sed, Confitebor. Bonorum namque non obliuiscitur, posteaquam illa consequutus est: neque negligentior redditur, sed & postea sobrius est ac vigilat: non quòd id Deo sit necessarium, sed quòd nobis ita conducat.

ARGUMENTVM PSAL. VIII.

In finem, incarnationis videlicet Christi, & consummationis legis. Finis enim legis, Christus est. Pro torcularibus autem, hoc est, pro edificatione Ecclesiarum Deo gratias egit Dauid. Quis est autem, quòd prophætia & gratiarum actioni, pro Ecclesijs, psalmi inscriptionem fecit? Quoniam psalmus cause & operis manifestationem habet, ideo psalmum inscripsit: quia confidenter prophætia sua innixus, que futura erant tanquam iam facta vidit.

Scholia in eundem Psalmum.

Domine Dominus noster. Psalmo præcedenti quæ dicta sunt, tanquam vnius personæ verba sunt dicta. Dixit enim, Domine Deus meus: hic verò, pro torcularibus, hoc est, pro vniuersis totius orbis Ecclesijs, Domine, inquit, Dominus noster. Est enim eorum quidem, qui non credunt, hoc vno nomine Dominus, quòd eos condidit: noster verò duplici nomine Dominus est, cum quòd ex non existentibus nos fecit, tum quòd à nobis cognoscitur.

Quam admirabile est nomen tuum. Sunt enim in hoc nomine perfecta tam quæ in dispensatione, quam quæ post illam sunt mirabilia facta, & mortis videlicet destructio, & mortalium in cælos ascensio.

Quoniam eleuata est. Quoniam terræ meminit, sermonem consequenter ad cælum transfudit: vt ostenderet, Deum admirabilem in supernis, admirabilem in infernis: & quòd non homines solum, sed & angeli hymnum Deo propter beneficia in homines collata dicant.

Ex ore infantium. Quoniam potentiam tuam, inquit, in eo potissimum declarasti, quòd immaturam ætatem ad glorificationem illam illustrasti, quæ à pueris est in templo facta. Quæ verò ratione præteritis cæteris miraculis, eius quòd à pueris est factum meminit? Propterea quòd illa quidem etiam antea, licet non ad hunc modum sunt facta: chorus verò lactentium puerorum tum primum loquutus est. Rectè autem dixit, Ex ore. Neque enim ex mente erat laus ista infantium, sed ex ore duntaxat & labijs. Addit etiam causam, propter quam factum sit hoc miraculum, videlicet, vt ora inimicorum obturarentur.

Propter inimicos tuos. Iudæos hic dicit. Nam Christum quidem velut hostes infectati sunt: id quod ideo facere sategerunt, vt patrem vlciscerentur. Quapropter, vt hac illos exculatione priuaret, dixit: Qui me odit, & patrem meum odit.

Quoniam videbo cælos. Vique adeo perdit sunt hostes, vt occisum ab ipsis omnium visibilium opificem declararint. Non dixit autem, Opera manuum tuarum: sed Opera digitorum tuorum, vt quæ videntur, minimæ operationis esse ostendat.

Quid est homo, quod memor es eius? Nihil est, vilis est. Ad prouidentiam quippe respiciens, qua illum dignatus est Deus: stupefactus dicit, Quid adeo magni momenti est homo, quòd tanto dignus est honore habitus?

Filius hominis, quod visitas eum. Meminit hic condemnationis ac veteris peccati, mortem adducens in medium: verum & hanc vniuersi aduentu suo destruxit.

Minuisti eum. Non tamen, quoniam morte eum multasti, ob id & dono tuo priuasti. Quapropter & cum illud dixisset, tum etiam hoc posuit, in eo quoque benignitatem Dei ostendens, quòd propter transgressionem suam minoratum gloria, & honore coronari permisit, & principatu non priuauit. Quòd verè parumper humiliavit, & hoc ipsum ipse est prouidentia. Nam ante inobedientiam quidem, & bestijs dominatus est: postea verò, parumper succisa est illi facta potestas. Etiam quidem dominatur: verum artibus quibusdam, & cum timore ac tremore, vt ex huiusmodi sollicitudine, veteris admoneatur peccati. Sapientia eius exercens, & festum deprimens, ociumque amputans: quoniam omnia primum leuiter nactus perniciam induit ac in præceptis ruit, difficultatem quandam visibus vitæ immiscuit, eo consilio, vt multam illam nobis licentiam succideret. Et ob eam causam corpus nobis ita morbis reddidit obnoxium, & mille malis perturbatum, vitamque hanc præsentem disciplina fecit officinam, vt animi nostri temeritas castigetur. Sciendum verò, quòd eandem sortiti sint inscriptionem cum hic psalmus, tum 80. & 83. propterea quòd eodem præditi sunt sensu, videlicet de Ecclesijs.

ARGUMENTVM PSAL. IX.

Super absconditis inscriptus est hic psalmus, & qui hunc sequitur, absconditum & occultum, absconditorum contra inuisibiles & spirituales hostes bellum: per inscriptionem significans, quòd filius Dei per dispensationem in carne occulte excitans, illustrem salutis tempore contra vniuersos victoriam, tulit.

## Scholia in eundem Psalmum.

Confessionis  
genus dis-  
plex.

\* aliàs, di-  
ligenti vel  
sobrio.

**C**onfitebor.) Duplex est confessionis genus. Aut enim condemnatio est propriorum peccatorum, aut gratiarum actio ad Deum. Hic autem gratiarum actionem dicit. In toto corde meo, inquit. Hoc est, cum tota animi propensione, & animo \* syncero. Deinde, Narrabo, inquit, omnia mirabilia tua. Etenim si pro beneficijs acceptis gratias egeris, quod debuisti reddidisti: si verò pro supplicio & afflictione gratias egeris, Deum tibi debitorem constituisi.

**L**etabor.) Qui namque in Deo, vt par est, lætatur, omnem secularem voluptatem abijcit. Quid est autem quod dicit, Lætabor & exultabo in te? Quod talem habeo Dominum, id mihi voluptati est, in hoc exulto. Quod si quis voluptatem hanc veram, sicut illa cognoscenda est, cognouerit, aliam voluptatem non sentiet.

**P**sallam.) Quoniam Deum videre non potuit, cantica ad ipsum fecit, vt per odas cum illo ageret, desideriumque accenderet, futurum sperans, vt eum quoque videat.

**I**n conuertendo.) Quia non solum in tribulationibus, sed & in quiete sobrius ac diligens fuit. Siquidem multi sunt, qui rebus aduersis humiliati, diligentiores redduntur: in bonis vero focordes ac negligentiores. Peribunt à facie tua, inquit: faciem Dei, operationem, apparitionem, facultatemque potentiam eius vocat.

**Q**uoniam fecisti iudicium meum.) Vide iterum philosophiam viri huius, quomodo non vliscatur ipse inimicos, sed Deo iudicium permittat. Quod autem dicit, Sedisti super thronum, iterum humano more loquitur. Iudicasti, inquit, causam meam, exequutus es, vltionem sumpsisti, omnia iuste egisti.

**I**ncrepasti Gentes.) Sufficit enim Deo, si increpet, ad perendum eos qui sunt puniendi.

**N**omen eius deleuisti.) Hoc est, radicitus perdidisti, euulsisti, atque ita è medio abstulisti, vt etiam memoria eius interierit vniuersa.

**I**nimici defecerunt frumea.) Quoniam conatus & consilia eius perdidisti, desolatamque proprijs armis ablatis reddidisti. Illud verò, Perijt memoria eius cum sonitu, indicat quàm fuerit insignis interitus.

**E**t Dominus in æternum permanet.) Firmam & sempiternam esse Dei essentiam significat. Dicit autem hoc propheta continuè, vbi de perditione hominum loquitur: id quod ideo facit, vt timorem nobis incutiat, vt vtroque nomine Deum timeamus.

**P**araui in iudicio.) Ostendit quæ sit throni Dei natura, quod non è ligno aut alia quapiam sit constructus materia, sed è iustitia.

**E**t ipse iudicauit orbem.) Tam præsentia quàm futura prædicat. Vniuersale namque iudicium in futurum referatur, particulare verò etiam in hac vita exercetur.

**I**udicabit populos.) Vide sapientiam prophetæ, quomodo de præsentibus, & quomodo de futuris loquatur. De præsentibus, cum dicit, Increpasti Gentes, & quæ sequuntur: de futuris verò, cum dicit, Paraui in iudicio thronum suum. Hoc vero ob eam causam facit, vt qui futura non credunt, de præsentibus capiant experimentum.

**E**t factus est Dominus refugium pauperi.) Sæpenumero seipsum pauperem & egenum vocat, tametsi regijs esset præditus facultatibus. Sciebat enim, omnia humana vmbra quauis esse imbecilliora.

**A**diutor in opportunitatibus.) Hoc est, in tempore, ac tempestiuè adiuuas. Opportunitatem duplicem dedit: quod & adiuuet, & in tempore adiuuet. Hic enim opportunitatem tribulationem vocat. Nam semper quidem opus habemus adiutorio Dei, etiam cum rerum prosperitate potimur: tunc verò necessitatem hanc potissimum sentimus, quando in tribulationibus sumus.

**E**t sperant in te.) Qui namque nouerunt, inquit, subsidium & auxilium tuum, satis validam habent anchoram, spem scilicet in te fundatam.

**P**sallite Domino, qui habitat in Sion.) Habitationem hic non vocat inclusionem. Est enim immensa illius maiestas, sed proprietatem quam eius loci habebat, & quod amicè erga

**A** eum affectus esset, vt hac demissione Iudæos ad se traheret. Studia verò eius beneficiæ vocat.

**Q**uoniam requirens sanguinem.) Ostendit hoc loco, nullam fore eadem impune præsumptam, sed omnino inquirendam: Si verò non è vestigio inquiratur, ob id fieri, vt ijs qui peccarunt, resipiscentiæ detur occasio.

**N**on est oblitus.) Clamorem hic mentis vocat affectum, non sonum vocis. Quod verò dicit, Non est oblitus: significat eos assiduè clamasse, & non factos esse mox initio voti compotes. Pauperes eos vocat, qui sunt spiritu pauperes, quos & Christo sbeatos esse dicit.

**M**iserere mei Domine.) Non cessat, quia iterum etiam in securitate constitutus precetur. Dicit enim, Miserere mei Domine, de futuris obsecrans. Siquidem nos bellum semper excipit, eo quod præcessit atrocius, vel socordiae vel arrogantiae. Tunc enim diabolus vehementius aubelat, si quando supinos & focordes nos esse viderit.

**V**t annuntiem.) Quod alijs commendauit, hoc & ipse facit. Dixit enim, Annuntiate inter Gentes studia eius. Et ipse itaque inquit, Hoc faciam, idque non vno & altero præsentibus, sed in medio theatri.

**E**xultabo in saluari tuo.) Maxima salus est, per Deum seruari. Aliunde namque salutem querere non saluari est, sed perdi.

**I**nfixæ sunt Gentes.) Perditionem maliciam vocat. Infixæ sunt, inquit, hoc est, potenter detentæ sunt. Infidiæ illis factæ sunt inextricabiles.

**I**n laqueis isto.) Vinculis, inquit, insolubilibus circumcinctuntur maligni. Quoniam enim turpitudine plenum erat, quod fiebat, ob eam causam illud abscondebant, & celare conabantur.

**C**ognosceat Dominus iudicia faciens.) Quid est quod dicit, Iudicia faciens: Puniens videlicet, vliscens, & iudicio condemnans. Non enim eos tantum qui puniuntur, diligentiores reddit: sed & doctrinam cognitionis suæ illustriorem efficit.

**I**n operibus manuum suarum.) Vides quomodo sermonem variet, cum pœnam è supernis inferens, tum à malicia crimen intendens. Pœnam è supernis, cum dicit, Cognosceat Dominus iudicia faciens: crimen à malicia, cum dicit, Infixæ sunt Gentes in perditione, quam fecerunt. Item: In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

**C**onuertantur peccatores.) Iterum in iisdem manet, ostendens maliciam supplicium habere cohæreditarium, pœnasque daturos malignos, & extrema passuros.

**P**atientia pauperum non peribit in finem.) Quid est quod dicit, Non peribit in finem? Nunquam, inquit, peribit, sed omnino fructum suum recipiet. Pauperes verò non simpliciter dicit, sed contritos corde. Nam illi potissimum appositum sunt ad tolerantiam.

**E**xurge Domine.) Quid est, Surge Domine? Vindica, adiuua, eos qui iniuste egerunt puni. Orat enim Deum vt eos qui per iniuriam preffi sunt adiuuet. Talia siquidem, sunt sanctorum viscera.

**I**udicentur Gentes in conspectu tuo.) Hoc est, pœnas dent eorum quæ peccarunt. Non sunt per lenitatem tuam facti meliores, exige de illis rationem eorum quæ ausi sunt.

**C**onstitu Domine legislatorem super eos.) Quid est, quod dicit, Constitu Domine legislatorem super eos? Quoniam vt nulli subsunt imperio, ita & omnia tentant: sume itaque de illis supplicium, & sit illis supplicium loco legispositionis.

**V**t sciant Gentes quod homines sunt.) Nam & ex eo, inquit, multi ipsorum perierunt, quod naturæ suæ oblitum vesaniam exorbitarunt, seiplos non cognoscentes. Et rectè subiecit illud, Semper hoc est, non solum in prosperis, se & in aduersis rebus. Si namque punieris eos nunc, habentes malorum, quæ acciderunt, memoriam, etiam si in prosperitate fuerint, naturam suam cognoscent.

**V**t quid Domine recessisti procul.) Loquitur ista Propheta in persona tribulatorum, qui ante competens tempus curam petunt.

**D**um superbit impius, incenditur pauper.) Quia antequam puniatur ac supplicio afficiatur impius, luget is qui per iniuriam est op-

Loquitur  
de Selah  
Hebraico.  
quod in ver-  
sione Graeca  
nō habetur.

est oppressus, non ferens maligni prosperitatem. Deinde orat, ut poena sumatur de impijs, inque ipsos vertatur quod infidiose conantur.

*Quoniam laudatur peccator in desiderijs.*) De quibus puderi oportebat ac confundi, in illis suspicitur & laudatur, qui iniuste agit, tanquam potens, tanquam inimicos vlciscens, tanquam animo praeditus, ac strenuus. Et quisque malorum laudatores quosdam habet, & amatores. Quid enim dico? inquit. Quod iniuria qua pauperes laeduntur ipsum Deum exacerbet.

*Non est Deus in conspectu eius.*) Non habet timorem Dei pra oculis. Sunt autem & omnes illius viae abominabiles.

*Auferuntur iudicia tua a facie eius.*) Iudicia pro condemnationibus posuit. Extinguitur lumen eius. Captivus est maliciae traditus, quoniam timorem Dei pra oculis nunquam habet, sed in malicia versatur.

*Omnium inimicorum suorum dominabitur.*) Omnes inimicos suos contemnit, dicens in corde suo, Non afficiar malis. Vide igitur quomodo desipiat. Non mouebor, inquit in generatione, sed ero sine malo.

*Cuius os maledictione plenum est.*) Vide quomodo & in bestiam tandem mutetur. Perinde namque de eo disserit Propheta, ac si bestiam describat, latebras, speluncas & insidias illius exponens. Verum simul addit, quam ista non faciat impunè: sed ubi se victorem esse putat, tum potissimum pereat, ut & sagacitas Dei, & pauperum patientia conspicua fiat, & appareat quam ille corrigi nequeat, Deus vero lenis sit & patiens.

*Insidiatur in abscondito sicut leo.*) Per leonem secundum litteram Saul intelligendus est, secundum anagogen vero diabolus.

*Inclinabit & cadet.*) Vide in quantum perditionis barathrum descendat, & qualia in animum suum dogmata admittat: quae pudoris quidem gratia in apertum producere non audet, penes seipsum tamen, veritatis repugnans nutrit.

*Auertit faciem suam.*) Iniquus quidem, inquit, faciem suam auertit, ne videat in finem: Propheta vero sermonem de lenitate ac patientia Dei adimplet, & è regione impijs contradicit: Tu vides, inquis, & audis, patienter vero agis, donec in manus tuas incidant: quae humano more sunt dicta. Quod vero dicit, tale est: Tardas, & patienter agis, ne illi supra modum maliciae tradantur. Nam potens quidem etiam ab initio eras, ut deturbares eos ac subigeres: verum expectas, num ad resipiscentiam veniant: si nolint, tum demum punis, ubi nihil utilitatis ex patientia tua referunt.

*Tibi derelictus est pauper.*) Hoc est opus tuum Domine, hoc est tibi peculiare, ut orphanis patrocineris, pauperibusque manum porrigas. Illud namque: Tibi relictus est pauper, hoc commendat, quasi dicat: Non est alius quisquam, sed tu solus orphanorum es, & viduarum defensor.

*Contere brachium peccatoris.*) Non simpliciter peccatorem eonteri petit, sed robur ac potentiam eius. Deinde orat, ut factorum poenas subire cogatur. Et ut iustitiae illius magnitudinem significet, dicit: Si id fiat, ne stare quidem poterit, neque comparebit, sed peribit: & radicitus delebitur, si quae fecit inquirantur.

*Domini regnabit in aeternum.*) Loquitur hic ad eos qui perturbati propterea sunt, quod non mox poenas dederunt qui peccarunt.

Quid times? inquit. Non enim Deus temporarius iudex est. Tamen namque poenas nondum det, qui rapuit, dabit tamen profusus. Manet enim rex continue iudicans. Vides, quomodo maiorem sermonis portionem de eo faciat Propheta, quod malignorum apud Deum debita sit ratio. Hoc enim potissimum est male affici, male cuiquam facere. Damnum quidem eorum qui iniuste laeduntur, in verbis consistit: hi vero qui laedunt iniuste, extrema certe periclitantur. De his rebus differens Propheta maliciam eorum amputari orat, minitans ac terrens, orans Deum ut huiusmodi pernicitiam puniat. Propterea dicit, Peribitis Gentes de terra illius: omnimodum illis minitans interitum, & simul orat Deum, ut adiutor & ultor esse dignetur eorum, qui iniuste premuntur, ita ut & istos recreet, & illos resipiscere faciat.

## Scholia in psalmum decimum.

**M**agna est spei in Deum collocata virtus. Ipsa praesidium est inexpugnabile. Cum sciret hoc beatus iste David, ad eos qui iubebant ut fugeret, & salutem sibi ex locorum munitionibus quaereret, dixit, *In Domino confido*, &c.

*Quomodo dicitis anima mea: Transmigre in montes?*) Eum qui totius orbis Dominum adiutorem habet ac patronum, extorrem eijcitis? Quare dixit, Quomodo dicitis anima mea, Transmigre in montes, cum sensibilia illa iacula ac tela animam vulnerare nequeant? Animam hic pro vita corporali sumit, cui inimici insidiabantur.

*Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum.*) Cum Deus sit adiutor, & qui me impugnant peccatores: quomodo non extrema turpitudine dignus est, qui consulit, ut auicularum in morem expauescam? Non cogitas, quomodo instruens ille contra me exercitus araneorum telis sit vilior? Sunt enim peccatores. Nihil autem peccatore poterit esse vilius.

*Parauerunt sagittas suas.*) Sed sagittas, inquis, habent & pharetras. verum, sed nulla est horum efficacia. Propter haec illos non metuo. Quis enim fuerit usus armorum, cum nulla adsit virtus? Nihil enim viro insidiatore infirmius ac imbecillius.

*Quoniam quae tu perfecisti.*) Tibi, inquit, bellum mouente impugnant, ac praecpta tua dissipare conantur, suntque legis transgressores.

*Iustus autem quid fecit?*) Impijs, inquit, ita tumultuantibus, iustus quid fecit? ad Deum confugit, qui in caelis & in templo est. Per haec Deum vbique esse significat.

*Oculi eius ad pauperem respiciunt.*) Vides auxiliatorem esse paratum, vbique praesentem, vbique contemplantem, omnia videntem: eius hoc opus est, ut prouideat, curam gerat, prohibeat iniuste agentes, succurrat iniuste pressis: illis bonorum largiens praemia, istis peccatorum inferens supplicium.

*Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit suam animam.*) Est enim malicia hostis animae, & ante supplicium, poenas dat malignus: ostendens ipsam quoque maliciam sufficientem ad hoc esse, ut consumat ac disperdat.

*Pluet super peccatores laqueos.*) Per haec nomina multum habentia supplicij, condemnationem ineuitabilem, supplicij abundantiam, plagae promptitudinem, vim consumendi exprimere volens, significauit.

*Quoniam iustus Dominus.*) Quae est causa, ob quam huiusmodi supplicij punientur impij? Quoniam iustus est Dominus, inquit, & iustitias diligit. Hoc potissimum Deo peculiare est, ut quod iustum est & aequum approbet, nec unquam perpetuo quae secus sunt, ferat.

## Scholia in XI. Psalmum.

**S**aluum me fac Domine.) Beatus Propheta solus relictus, cum vniuersi contrariam viam ingrederentur, ad prouidentiam Dei configit, dicens, Opus mihi est ut caelesti manu ducar. Omnibus enim contrariam viam ambulatibus, multa indigeo prouidentia.

*Quoniam defecit sanctus.*) Non dicit, Quoniam non fuit, sed, Quoniam defecit sanctus: ut ostendat, etiam eos qui sancti fuerunt periisse, propterea quod malicia inualuerit.

*Quoniam diminuta sunt veritates a filijs hominum.* Multae sunt veritates, perinde atque multos videmus esse colores, quorum alij sunt veri, alij falsi. Ad hunc modum & virtutes habent. Hoc enim demum quod verè est, veritas est. Quonia igitur quae in se ipsis bona & vera sunt, peruersa erant, non quod substantiam perdiderint, sed quod ab hominibus re-legata essent: ideo non solum dixit, Diminuta sunt veritates, sed adiecit, A filijs hominum.

*Vana loquuti sunt.*) Duas hic malicias dicit. Vnam, quod vana loquuti sint: alteram, quod ad proximum. Aut igitur mendacia vana dicit, aut superflua & inutilia. Et quod peius est, non dicit, Hic vel ille: sed, Quisque hoc est, Erant omnes corrupta. Quapropter non extrinsecus ac in

superficie, sed in corde, inquit, hoc est, ex corde.

*Disperdat Dominus.*) Non est aduersus eos, quod dicitur, sed pro eis. Non enim eos perdendos, sed maliciam à medio tollendam dixit: neque dixit, Exterminabit eos Dominus: sed, Labia dolosa. Et rursus non essentiam, sed linguam, id est, dolum auferri, factumque excindi petijt. Deinde & mentem eorum reprehendens: Labia, inquit, nostra penes nos sunt, infanientium sunt hæc verba. Etenim reuera non tua sunt, sed Domini: non enim mox omnino nostra sunt, quæ habemus. Ita sanè & labia dedit tibi Deus, non vt blasphemiam, sed vt glorificationem proferas.

*Nunc exurgam, dicit Dominus.*) Papæ! quanta est humilis animi virtus? Quanta est illis expectanda retributio, qui malè afficiuntur? Non enim aliquam hic virtutem dicit, sed afflictionem. Hæc enim potissimum Deum excitat, & ad sumendum supplicium mouet. Tanti est, si qui iniuria afficitur, fortiter ferat. Quid autem est, quod dicit, Ponam in salutari, fiducialitèr agam in eo? Cum fiducia, inquit, patrocinabor illi perpicuè & manifestè.

*Eloquia Domini, eloquia casta.*) Synceritatem ac veritatem per materiam auri significauit. Quemadmodum enim aurum purius constat & ignitum, alienum est à contraria materia: ita & oraculum Dei.

*Tu Domine seruabis nos.*) Vides prophetam indefinenter ad Deum confugere, & hinc sibi in auxilium querere.

*In circuitu impij ambulat.*) Quid est quod dicit, In circuitu impij ambulat? Etiam, inquit, si nos circuli in morè concluderint impij, nihil tamè mali patiemur. Etenim tu nos custodis, & in sublimè euèhis, ac gloriosos facis. Secundum altitudinem tuam, hoc est, secundum magnitudinem potentie tue.

#### ARGUMENTVM PSAL. XII.

*Psalmi principium admodum cum inscriptione discedit. Si enim psalmus consolatio eorum est, qui leto sunt animo, quomodo cum animi mesti verba dicat, gemitum hinc, psalmi inscripsit? Quod si dixisset, psalmus Dauidi, contrarius sibi ipsi fuisset lectus psalmum vocans: quoniam vero dixit, In finem, psalmus Dauidis, lege ad finem vsque, & inuenies eum lectum, ac pro beneficijs acceptis psallentem.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

*Vsquequò Domine.*) Noui Domine, quòd tu quidem tanquam agonotheta constitueris me prolixioribus certaminibus illustriorem declarare victorem, verum qui mecum sunt arbitrantur me abs te desereri. Hoc autem Propheta non ob id dixit, vt seipsum consolaretur, quam vt nos doceret, vt si quando orantes non confestim exaudiamur, ne deficiamus.

*Vsquequò auertis.*) Auersatus es me auersantem te: conuertere ad me conuersum ad te.

*Quamdiu ponam consilia?*) Quousque Domine feram, vt cogitationibus ac gemitibus torquear?

*Vsquequò exaltabitur?*) Satis sit illi, quod humiliato me propter peccatum, ipse exaltatus est semel, vt quid iterum contra me exaltatur? Respice itaque & exaudi, vt humilietur inimicus.

*Respice, & exaudi.*) Respice, inquit, Vide inimicum meum exaltatum super me: etsi non propter meam miseriam, tamen propter illius arrogantiam exaudi me. Quare autem primum dicit, Respice: ac deinde subiicit, Exaudi? videlicet, vt primum rectè facta contempletur, deinde quæ petuntur præstet.

*Illumina oculos meos.*) Quoniam Deus vera lux est, nec sunt in illo tenebræ: Propheta verò per concupiscentiam obtenebratus erat non externo, sed interno oculo: propterea Deum tanquam medicum implorat, dicens. Illumina oculos meos.

*Ne vnquam obdormiam in morte.*) Quam mortem? Non communem illam humanum genus dementem, sed propriam, peccatores videlicet perdètem. Nam ea demum propria mors est, non quæ animam à corpore, sed quæ animam separat à Deo.

**A** *Nequando, &c.*) Ne videns me in mortem peccati deiectione dicat, Praualui aduersus eum: victoriam enim nostram Iesus Christus sibi adscribit.

*Qui tribulant me, exultabunt.*) Insultantes videlicet, ac ridentes. Et quomodo Dauid, qui admodum gloriatus dixit, Non mouebor in seculum; motus est, ac cecidit cum esset propheta Dei? Audi.

*Ego vero in misericordia tua speraui.*) Illi quidem tanquam aduersarij contra me ad luctam vnguntur: ego verò in misericordia tua speraui, oleo misericordie tue inunctus. Et inimicordes illos demonas deprecationibus auertam.

*In salutari tuo.*) Hoc est, in salute, quam tu operaris.

*Cantabo Domino.*) Eleemosynam, inquit, beneficiorum, quæ in me sunt collata, offeram Domino.

*Et psallam.*) Non solum nunc cano; sed & porro consequenti tempore canam ac psallam Domino.

#### Scholia in Psalmum. XIII.

**D** *Ixit insipiens.*) Quid dixit, In corde ipsius? Non est Deus. Alias enim vbique est, in corde verò insipientis non est. Etsi non est Deus, quid facis in his quæ Dei sunt? Insipientem autem dicit, non eum qui mota sit mente, ac demens, sed malo ingenio præditum.

*Corrupti sunt.*) Diaboli namque discipuli facti, ruina diaboli ceciderunt, sicut ille de caelis, ita isti de thronis regalibus. Quem enim quisque sequitur, cum hoc & participat.

*Et abominabiles facti sunt.*) Abominationem desolationis, impietatem dicit. Siquidem in templo cordis sui impietatem suam statuerunt. In studijs, inquit: quoniam quæ natura negauit, ea malus excogitauit animi affectus.

*Non est qui faciat bonum.*) Qui namque Deum negat, nec prouidum illum reputat, non mortem, non iudicium, non retributionem expectat, quapropter nec vtile quicquam, nec bonum operatur.

*Dominus de celo prospexit.*) Cum audis, quòd de celo Dominus prospexerit, ne putes diuinæ & incorporeæ naturæ nutum, id est, inclinationè dici: sed philanthropiam illius, & curam discere.

*Vt videat.*) Non vt illud vel illud videret, sed vt seruaret: non vt cognosceret, sed vt succurreret, & vt iustos diligeret. Alias, vt videret, num esset agrotans, medicum quærens: num esset Gentium populus pauper, Christum quærens.

*Omnes declinauerunt.*) Perinde ac vituli quidam in abrupta ruentes declinauerunt, recti, videlicet ex natura constituti. Hominem enim Deus cum faceret, rectum fecit. Per id etiam quod dicit, Simul inutiles facti sunt: ostendit, quòd naturaliter vtilis conditi proprio arbitrio præter naturam à primo ad vltimum vsque, hoc est, à pedibus vsque ad caput, à paupere vsque ad potentem, inutiles sint facti.

*Nonne cognoscent omnes.*) Non cognouerunt admoniti, cognoscent dolentes. Quid vero cognoscent? Quòd Deus vltionum sit Dominus, cognoscent quòd adit iudex viuorum ac mortuorum: alias namque, dum iniquitatem operantur, diuinas leges agnoscere non sustinent.

*Qui deuorant plebem meam.*) Non dixit, Qui edunt: sed, Qui deuorant, feris agrestibus immaniores, qui conuicijs fratrum non saturati, carnes illorum bestijs sauiores deuorant.

*Illic trepidauerunt timore.*) Instar leonum audentes fuerunt, & more leporum timuerunt. Cum enim Deum non timuerunt, homines timuerunt.

*Quoniam Dominus in generatione iusta est.*) Quasi rogatus quare timuerint, respòdet: Quoniam Dominus in generatione iustorum est, qui dixit: Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Si in medium duorum vel trium venit, multò magis in generatione iustorum.

#### ARGUMENTVM PSAL. XIV.

*Quare inscriptionem, In finem, non habet? Propterea quòd de iustitia & reliquis virtutibus docet. Qui verò de iustitia docet, non debet in finem adhortari, ne peccato inuentum præserbens, senectuti quòd marcidum est seruet. Est autem psalmus hic lex agendorum bonorum, cum modulatione & suauitèr concensu prolata.*

Scholia in eundem Psalmum.

**D**omine quis habitabit? ) Multum consonantiæ habet præsens hic psalmus cum præcedente. Quoniam in illo vniuersalis est contra genus humanum prolata sententia, dictumque non esse iustum aliquem, ne vnũ quidem: id quod non homo quisquam, sed Deus dixit: eam ob causam B. Dauid, plenus timore, stupore ac mœstitia, hoc præsentis psalmo interrogat, vtrum sit iustus quisquam, vel requirens Deum, dicens: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculum autem Dei, tabernaculum illud testimonij vocatum est, quod Moses compegerat: mons verò Dei, templum intelligitur, quod Salomon extruxerat. Rogo itaque Domine, de peregrinantibus, tanquam præses responde mihi. Audi Spiritum sanctum: discite, qualis esse debeat. Describam tibi virum hoc sermone, vt inuenias quem quæris.

*Qui ingreditur sine macula.* ) Qui inculpatam Dei viam ambulat, qui peccati maculam non habet, qui loquitur veritatem cum proximo suo, qui corde mundus est.

*Qui non egit dolum in lingua sua.* ) sicut Ionathan.

*Nec fecit proximo suo malum.* ) Sicut Achab Nabothi.

*Et opprobrium.* ) Qui proximum probris non est infectatus, sicut Phariseus Publicanus: nec probris est proximorum gratia affectus, sicut Eli propter filios suos.

*Ad nihilum deductus est in conspectu eius.* ) Qui malignos depexit, sicut Elias sacerdotes Baal.

*Timentes autem Dominum.* ) sicut Abdias centum Prophetas Domini.

*Qui iurat proximo suo, nec irritat.* ) sicut Abraham Abimelecho, & Dauid Ionathæ.

*Argentum suum non dedit ad vsuram.* ) sicut Zachæus & Cornelius.

*Et munera super innocentes, & non decipit.* ) sicut Petrus pecuniam Simonis respuit, & sicut Paulus in persecutionibus.

ARGUMENTVM PSAL. XV.

*Passionem & resurrectionem Domini hoc Psalmo prænunciat. Titulus namque non solum monumentis, sed & victoribus erigitur, & literas recipit, victoriam ignorantibus significantes. Hoc itaque potissimum ista tituli inscriptio significat.*

Scholia in eundem Psalmum.

**C**onserua me Domine. ) Dicitur est hic Psalmus in persona Seruatoris, dicitur est autem secundum humanam illius naturam. Petit itaque & hoc psalmo, vt conseruetur: verum etiã à seipso seruetur. Petit quidem vt homo, dat verò vt Deus, patre consentiente.

*Dixi Domino, Deus meus es tu.* ) Huius simile est quod in Evangelio dixit, Vado ad Deum meum, & Deum vestrum.

*Quoniam bonorum meorum non egesset.* ) Cum enim nullius sis indigus, non opus habes humana iustitia: sed si quis quod bonum est fecerit, ipse potius emolumentum ex eo capit.

*Sancis qui sunt in terra eius.* ) De Apostolis hic intelligit, & reliqui qui per hos crediderunt, quibus mirabilia Dei conspicua esse facta dicit: quoniam, inquit, omnia præcepta mea adimplerunt.

*Multiplacæ sunt infirmitates eorum.* ) Multi, inquit, exsurrexerunt populorum ac principum impetus: verum omnium celeriter facti sunt victores, quoniam cursum suum quam maximè adimplerunt.

*Non congregabo conuenticula eorum.* ) Eos autem qui contra Apostolos insurrexerunt, supplicijs, inquit, tradam, & memoriam eorum obliuione sepeliam, ita vt & appellationes eorum nemini innotescant.

*Dominus pars hereditatis meæ.* ) Humano morè loquitur, Gentium regnum hæreditatem: calicem verò mortem vocans, quam pro nobis sustinuit.

*Tu es qui resistis hereditatem.* ) Non dixit, Qui das: sed, Qui resistis, quoniam ante transgressionem homo & vitam habuit, & mortem, & potestatem: post transgressionem verò vtrisque excidit. Secundum humanam itaque naturam, naturæ Dominus priorem vitam recipere petit.

**A** *Etenim hereditas meæ.* ) Propter optimam hanc hæreditatem, & propter humanam salutem tentationes istas, quas mihi destinasti, suffero.

*Benedicam Dominum.* ) Veruntamen etiã à Domino eruditus, & optimis cogitationibus vsus, passionis noctem superabo. Noctem enim hic tentationum vocat caliginem.

*Insper & caro mea.* ) Loquitur hic quoque Dominus Christus secundum humanam naturam. Quoniam, inquit, sine intermissione per diuinam confirmor naturam, salutarem aggredior passionem, & propter resurrectionis spem gaudeo. Non enim derelinquetur in inferno anima mea, nec caro mea naturalem patietur corruptionem: veloci namque resurrectione potiar.

**B** *Adimplebis me letitia.* ) Quoniam cum passionem aggrediretur, dicit, Tristis est anima mea vsque ad mortem: rectè his verbis facta iam resurrectionis mentione est vsus, vt ostenderet se post illam impassibilem & immutabilem, secundum humanam factum esse naturam.

ARGUMENTVM PSAL. XVI.

*Cum à Saule persecutionem, & omnis generis insidias pateretur, omnium Deum ad auxiliandum inuocauit.*

Scholia in eundem Psalmum.

**E**xaudi Domine iustitiam meam. ) Etiam hoc loco iustitiam non perfectam virtutem, sed iustam causam dicit.

*Auribus percipe orationem meam.* ) Mundis enim labijs, inquit, supplicationem hanc offero, non alia sentiens, & alia loquens: sed mentem habens linguæ consentientem.

*De vultu tuo iudicium meum.* ) Supplico tibi, vt de aduersarijs meis iudices. noui enim sententiæ tuæ iustitiam.

*Probasti cor meum.* ) Docet hic quam sæpenumero Saulem, cum illum in potestatem suam esset adeptus, occidere non sustinuerit: sed beneficii pro iustitia rependerit. Propterea & noctis meminit, in qua id fecerat. Tropicè verò etiam calamitates, propter caliginem, noctes vocat.

*Ignem examinasti.* ) Etenim instar auri probasti me, ac purum, ô Domine, inuenisti. Siquidem vsque aded absum ab eo, vt hostem meum perdidderim, vt etiam linguam meam à conuitiando ipsum liberam seruauerim.

*Propter verba laborum tuorum.* ) Molestum autem hoc & onerosum, propter obedientiam præceptorum meorum feci.

*Perfice gressus meos.* ) Supplico itaque, ne sinas mihi præfixũ scopum inuerti. Fiet autem hoc, si ope tua potiar. Vocat autem gressus, actionum conatus & promotionem.

*Ego clamavi.* ) Non sum autem his verbis temerè vsus, sed habita philanthropiæ tuæ experientia. Nam sæpenumero orantem me audisti, ac deprecationem meam exaudisti.

*Mirifica misericordias tuas.* ) Qui namque misericordia tua eum qui iniuria affectus est, potitum vident, prouidentiam tuam celebrant. Soles autem in te sperantibus auxilio tuo succurrere.

*A resistentibus dextera tua.* ) Resistentes dextere Dei eos vocat, à quibus impugnabatur, & admodum meritò. Erat enim dextera Dei inunctus, atque regiam ab illo electionem assequutus.

*Sub umbra alarum tuarum.* ) Alio rursus simili vsus orat, vt prouidentia Dei potiar. Alas autem, velocem & compendiosam diuinæ prouidentie securitatem nominat.

*Adipem suum concluserunt.* ) Adipem nonnulli prosperitatem, & honorum corporis valetudinem exponunt: mihi verò videtur beneuolentia & fraterna dilectio ad hunc modum vocari. Vniuersa namque naturali commiseratione oclusa, nec vllò philanthropiæ cogitationibus loco concesso: loquuntur, inquit, sublimia & superba, meque insidij circulant.

*Projicientes me.* ) Ipsi me, inquit, è patria terra expulerunt, & insuper incurfiones comprehendere me cupientes faciunt: quoniam quod rectum est, adipicere nolunt, sed oculum mentis aliò auersum tenent.

*Susciperunt sicut leo.* ) Abiecto quod in humana natura rationale est, feram imitantur cibi appetentem, & hunc conspectum euestigò inuadentem.

*Surge Domine.*) Impetum quidem illorum Domine, quibus nostri remoris cohibe, me verò ex insidijs eorum romphæa tua contra eos vsus libera. Tu namque sententia tua homines morti destinās. Siquidem dixisti, Terra es: & in terram reuertēris.

*Domine à paucis.*) Verò tamen licet facile tibi sit in mortem abijcere, obsecro tamen, vt viuos eos dispergas, malamque ipsorum concordiam dissoluas, vt suppliciorum quæ tu inferas participes reddantur.

*Saturati sunt filijs.* Noui, inquit, quòd iustum supplicium non solum de ipsiis, sed & de filiis eorum, si paternam imitentur maliciam, sumpturus sis. Illud verò, Saturabuntur, positum est pro, Ad saturitatem vsque malorum participes erunt.

*Ego autem in iustitia.*) Illi quidem tales pœnas dabunt, ego verò in bonis iustæ tuæ prouidentiae deliciabor, maximam beneficentiæ tuæ experientiam nactus.

#### ARGUMENTVM PSAL. XVII.

*Dignum est, vt hoc psalmo Propheta admiremur philosophiam. Licet enim tantas esset à Saule perpeffus insidias, non tamen illum inimicis coniunxit: sed separatis hostibus mentionem illius, non vt inimici fecit. Adijcitur autem & illud. In finem, propterea quòd prophetiam quoque de vocatione Gentium, & alienatione Iudeorum quæ longo post sunt tempore adimpleta, complectitur hic psalmus.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**D***iligam te Domine.*) Dicit hoc propheta, non quasi qui nondum illud perfecit, sed vt qui dilectionis huius satietatem capere nequeat. Deinde beneficia Dei diuina facit appellationes, & catalogum bonorum illius, conuertit in catalogum nominum: & Deum vocat fortitudinem suam, vt qui hanc ab illo adeptus erat: firmamentum suum, vt qui firmus erat contra hostes factus: refugium, quòd hunc vice muri haberet: liberatorem, quòd per ipsum esset ab inimicis liberatus: adiutorem, quòd ab eo fortitus esset auxilium: defensorem, quòd in tempore factus esset ipsius propugnator: cornu salutis, & susceptorem, quòd per illius prouidentiam seruatus esset. Cornu verò salutis per metaphoram animantium posuit, quæ se cornibus de inimicis vlciscuntur.

*Laudans inuocabo Dominum.*) Docemur hoc loco gratias quidem agere pro impensis beneficijs, verum simul omnia quæ necessaria sunt petere. Hoc enim si fecero, victor ero inimicorum.

*Circudederunt me dolores mortis.*) Dolores mortis & inferni, mortifera pericula vocat. Quemadmodum enim partum dolores quam coniunctissimè, ita & pericula mortem præcedunt.

*Torrentes iniquitatis.*) *Et torrentes iniquitatis.*) Torrentes iniquitatis, iniustos & frequentes inimicorum impetus dicit: & laqueos mortis, insidias vocat. Quod enim brutis est laqueus, hoc sunt illis qui impugnantur insidia.

*In tribulatione mea.*) Licet tantis sim calamitatibus obualatus, vniuerso tamen humano subsidio contempto diuinum auxilium implorauim. Confestim enim supplicationes meas suscepit. Templum verò non manufactum dicit, cœlum videlicet. Salomonis enim templum nondum extructum erat.

*Et commota est, & contremuit terra.*) Hæc omnia non ita posuit, quasi omnino ad hunc sint gesta modum: sed quòd hoc modo fide sint intellecta. Fecit autem sæpenumero talia Deus, non solum vt puniret, sed vt perterrefaceret mortales, tonitru in tonans, & terramotibus ac igni obstupesciens. Quapropter & propheta hic imminens hostibus supplicium his verbis comminatus est.

*Et inclinavit cœlos, & descendit.*) Neque ascensum diuinæ naturæ nouimus, neque descensum. Est enim numen vbi que in circumscriptionem. Illud itaque, Inclinauit cœlos, & descendit: ita dictum intelligimus, quòd manifestationem suam Deus ostenderit. Caliginem verò sub pedibus eius, ad significandam inuisibilem illius præsentiam: ascensum autem super Cherubin, & volatum super alis ventorum, manifestationis velocitatem dicit.

*Et posuit tenebras latibulum suum.*) De eo loquitur, quod natura Dei inuisibilis est. Illud verò, In circuitu eius tabernaculum eius, diuinam lucem quæ coram ipso est, notat. Quemadmodum enim nubium densitate caliginosus redditur aër, & fulguris emittitur splendor, ita Deus omnium inuisibilis existens spitalis lucis radios emittit, & vltorio igne eos qui in malicia conuersantur punit. Hoc enim inuit, cum subijcit:

*Grando & carbones ignis.*) Hæc & nostro seculo facta sunt. In prælijs enim nuper gestis septentrionales barbaros, qui nos adobruebant, grandine & igni consumpsit. Et Persas, qui se vrbes nostras capere sperabant, his remoris impediuit: & alios morti dedit, alios verò nuncios eorum quæ acciderunt, remisit.

*Et apparuerunt fontes aquarum.*) Et hoc nostris temporibus in multis est regionibus factum. Terra siquidem mota sciffa est, & profunditas immensa in excelsis montibus apparuit, & aqua in locis aridis reddita est. Facit autem ista Deus, vt vlticem suam potentiam declaret & ostendat, quòd possit quidem profus perdere, per philanthropian verò differat. Vt doceat quid aquas tropicè vocet, subiungit:

*Misit de summo, & accepit me.*) Perspicue, inquit, inimicis ostendit, quam mei curam gerat. Nam hoc est, quod dicit: Misit de excelsis, & corripuit me, hoc est, Persuasit omnibus, quòd cœlitus auxilium mihi suppeditauerit. Hac verò me prouidentia propterea dignatus est, quòd hostem me fortio rem esse videret.

*Eripuit me de inimicis meis.*) Videtur mihi hoc loco Abalomini significare rebellionem, quæ post commissum peccatum facta est. Ad afflictionem enim infirmitatem animæ dicit, propter quam commissum est peccatum.

*Et factus est Dominus protector meus.*) Impulsus & deiectus, inquit, erexit Dominus, & angustiam in latitudinem commutauit: proque morte quam expectabam, vitam largitus est.

*Saluum me fecit, quoniam voluit me.*) Spero autem quòd & porro de futuris temporibus auxilio suo dignaturus sit, vnde & victor ero inimicorum, etiam si quam maximam habeant potentiam.

*Et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.*) Haud iniuria curam mei gerit. Nouit enim animi mei scopum, nec ignorat quo studio in hoc incumbam, vt omnia ipsius mandata custodiam. Non hoc agit, vt virtutes suas manifestet: sed vt nobis ostendat, quo pacto fieri possit, vt ope diuina potiamur.

*Quoniam omnia iudicia eius.*) Et quomodo potest hoc præstari? respondet: Quia desisti ab illis, quæ malè commisi, inculpatus in posterum ero.

*Et obseruabo me ab iniquitate mea.*) Tunc inquit, quando profus inculpatus ero, perfectis bonis potiar. Omnia namque obseruat Deus, potissimum ea quæ bene fiunt. Et hæc vocauit manuum puritates.

*Cum sancto sanctus eris.*) Hoc est: Iuxta qualitatem humanæ mentis conformas & retributiones, ô Domine. Sanctis enim ea præstas, quæ digna sunt sanctitate: & ijs qui nihil peccarunt, quæ illis sunt conuenientia, perfectis perfecta: ijs verò, qui confestim peruertuntur, vicissim subornas, vt viæ quam ambulant, finem inueniant. Eos qui animo vsi sunt sancto, & afflictionibus sunt humiliati, salute dignaris: eos vero, qui supercilij sunt elatis, ad terram prosternis.

*Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine.*) Quoniam tribulationes caliginem vocauit, rectè liberationem ab illis lucem nominat. Quoniam inquit, lucerna veræ lucis capax (loquitur autem de forma ferui) mea est, & ex lumbis meis formabitur.

*Quoniam in te eripiar.*) Vniuersas, inquit, insidias & cunctam fraudem per manum tuam effugiam.

*Et in Deo meo transgrediar murum.*) Iustè gubernas vniuersa. Et ob eam causam confidenter ago.

*Eloquia Domini igne examinata.*) Hoc autem, inquit, ex veracibus tuis eloquijs cognoui. Probata namque & à mendacio libera, igne examinata vocat.

*Protector est omnium sperantium in se.* Non ego solus, sed & omnes in illum sperantes eodem poterunt auxilio.

*Quoniam*

In verbis  
David est,  
ἐχρησά-  
θη. Cap:  
in Scholijs  
verò χρο-  
τα. In Cor-  
τα.



*Quoniam quis Deus.*) Nec enim Deus est præter Deum nostrum, ne hic illum alius alium inuocet.

*Deus qui præcinxit me virtute.*) Virtute eius confirmatus restam & ego semitam ingredi satago.

*Qui perficit pedes meos.* Quemadmodum cervis hoc dedit, vt natura venenatas bestias conculcent: ita & me victorem inimicorum & superiorem reddidit.

*Qui docuit manus meas ad prælium.*) Dum enim illas ad præcandum in tentationibus extendo, inimicos vinco.

*Et posuisti vt arcum.*) Per arcum æneum & infractum, brachia mea ad iaculandum contra inimicos instruxit.

*Et disciplina tua.*) Et erudisti eos qui peccarunt, & prolapsos erexisti, quantumque malum sit peccatum docuisti, ac salute dignatus es.

*Dilatasti gressus meos.*) In angustia tribulationis, inquit, latitudinem consolationis dedisti, à qua manu ductus ad præsens vsque tempus perseueravi.

*Persequar inimicos meos.*) Vtique ad eò prouidentia tua corroboratus sum, vt sperem me victurum inimicos: nec desitutum, donec illos in posterum subditos reddam. Hoc enim significans dixit: Cadent subtus pedes meos.

*Et præcinxisti me virtute.*) Mihi, inquit, virtutem ac robur dedisti, impetum verò inimicorum cohibuisti: id quod videre est in Goliath ac Saule factum. Illud enim agendi tempus inutilibus confumentem verbis funda prostravit, hunc verò somno detentum facile impediuit & effugit.

*Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.*) Pro eo quod est, In fugam eos vertisti: Est enim hoc proprium fugientium, vt terga obuertant.

*Et odientes me.*) Saulem videlicet, & Achitophalem, & Absalomum, & innumeros alios.

*Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret.*) Neque enim Philistæi Deos suos in auxilium vocantes adiuti sunt, neque Saül, Absalom & Semei, cū alijs Deum habuerunt auxiliatorem.

*Et comminuam eos vt puluerem.*) Inanes & obscuri prorsus cooperante mihi gratia tua reddentur.

*Eripe me de contradictionibus populi.*) Vaticinatur hic de Iudeorum contra Seruatorem infania, & Gentium salute. Orat ne vllum habeat cum illorum contradictione consortium.

*Constitues me in caput Gentium.*) Haud nouimus Dauidem regem fuisse Gentium. Per eum ergo impleta est hæc propheta, qui ex ipso secundum carnem est natus.

*Populus quem non cognoui seruiuit mihi.*) Prædicat ista ex persona Christi. Dicit autem, Qui neque prophetam vllum neque legislatorem vnquam acceperunt, admodum facile, cum vocarentur, obediunt, dominatumque meum dilexerunt.

*Filij alieni mentiri sunt mihi.*) Qui filij nuncupati, & in filiorum album conscripti erant, alienos se ipsi reddiderunt, ingrati diuinæ beneficentiæ facti circaque fidem, pia fide deserta, claudicantes.

*Viuit Dominus.*) Post factam Iudaicæ contradictionis mentionem, & passionem, deinde & post passionem, resurrectionem significat. Et quoniam Iudæi crucifixum mortuum vocant, reclamation illis dicens: Viuit Dominus, & benedictus Deus.

*Deus qui das vindictas mihi.*) Qui ista es operatus, inquit, paulo post me ab illis eripies, qui me iniuste impugnant: & populum quem mihi subdidisti, tractabilem & morigerum reddidisti.

*Propterea constitebor tibi in nationibus Domine.*) Per eos namque qui adhuc modico tempore Gentes vocabuntur, in vniuersis te totius orbis Ecclesijs laudabo.

*Magnificans salutes regis.*) Tu me in regem vnixisti: & non seruas tantum, sed & circumspæctum reddis. Hac verò prouidentia non modò me & pueros meos dignatus es, sed & in seculum vsque semini meo celebritatem hanc custodis. Quod si hunc locum Iudaicæ more intelligas, prophetiam mendacij argues. Siquidem ad captiuitatem tantum genus Dauidis peruenit. Quapropter relinquitur, semen Dauidis Christum ex eo natum esse intelligendum.

ARGUMENTVM PSAL. XVIII.

Triâ legum genera nouit D. Apostolus. Vnum, sine literis: alterum, in literis: tertium, in gratia. Diuino huic Apostolo B. quoque Dauid consentiens trinam hanc legem in hoc psalmo manifestat, hominesq;

A *instruit vt rebus ex ordine vtantur. Ad finem autem vos mittit, nouum Testamentum quod in fine futurum erat predicans.*

Scholia in eundem Psalmum.

**C**Æli enarrant gloriam Dei.) Sola, inquit, cælorum venustas & amplitudo, quæ in conspicuo est, ad prædicandum opificis opificium sufficit: cæli verò ac firmamenti meminit, magni Mosis doctrinam sequutus.

*Dies diei eructat verbum.*) Siquidem ipsa quoque ordinata noctis ac diei successio positos ab opifice terminos ostendit. Illud verò, Eructat verbum, & quæ alia sunt huiusmodi, non docent animata esse quæ videntur: sed prosopopeiam

B *habent, quæ à visibilibus ad inuisibilem opificem ducat, illorumque hymnodiam proferat.*

*Non sunt loquela neque sermones.*) Neque sermonem, inquit, emittunt, neque verbum aliquod proferunt: sed sola ordinis sui ostensione, & terram vniuersam & mare ad laudandum Deum vocat.

*In Sole posuit tabernaculum suum.*) Hoc est, in cælis. Sic enim magnus ille Moses docuit. Et hoc ipsum diuinus quoque Dauid dixit, nempe, quòd Soli tabernaculum posuerit in cælis, vt in illis circumlatus vniuersam hanc terram conseruet, cunctisque animantibus de calore suo impertiat.

C *Nec est qui se abscondat à calore eius.*) Caloris hic pro luce meminit, ostendens illius operationem maiorem esse, quàm sit lucis opere manuum factæ: propterea quòd etiam hi qui procul sunt distiti, calore illius potiri possunt. Lux enim manibus facta, non potest nisi vicinis contingere: Sol verò è longinquo calorem suum vnà cum luce emissis radijs tradit.

*Lex Domini immaculata conuertens animas.*) Lex Dei ab omni macula libera mortalium animas conuertit. Legem verò, & iudicia, & iustificationes Moisaicam legem vocat. Vocatur autem illa lex, propterea quòd optimam politiam instituit: testimonium verò ob id, quòd peccatores contestatur, & transgressionis supplicium ostendit.

D *Iustitiæ Domini rectæ, latificantes corda.*) Sic lex vocatur tanquam docens quod iustum, & vetans quod iniustum est: eosque qui rectè agunt iustos esse pronuncians. Præceptum verò vocatur, tanquam quid agendum sit præcipiens, & cum autoritate mandans: iudicia, propterea quòd sententias Dei manifestat, & quibus potiturus sit bonis, qui legem custodit quibusque tradendus supplicij, qui hanc transgreditur, docet. Cor autem exhilarant ista iustificationes, eo quòd causam iustitiæ submonstrant. Præceptum mentis aciem illuminat, cum docet, quomodo Deus omnium colatur. Pietas sanè & timor Dei obseruantiam horum constituunt, & bonorum cælestium acquisitionem conciliant. Iudicia Dei vera, iustificata nominauit, tanquam honores ac supplicia legitime mortalibus inferentia. Hæc

E *& auro ac lapide precioso potiora, & melle dulciora esse dicit: verum non omnibus hominibus, sed veris, quorum vita non est bestijs irrationalibus conformis.*

*Etenim seruus tuus custodit ea.*) Quo lucro id faciat, manifestius docet.

*In custodiendis illis retributio multa.*) Proposita est, inquit, retributio maxima, ista custodire volentibus: verum dum multo studio præcepta Dei custodire volo, naturali imbecillitate retrahor: & tamen operum testimonium effugiã, omnis tamen me generis sordibus cogitationes implent. Quapropter tibi supplico, & ad te purgare valentem clamo.

*Ab occultis meis munda me.*) Non solum me cogitationes circumdant, sed & dæmonum me caterua obsidet. Rectè autem alienos illos nominauit, tanquam inimicos & hostes, & omnino familiaritatem nostram auersantes.

*Si mei non fuerunt dominati.*) Potiar autem auxilio tuo, vt illorum effugiam insidias, & animam ab omni culpa liberam constituam, acceptaque abs te erratorum condonatione, sempiternam tibi offeram hymnodiam.

*Domine adiutor meus, & redemptor meus.*) Extremam psalmi partem prioribus adaptat. Dominum enim vocat, tanquam factorem & opificem: redemptorem verò, tanquam per regenerationem baptismatis, & à priore perditione liberantem, & in corruptionem atque immortalitatem largientem.

## ARGUMENTVM PSAL. XIX.

Cum Sennacherib contra Iudæam amandasset exercitum, & literas misisset Ezechie impietatis plenas, assumpto in patrocinium Esaiæ, ad D. templum cucurrit, & inimicorum epistolam Deo exhibuit, orans, vt virtutem suam contra Assyrios declararet. Iste longo antè tempore David prophetica visione praxidit, ac populum pro rege orantem descripsit.

## Scholia in eundem Psalmum.

**Q**uoniam rex Ezechias in templum, blasphemam Assyrij regis epistolam in manu tenens, cucurrerat, orat populus vt supplicatio illius suscipiatur, & auxilio ex eo potiar. Sanctum enim hic templum vocat.

*Memor sit omnis sacrificij tui.*) Quoniam pacis quoque tempore diuini cultus curam gesserat, meritò ista de illo memorant: Deum orantes, vt ad regis pietatem respiciat, pacisq; securitatem tribuat, vt pluribus ipsum sacrificijs in posterum placare possit.

*Tribuat tibi secundum cor tuum.*) Iustum, inquit, iudicem precamur, vt vicariam retributionem animi tui candori largiatur.

*Letabimur in saluari tuo.*) Dum enim petitiones tuæ suscipiuntur, erimus & nos lætitiæ huius confortes, illustres videlicet diuina virtute facti.

*Nunc cognoui, quod saluum fecit Dominus Christum suum.*) Reipia didicimus, inquit, quòd Deo confisus rex noster salute fit potiturus, & cum in templo hoc inferiore supplicationes offerat, auxilium è supernis accepturus.

*In potentibus salus dextera eius.*) Virtutes subministrat ad seaccidentibus. Dexteram autem hic rursus diuinam operationem vocat.

*Hi in curribus.*) Illi equis & curribus confisi nihil profusus effecerunt, sed inuisibiliter irretiti ceciderunt: nos verò diuino inuocato auxilio virtutem salutis perspicuè adepti, illisque tanquam hostibus prostratis inimici declarati sumus.

*Domine saluum fac regem.*) Tali itaque auxilio potiti precamur Domine, vt forte hac sine intermissione, & nos & rex noster fruamur.

## ARGUMENTVM PSAL. XX.

Post splendidam illam & illustrem victoriam, ac inuisibilem Assyriorum perditionem B. Ezechias egrotauit: & postquam per prophetam Esaiam, quod moriendum sibi esset, didicisset, seruientibusq; lacrymis, vt à morbo liberaretur Deo supplicasset, quindecim annorum adiectionem accepit. Iterum itaque David, tanquam in persona populi, hunc quoque Psalmum, de regis huius salute conscripsit.

## Scholia in eundem Psalmum.

**D**omine in virtute tua letabitur rex.) Cum potens, inquit, sis & philanthropos, orationem regis placidè suscepisti, & quæcunq; petijt, dedisti, imò maiora etiam quam petijt, es largitus.

*Quoniam prauenisti eum.*) Regnum enim illi non rogatus propria liberalitate tribuisti, ac caput illius regio diademate ornasti.

*Vitam petijt à te.*) Accepit, inquit, quod petijt, ac vita potius est quam desiderauit. Quod enim dicit, In seculum seculi: futuram quoque vitam, quæ sanctus est parata, significat.

*Magna est gloria eius.*) Non enim salutem duntaxat illi largitus es, sed & illustrem eum & sublimem reddidisti, per id quod inimicos inopine neci dedisti, & solem contra consuetam viam recurrere fecisti: quod vsque aded vbiq; innotuit, vt Babyloniorum rex dona miserit illis, qui iam olim Assyrijs donaria mittebant.

*Quoniam dabis eum in benedictionem.*) In omnibus, inquit, generationibus celebris erit, lætitiámque & animi delectationem coram vultu tuo habebit: hoc est, beneuolentia tua fruatur.

*Latificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*) Victor est hostium,

**A**ua potitus gratia. Potitur autem illa nulli mortalium confisus: sed spe, quum in te habet munitus.

*Quoniam rex sperat in Domino.*) Non enim frustra rex spe in te collocata, confisus est: sed dexteram tuam omnium inimicorum victicem esse sciens, & velocissimos hostes comprehendere, & potentissimos pessundare poterit.

*Pones eos sicut clibanum ignis.*) Facile tibi incendere eos instar clibani & consumere, idque non eos modò, sed & posteritatem eorum. Nam hanc fructum appellauit. Illud verò. In tempore vultus tui: idem est, quod in tempore iræ tuæ, quando tibi probabitur, vt hoc fiat, & opportunum esse supplicij tempus iudicaueris.

*Quoniam declinauerunt in te mala.*) Quoniam, inquit, linguas suas contra te mouerunt, & blasphemis verbis vsi sunt.

*Cogitauerunt consilia.*) Prædicit hoc pacto blasphemias illas Assyriorum voces: Ne seducat te Deus tuus, quo confisus es, quòd sit Ierusalem è manu mea erepturus. Aliàs: Cogitauerunt consilia, id est, sperauerunt futurum, vt quemadmodum idola, ita & verum Deum vincerent.

*Quoniam pones eos dorsum.*) Eos namque qui angeli plagam fugerant, in fugam conuertisti, & terga obuertere coegisti.

*In reliquis tuis præparabis vultum eorum.*) Hoc quidam per hyperbaton dicunt esse positum, pro eo quòd est: De illis qui residui erunt, supplicium sumes. Est autem sensus idem, etiam iuxta priorem expositionem.

**C***Exaltare Domine in virtute tua.*) Non ita exaltatur Deus, vt qui humilis sit, neque quod non habeat accipit: sed quod habet, manifestum facit. Rectè itaque dixit, Exaltare Domine. Declaratur enim sublimitas tua per ineffabilem tuam potentiam. Nos autem cantando & celebrando mirabilia tua perseuerabimus.

## ARGUMENTVM PSAL. XXI.

De Passione Domini Christi vaticinatur hic Psalmus, deque resurrectione illius, & Gentium vocatione, ac salute orbis prædicit. Manifestat hoc ipsa quoque inscriptio. Defensio siquidè matutina, Seruatoris nostri est apparitio, que instar matutinae lucis in caligine sedentibus illuxit.

## Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus Dens meus respice in me.) Cum ligno crucis affixus esset Dominus, hac vsus est voce, dialecto Hebræa. Dicit autem ista Dominus Christus tanquam primitiæ humanæ naturæ pro tota natura, quemadmodum & in sublequentibus verbis facit.

*Longè à salute mea verba delictorum meorum.*) Ne respicias, inquit, in delicta humanæ naturæ, sed largire salutem passionum mearum gratia.

**E***Deus meus clamabo per diem.*) Noctes, inquit, ac dies clamantem, nec silere potentem, non audisti, sed passioni tradidisti. Veruntamen noui dispensationis huius mysterium. Hoc enim innuit cum dicit, Et non ad insipientiam mihi.

*Tu autem in sancto habitas.*) Quoniam te, inquit, in sancto hoc corpore habitante, passio hæc perficitur. Laudem verò Israël is seipsum nominat, tanquam à cultoribus suis laudatum ac celebratum.

*In te sperauerunt patres nostri.* Et, hoc, inquit, perspicuè cognoui, quòd patres nostri ope tua confisi, spe sua non sunt falsi: sed te in auxilium vocato, prouidentia tua potiti.

*Ego autem sum vermis, & non homo.*) Ego, inquit, instar vermibus vilis vilis & ridiculus factus sum. Vilitatem hic per vermem significat.

**F***Loquuti sunt labijs.*) Impleta sunt hæc in passione. Multi enim, inquit, moris capitiBUS dicebant: Alios seruauit, seipsum seruare nequit. Præterea & illud: Sperauit in Dominum, eripiat eum, in sacris Euangelij inuenitur. Et illud: Si filius Dei es, serua te ipsum.

*Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre.*) Hoc & B. Esaias vaticinatus est, dicens, Quoniam virgo in vtero concipiet. Et Bitaque David tanquam in persona Christi dixit, Quoniam tu me finxisti in vtero, & illinc iterum eduxisti: Deinde cum essem ad vbera matris, spes mea à prouidentia tua pendit.

Ne discesseris à me.) Siquidem discipulorum chorus illum deferuerat. Deinde & species passionis suæ prædicit: Circumdedero me, inquit, vituli multi, &c.

**Tauri.** *Tauri pingues.)* Tauros vocat sacerdotes & scribas, quibus concreditus erat principatus in populum, qui multa facerant vti contumacia: vitulos verò subiectos illis vocat. Nominat autem eos pingues, tanquam in bonis à se suppeditatis delicias, taurorumque ac leonum vesaniam & ferociam imitantes.

**ossa.** *Sicut aqua effusus sum.)* Ossa sacros vocat Apostolos, quoniam & Ecclesiam corpus suum vocat. Sunt autem ossa, robor corporis. Ab illis enim raritas & mollicies illius tollitur. Sunt autem omnes Apostoli sicut aqua, tempore passionis dispersi.

*Factum est cor meum tanquam cera.)* Et ista circa passionis tempus facta sunt. Nam cor quidē illius metu sicut cera calore ignis dissolutum est, & virtus priorem efficaciam haud ostendit. Præterea & lingua immota mansit: docentque nos S. Euangelistæ, quòd sæpenumero interrogatus nihil responderit. Traditus autem est & sepulchro, quod puluèrem mortis nominat.

**Canes qui.** *Quonia circumdedero me canes multi.)* Post Iudæos etiã Gētilium militum meminit. Nam illis eum Iudæi tradiderant. Rectè autem tauros Iudæos, istos verò canes nominat. Illi enim sub iugo legis erant, licet manifestè legem transgredierentur: isti verò secundum legem erant immundi.

*Foderit manus meas.)* Et hoc clarum est & manifestū, etiam contentiosis, quod impletum sit in passione Christi.

*Diminuerunt omnia ossa mea.)* Vique aded, inquit, extenderunt me flagellatores, vt facillimum fuerit, si cui libuisset, etiam ossium meorum nosse numerum.

*Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me.)* Illudentes videlicet, irridentes & conuiciantes.

*Diuiserunt sibi vestimenta mea.)* Et hoc S. Euangeliorum historia dilucidè docet.

*Tu autem Domine.)* Quoniam, inquit, nullum mihi adest humanum auxilium, potiar ope tua, & eripiar tam ab istis quàm ab eo qui opera illorum vitur, & in me canis ac leonis instar irruit. Leonem namque & canem diabolium vocat, qui ipsam passionis tempore ad morem feræ, mortem inferendo inuasit.

*Narrabo nomen tuum fratribus meis.)* Humano more ista proloquutus est, ac fratres, in se credentes vocauit. Nam illi fratres eius sunt, secundum humanitatem. Vt Dens enim, herus ac Dominus noster est.

*In medio Ecclesie.)* Quoniam ex Gentibus pariter & Iudæis congregata est Ecclesia, tam illos quàm istos ad laudandum Deum excitat: Iudæos à maioribus ipsorum Iacob & Israel, Gentes verò à virtute nominans, propterea quòd virtus vel sola ad ornandum satis est.

*Qui timetis Dominum, laudate eum.)* Laudate inquit, eum qui vobis salutis huius author est factus, nec vilissimam vestram naturam aspernari sustinuit sed exaudiuit, & per resurrectionem meam salutem vobis diligenter conciliauit.

*Apud te laus mea.)* Quemadmodum, inquit, ego te manifestavi mortalibus, ita tu vicissim omnes homines instruis: quòd idem mihi tecum competat honor, cum dicis, Hic est filius meus dilectus.

*Vota mea reddam.)* *εὐχαρί*: hic non intelligit preces, sed promissiones, vt re ipsa vniuersi verborum ipsius veritatem cognoscant.

*Edent pauperes.)* Non omnes. Neque enim omnes obedierunt Euangelio, sed qui diuino accensi sunt desiderio. Hic verò esurientes, immortalis cibo saturabuntur. Pauperes autem eosdem vocat, vt qui olim diuitijs pietatis destituti ignorantie paupertati seruiert.

*Viuent corda eorum.)* Quoniam corruptibili adhuc circumdati corpore, spe resurrectionis refocillati æternam vitam expectant.

*Reminiscetur & conuertentur ad Dominum.)* Rectè illud, Reminiscetur, posuit: quoniam cum vt essent, ab opifice Deo acceperint, opificis sui obliui fuerant. Non autem vna & altera gens, sed ex vniuersis totius orbis finibus ad splendorem diuinæ cognitionis accurrunt.

*Quoniam Domini est regnum.)* Vt doceat regnum non alie-

no, sed proprio iure Deo competere, rectè posuit hanc particulam: Quoniam Domini est regnum. Non enim Iudæorum tantum Deus est, sicut illi putant: sed simul vniuersæ humanæ naturæ conditor.

*Manducauerunt & adorauerunt.)* Qui namque comederunt ac saturati sunt, gratias de immortalis cibo agentes eum qui hunc suppeditauit tanquam Deum adorant. Pingues verò vocat ope diuina nutritos.

*Et anima mea.)* Semen Domini Christi sunt, qui per lacrum regenerationis sunt renati. Quapropter animam suam illi viuere, non alijs seruire dixit. Natura siquidem suscepta, diuinitati quæ hanc suscepit, est vnita, eiusdemque gloria, & honoris particeps ac confors facta.

*Annuntiabitur Domino generatio ventura.)* Non de ea, inquit, generatione loquor, in qua ego David ista prædico: sed de futura, & de venturo populo, quem sibi ipse omnium Dominus acquirere ac possidebit.

Scholia in Psalm. XXII.

**D**ominus regit me.) Postquam præcedenti psalmo dixit, Edent pauperes: Et, Manducauerunt & saturati sunt, & adorauerunt omnes pingues: iam consequenter hoc psalmo cibi huius largitorem ostendit, quem & pastorem vocat.

**C** *In loco pascuæ ibi.)* Quoniam Deum tropicè pastorem appellauit, rectè ouium quoque pabulum tropicè commemorat. Pascuæ verò locum hic sacram diuinorum oraculorum doctrinã vocat. Primùm enim doctrinæ sermonibus nutrit, deinde commodam alimoniam magis mysticam profert.

*Super aquam refectiois.)* Regenerationis aqua significatur, qua baptizatus, qui ad gratiam admittitur, & peccati vetustatem exuit: & pro eo qui seruierat, iuuenis redditur.

*Animam meam conuertit.)* Hæc mihi, inquit, largitus est. Primùm me ab errore liberauit, deinde ad hoc instruxit, vt recta via ingrediar.

*Propter nomen suum.)* Hæc autem omnia, inquit, munificentie ipsius dona sunt. Non enim illis propter nostram potiti sumus virtutem.

**D** *Non timebo mala.)* Cum enim tantum habeam adiutorem & propugnatorem, ne ipsas quidem inferorum portas timebo, sed quamuis mortem contemnam.

*Virgata & baculus tuus.)* Nam illa imbecillitatem meam suffulcit, hoc verò in rectam viam ducit. Non autem admodum errauerit, si quis salutarem crucem ita nominauerit. Huius enim signaculo & commemoratione ab hostibus liberati ad rectam semitam ducimur.

*Parasti in conspectu meo mensam.)* Clara sunt hæc, nec vllam expositionem desiderant. Notum enim est, quòd sit spiritale oleum, quo capita fidelium sunt impinguita: & quæ ebrietas illa sit, mentem confirmans, non dissoluens: quæ que mystica alimonia, quam pastor nobis proponit. His, inquit, bonis nacti sumus, vt inimici nostri facti sunt elanguidi, quoniam qui olim seruierat, tantam adepti sunt mutationem, vt illi nihil inde vilitatis reportent.

**E** *Et misericordia tua subsequetur me.)* Hæc, inquit, mihi bona benignitas tua conciliauit, quæ nos velut fugitiuos quosdam persequitur & apprehendit, saluteque donat & largitur, vt in diuinis habitaculis, tam in præsentis quàm in futura vita conuersemur. Hoc enim significauit dicens, In longitudinem dierum, hoc est, semper & continuè.

ARGUMENTVM PSAL. XXIII.

**F** *In nonnullis quidem exemplaribus hanc inscriptionem, prima Satorum, reperi: in exemplo verò non additur. Verum amen vt & hoc exponamus, sciendum est, quòd Dominicam resurrectionem prænotat, postquam vniuersa terra diuinis cognitionis radios est adeptã: ita & ipse psalmus hoc vaticinatur, & præterea ascensum quoque Domini in celos prædicit.*

Scholia in eundem Psalmum.

**D**omini est terra.) Quoniam Iudæi illum soli Palestina dominari, ipsorumque duntaxat, Deum solis ipsis providere opinabantur: rectè propheticus hic sermo tradit, quòd non alicui tantum parti, sed toti orbi dominetur, atque ita, vt non qui rapuerit eam potestatem, sed qui ipse terram condiderit.

*Ipsē super maria fundauit eum.*) Per hæc non solum opificium orbis, sed & diuinam prouidentiam declarat. Cum enim terra natura esset arida, conuenientem illi humiditatem dedit.

*Mour.*

*Quis ascendit in montem Domini.*) Montem hic non terrenum, sed caelestem dicit. Postquam enim docuit, quod Deus conditor sit, & opifex omnium, rectè iam viam, quæ ad ipsum ducit ostendit, quæstionemque ita mouet, vt ad hanc ipse respondeat.

*Innocens manibus.*) Conuenit, inquit, vt qui in hunc montem ascendere cupit, animam habeat repurgatam à cogitationibus absurdis, & manus ab eiusmodi actibus liberat. Per manus namque actus, per cor verò cogitationes significat. Per hoc enim consultamus ac volumus, per illas operamur. Debet itaque talis nihil rerum fluxarum & pereuntium concupiscere. Has enim intellexit, cum dixit: *Qui non accepit in vano animam suam.* Quoniam verò iuramentorum transgressio cupidini pecuniarum est annexa, rectè & hanc prohibuit.

*Per manus quid intellegendum.*

*Hic accipiet benedictionem à Domino.*) Iam deinceps rectè factorum fructum ostendit. Admodum autè competenter benedictionem misericordiarum coniunxit. Retributiones enim, quæ putantur, propter solam Dei benignitatem hominibus præstantur. Vniuersæ siquidem mortalium iustitiæ ne præstita quidem ab ipso dona adæquant, nedum futura, quæ & humanam cogitationem transcendunt.

*Hæc est generatio quærentium Dominum.*) Qui ad normam igitur horum præceptorum viuere volunt, hi certè virtutis huius legislatores videre cupiunt. Itaque in vndecimo quidem Psalmo de alia generatione quæ in malicia viuunt, dicit, Tu Domine custodies nos à generatione hac: hic verò, Hæc est generatio quærentium Dominum. Etenim post incarnationem Christi vniuersa terra diuina prædicatione persuasa patrios deos dereliquit, & Deum Iacob quæsiuit.

*Attollite principes portas vestras.*) Nemo miretur, cum spirituum inuilibilium ignorantiam audit. Neque enim omnia præsciunt neque sciunt. Nam hanc sola diuina natura scientiam habet: reliquæ verò angelorum virtutes tantum sciunt, quantum docentur. Vnde absurdum non est, si supernæ virtutes ignorantia sint, humanam naturam videntes, & latentem in illa diuinitatem non videntes. Vocant autem ipsum Dominum fortem ac potentem in prælio. Acerbam siquidem diaboli tyrannidem destruxit. Hortantur verò, vt sempiternæ portæ aperiantur, vt quæ nunquam antea apertæ sint humanæ naturæ, nisi carni ex nobis acceptæ ac deificatæ. Itaque priore interrogatione ac responsione facta iterum caelestes virtutes illæ respondent: istæ interrogant ac discunt, quod Dominus virtutum ipse sit rex gloriæ.

#### ARGUMENTVM PSAL. XXIV.

*Arbitror hunc Psalmum à B. Dauide tunc temporis esse compositum, cum plurimos sustineret hostium insultus. Et ob eam causam tam veterum quam recentiorum delictorum meminit, & ab illis liberari orat. Introdicit autem & parænesim moralibus vtilem.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**A**d te Domine leuauit animam meam.) Innumeris vndique malis circumdatus, tibi Domine offero animam meam, & spe à te pendeo, ne perpetuo in dedecore agam, neve hostibus risui sim suppliciter oro.

*Etenim vniuersi qui sustinent te.*) Habeo, inquit, sufficiens spei pignus, eos qui tibi iam crediderunt, atque ope tua sunt potiti. His enim prouidere, eos verò qui in iniquitate viuunt, pudefacere soles. Non autem simpliciter dixit, Iniquè agentes superuacue, eo quod non omnes consimiliter delinquant. Alij enim casu quodam aut naturali labuntur infirmitate, alij verò iniquitatibus etiam delectantur, & noxas comminiscuntur.

*Vias tuas Domine demonstra mihi.*) Ego autem primum quidem oro, vt vias tuas cognoscam: deinde vt & semitas discam ad te ducentes. Postea & hoc oro, vt reipsa cognoscam, quod sis seruator meus. Continuo namque benignitatem tuam expecto. Illud enim, Tota die, pro semper posuit.

**A** Reminiscere miseracionum tuarum Domine.) Perpetuo placidè ac benignè mortales gubernas. Hac tua bonitate vt etiamnum frui detur oro. Memor sis benignitatis tuæ, non peccati mei: & vbi mei recordaris Domine, facias hoc non secundum iustitiam tuam, sed studio miseracionis. Hoc enim significauit, cum dixit: secundum misericordiam tuam mentem meam tu.

*Propter bonitatem tuam Domine.*) Non enim secundum meam dignitatem, sed secundum tuam benignitatem hoc consequi peto.

*Dulcis & rectus Dominus.*) Non temerè, inquit, verbis istis sum vsus: sed quod Dominum non modò iustum, sed & benignum esse sciam.

**B** Propter hoc legem dabit.) Non statim punit delinquentes, sed & rectam illis viam quam ambulent ostendit, & respicientiæ legem ac disciplinam præscribit. Et præterea eos qui mansuetudine ac simplicitate vtuntur, rerum docet discernere naturam, ne simplicitas in occasionem ignorantia degenerans, plurimum adferat nocenti.

*Vniuersa via Domini.*) Qui sine intermissione diuinis enutriti sunt sermonibus, per hoc exactè cognoscunt, quomodo vniuersæ Dei ac Seruatoris nostri gubernationes misericordia sint & veritate temperatæ. Nam illis quidem quos delictorum pœnitet, misericordiam & remissionem impendit: eos verò, qui in virtute perstiterunt inuicti, celebres reddit & coronat, sententiam de illis in veritate proferens.

*Propitiusaberis peccato meo.*) Ego te, inquit, oro, vt propitius sis peccatis meis, non propter exactam meam pœnitentiæ, sed propter benignitatis nomen quod habes, & propterea quod peccata mea nomini tuo alligauit.

*Legem statuit illi in via.*) Hoc est: In ea vita, quam ille viuere prædictus est, congruas illi, ac competentes leges ponit.

*Anima eius in bonis demorabitur.*) His itaque qui diuinas leges adimplerunt, commorationem in bonis animæ, & feminis benedictionem lex prophetica pollicetur. Quoniam enim Iudæi liberorum creationi admodum studebant, quod & ijs qui communem amplexi sunt vitam, plurimum ardet: hortatur vt à rebus præsentibus ad studium virtutis transeamus.

**D** Firmamentum est Dominus.) Dum inuictos eos, & hostium victores esse ostendit. Nam diuinum illius oraculum non simpliciter omnibus, sed timentibus ipsum quod propositum est submonstrat.

*Oculi mei semper ad Dominum.*) Iterum hic mentis oculos intelligit, quos ad Deum se habere dicit, vt qui indubitato sciat, quod per illius prouidentiam insidias ab hostibus stratas sit euasurus.

*Respice in me.*) Admodum miserabiliter hoc, Adspice ad me, miserere mei, posuit. Vide, inquit, desolationem meam, & quomodo obsessus sim ab inimicis. Omnino namque, si videris miseraberis. Illud verò, Quoniam vnigenitus, alij interpretati sunt, Quoniam solus sum.

*Tribulationes cordis me.*) Multis, inquit, tribulationibus vndique circumvallor. Cum itaque humiliationem hanc & calamitatem iniquitatibus meis rependeris, largire remissionem, & ignosce.

*Respice inimicos meos.*) Si dignus, inquit, benignitate tua non videor, cum tantis malis oppugner, saltè iniusto hostium odio considerato benignitatem mihi impende. In siquidem deliqui. Illi verò cum me nullius accusare queant, immeritum oppugnant.

*Custodi animam meam.*) Nam etiam si quædam legum tuarum præcepta transgressus sum, nondum tamen à tua me prouidentia separaui. Quapropter etiam oro, vt ab hostibus liberer.

*Innocentes ac recti adhaerunt mihi.*) Et hoc proprium est virtutis, vt odio habeas prauorum congressus: eos verò qui æqualitatem colunt, ac rectitudine vtuntur liberique sunt à malitia, familiares habere, & amicos.

*Libera Deus Israel.*) Conueniens est regi oratio hæc, quam Deo offert. Decet enim eum qui ad principandum constitutus est, omnem curam impendere subditis. Diuisus enim fuit Israel, sub Saule, sub Memphiboste, sub Absalom, & sub Sabeo. Itaque si ope tua potitus ac hostium victor fuero, & bello

& bello intestino sublato pace fruatur Israel, & in bonis tuis A  
deliciabitur.

ARGUMENTVM PSAL. XXV.

Et hunc mihi Psalmum David de seipso dixisse videtur. Arbitror enim illa sunt verba sum esse vsurum, cum à Saule pulsus apud Philisteos commorari coactus est, quos cum videret in superstitione viuere, conueniens illorum, & demoniaca sacrificia vitauit. Docebit autem hoc clarius ipsa verborum expositio.

Scholia in eundem Psalmum.

**I**udica me Domine.) Cum, inquit, simplicitate vsus sim, nec quicquam mali in Saulem designauerim, & tamen B  
nihilominus acerbè sim pulsus, oro, vt iniustitiæ huius in me commissæ sis iudex. Te namque Deum esse noui, & à prouidentia tua spes mea pendet.

**Proba me Domine.)** Quomodo in simplicitate & innocentia viuens, & peccati expers, periculosis certaminibus impetatur. Renes autem & cor, cogitationes nominat.

**Quoniam misericordia tua.)** Probari verò & instar auri conflari propterea oro, quòd de misericordia tua confido. Ab illa namque confirmatus, iam veritate quoque tua delectatus sum. Deinde delectationis huius genera dicit.

**Non sedi cum concilio vanitatis.)** Vsque ad eò, inquit, cultus tui rationem habui, vt cū effem cum impijs hominibus, cõuentus illorum & noxios cœtus effugerim. Significat autem per hoc, quomodo apud Philisteos egerit, cum quibus, cūm propter fugam commorari coactus esset, nullius profus iniquitatis illorum confors est factus.

**Et cum impijs non sedebo.)** Itaque cum nihil habuerim cum illis commercij, confido me loturum manus, & visurum altare tuum, & auribus percepturum laudes tuas, magnificentiamque mirabilium tuorum eos, qui horum sunt ignari, docturum.

**Domine dilexi decorem domus tuae.)** Propere, inquit, Domine à conuersatione impiorum libera me desiderio domus tuæ affectum, quæ gratia tua conspicua est, ne vnà cū impijs hominibus, corruptoribus, homicidis, & qui quod iustum est perdunt, peream. Domum autem Dei, tabernaculum nominat. Nondum enim S. templum fuerat constructum. Quapropter subiecit: Et locum tabernaculi gloriæ tuæ.

**Ego vero in innocentia mea.)** Interea verò dum illis commoror, fidei sum simplicitate vsus, & confirmatis pietatis reëtitudine pedibus securus ac firmus steti. Oro igitur vt ad finem vsque hanc mihi constantiam custodias. Erit autem illud, si ab impiorum istorum cohabitatione liberatus fuero.

**In Ecclesijs benedicam te Domine.)** Prophetis oculis orbis immutationem præuidens, per psalorum conscriptionem futurum pollicitus est, vt in omnibus Ecclesijs laudetur Deus.

ARGUMENTVM PSAL. XXVI.

Querunt nonnulli, quomodo David, cum nondum esset inunctus, nec sanctissimi spiritus gratiam dum accepisset, propheticos sermones conscripserit, cum id temporis adhuc iuuenis esset, patrisque ouiculas pasceret, & nondum regnum administraret, nec cuiusquam persequutionem ferret. Considerandum igitur est, quòd historia Regum tradit, bis, imò tertio vinctum esse Dauidem. Primum in Bethleem, à Samuele: secundò in Hebron, à tribu Iuda: tertio, ab vniuersis tribubus. Cum itaque, adhuc Saulis persequutionem ferret, & nondum secundam adeptus esset inaugurationem, hisce vsus est sermonibus: id quod manifestius ex parte ipsa psalmi declarat expositio.

Scholia in eundem Psalmum.

**D**ominus illuminatio mea.) A te, inquit, illuminatus omnes hostes meos contemno.

**Dum appropriant super me nocentes.)** Etenim, inquit, qui irruerunt in me, & me instar bestiarum persequuti, ac similem escæ crudiorarum bestiarum reddere conati sunt, mihi quidem nihil deprauationis intulerunt: ipsi verò omnimodum passi sunt exitium, ac prorsus perierunt.

**Si consistant aduersum me castra.)** Quoniam tantum, inquit, auxilij diuini cœpi experimentum, etiam si me duplo vel tri-

plo plures hostes obruere conentur: hac tamen spe munitus, infracto animo malis obstitam.

**Vnam petij à Domino.)** Vnam, inquit, gratiam peto, non diuitias quæro: non regnum, non gloriam, sed vt affidè diuino liceat affidere templo, & diuinam illinc velut in speculo contemplari pulchritudinem, ac speculari omnia quæ iuxta legis præscriptum aguntur. Experientiam siquidem utilitatis huius habeo, vt qui salutem iam ex eo decerpserim, ac persequutorum manus effugerim.

**Et nunc exaltabit caput meum.)** Significat, quòd & regnatus sit, & victor hostium euasurus, illosque circumquaque conclusurus, à quibus modò circumdatus erat: & quòd sacrificium Deo sit oblaturus, non legale, sed laudis, idque in omnibus Ecclesijs per eos qui Deo crediderunt. Vociferatio verò (ἀλαλαγμός) vox est hostilis, ab illis emissã qui reliquis sunt audentiores. Eiusmodi verò est & hymnodia. Est enim vox lætantium, ac Deum laudantium.

**Cantabo & psalmum dicam Domino.)** Hinc patet quòd in prædictis mutatum sit tempus. Promittit enim, quòd cantaturus sit, & hymnum Deo oblaturus.

**Miserere mei & exaudi me.)** Misericordiam petit non iniustam, sed admodum iustam. Non enim vsus sum, inquit, verbis veritate destitutis, sed mente verbis concordante opus ipsum adieci.

**Æquisiuit te facies mea.)** Non sufficiunt quæ iam sunt facta, sed hoc futuro quoque tempore faciam.

**Ne auertas faciem tuam à me.)** Itaque ne repellas me desiderantem, neque desiderata re priues.

**Et ne declines in ira à seruo tuo.)** Posuit hoc ex metaphora irascendum, & eos qui accedunt auersantium, inque aliam viam declinantium.

**Adiutor meus esto, ne derelinquas me.)** Illud, Ne derelinquas me, alij interpretes, Ne proiecias me, dixerunt. Sumperunt autem ab extera disciplina dictionem hanc. Habebatur enim apud veteres conuicij loco, cum dicebatur, ἐς κόραχας, hoc est, ad coruos, ad exitium: quæ loquutio à fabula quadam est tracta.

**Neque despicias me.)** Cum enim à Saule pulsus esset, procul cogebatur à parentibus separatus viuere. Tu verò mihi, inquit, Domine, pro omnibus vnus sufficis.

**Legem pone mihi Domine.)** Quoniam, inquit, procul à cognatis meis viuere cogor, tu mihi sis legislator ac dux viam ostendens, qua ad te perueniam.

**Propter inimicos meos.)** Ego quidem, inquit, indignus sum qui seruer: verum tamen quoniam nihil iniuriæ ijs qui me iam impugnant intuli, iniuste pellor. Ne tradas igitur me iniuste proffigatum, ijs qui me iniuria premunt.

**Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui.)** Ipsi namque calumnijs vsi sunt contra me: ego verò nihil detrimenti, propter auxilium tuum, accepi. Sunt autem iacula non contra iniuria affectum, sed contra ipsos iniustos persequutores conuersa.

**E Credo videre bona Domini.)** Non enim in hac tantum vita hostium ero victor, sed & bonis quæ in futura expectantur, fruatur. Deinde & omnes homines hortatur. Dicit enim, Expecta Dominum. Et quomodo hoc fieri possit, sequentia declarant.

**Viriliter age.)** Mens, inquit, virili fortitudine armata, & affectionum victrix, præualet ac vincit. Terram verò viuentium, vitam quæ expectatur vocat, quòd illa morti non sit obnoxia.

ARGUMENTVM PSAL. XXVII.

Est quidem hic Psalmus à Davide dictus, cum hunc Saul persequeretur, & qui amici videbantur insidjs circumuentum Sauli prodere conabantur: verum tam hic quam precedentes Psalmi omnibus etiam alijs, qui in eisdem incidant calamitates, conueniunt.

Scholia in eundem Psalmum.

**A**d te Domine clamabo.) Clamandi verbum non de voce, sed de propensione animi & intensa sedulaque prece dixit. Per geminationem enim vehementiam illius significauit. Illud verò, Ne taceas à me, ex metaphora eorum posuit, qui à quibusdam rogati, nihil respondere volunt. Quapropter dicit, Si tacueris à me, auxiliumque tuum

tuum detraxeris, confestim morti tradar. Hanc enim lacum A vocauit.

*Exaudi Domine vocem deprecationis meae.*) Templum quidem nondum id temporis erat extructum, at tabernaculum hic templum nominat, in quo orauit, corpore procul disfito, animo verò illuc destinato.

*Ne simul tradas me cum peccatoribus.*) Orat B. Dauid, ne quicquam habeat commercij cum his qui duplicitate sunt vfi. Execrabiles enim eos esse dicunt, qui alia loquuntur, & alia volunt: ob quam causam vult etiam vt præmia studijs ipsorum digna reportent.

*Da illis secundum opera eorum.*) Nemo iustum accuset, quasi inimicis suis maledicat. Non enim maledictionem habent quæ dicit, sed iustam sententiam. Redde enim, inquit, retributionem eorum ipsis. Incidant, inquit, in proprias infidias, quas alijs subfrunt. Deinde & causam supplicij huius docet.

*Quoniam non intellexerunt opera Domini.*) Hæc autem fecerunt, inquit, neque verbum, neq; opus Dei discere volentes.

*Destruas illos, & non edificabis eos.*) Malis enim structoribus vtilis est mala structuræ destructio. Deinceps diuina reuelatione potitus, futurumque auxilium à longinquo speculatus, ad hymnodiam linguam soluit.

*Dominus adiutor meus & protector meus.*) Et causam etiam subiti auxilij ostendens, subiicit: Spes enim, inquit, in ipsum, huius mihi prouidentia facta est conciliatrix. Mala itaque corporis mei valetudine, quam ex fuga contraxeram, liberatus, reuirui ac reslorui, bonamque corporis ex læticia valetudinem recepi.

*Et ex voluntate mea.*) Hoc est: Non coactam illi, sed voluntariam offeram hymnodiam.

*Dominus fortitudo plebis sue.* Laudo autem eum tanquam bonum & Dominum, fortitudinem ac salutem regi populoque suo magnificè præbentem. Seipsum enim Christum vocat. Nam id nominis commune erat & regibus ac sacerdotibus & prophetis.

*Saluum fac populum tuum, & benedic hereditati tuae.*) Hanc itaque benedictionem & salutem populo tuo largire, vt ipse illum gubernes & pacas, hostiumque victorem in perpetuum constituas.

#### ARGUMENTVM PSAL. XXVIII.

Geminam habet hic Psalmus prophetiam. Vnam, Ezechia regi: alteram, Christo omnium regi competentem. Admirabilis enim Ezechias cum Assyrijs vicisset, suspendens, victoria nuncium accepisset, populo præcepit, vt hostijs Deo gratitudinem rependeret. Cedros verò & aquarum multitudinem inimicos tropicè nominauit.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**A** *Eserte Domino filij Dei.*) Vos, inquit, quibus diuinum concreditum est præconium, & filij Dei vocamini, cum animi promptitudine diuinam quolibet prædicationem deportatis, & eos qui in errore vixerunt, sapientes reddidistis, illosque primos Deo obtulistis, & per horum pietatem etiam hymnos in sacris templis offeretis.

*Vox Domini super aquas.*) Prædicat hoc oraculum vocem illam cælitus ad Iordanem delapsam. Vocauit autem eam tonitru, propterea quod per Euangelij prædicationem in vniuersum orbem excurrit.

*Dominus super aquas multas.*) Non enim Iordanis tantum gratiam hanc accepit, sed in vniuerso orbe qui sub sole est baptismatis administratur mysterium, diuina inuocatione aquarum sanctificante naturam. Et hinc virtutem illam quæ Apostolis est subministrata prædicat.

*Vox Domini in virtute.*) Vocem hic vocat gratiam spiritus, quæ Apostolos virtute & potentia repleuit: & magnificos cum abiecti essent, reddidit. Ostendit igitur quanta per hanc vocem effecerint.

Vox quid.

*Vox Domini confingentis cedros.*) Quoniam sublimia erant simulachrorum delubra, nec vllum fructum, instar cedrorum, ferebant: assimilata ea cedris Libani, quæ & ipsæ sublimes quidem sunt, vescum verò fructum ferre non solent.

*Et comminet eas tanquam vitulum.*) Perinde, inquit, atque vitulo per Mosen contrito accidit, ita vniuersa totius orbis

simulachra comminuentur & inania reddentur.

*Et dilectus quem admodum filius vnicornium.*) Credentium verò populus, ab errore liberatus, atque ob eam causam dilectus vocatus, inuictus erit, vt pote ab errore multorum deorum liberatus, & vnam colens diuinitatem.

*Vox Domini intercedentis flammam ignis.*) Accepta siquidem ignita sanctissimi spiritus gratia, illuminatus quidem est sacer Apostolorum chorus, non autem combustus. In futura verò vita duplex erit ac diuisa ignis operatio. Virtutis athletas illuminabit, operarios verò malitiæ comburet.

*Vox Domini concutientis desertum.*) Per confusionem, apparitionem Dei significat: Cades verò sanctitatis significatum B habet.

*Vox Domini preparantis ceruus.*) Cereus natura hæc inest, vt animantia reptilia contemnant. Hanc verò potestatem sanctis quoque Apostolis Dominus dedit. Condensa autè vocat simulachrorum delubra, vt pote profus infrugifera.

*Et in templo eius.*) Admiranda hac magnificentia ad hymnodiam excitatus ista dicit.

*Dominus diluuium inhabitare.*) Orbem enim hunc torrente iniquitatis submersum reedificabit & innouabit, nouamque creaturam faciet: Quo facto, in seculum regnabit.

*Dominus virtutum populo suo.*) Per hæc etiam impiorum resurrectiones, triumphantium martyrum victoriam, pacemque Ecclesijs exhibendam prædixit.

#### ARGUMENTVM PSAL. XXIX.

Dedicationem domus, humana natura renouationem vocat, quam etiam Dominus Christus perfecit, cum nostri gratia mortem in se suscepit.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**E** *Xaltabo te Domine.*) Nostris namque primitijs susceptis Dominus, per illas vniuersam naturam salute dignatus est: nec permisit, vt illa derisui fieret inimicis.

*Domine Deus meus.*) Conueniunt ista Ezechia vulgato sensu. Lacrymas & lamentationes pro ijs qui mortui fuerat prædicationis loco posuit, indicibilem ita Dei benignitatem ostendens, quod non inuocatus, sed conspectis threnis misertus est eorum quæ fiebant.

*Pallite Domino sancti eius.*) Quoniam enim vniuersis hominibus resurrectionis donum est largitus, non autem omnes digni sunt gratia: competenter dignos ad psallendum consecrat. Optimam autem probationem etiam secundum aliã diuisionem facit. Iram namque indignationi (vocat autem iram disciplinam) vitam verò voluntati adscribit. Hanc enim vult, non illam. Etenim nos illam accersimus.

*Ad vesperum demorabitur fletus.*) Et sub Ezechia hoc vsu venit, & in communi nostra salute. Assyrij namque dum comminationibus essent vfi, & vrbem ad planctum commouissent, manè illam læticia adimplerunt. Qui cum Apostoli propter passionem Domini lugerent, mulieres manè venerunt læticiamque attulerunt.

*Ego autem dixi.*) Et Adam hoc in paradiso ante seductionem constitutus sperabat, & Ezechias cum victor esset Assyriorum: quod manifestè quoque liber Paralipomenon docet, cum cor Ezechia regis eleuatum esse dicit.

*Domine in voluntate tua.*) Et hoc similiter Ezechia Assyriorum victori, & postea diuina gratia priuato, conuenit: & Adamo in paradiso virtutis primum ornamento decorato, tandem verò propter transgressionem diuina prouidentia nudato.

*Ad te Domine clamabo.*) His verbis & B. Ezechias vsus est, & humana quoque natura, licet non vniuersa clamauerit per se, sed per sanctos, quod iustum sit laudare factorem, id quod proprium est viuientium. Qui namque in cinerem ac puluerem resoluuntur, quomodo cantare poterunt.

*Audiuit Dominus, & misertus est mei.*) Et Ezechias facco circumdatus, Deo contra Assyrios preces obtulit, & humana natura lugubre schema induit. Ut quemadmodum Ezechias accepta quindecim annorum accessione, læticia repletus est: ita par est, vt & nos spem resurrectionis adepti, mortuos non depletemus. Quapropter conuenit, vt bene-

vt beneficij huius gratia, tantam consequuti gloriam, sine A intermissione cantemus, & hymnum dicamus, nullo tempore silentes. Compunctio namque silentium indit.

*Domine Deus meus.*) Non solum presentis tempore, sed & post resurrectionem, immensa tua dona recensens, hymnos tibi offeram continuos.

ARGUMENTVM PSAL. XXX.

In quibusdam exemplaribus inueni ista de Vria exposita. Videtur autem hic Psalmus à B. Dauide eo tempore dictus, quo ab Absalomo pulsus erat. Et hoc ipsa verborum expositio manifestius docet.

Scholia in eundem Psalmum.

**I**N te Domine speravi, ne confundar in aeternum.) Multa me, inquit, ignominia peccatù adobruit. Suppliciter autè precor, ne diu illa in me hæreat, propterea quòd in te speravi.

*In iustitia tua libera me.*) Ne respicias, inquit, peccatum meum, sed persequentium me iniquitatem. Hactenus enim iusta sententia vsus ab imminentibus me calamitatibus liberaberis.

*Accelera vt eruas me.*) Audisti supplicationem meam, festinanda auxilium.

*Esto mihi in Deum protectorem.*) Videtur propheticus sermo Euangelico illi conuenire, qui domum suam supra petram struentem, prudentem esse ostendit, eo quòd illam neque ventorum neque imbrium impetus, propter soliditatem detrimento aliquo poterunt afficere.

*Et propter nomen tuum deduces me.*) Omnifaria me prouidentia dignaberis, propter nomen tuum, in quo speravi.

*Educes me de laqueo hoc.*) Significat his verbis consilium Achitophelis, quod ille contra ipsum Absalomo suaserat.

*Quoniam tu es protector meus.*) In multas sæpenumero calamitates dilapsus, ope tua liberatus sum, vbi animam prouidentia tua commendaui.

*Odisti obseruantes vanitates.*) Illi non tibi confisi, sed vanis suis cogitationibus sunt vsi. Confueuisti autem tales prorsus auerfari.

*Ego autem in Domino speravi.*) Etenim in ærumnis constitutus auxilium tuum imploro. Hoc potitus, benignitati tuae bonorum causam adscribo.

*Saluasti de neces.*) Non erraui, perpetuò hisce cogitationibus vsus. Stiquidem in hostium infidias & latebras sæpenumero dilapsus, intraque ipsa retia, quæ mihi circum circa tenfa erant, constitutus, venatores effugi. Hoc enim intelligit, cum dicit, Et non conclusisti me in manus inimicorum.

*Miserere mei Domine, quoniam tribulor.*) Cogor enim sine intermissione illachrymari, propterea quòd te per peccatum exacerbaui. Et anima mea veluti tempestate quadam & turbatione est repleta. Ventrem autem hic promptuarium cogitationum vocauit. Cogitationes namque, non venter, conturbabantur.

*Quoniam defecit in dolore vita mea.*) Omnem, inquit, vitam meam in dolores & lachrymas insumpsi, egestasque & rerum necessariorum penuria corpus meum arefecit.

*Super omnes inimicos meos.*) Inimici mei, inquit, in læticia sunt, ego verò ridiculus factus sum, & materia gaudij cruentis, ac metus notis meis.

*Qui videbant me, foras fugerunt.*) Veriti namque sunt cognati mei, ne inciderent in inimicos meos.

*Oblitioni datus sum.*) Reprobarunt me omnes tanquam vas perditum, & quasi mortuum in sepulchro iacentem.

*Quoniam audiui vituperationem.*) Non ludens ista dico, sed vt qui proba meis auribus hauserim. Significat autem per hæc etiam ea conuicia, quibus à Semei petitus fuerat.

*Dum conuenirent simul aduersum me.*) Illi quidem congregati necem mihi struunt, ego verò te Deum & gubernatorem esse scio. Hoc enim intelligit cum dicit. In manibus tuis sunt sortes meae: aut vt reliqui habent, In manibus tuis sunt répora mea: pro eo quod est, Tu distribuis vnicuique prout vis, vel tristitiam vel læticiam, immutatasque ista secundum placitum tuum. Tempora siquidem, vel sortes, rerum immutationes vocat.

*Eripe me de manu inimicorum meorum.*) Deinceps redemptio-

nis modum ostendit. Postquam enim, inquit, mihi apparuit, quæ acerba sunt confestim dissoluentur.

*Domine, ne confundar.*) Et hinc dicimus quàm multum sit discriminis inter peccatum & impietatem. Quapropter magnus Dauid orat, vt ipse à confusione, quam peccatum intulerat, liberetur: qui verò impiè agebant, cum dedecore neci tradantur.

*Muta siant labia dolosa.*) Mortem Achitophelis hic prædicat: qui cum amicus Davidis fuisset, contra eum à quo læsus non fuerat, prauus consultor linguam mouit. Rectè autem superbiam & contemptum, consilium illius vocauit.

*Quam magna est multitudo.*) Mercedem & præmia timendum te Domine abscondis, tamen multa sint & admiranda. Cum laboribus verò, illos & ærumnis decertare permittis.

*Quam abscondisti timentibus.*) Fit aliquando, inquit, vt braueia manifestes etiam, dum athletam audaciorum reddis. Deinceps prouidentiam eam ex parte recenset, quæ ipsi contigerat.

*Abscondes eos in abscondito.*) Sufficit tibi, inquit, vt appareas (id enim faciem vocat) ad hoc, vt ab omni eos perturbatione ac tempestate humana libereres, & è medio abreptas quasi tabernaculo quodam abscondas, & inuisibiles red- das.

*Benedictus Dominus, quoniam mirificauit mise.*) Perinde, inquit, beneuolentia sua me circudedit & muniuit, atque si incolæ ciuitatem firmis mœnibus circumquaque commu- niant.

*Ego autem dixi in excessu mentis.*) Putabam me, inquit, vbi in peccatum incidi, procul esse à tua prouidentia abiectum: verum quoniam humiles meas preces obseruasti, non contemis orantem. Rectè autem & competenter peccatum ecstasin vocauit. Cum enim iustitia viam ambularet, & illa excidit, & in cruentos latrones incidit.

*Diligite Dominum.*) Conuenit, inquit, vt quotquot viam Dei ingressi estis, omnium gubernatorem diligatis, qui veritate quasi quodam canone vitur, & immoderatam arrogantiam habentes punit. Non enim simpliciter dixit, Qui superbiam faciunt: sed, Qui abundanter faciunt. Nam eos quidem fert, qui aliquatenus elato animo vtuntur: eos verò qui immoderatè extolluntur, competentibus supplicijs tradit.

*Viriliter agite.*) Cum ista itaque sciatis, qui diuina spe confirmati estis, confirmate animas vestras hac fortitudine, & gubernatoris nutibus obtemperate.

ARGUMENTVM PSAL. XXXI.

Eandem sententiam habet & hic Psalmus. Nam & ipse post historiam veritatem dictus prophetis oculis noui Testamenti gratia, sup- E pedicit atq; per Spiritum sanctum credentibus peccatorum remissione præuisa, beatos illos vocat, vt pote qui liberationem à peccatis accipiant.

Scholia in eundem Psalmum.

**B**Eati quorum remisse sunt.) Lamentis, inquit, & lacrymis propter peccatum acerbis intabescens, beatos illos voco, qui per benignitatem Domini citra molestiam peccatorum suorum sunt consequuti remissionem. Tanta siquidem vsus in illos est benignitate, vt peccata eorum non solum remiserit, sed & contexerit.

*Quoniam tacui.*) Quoniam, inquit, mox atque plagam accepi, vlcus nõ est manifestatum medico: sed tacui, celare quæ tentauit, clamore prorupi, peccatumque meum accusaui.

*Dum clamarem tota die.*) Lamentor, Deumque obrestor multifarijs disciplinis & supplicijs petitus. Quod enim dicit, Et grauata est super me manus tua: ex eorum est metaphoram sumptum, qui manibus feriunt, inque feriendo aliquandiu perseverant.

*Conuersus sum in ærumna.*) Disciplina tua, inquit, non est iniusta, sed admodum iusta. Peccatum siquidem malorum mihi causa est, quod loco vna protuli. Ab hoc autem sine intermissione, quasi spina quadam pungor.

*Delictum meum cognoui tibi feci.*) Mox quidem atque peccauit silui, verum postea noctes atque dies me ipse accusaui. Ex hac verò accusatione multum fructus collegi.

Peccatorum malorum causa.

Tempora vel sortes.

Dedisti namque mihi peccatorum remissionem.

*Pro hac orabit ad te.*) Non solus, inquit, pro hoc peccato tibi supplico, sed & vniuersi, quotquot in orbe diuinitatis tuæ cognitionem sunt adepti, eandem pro me tibi preces offerent.

*Veruntamen in diluuiio.*) Qui preces diligenter & ex animo offert, multifaria prouidentia fruatur, ita vt tamen in varias calamitates, instar aquarum inundantes incidat, illas tamen superet, ac tristium rerum victor reddatur.

*Tu es refugium.*) Postquam præcedentia de peccato loquutus est, orat vt à malis quæ per illud erant liberetur. Et sanè responsum acquirit. Dicit enim ad eum benignus Dominus.

*Intellectum tibi dabo.*) Exorbitantem, inquit, & impingentem per errorem ad rectam denuò viam reducam, illiusque tibi cognitionem indam. Restituam tibi etiam priorem beneuolentiam. Hoc enim intelligit cum dicit, Firmabo super te oculos meos: quod ex eorum desumptum est metaphora, qui amico sunt erga aliquem affectu, illumque respicere volunt.

*Nolite fieri sicut equus.*) Ego, inquit, vos commonefacio, ne stupiditatem illorum imitemini. Si verò obtemperare nolueritis, camum & frænum admittetis perinde atque equi ac muli. Per illa verò disciplinam significat.

*Multa flagella peccatoris.*) Postquam admonitionem istam ad hunc modum induxit, iam ad alterum chorum transit.

*Sperantem autem in Domino.*) Vniuersi homines diuina egent gratia, etiam si de virtutis pulchritudine gloriantur.

*Latamini in Domino.*) Nemo igitur de peccatis suis exultet, sed in Deo gloriatur, & ex illo hymnodiam lucrifaciat.

#### ARGUMENTVM PSAL. XXXII.

Ne quæras expositionem inscriptionis. Inscriptionem enim non inuenimus. Dicitur est autem hic Psalmus à B. Dauide, ad causam B. Ezechia pertinens. Figuratus vero est quasi ex ipso Ezechia, populum post admirabilem victoriam, & Assyriorum exitum ad hymnodiam exultat.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**E**xultate iusti in Domino.) Eos qui Deum cognouerunt, & ab errore liberati sunt, Deum continuo laudare decet. Deinde & hoc docet, quomodo hymnodiam instituire debeant.

*Constitemini Domino in cythara.*) Hæc omnia secundum legalem cultum persciebantur. cytharis enim ac cymbalis, & tympanis, & reliquis musicis instrumentis vtebantur.

*Quoniam rectum est verbum Domini.*) Iustè, inquit, omnia gubernat omnium Dominus. Et proposuit vobis operum suorum contemplationem ad credendum, non autem ad curiosè, quomodo facta sint, inuestigandum libet, & quæ ab ipso fiunt, circa curiositate probemus: & vitæ quidem curam habeamus, hanc verò misericordia & iudicio ornemus. Vnde & subiicit.

*Diligit misericordiam & iudicium.*) Factorem, inquit, imitari conuenit. Quemadmodum enim ille misericordia vtens, iudicio quidem contra Assyrios vsus, non verò gratia & benignitate dignatus est, ita oportet & nos iniustus iudicium, iniuria vera affectis misericordiam deputare.

*Verbo Domini cæli firmati sunt.*) Opifex illorum, inquit, non habuit opus labore, sed ad facturam verbum illi suffecit. Vera autem theologia Deum nobis esse verbum cum sanctissimo spiritu, & cælos cælestesque virtutes fecisse ostendit.

*Congregans sicut in vrre.*) Vniuersam aquarum naturam tanquam in repositorijs quibusdam & separatis locis habet. Trahit autem illam sursum in aëra sublimem, cum libet, & nubes velut in vtre quodam concludit.

*Timeat Dominum omnis terra.*) Posteaquam cælorum, cælestiumque virtutum, deinde & aquarum substantiæ mentionem fecit: terram quoque ac illius habitatores in medium adducit, docens & illos esse facturam Dei, edicensque vt factorem suum timeant ac tremant, & nutibus illius obediant.

*Dominus dissipat consilia Gentium.*) Habent ista duplicem expositionem. Non enim Assyriorum duntaxat consilia dissipauit, consilijque suis potentiam ostendit: sed & reliquarum Gentium, quæ per orbem sunt consilia, quibus contra Apo-

**A**stolos insurrexerunt, dissoluit, suæque virtutis potentiam manifestam fecit.

*Beata gens, cuius est Dominus.*) Perpetuo beatos esse dicit, non opulentos, sed Deo fidentes, & auxilio illius fruentes: populus verò electus & hæreditas Dei vocatus olim quidè Iudaicus, postea verò id est, qui ex Gentibus accessit.

*Qui sinxit sigillatim.*) Omnium Deum de habitaculo suo respicere dixit, non tanquam ignorantem, ac discere cupientem: sed vt iudicantem ac punientem. Quomodo enim possibile est, vt animæ motus ignoret, qui illam fecit.

*Non saluatur rex.*) Re ipsa cognouimus, quod non sit fidendum nec corporis robori, nec animi fortitudini, nec equi velocitati, neque subditorum multitudinè. Cum enim his omnibus Sennacherib abundaret, nihil tamen inde vtilitatis accepit.

*Ecce oculi Domini.*) Pietas, inquit, omnia bona conciliat. Diuinam quippe prouidentiam attrahit. Illa verò & mortem impedit, & in egestate constituto bonorum copiam largitur.

*Quoniam adiutor & protector noster est.*) Cum itaque tantis bonis potiti simus, spem firmam in Deum habeamus, semperque auxilium ab illo expectemus. Deinde postquam dixit, Et in nomine sancto eius sperauimus, orat vt misericordiam spei suæ respondentem accipiat.

*Fiat Domine misericordia tua super nos.*) Sermo hic maxima est fiducia. Quis enim ita sperauit, vt purè dicat, Parem spei meæ misericordiam impende: Hoc sanè in S. Euangelij docuit Dominus, dicens: Qua mensura metimini, eadem vicissim vobis remetientur & alij. Spem itaque perfectam possideamus, vt & multam lucrifaciamus misericordiam,

#### ARGUMENTVM PSAL. XXXIII.

**C**um acerbum contra se & liuidum Saulis animum B. Dauid vidisset, Ionatha consilio vsus aufugit, & cum apud sacerdotem Abimelech ageret, fugam suam illi occultuit, seg. tanquam à rege propter vrgens ali-quod negocium amandatum esse dixit: cumque panes postulasset, nullos inuenit alios, nisi eos qui sacerdotibus erant destinati, quos & dante sacerdote accepit. Quoniam igitur cum sugeret, fugam suam sacerdoti non patefecit, sed se negocium regum exequi dixit, vultum suum mutasse dicitur, vt qui non vsus sit consueta veritate.

At Psalmi huius historia videtur ea esse, quæ Dauidi inter Philistæos coram Achis rege Gerb contigit. 1. Reg. 21.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**B**enedicam Dominum in omni tempore.) Siue fugiam, inquit, siue persequare, siue prosperè siue afflictè agam, Dominum meum celebrabo.

*In Domino laudabitur anima mea.*) Ipse me & illustrem fecit, & conspicuum faciet.

*Audient mansueti, & letentur.*) Non patitur vt ipse solus hymnum texat: sed mansuetudinis confortes, confortes facit & hymnodia. Deinde & gratiarum actionis causam ostendit.

*Accedite ad eum, & illuminamini.*) Qui namque cum fide ad eum accedit, spiritalis lucis radios accipit. Ita & magni Moyfis, visibilis facies glorificata est. Ita & ipse prædixit, dicens, Signatū est super nos lumen vultus tui Domine. Postquam autem confortes pietatis adhortatus est ad hunc modum, incipit & seipsum illi typi loco proponere.

*Iste pauper clamauit.*) Dicitur, inquit, ex his quæ mihi acciderunt, omnium Deo fidere. Cum enim leuis essem momenti, ac custos ouium, prouidentia sua me dignatus est, & hostium victorem constituit.

*Immittit Angelus Domini.*) His conueniunt & Apostoli verba. De Angelis namque ad hunc modum loquitur: An non sunt omnes administratorij spiritus, ad ministerium missi? Ita & B. Iacob dixit, Angelus qui eripuit me ex omnibus malis. Et multa alia similia poteris inuenire.

*Gustate & videte.*) Postquam dixit, Accedite ad eum, consequenter adhortatur vt gustent, dicens, Gustate, hoc est, Ipsa experientia cognoscite bonitatem Domini, & felicitatem ex eo reportate.

*Timeat Dominum omnes sancti eius.*) Sciendum sanè est, quod dictus sensus præcis Iudæis conuenit: qui verò in profundo est abditus, diuinorum mysteriorum gratiam significat. Per S. namque baptismum vera fit illuminatio, ac viuificæ delectationis gustus, Seruatoris bonitatem ostendit.



Opulentia  
mutationis  
obnoxia.

Lingua.

*Diuites egerunt.*) Et hæc illis sunt conuenientia, quæ supra sunt mysticè considerata. Admonet enim eos, qui sanctificationem iam per sacrum sunt baptismata consequuti, vt dilectionem timore misceant, & bonorum abundantiam à solo Deo expectent. Opulentia siquidem multis est mutationibus obnoxia, & qui hodie diues est, paulo post incidit in egestatem. Et prisci Iudæi, cum per prouidentiam Dei diuites essent facti, pauperes postea facti sunt & egerunt: Gentes verò, vbi ad fidem venerunt, bonorum sunt abundantiam adeptæ.

*Venite filij.*) Posteaquam vitam, mœstitia carentem ac desideratissimam, quasi iucundum quoddam certaminis præmium proposuit, iam consequenter ad certamina hortatur.

*Quis est homo qui vult vitam.*) Primùm dehortatur à malicia, deinde virtutis mores exercere iubet. Et initio linguam, lubricum membrorum, ab omni dolo & versutia mundam conseruare præcipit. Lingua verò labia connectit, vt quæ motibus illius collaborant. Deinde actum malitiæ vetat: Declina, inquit, à malo, & operationem bonorum præscribit, & fac bonum, inquit. Quod verò caput est bonorum? Quære, inquit, pacem, & persequere eam. Qui namque pacem complectitur erga omnes, neque clanculum meditabitur ea quæ sunt inimici, neque eadem tentabit: nec alieno thoro insidiabitur, nec maledicet, nec faciet malè.

*Inquire pacem.*) Charitas benefacit, prospicit, tradit, opitulatur, vnà periclitatur, vnà certat. Talis enim est sincera dilectio, & germana amicitia. Deinde rursus fructum ipsorum ostendit.

*Oculi Domini super iustos.*) Spectantur enim, inquit, à Domino Deo, qui talia perpetrant: & qui bona petunt, potentiuntur petitis. Deinde à contrario quod dictum est obtinet, dicens, Vultus autem Domini super facientes mala, &c.

*Vultus autem Domini.*) Vide autem, inquit, eos qui contraria audent, quomodo contra eos omnimodæ perditionis sententiam proferat.

*Clamauerunt iusti.*) Adest autem Dominus, inquit, iustis, & preces illorum cupide suscipit. Præcipue verò eorum curam habet, qui modesto animo vtuntur. Hos enim cõtritos corde vocauit. Hoc & in alio Psalmo dicit, Cor contritum, inquit, & humiliatum Deus non despiciet.

*Multi tribulationes iustorum.*) Permittit quidem vt in certa tribulationum descendat, auxiliator verò illis & victores eos irruentium calamitatum reddit, cogitationes eorum corroborans & firmas efficiens. Ossa namque cogitationes vocauit. Quemadmodum enim ossibus tanquam solidioribus reliquum corpus fertur, ita & per cogitationes saluam animam lucrificat.

*Mors peccatorum pessima.*) Qui namque virtutem amant, tantis bonis fruuntur: qui verò in malitia viuunt, mortem accipient actæ vitæ conuenientem, & malæ conuersationis malus erit finis. Qui verò cultum Dei elegerit, & spem in illum habent, salutem ab eo recipiunt, vt qui prorsus non sustinentur impositas ab eo delinquere leges.

ARGUMENTVM PSAL. XXXIV.

*Et hunc Psalmum similiter B. Dauid à Saule pulsus loquutus est. Meminit autem & malicia Doeg. Is enim quæ apud Abimelech sacerdotem acta fuerant, Sauli indicauit, ac graui illi sacerdotum occisioni causam dedit. Recordatur etiam Ziphæorum & aliorum, qui Sauli ipsum prodiderunt, sicuti ipsa verba docebunt.*

Scholia in eundem Psalmum.

**I***udica Domine.*) Pulcher est ordo eorum quæ dicuntur, & conueniens orationi iusti. Primùm enim petijt, vt omnium Deus iudicet, ac deinde vt supplicij sententiam inducat.

*Expugna eos.*) Quoniam pugnæ recordatus est, necessariò armorum genera adiecit, hac nanopliæ figura eos qui in malitia viuunt peterrefaciens. Non enim talibus armis virtus Dei iudicâs. Sufficit namque illi verbum, ad extremum infligendum supplicium.

*Dic anime meæ.*) Satis mihi ad salutem est verbum tuum. Quoniam enim armorum meminit, rectè docuit, quod Deus opus non habeat ministris: sed solo verbo & illos puniat, & illis benefaciat.

**A** *Auertantur retrorsum.*) Aberrent, inquit, ab ijs qui machinantur, sitque ipsis pudor malitiæ messis.

*Fiant tanquam puluis.*) Hoc & in primo psalmo posuit, dicens, Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quem proiecit ventus à facie terræ.

*Fiat via illorum tenebra.*) In fugam eos auerte impetu persequendi angelis inuisibilibus commisso. Ad hunc modum inuenimus, & Assyrios ab angelo cæcos, & Ægyptiorum primogenita. Tenebras verò & lubricum, ruinam dicit. Impingentes enim, lapsumque patientes, proni ruunt. Deinde ostenso iusto supplicio subiungit.

*Quoniam gratis absconderunt mihi.*) Iniustus, inquit, aduersum me insidijs vtuntur. Quod verò dicit, Probro affecerunt, Symmachus posuit, Suffoderunt. Significat autem, illos clanculum quoque molitos esse exitum.

*Veniat illi laqueus.*) Incidant, inquit, in ea ipsa quæ machinantur, & in propria retia cadant, & inexpectatam sustineant venationem. Hoc enim intelligit, cum dicit, Veniat illi laqueus quem ignorat.

*Anima autem mea exultabit in Domino.*) Ego verò Domine, inquit, & animi delectationem & lætitiâ, in bonis tuis lucrificiam, & omnibus meis membris, te solum esse Deum vociferabor. Hoc enim significat, cum dicit: Quis similis tibi? Nempe, quod solus sit Deus aduersus omnes potentiam habens.

**C** *Eripiens inopem.*) Non enim finis, vt à potentioribus ij qui pauperiores sunt vastentur: sed & illos strangulas, & istis auxiliariis.

*Surgentes testes.*) Calumniam, inquit, passus sum, de illis accusatus, quæ ne cogitavi quidem. Quoniam enim Saul inuidia tactus tyrannidem ipsum exercituum suspicabatur, atque ob eam causam bella gereret, inuidi hinc sumpra occasione, calumnias contra eum sine intermissione consuebant. Hos falsos testes vocat. Ex illis Doeg erat, ex illis erant Ziphæi, & præter hos alij multi.

*Retribuebant mihi mala.*) Ego quidem, inquit, Goliath insolecentem & contra vniuersum populum ferocientem occidi, ac Philistæos sæpenumero expugnaui, deinde spiritualibus modulationibus ipsum Saulem à dæmoniaca insaniam liberaui: ipse verò impugnare me non cessat, morti me & obliuioni tradere cupiens. Sterilitatem enim hic obliuionem nominauit, propterea quod per sobolem seruatür memoria.

*Ego autem cum molesti essent mihi.*) Instruimur ex hoc loco, quomodo calamitates dissoluere debeamus. Sacco, inquit, circumdatus, & ieiunijs intabescens, supplicationem Deo obtuli, precationisque fructus accepi. Hoc enim significat, quod dicit, Et oratio mea in sinum meum reuertetur: pro eo quod est, Facta precatione, à Deo quæ petebam accepi, sinumque meum repleui.

**D** *Quasi proximum.*) Omne illi genus officij tanquam germano fratri exhibui, merentisque ac lugentis humilitatem imitatus sum, nec sustinui vt rectè factis insolecerem.

*Et aduersum me læsati sunt, &c.*) Ipsi verò me cum multitudine inuadebant, futurum sperantes, vt me occiderent, ac repente irruerant ignoranter interimere tentantes. Quod enim dicit, Congregata sunt super me flagella, & ignorabam, hoc Symmachus ita reddidit, Quoniam congregati sunt contra me percussores, & ignorabam.

*Disipati sunt, nec compuncti.*) Et spe sua falsos & dispersos, ne sic quidem eorum, quæ malè consularunt penitet, sed eadem rursus conantur.

*Tentauerunt me.*) Omne tentationis genus percurrerunt, inquit, quod consularunt perficere cupientes. Aliquando namque fraudulentis sermonibus vsi occasionem venandi tentabant, nonnunquam verò instar leonum eadem inferre cupientes rugiebant.

*Frenduerunt super me.*) Hoc autem, inquit, non accusandi gratia dixi, sed desiderans auxilium. Quando, inquit, apparebis & auxiliaberis iniuriam passo?

*Restitue animam meam.*) Machinationum victicem redde animam meam.

*A leonibus vnicam meam.*) Quoniam supra dixi, Frendebant contra me dentibus suis, fremitus autem propriè leonum

την κοινὴν  
ἐν δὲ μὲν.

est: recte eos etiam leones appellauit, vt crudelitate ac ferociam animi illorum redargueret. Quod vero dicit, Vnigenitam meam, Symmachus singularitatem meam dixit, pro eo quod est, Omni humano auxilio destitutum.

*Confitebor tibi in Ecclesia magna.*) Illud in populo graui, Symmachus in populo copiosissimo posuit. Habet autem ista prædictio finem suum. Nam in omni terra & mari, etiam per eos qui crediderunt, Deum diuinus Dauid laudat. Ecclesiam enim magnam, & populum copiosissimum Ecclesias, quæ per orbem sunt, vocat.

*Non supergaudeant mihi.*) Iterum hic mentionem eorum fecit, qui Saulem exacerbabant, vt qui, cum amicitiam simularent, quæ hostium sunt moliebantur. Hoc verò & in sequentibus manifestius dixit.

*Quoniam mihi quidem.*) Amicis verbis vrentes, iramque veluti terra quadam occultere tētantes animum habent dolo refertum.

*Et dilatauerunt super me os suum.*) Cum autem insidias sensisse me viderent, denudarunt deinceps, quam antea absconderant inimicitiam, apertaque voce super calamitatibus meis lætati sunt.

*Vidisti Domine, ne filesas.*) Iudex es Domine, & vides omnia, nec quicquam est quod conspectum tuum effugiat, ne contemnas ea quæ facta sunt, neque prouidentia tua destitutum me reddas: sed & iudicia, & iustam profer sententiam. Hoc autem & sequentia declarant.

*Domine Deus meus, & non supergaudeant.*) Si enim causam meam distuleris, ô Domine, iterum me illi ridebunt: & dolore meum, occasionem lætitiæ suæ, & infortunium meum, suam felicitatem facient.

*Erubescant & reuertantur simul.*) Manifestum est, quæ confusio illis competat, qui vicinos sublanant. Quapropter hanc Prophetæ arrogantibus & insolescentibus imprecatus est. Exultent verò, inquit, & lætentur perpetuò, qui quæ bona sunt, mihi adoptant, & pacem meam cupiunt: atque hanc me consequutum videntem, te Domine celebrent.

*Et lingua mea.*) Ego verò prouidentia tua potitus, noctes atque dies præcepta tua meditationem meam faciam, & beneficia tua perpetuò celebrabo. Quod enim dicit, Tota die, alius, Omni die, dixit, vt perpetuitatem significaret.

#### ARGUMENTVM PSAL. XXXV.

Cum Saulem D. Dauid in potestatem suam nactus esset, non solum non occidit eum: sed & eos qui id facere conabantur, cohibuit. Orto autem die, in montis cuiusdam vertice constitutus, Saulem reprehendit, & inimicitia illius iniustitiam redarguit: indicans illi, quod cum dormientem cum noctu inuenisset, non vt hostem occiderit, sed vt benefactorem seruauerit: ostenditq; oram clamidis, & vasculum aque, & hastam, quæ ad hoc abstulerat, vt per illa verborum suorum veritatem demonstraret. Itaque Psalmum hunc adiecit Dauid, vt eos qui maliciosè agebant accusaret. Admisit autem verbis suis & theologiam & prophetiam. Vnde & inscriptio legitur ad finem mittit.

#### Scholiam in eundem Psalmum.

**D**icit iniustus.) Arbitratur, inquit, qui nutritus est in malitia, neminem animi sui occulta videre consilia. Illud enim, Dicit iniquus, pro Opinatur ac suspicatur, posuit.

*Non est timor Dei.*) Loco stupiditatis huiusmodi hoc posuit, quòd dicit eum, ne Dominum quidem, omnia videntem timere.

*Noluit intelligere vt bene ageret.*) Volens autem istam habet ignorantiam, nolens quæ malè egit expendere.

*Iniquitatem meditatus est.*) Verbis quidem vtitur veritate vacuis, quid honestum verò sit videre non vult: sed nocte de malis proximo suo inferendis consultat, & per diem consilia sua adimplere conatur. illud enim, Maliciæ non est offensus, pro, Non est maliciam abominatus, posuit. Idola namque D. Scriptura aliquando abominationes, quandoque & offendicula vocat. Hoc vero Aquila, Maliciam non abiecit: Symmachus, Non reprobauit: Theodotion, Non repulit, interpretatus est.

*Domine in celo misericordia tua.*) Illi quidem ista perinde mojiuntur, ac si nemo sit qui videat, tu verò Domine misericor-

diam habes immensam, & veritatem in expensam ac iustitiâ maximis montibus comparatam. Procedit autem veritas tua per Prophetas, veluti nubes quasdam, etiam ad homines vsque, salutis illis imbrem demittens.

*Iustitia tua, sicut montes Dei.*) Cum tantam habeas veritatē & iustitiam, quānam ratione patienter agas ignoro. Iudicia quippe tua inuisibilem abyssi profunditatem imitantur: Vt enim mortalibus inuisibilis est illius fundus, ita & incomprehensibilis est iudiciorum tuorum cognitio.

*Homines & iumenta saluabis Domine.*) Et quæ est huius rei causa? Quoniam vehementer, inquit, multiplicasti misericordiam tuam Deus. Etenim ad iumenta quoque benignitas tua peruenit, non solum hominibus, sed & illis quæ propter homines sunt facta benefaciens.

*Filij autem hominū.*) Humana verò ad te natura confugiet, germinantem in domo tua bonorum copiam videns. Significat autem his verbis, non solum diuinæ doctrinæ fluentia, sed & mysticæ alimonix fruitionem. Torrenti verò tantorum bonorum suppeditationem assimilauit primū, propterea quòd illa mortalibus non est ab initio data: Deinde, vt omnes homines hortaretur ad accedendum ac bibendum, quòd fluius iste non sit perennis, sed torrens, qui ad tempus feratur, & ostendat: quod copia ista perennis quidem sit secundum naturam bonorum, torrens verò pro dispensatione fiat, & ad tempus desinat.

*Quoniam apud te est fons vitæ.*) Manifestè hic nobis S. Triadis mysterium aperit. Fontem enim vitæ vnigenitum Dei verbum nominauit. Nam ita illud seipsum per Ieremiam prophetam vocat, dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi ipsis cisternas, quæ aquam retinere non poterunt. Dicit itaque fontem istum esse apud patrem, secundum Euangelicam doctrinam, quæ dicit: Ego in patre, & pater in me est.

*In lumine tuo videbimus lumen.*) Vaticinium habet hic sermo de immutatione Seruatoris nostri post incarnationē facta. Non enim dixit, Sperauerunt: sed, Sperabunt, vt quod futurum erat, significaret.

*Præte miserericordiam tuam.*) A sanctissimo siquidem spiritu illuminati vnigeniti tui radios videmus. Nemo enim Iesum Dominum dicere potest, nisi in Spiritu sancto. Et, Deus autem nobis reuelatur, inquit, per Spiritum suum. Exactè itaque per propheticos sermones, tres vnus Deitatis proprietates cognouimus. Da itaque, inquit, continuè placidam ac iustam tuam prouidentiam ijs, quos cognitione tui dignos effecisti, & qui quæ bona sunt facere cupiunt. Nam vtraque de illis dixit, distinctione iuxta idioma suum vsus. Non enim alios dixit, qui Deum cognoscant, & alios, qui recto sint corde, neque alijs misericordiam, alijs verò iustitiam quæsiuit: sed perfectam virtutem in veracibus dogmatis, & actibus determinauit.

*Ibi ceciderunt qui.*) Hoc Symmachus sic vertit, Vbi cadent, qui operantur iniquitatem, impellentur nec poterunt stare. Petit autem Prophetæ, vt naturæ modi custodiantur, & recta via non transiliatur, vt qui sciat contrariæ viæ finem. Etenim qui in illum, inquit, incidunt, nec resurgere deinceps, nec ad rectam viam recurrere poterunt.

#### ARGUMENTVM PSAL. XXXVI.

Quoniam experimento cognouerat D. Dauid, quanta bona mansuetudo conciliet: & quod eorum finis qui iniuste viuunt, & arrogantia vtuntur tristis sit, vitæque ipsorum correspondens. Cognouerat autē ista ex ijs quæ a Saule & Absalomo, alijsque talibus, qui consilia commiserunt, perpeffus fuerat: admonitionem ad vniuersos mortales inducit, vt ferant quæ tristitia accidunt, & interea prosperitatem mortaliū non putent esse felicitatem, sed magis miseriam vocent. Et huius gratia initio Psalmi dicit, Noli emulari, &c.

#### Scholiam in eundem Psalmum.

**N**oli emulari in malignantibus.) Illud, Noli emulari, Symmachus reddidit, Ne contendas: Theodotion verò, Ne assuescas, pro eo quod est, Ne inciteris ad imitandū eos, qui in malicia viuunt, si quando prosperitatem eorum videris. Et vt prosperitatem illorum temporariam esse ostendat, subiunxit dicens.

Quoniam

*Quoniam tanquam fœnum velociter arefcunt.*) Eadem & B. Elaias dixit: Omnis caro fœnum, inquit, & omnis gloria hominis, tanquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos decidit, verbum autem Domini manet in feculum. Confimilia & B. Dauid dixit.

*Spera in Domino.*) Per omnia vtilitatem ſpei, quæ in Deum collocatur, docuit. Qui enim in illum ſperat, & ab eo paſcitur bonis, ab eo ſuppeditatis potietur. Præcipuè autem portentur illis, qui delicias arbitrantur, continuè cum illo conuerſari.

*Reuela Domino viam tuam.*) Deo, inquit, teiſum & acta tua commenda, & auxilium ab eo expecta. Ipſe namque tanquam iudex, iuſtam proferet ſententiam, teque celebrabit & illuſtre reddet, vt omnibus inſtar meridianæ lucis conſpicuus ſias.

*Subditus eſto Domino.*) Cum hæc citaque ſcias, obedi Deo gubernatori, & in petendo ab eo quæ bona ſunt perſeuerat. Et ſi quenquam videris, quæ mala ſunt amplectentem, cui tamen propoſita non malè, ſed proſperè ſuccedant, ne ægre ſeras neque diſcrucieris, quaſi nemo ſit, qui quæ condita ſunt gubernet. Hoc quæ ſequuntur manifeſtant.

*Deſine ab ira.*) Quare? Quoniam qui malignè agunt, exterminabuntur. Ne reſpicias illorum felicitatem, ſed fidem expecta, & videbis illorum exitum. Etenim certò ſcias, quòd qui ſeipſos ad id accommodarunt, vt diuinam ſpem ſequantur, & manſuetam vitam amplectantur, in tranquillitate ac pace perſeuerant, voluptatem habentes perpetuam, conſcientiæ videlicet mundiciæ: qui verò fiduciam ſuam in temporariam rerum proſperitatem collocant, repentina inuenient mutationem, & omnimodæ tradentur obliuioni, atque ita per hæc conſolationem adfert ijs, qui per iniuriam læduntur. Oſtendit enim, iniquum furere & inſanire contra eos, qui tranquillam ſunt vitam amplexi: iuſtum verò iudicem conatum eius ridere, vt qui repentina illius mortem præuideat.

*Obſeruetur peccator iuſtum.*) Eandem habent iſta cum prædictis ſententiam. Docet enim, quomodo iniuſtus varijs quidem machinis contra eos vtatur, à quibus nulla eſt iniuria affectus, verùm ſuis ipſius intricetur laqueis. Gladium enim & arcum, varias illius vocauit inſidias. Sunt autem iſta ſimilia illis quæ ſeptimo Pſalmo ſunt dicta, nempe, Lacum aperuerunt & eſoderunt eum, & incidit in foveam quam fecit. Quin & labor eius conuertetur in caput eius. Et in verticem eius iniuſtitia eius descendet. Nihil horum ab his quæ hic habentur diſcrepat.

*Melius eſt modicum iuſto.*) Melior eſt, inquit, frugalitas cum iuſtitia, quam iniqui diuitiæ, & iniuſti opulentiæ. Deinde & vtrorumque fructus oſtendit.

*Quoniam brachia peccatorum conterentur.*) Brachia peccatorum potentiam vocauit, propterea quòd per hæc ſoleant homines operari. Appoſite autem illud poſuit. Confirmat iuſto Dominus. Licet enim à dæmonibus, & hominibus impellantur, diuina tamen gratia firmati conſiſtunt, & irruentes moleſtias vincunt.

*Notuit Dominus dies immaculatarum.*) Omni prouidentia Dei fruuntur, qui vitam amplexi ſunt irreprenſibilem. Nam etiam ſi incidant in calamitates, tamen victores illarum redduntur: & ſi quando communis obtinuerit egeſtas, ſufficientiam neceſſariorum à Deo accipient, & præterea ſempiternis quoque bonis fruuntur.

*Et in diebus ſanis ſaturabuntur.*) Eam hic ſanem ſignificari arbitror, quam Dominus olim Iudæis comminatus eſt, dicens, Famem inducam ſuper terram, non famem panis, neque ſitum aquæ, ſed famem audiendi verbi Dei.

*Quia peccatores peribunt.*) Coniuñtionis enallage perſonarum differentiam efficit, & admonet, alios eſſe intelligendos peccatores, & alios inimicos Domini: Aquila verò & Symmachus pro coniuñctione, Verò, Et poſuerunt: oſtenderuntque eorſdem eſſe peccatores & inimicos Domini. Dicit autem, quòd oſores Dei propter ſuas iniquitates duraturi ſint modico tempore, & vbi ſe putauerint eſſe illuſtres & ſpectatos, inſtar fumi diſſoluendi.

*Metuatur peccator.*) Talis erat Saul, qui perpetuò beneficijs à diuiniſſimo Dauide affectus, nunquam benefactori ſuo bona rependere ſuſtinuit. Beatus verò Dauid Dominum

ſuum imitatus, in benefaciendo perſeuerauit. Tales erant & Iudæi, qui varijs obſequijs à ſanctis Apoſtolis cumulati, nihilo ſecius homicidarum animum erga illos declararunt. Verùm Apoſtoli diuina ſua dona illis ampliter impenderunt.

*Quia benedicentes ei hereditabunt terram.*) Hoc Deus patriarchæ Abrahæ pollicitus eſt, Benedicam, inquit, benedicentibus tibi: & maledicentibus tibi, maledicam.

*Apud Dominum grefſus hominis dirigitur.*) Huius ſanè gratia iuſto benedicentibus benedicit: maledicenti verò ex æquo reſpondit, quòd ipſe iuſtorum vias dirigit. Eſt enim impoſſibile, vt quiſquam ſine ipſius gratia inculpabiliter ambulet. Cooperatur autem illis, qui ſcopum præfixum petunt. Et vt ad hunc perueniatur, opus eſt vt ad virtutis acquisitionem, cum propoſito animi humani diuina quoque prouidentia coniungatur. Nam ita, etiam ſi labi contingat aliquando, diuino tamen auxilio potiri licebit. Ita & B. Dauid cum impetiſſet, & ad terram propè proſtratus ac periclitatus eſſet, diuina gratia eſt erectus.

*Iunior fui.*) Cum & iuuenis, inquit, fuerim, & in ſenectutè venerim, non tamen noui aliquando vidiffè me iuſtum, qui diuina deſtitutus eſſet prouidentia. Iuſtus enim iudex, non ſolum iuſtorum, ſed & eorum qui ex ipſis naſcuntur, omnimodam curam habet. Ita & Iſraëlis, licet delinquentis, propter progenitorum virtutem, curam geſſit.

*Tota die.*) Per hoc, quòd dicit, Tota die, omnis generis iuſti beneficia ſignificat, quæ vel pecunia, vel rebus ſuis impertit. Cum autem benefacit, eorum quidem miſeretur, qui beneficijs ipſius potiuntur: Deo verò mutuatur.

*Declina à malo.*) Hæc itaque ſcientes vniuerſi mortales, & quotquot virtutis & innocentie præmia cognouiſtis, fugite quæuis malicie genera, ac viam illis contrariam ambulate, vt ſempiternis bonis fruamini.

*Quia Dominus amat iudicium.*) Rectè ac iuſtè iudicans omnium Dominus mercedem cuiuſuiſ ſtudijs competentem retribuet, & amantes iuſtitia omni cura dignabitur: in contrarium verò animatos radicitus euellat. Ita poſtquam vtrorumque fructus oſtendit, iam deinceps docet, quomodo fieri poſſit, vt amicus Dei iuſtitiam acquirat & exequatur.

*Os iuſti meditabitur ſapientiam.*) Conuenit, inquit, vt & lingua & animo, diuina proferantur oracula, & horum meditatio ſine intermiſſione fiat. Nam qui ad hunc modum faciendum eſſe dicit, amator ille virtutis inconcuſſus & imotus permanet, & ſe proſternere conantes vincit.

*Lex Dei.*) Multifariam de eodem loquitur, vt firmiore memoriam maiore cura & meditatione efficiat. Dicit autè, quòd iuſtum Dominus malorum inſidijs obnoxium non ſit contempturus, nec ſententiæ talia audientium aſtipulaturus: ſed effecturus, vt retia illorum tranſiliat.

*Expecta.*) Hiſce inſtructus diuinam expecta ſententiam, & poſitas leges cuſtodita & in præſenti vita ſies ſpectatus, & in futura ſtabilibus bonis fruere, & ſinem peccatorum videbis. Deinde, quoniam multos illud angit, quòd iniuſtorum ſupplicium in præſenti ſeculo non vident, ſed coguntur longo tempore expectare: commodum per ea quæ facta ſunt, futuris fidem conciliat.

*Vidi impium ſuperexaltatum.*) Vidit enim magnus Dauid finem regni Saulis, & interitum tyrannidis Abſalom, & aliorum præterea haud paucorum cum arrogantiam tum omnimodum exitium. Rectè itaque infrugiferis arboribus proſperitatem illorum comparauit. Deſolatos dicit non ipſos tantum, ſed & ipſorum locos. Per hæc autem memoriam illorum refricuit. Deinceps rurfus admonitionem & conſilium inducit.

*Cuſtodi innocentiam.*) Ne reſpicias, inquit, ad præſentia hæc triſtia, ſed quæ futura ſunt expecta. Erit enim tempus, quando ijs qui ſimplicitate ac rectitudine ſunt vſi, conueniens præmium dabitur.

*Iniuſti autem diſperibunt.*) Hoc Symmachus ad hunc modum interpretatus eſt: Aſpernantes autem delebuntur, ſimul extrema iniquorum excidentur. Illo, inquit, tempore etiam iſti ſua præmia recipient, communem interim expectantes interitum.

*Salus autem iuſtorum à Domino.*) Qui vero iuſtitiam operati ſunt,

funt, diuino potiti auxilio, & salutem acquirunt, & eos qui per iniuriam lædere conati sunt, superabunt, vt qui spem erga Deum sinceram seruarunt.

ARGVMENTVM PSAL. XXXVII.

Quam exacta fuerit diuiniſſimi Dauidis respicientia, id predicat, quod peccata sua tam diligenter confiteretur. Peccati namque in multis psalmis meminit, dum non sustinet vlcus abscondere: sed & morbum & medelam illius, vt documenti mortalibus esset occasio, in medium adducit. Quapropter & hoc psalmo, & peccati mentionem facit, & correctionis, quæ propter peccatum fuerat inducta: fuerant autem illi multa tristitia illata. Cædes Amnon, tyrannus Absalom, consilium Achitophelis, quod contra ipsum dederat, conuicia Semei, & reliqua.

Scholia in eundem Psalmum.

**D**omine ne in furore tuo.) Hoc modo & sextum psalmum est exorsus, orans vt medendi, non iudicandi modo corripatur: nec vehementibus, sed mitibus pharmacis sanetur.

Quoniam sagitta tue infixæ sunt mihi.) Hoc, inquit, non frustra oro: sed quoddam videam imminere mihi sagittarum nubes, & futurum vt iamam manu capiat, & admodum verberet. Illud enim, Confirmasti, ab eorum est metaphora sumptum, qui flagris cædunt, ac multas plagas inferunt.

Non est sanitas in carne mea.) Supplicio, inquit, stimulat, peccati recordor. Huius autem memoria ploratus & lamentationes efficit. Ex illis verò infirmitas mihi & miseria adnascitur.

Sicut onus graue.) Incurrauit me, inquit, graue peccati onus. Cruciat autem me putidus purulentorum vulnere odor, quæ abiecta prudentia stultitiæ seruicis accepi: qua de causa omni lætitiâ priuatam continue mæreo ac languo, tristitiæque mutationem non inuenio.

Quoniam lumbi mei.) His verbis concupiscentiam notauit. Lumbis enim insunt renes, per quos appetitus moueri solet. Dicit igitur, Omnium horum malorum causa ex eo mihi est, quoddam desiderio non vt oportebat, sed ad intemperantiam sum vsus.

Rugiebam.) Ex hac, inquit, concupiscentia hoc lucri feci, vt ad terram oculos demittam, & sine intermissione propter acerbos cordis mei dolores lamenter. Hac ratione desiderij operationem commutauit, diuinæque voluntatis ministrum constitui. Vnde & subiicit, Domine ante te est omne desiderium meum. Quoniam enim illo semel malè sum vsus, semper illud præceptis tuis offeram.

Et genitus meus.) Vides, inquit, Domine lamentationes ac lachrymas meas, vides me turbatum, & viribus destitutum, consuetaque luce priuatum, atque in ipsa meridie perinde atque in tenebris agentem. Duo autem simul hic significat, mœstitiâ videlicet, qua fit, vt nec lux videatur esse lux, & diuinæ curæ priuationem, quam meritò lumen oculorum nominauit.

Amici mei & proximi mei.) Particulam hanc Symmachus ita reddidit: Amici ac sodales mei, ex aduerso in plaga mea steterunt. Quidam, inquit, amicorum meorum cum plagam meam viderent, quæ hostium sunt, fecerunt, & mihi manifestè aduersati sunt: quidam verò metu percussis secesserunt, nec auxilio suo mihi succurrerunt. Per priores Achitophelium notat, qui non solum secessit, sed & perditionis consilia dedit. Et alios autem verisimile est eadem cum illo designasse, præsertim potiore Israelis partem. Cum hostes, inquit, amicorum meo præsidio destitutum viderent, in insidijs quas struebant, deuorare me cupientes, perseuerarunt.

Et dolos tota die.) Manifestius hoc ipsa docet historia. Cum enim Absalom patris sententias culparet, & eos qui in iudicijs condemnabantur ad se pertraheret, patienter id tulit B. Dauid. & cū Semei conuicia manibus ac lingua eiacularetur, probra illa tacitus ferebat, cum dixisset, Sinite vt mihi maledicat, Dominus enim illi præcipit, vt Dauidi maledicat: & cum ex ducibus quidam pœnas conaretur à scelestis sumere, prohibebat. Hac, inquit, tolerantia perseueranter sum vsus, quoddam spem in te collocatam haberem, tibi que causam meam commendarem, oraremque ne sineres me

A esse materiâ gaudij hostibus meis: & si vincerer, occasionem illis fieri insolentia & arrogantia.

Quoniam ego in flagella.) Dignum me peccatum fecit, qui flageller. Quapropter me ipse supplicij subijcio. Curari namque cupio peccati doloribus stimulat. Propter quam causam & mei ipsius accusator fio, & omnem recuperandam sanitate rationem habeo.

Quoniam iniquitatem meam.) Tibi namque soli peccaui, inquit, & malum coram te feci: illi verò, cum sint multis à me beneficijs affecti, contraria retribuunt, meque robustiores sunt facti.

B Et multiplicati sunt.) Iterum hæc per Absalomum notat iudicijs suis detrahentem, & iniustos ad se vocantem, & cum filius esset, ad hoc contendentem, vt parricida fieret. Quem enim secundum naturæ leges diligere debebat, hunc velut grauè olentem mortuum odio prosequutus est. Conuenit hoc & inuili populo, qui cum multis esset beneficijs cumulat à Deo, ingratum tamen sese erga gratiam illius exhibuit.

Ne derelinquas me.) Tantis, inquit, dolorum fluctibus adobrutus, te Deum ac Dominum meum oro, ne consueta me providentia priues, sed auxilium tuum præstes, & salutem largiare.

ARGVMENTVM PSALMI XXXVIII.

C Ex commentatoribus quidam Idithum hunc Psalmum conscripsisse dixerunt: inscriptio vero contrarium docet. Est enim Dauidis hic Psalmus, Idithum verò, vt qui cantantium choro prefectus erat, in sinem est datus. In sinem autem nos mittit, propterea quod humana naturæ vilitatem deplorat, sinemque illius ostendit. Loquutus est autem magnus Dauid hunc Psalmum, cum persecutionem ab Absalomo, & conuicia à Semei pateretur.

Scholia in eundem Psalmum.

**D**ixi custodiam vias meas.) Semei cum magno Dauidi parricidæ filij tyrannidem fugienti in itinere occurreret, lapidibus illum petebat, & probris incessabat: Dauid verò consueta philosophia vsus, non solum ipse se non est vlus, sed nec duci exercitus illud interimere ipsum tentanti permisit, dicens, Sinite vt mihi maledicat, quoniam Dominus illi dixit, Maledic Dauid: vt videat aliquando Dominus humilitatem meam, & reddat mihi bona pro hac maledictione. Habent itaque Psalmi huius verba multum consonantiæ cum illa historia. Multum enim curæ linguæ impendit, membrum illud lubricum esse sciens, ideoque illi ista instar muri circumposuit. Semei verò nihilominus illi, licet nulla affectus iniuria, aduersatus est. Ipsum enim peccatorem tanquam iniustum nominat.

D Obmutui & humiliatus sum.) Admodum ista conueniunt illis quæ ab eo in historia dicta sunt: nempe, Sinite illum vt mihi maledicat: quod & hic dicit. Quoniam per omnia similibus fui surdo non audienti, & humiliati meisum, competentem ex eo fructum expectans.

E Et dolor meus renouatus est.) Cum, inquit, probris ab illo impeteret, peccati mei, quod temerè commisi, in mentem mihi venit, & hinc verberibus vulnerabar, cogitans propter illud me probris scindi, & tyrannide filij premi. Dominus enim præcepit illi vt maledicat Dauidi. Peccati recordatus est, eo quoddam propter illud corrigebatur.

Concaluit cor meum.) Symmachus sic reddidit, Exarsit cor meum intra me: & cum recogitarem, igne exarsi. Cum peccati mei recordarer, inquit, igne mœstitiæ flagraui.

Loquutus sum in lingua mea.) Igitur conuitiatori quidem nihil respondi, omnium verò Dominum mortis cupidus orauit, vt vitæ mihi terminum significaret.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos.) Symmachus ad hunc modum interpretatus est: Instar palmi dedisti dies meos, & vita mea velut nihilum est coram te. Mortem autem concupisco, humanam naturam vitæ sciens esse non diuturnam. Nostra siquidem vita tuæ collata, ne consistere quidem videtur. Tu namque nec principium habes, nec finem: at nostra vita veluti palmis mensuratur. Per hoc autem momentaneam humanæ vitæ breuitatem significauit.

*Veruntamen vniuersa vanitas.*) Omnis itaque humana natura, tam in diuitibus quam in pauperibus dissoluto vapori similis est, vanæque & frustra ædificant, & terrenam facultatem colligunt.

*Veruntamen in imagine pertransit homo.*) Nihil, inquit, differunt viuentes homines ab imaginibus eorum, quæ sunt pictæ. Similiter enim tam istorum quam illorum natura tempore diluitur & corrumpitur. Et tamen nihilominus perturbantur contententes, & omnis generis turbinibus plena est eorum vita, finem habens mortem. Multo autem cum labore diuitias coaceruant de futuro sunt herede ignari. Potest enim fieri, vt quæ in vita exosum habent, hunc ipsum sortiantur heredem.

*Et nunc quæ est expectatio mea? Nonne Dominus.*) Vale illis dicto, abs te expecto auxilium. Illud verò, Et substantia mea, Aquila dixit, Expectatio mea, quasi dicat. Te expecto circumspiciens, beneuolentiamque tuam expecto. Deinceps causam dolorum ostendit.

*Opprobrium insipienti dedisti me.*) Iterum Semei recordatur. Vehementer enim, & hoc cum illis conuenit, quæ dicta sunt in historia, nepe, Dominus præcepit illi, vt maledicat Dauidi. Et quæ subiiciuntur quoque, similiter ei historiarum competunt.

*Amoue à me.*) Te siquidem permittente debacchatus est ille. Et is quidem flagello similis fuit, tu verò continuè disciplinam intulisti. Quapropter & cum silentio illum quidem contemnens, te verò corripientem respiciens flagella suscepi.

*A fortitudine manus tuæ ego defeci.*) Oro itaque & supplico tibi Domine, cessa iam à correptione. Multitudine namque verborum consumptus sum.

*In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.*) Non frustra, inquit, correptionibus vteris, sed delicta redarguendo, medicæque scindendo, & saniem latentem educis, & dolores quidem curationibus concoquis, sanitatem verò ijs qui scinduntur concilias.

*Exaudi orationem meam Domine.*) Obsecro, inquit, Domine, exaudi cum gemitu supplicentem, & cum lachrymis implorantem. Neque enim habitator sum terræ, sed aduena, & ad exemplum patrum breui victurus sum tempore, mortemque propediem susceperurus. Da itaque mihi paululum laxamenti, vt paucos adhuc dies sine doloribus viuam, antequam ex hac vita emigrem. Emigraturus autem non tergiverabor. Quod enim dicit, Et non subsistam amplius: idem est ac si dicat, Ad corruptibilem hanc vitam non reuertar.

#### ARGUMENTVM PSAL. XXXIX.

*Psalmum hunc alij B. Ieremie, alij B. Danieli deputarunt, propterea quod vterque in lacum coniecti fuerunt. Meminit autem de lacu Psalmi proenium. In hanc verò sententiam, vnius verbi consideratione cesserunt. Sunt etiam qui hunc Psalmum illis competere dicant, qui in Babylone captiui habitauerunt. Ego verò illum typicè de his quæ Dauidi contigerunt, scriptum esse arbitror: referri verò ad vniuersam quoque humanam naturam, quæ à Deo & Seruatore vostro resurrectionis spem est adeptæ.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**E**xpectans expectaui, &c.) Præcedenti siquidem Psalmo dixit, Exaudi orationem meam Domine, & precationem meam auribus percipe: hic verò tanquam susceptam orationem & data petitione, Expectans, inquit, expectaui Dominum, & attendit mihi. Cum enim propter peccatum esset auersus, placidum mihi vultum ostendit.

*Et exaudiuit.*) Et quid fecit, posteaquam precem tuam exaudiuit? Reduxit me è luto cerui. Ita maxima pericula diuina Scriptura nominare solet. Rursus vbi te liberauit è periculis, quid tibi largitus est?

*Et statuit supra petram.*) Non est me passus moueri, inquit, & subverti: sed firmam reddidit stationem meam, & effecit vt in via iustitiæ, sine impedimento curram.

*Et immisit in os meum.*) Iam enim non amplius lamentando supplico, sed propter accepta beneficia hymnum dico. Ista quidem, sicut dixi, Dauidis passionibus typicè competunt: competunt verò præcipuè humanæ naturæ, quæ in

**A** eundem deiecta peccati fundum, & per incarnationem Seruatoris extracta, spemque resurrectionis nacta dicit, Expectans expectaui Dominum, & attendit mihi. Mors verò meritò lacus & miseria, peccatum verò lutum cæni, tanquam factorem emittens est dictum.

*Viderunt multi.*) Quoniam personam eorum qui salute bonæ potiti, ista referunt, rectè Propheta dixit, quod ijs qui sunt ista nunquam gustauerunt, visis hisce formidaturi sint, quod nondum accesserint, nec spem hanc obtinuerint, neque diuino auxilio potiti sint.

*Beatus vir.*) Vanitatum istarum & in præcedenti Psalmo, meminit Propheta. Et iterum: Veruntamen vanè conturbantur. Igitur & hoc loco beatum eum esse dicit, qui & præsentia contemnit, & spem diuinam loco illorum omnium possidet.

*Multa fecisti tu Domine.*) Maxima quidem sunt & pulcherrima opera tua, humanam quoque laudem superant, quæ singulis sunt temporibus abs tua prouidentia dispensata, vt sub Mose, Iesu & Samuel: verum quod nunc est factum, his omnibus est admirabilius. Neque enim vnius hominis aut gentis, sed omnium gentium salutem operaris.

*Sacrificium & oblationem.*) Pro legalibus namque sacris membra nostra consecrare præcepit Dominus. Fac itaque gratia tua cognita, inquit, me ipsum tibi obtuli dicens, Ecce adsum. Hanc itaque vocem Apostolus ad Christum refert, idque vehementer meritò. Est enim ille naturæ nostræ primitiæ, primumque decet, quæ nostra sunt prædicere, inque ipso prælineare, quæ vos facere conuenit.

*In capite libri.*) Iam olim, inquit, in prophetis libris prænunciatum est de me. Caput Aquila & Symmachus, volumina dixerunt. Ita verò & in hodiernum vsque diem Iudæi sacras scripturas inuoluerunt.

*Vt facerem voluntatem tuam.*) Cum ad te, inquit, accedo, omni studio in id incumbam, vt mandata tua adimpleam, & secundum voluntatem tuam vitæ meæ conuersationem instituiam. Illud verò, In medio ventris mei, ex eorum metaphora dixit, qui amicè erga quosdam sunt affecti, ita vt quem diligunt, intrò in ipsum pectus includere cupiant. Hæc autem nec Ieremiæ competunt, nec Danieli. Lege siquidem adhuc obtinente, holocausta & sacrificia Deo offerebantur. At propheticus sermo his omnibus reiectis rationalem cultum ostendit.

*Annuntiaui iustitiam.*) Et B. David pollicetur, futurum vt in Ecclesia magna, quæ videlicet per vniuersum orbem diuina esset gratia collecta, iustitia Dei, & prophetiæ huius veritas, & celebrissima salus, & immensa misericordia prædicetur. Et ipsa seruata natura hanc se pro accepta salute retributionem reddituram pollicetur, quod velit ad Ecclesiam concurrere, labiaque ad hymnodiam mouere, ac iustum prædicare iudicium. Illud verò, A concilio multo: Symmachus reddidit, in multitudine: Aquila verò & Theodotius posuerunt, in Ecclesia magna. Vnde manifestum est, quod de eadem loquutus sit Ecclesia.

*Tu autem Domine ne longè facias.*) Ecclesia Dei etiam, posteaquam salute Dei potita est, adhuc eadem opus habet prouidentia, propter multiarios tam hominum quam dæmonum incurfus, quorum in sequentibus mentionem facit.

*Misericordia tua.*) Nemo putet ista ijs, quæ dicta sunt non conuenire. Nam & tres pueri in camino ignis orantes dicebant, Peccauius, iniquè egimus, iniuste fecimus. Et quam plures alios reperies seipsos humiliantes & condemnantes. Ita & hic Ecclesia Dei maximis procellis ab impijs perita, non superbit, tanquam decertans: sed peccatis & delictis, quæ dicuntur deputat, oratque vt auxilio Seruatoris potiat. Alias etiam Ecclesia Dei non constat vniuersa ex perfectis, sed simul ex his qui tranquille viuunt, & quietam vitam amplectuntur. Et quoniam illa vnum est corpus, velut ab vna persona tam illa, quam ista proferuntur.

*Complaceat tibi Domine.*) Neque enim vulnerare tantum, sed æternæ morti destinare me voluit.

*Auertantur retrorsum.*) Verte illos in fugam, inquit, & cura vt errent ab ijs quæ cupiunt: mala siquidem mihi moluntur. Et his qui me sublannant ac derident, fructus loco confusio contingat.

*Exultent & latentur.*) Eos, inquit, qui te quærunt ac perpetuò laudant, continua reple lætitia: non accipiant gaudij mutationem. Non enim ijs qui simpliciter diligunt lætitiã, hanc apprecatæ est: sed his qui continuò desideratum habent amorem.

*Ego autem mendicus.*) Quomodo supra peccatorum meminit, ita hic Ecclesiam egenam & auxilio egentem, diuinumque adiutorium implorantem vocat. Conuenientem autem ista singulariter beato Dauidi. Arbitror enim, quòd prophetiam hanc, & gratiæ Christi magnificentiam contemplatus, egenum se & pauperem appellauerit: & ipse quoque orans, ne prænuntiata illa salus elongaretur, sed quàm velocissimè mortalibus exhiberetur, diuina hac beneficentia potiri perierit.

ARGUMENTVM PSAL. XL.

*Sunt qui hunc psalmum Dauidi, rursus sunt alij qui illum Ezechias deputant. Non sinit autem diuinum Euangelium, vt alterutrum recipiant. Dominus Christus, cum sermonem quendam ad S. discipulos faceret, ista subiunxit, Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis loquor. Noui enim quos elegerim. Sed vt scriptura impleatur: Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum. Cum ergo Dominus præsentem psalmum sibi competere sibi ostenderit, audaciam ac temeritatem esse puto si aliud quisquam argumentum illi affinxerit.*

Scholia in eundem Psalmo.

Beatus quis.

**B** *Eatus qui intelligit.*) Egenum vocat eum, qui omnium est Dominus. Quoniam cum diues esset, inquit Apostolus, propter nos egenus effectus, vt nos ipsius paupertate diuites efficeremur. Beatum itaque vocat eum propheticus sermo, qui hanc egestatem intelligere, ac pro viribus celebrare potuerit.

*In die mala.*) Significat opinor, diem iudicij, diem malum futurum, eo quòd iniquos sit afflicturus: ac pollicetur futurum, vt licet ista paupertatis huius intelligentia à malis formidandi huius diei, eum qui hanc habeat, liberet: efficiatque, vt non solum futuris bonis potiatur, sed & prospera celebritate in præsentem quoque vita, illustris ac spectatus repleatur, ac simul inimicorum insidias effugiat: & quoniam corpus habeat adhuc corruptibile, ideoque vero simile sit, vt in morbos incidat, & ab his illum liberandum esse promittit.

*Dominus open ferat illi.*) Omni, inquit, infirmitate illum liberabit, ac morbum in sanitatem commutabit. Illud enim, vniuersum stratum eius versati, pro Commutasti posuit. Iam postquam retributiones eius recensuit, qui desideratam hanc egestatem intelligit, consequenter ostendit, quis illam habuerit: eum ipsum de hac docentem, & de seipso differentem inducens. Ego, inquit, egenus ille sum, qui voluntariam in me paupertatem suscepi, agnus ille Dei, qui mundi peccatum sustuli, qui passiones mortalium mihi appropriari, qui peccatum non feci, & tamen hanc pro humana natura orationem obtuli.

*Inimici mei dixerunt mala mihi.*) Inimicos vocat Iudæos, odio se prosequentes, & ad mortem urgentes: id quod & S. librorum, Euangeliorum videlicet historia docet. Consilium namque ceperunt, inquit, quomodo eum morti traderent.

Vaticinium de Iuda.

*Cor eius congregauit.*) Vaticinium hic ad Iudam transfert. Sic enim & diuini nos Euangelistæ docent, quòd Iudæis ille dixerit, Quid datis mihi, & ego vobis eum tradam: Quæsiuit autem opportunitatem, vt traderet eum. Hæc & vaticinium hoc dicit, & ipse rerum exitus istis astipulatur. Quòd enim tacite inter se contulerunt, insidiarum modum quaesierunt. Deinde & tyrannidis eum condemnarunt, Pilato dicentes, quòd se ipse regem fecisset, Cæsariq; tributum dare prohibuisset. Hoc & prophetia prædicit, & Euangelistæ narrant.

*Verbum iniquum, &c.*) Hoc est, Præuaricationis accusationem contra me instituerunt.

*Nunquid qui dormit.*) Etiam si mortem pertulero, inquit, resurgam tamen: & qui hanc subornant, dissipabo.

*Etenim homo pacis meæ.*) Manifestius hoc Aquila & Theodotion sic dixerunt, Atqui vir pacis meæ, in quo speraui: Symmachus verò sic, Sed & homo qui pacificè mecum egit, in quo sperabam. Non enim, inquit, inimici mei tantum mortem intenterunt: sed & homo ille qui mihi conuixit, & pacem ac beneuolentiam hypocrita simulauit, qui eadem mensa & alimonia mecum est usus, dolum què habebat enudauit. Dolum enim calcaneum nominauit, ex eorum videlicet metaphora, qui de currendi velocitate certantes, eos qui vnà currunt, calcaneo ad hoc vt impingant & cadant, impedire conantur.

Calcaneum quid.

**B** *Tu autem Domine miserere mei.*) Et hæc omnia tanquam in persona assumptæ naturæ sunt dicta, in qua & passio est tolerata. Nam ita in sanctis Euangelij Dominum Christum orantem audiuius, Pater serua me ex hac hora.

*In hoc cognoui, quoniam voluisti me.*) Et ista formæ serui conueniunt, quam in se vnigenitus filius assumpsit. Non enim angelos, vt D. Apostolus ait, sed semen Abraham suscepit.

*Et confirmasti me.*) Ista vaticinatus est D. Dauid, & indicendam philanthropian Dei, & eum intelligens, qui voluntariam hanc in se paupertatem suscepit: ac simul hymnum illi per linguam suam obtulit, vt beatum & ipse finem reportaret. Rectè autem post passionem, hymnum illi obtulit: vt doceret eum, de quo prophetauit, non solum esse hominem, sed & Deum ante secula sempiternum, cuius essentia perditionis capax esse nequeat.

ARGUMENTVM PSAL. XLII.

*Populum Deus, cum peccasset, Babylonij tradidit, decretis ad captiuitatem eius annis septuaginta. Velut igitur ex horum persona lamentantium, ac libertatem desiderantium dictus est hic psalmus. Quoniam enim in illis pij quidam erant, vt D. Dauid, & suspiciendus Ezechiel, & plures alij Deum diligentes, & cultum illi legitimum affectantes, horum sumpta persona propheticus sermo, que ab illis essent dicenda, ante multas generationes docet. Inscriptus est autem hic psalmus, in finem, eo quod post proximam temporis periodum finem essent, que dicuntur acceptura.*

Scholia in eundem Psalmo.

**Q** *uemadmodum desiderat.*) Ceruas dicunt venantes vocare bestias, indeque vehementer ad sitim accendi, & aquas feruentius appetere. Cum igitur Babylonij vitis, qui impiè & iniquè viuerebant ac serpentibus similes erant, pij conuiterent: rectè, instar ceruarum, Deum sitire se dixerunt, liberari ex ea calamitate cupientes, diuinumque auxilium expectantes.

*Sitiuit anima mea.*) Desidero, inquit, & sitio veri Dei cultum. Illud enim, Quando veniam & apparebo ante faciem Dei: de cultu Dei, qui secundum legem erat, dixit. Admodum autem competenter Deum fortem ac viuentem nominant, ad inanimata & immobilia Babyloniorum idola respicientes.

*Fuerunt mihi lachrymæ meæ.*) Cum noctes, inquit, ac dies lamentarer, satiari tamen non poteram, sed erant mihi lachrymæ loco cibi, cum probis in te iactatis impeterer. Inimici siquidem subsannant me, ac prouidentiam tuam tanquam imbecillum obijciunt. Quocirca cum ista continuè cogitarem, sine intermissione lamentabar. Illud enim, Effudi in me animam meam: idem est atque, Pudefiebam & ad lamentandum permouebam.

**F** *Quoniam transibo.*) Tabernaculum vocat protectionem Dei. Itaque post tristitia que placita sunt prædicat & prædocet, vt potè quòd velocissimè reuocationem sint adepturi, à diuina gratia reducendi: & quòd ad terram desideratam sint redituri, ac domum Dei reedificaturi, consuetaque festa celebraturi, & festiuum sonitum ac spiritalem melodiam auribus suis hausuri.

Tabernaculum.

*Quare tristis es anima mea.*) Cum hæc promissa acceperis, anima, cessa animum despondere ac lugere, sed spe potius firmata prophetiæ finem expecta, vbi vira salute quæ continget, hymnos seruatori Deo offeres.

*Ad metipsam anima mea conturbata est.*) Habent ista quandam affectuum expressionem animæ secum differentis. Quoniam enim dixit, Cessa à luctu: respondet illa dicens, Non frustra

frustra lugeo & lamentor. Mouet enim mihi lacrymas patriæ terræ memoria. Terram enim Iordanis, promissionis terram vocat. Per montem autem & fluuium, omnem illam terram significauit.

*Abyssus abyssum.*) In terra illa agens, inquit, inimicorum tradita sum multitudini, & velut in abyssum submersa. Abyssum enim vocat militares acies, & multitudinis exuberantiam immensis aquis comparat: & quæ ab illis fiebant, antiquo diluuiio assimilatur. Tu enim illos induxisti, inquit, vt præuaticationis pœnam de me fumeres.

*Omnia excelsa tua.*) Tempestates tuæ & fluctus tui supra me transferunt. Quoniam enim militiam abyssum comparauit, in ea forma permanent: & impetus qui ab inimicis fiebant, fluctus ac tempestates vocat.

*In die mandauit Dominus.*) Cum enim sciam, inquit, misericordiam Dei nunquam non suppeditari, ac nocte hoc in meipso cogitem, cano & hymnum illi dico, qui res nostras tanta prouidentia dispensat. Offero autem illi & preces, orans vt hac philanthropia potiri liceat.

*Dicam Deo, Susceptor meus es.*) Hæc, inquit, ad Deum meum dico. Prouidentia tua semper sum fretus. Qua de causa illa me iam priuasti, vt sine intermissione lugeam ac lamenter, propter probra quæ ab inimicis inferuntur. Contumelia siquidem afficiens me, plagisque ac vinculis ossa mea conterentes, sublanant me dicentes, Vbi est Deus tuus? dum ista me propter tuam imbecillitatem ferre putant. Illud autem, Quare oblitus es mei? idem est ac si dicat, Quare mihi prouidentiam tuam non impendisti? Obluionis siquidem passio Dei propria non est, sed humana: proprium verò Dei est, nullis esse passionibus subiectum.

*Quare tristis es anima mea.*) De salute, inquit, ô anima, ne desperes. Habes enim seruatorem Deum in quo firmam cum sis adepta spem, extingue istam tristitiam, consolationemque admitte.

ARGUMENTVM PSAL. XLII.

*Inscriptum apud Hebraeos non habet hic psalmus, propterea quòd eiusdem cum precedenti est sententia. Orant autem Deum, qui precedentis psalmi verba loquuti sunt, vt inter se & Babylonios multa crudelitate vrentes iudicet: vnde illos etiam gentem non sanctam, ac regem eorum virum iniustum ac dolosum nominant.*

Scholia in eundem Psalmum.

*Iudica me Deus.*) Eandem denuò orationem proferunt, ab inimicorum crudelitate liberari obsecrantes, propter quam tristes ac mœsti semper erant.

*Quare me repulisti?*) Non dicunt hoc accusandi gratia, sed quòd cum alieni essent ab aliorum præuaticationibus, nihilominus vnà cum illis diuina priuati essent prouidentia.

*Emitte lucem tuam.*) Tempus hic immutarunt Septuaginta, & de futuris tanquam de præteritis loquuti sunt. Alij verò manifestiorem interpretationem posuerunt: Emitte, inquit, lucem tuam & veritatem tuam, quæ deducunt me. Oro, inquit, vt auxilio tuo fruatur. Per hoc namque possibile mihi erit, vt & acerba hac seruitute liberer, & ad patriam terram reuertar, & in templo repurgato legalem cultum offeram. Tabernacula siquidem, templum appellauit: & montem sanctum Siona: lucem verò & veritatem, diuinam apparitionem. Quemadmodum enim calamitates caliginem, ita liberationem ab illis lucem nominat.

*Et introibo ad altare Dei.*) Reditum, inquit, desidero exoptatissimum altare tuum videre, & per illud te Dominum contemplari gestiens, qui mihi mulcuaris lætitiæ & gaudij causas exhibuisti. Illic autem cum cithara consueta tibi hymnodias persoluam. In salicibus enim suspendimus organa nostra, legis præuaticationem rati, si extra tuum te locum coleremus.

*Spera in Deo.*) Et hic manifestum est, quòd eandem vtrique psalmi sententiam habent. Seipso admonent, qui verbis hisce sunt vsi, vt spes meliores habeant, mœstitiæque passionem superent, ac salutem à Deo expectent, vt quæ sine omni dubitatione sit exhibenda.

ARGUMENTVM PSAL. XLIII.

*Psalmum hunc Prophetæ non in sua, sed Machabeorum persona dicit, quæ illorum tempore futura erant edisserens ac prænuncians. Solent enim ad hunc modum Prophetæ omnia tempora percurrere, præterita, presentia & futura. Qui verò Machabej fuerint, & quæ ab illis ac sub illis sint gesta, ipsorum historia declarat: quæ hoc loco, tanquam cognita, sunt omittenda. Hi ergo, qui bellum erant contra Antiochum gesturi, videamus quæ sequuntur.*

Scholia in eundem Psalmum.

*Deus auribus nostris.*) Quoniam nonnulli ex eis qui vnà erant ad id bellum descripti, multitudinem & acies hostium: deinde & præoccupatam victoriam, & quòd omnes excursus intercepissent, videntes, suamque imbecillitatem reputantes, facillimè ab eo opere deijciabantur: vt animos eorum erigeret, ostenderetque, in re militari omnia sita esse in manu Dei, alacriores eos reddit. Omnis itaque ipsorum oratio, incitamentum est exercitibus, omnia Deo commendare iubens. Quare autem dixit, Auribus nostris audiuius? Mos hic vulgatus est inter homines. Quando enim quædam differuntur de ijs, quorum persuasionem admittunt, auribus illa suis audijisse dicunt. Quod igitur de auribus adijcit, eius est qui auditori certò persuadet.

*Patres nostri.*) Audite hoc, quotquot filios vestros negligitis, Fecerant illi parentes ora sua quasi quosdam libros ad instructionem filiorum suorum, tam ipsi in memoria beneficiorum Dei perseverantes, quàm filios suos huiusmodi narrationibus ad cognitionem Dei inducentes.

*Opus quod operatus es.*) Vetusta cuiusdam narrationis meminit. Quare autem non recentis alicuius mentionem facit? Quoniam apud homines quidem rectè recentium rerum narrationem facimus, propter imbecillam eorum memoriam: apud Deum verò, cui omnia ex æquo sunt cognita, tam vetustarum quàm recentium. Nihil hic discriminis est.

*Manus tua gentes.*) Vide quomodo dictione propriè vtatur. Non enim, inquit, victoria contentus fuisti, sed ulterius omnia sunt progressa. Qui terram istam detinebant, radicitus sunt euulsi. Aduenæ verò, ciues & habitatores illius sunt facti. Iam si aduenas illos tanta velocitate victores eorum qui terram inhabitabant constituit: multo magis nos, qui patrijs sumus sedibus eiectione, non contemnet.

*Non enim in gladio suo.*) De Ægyptijs quidem hoc dici tradunt: mihi verò & ipsam de Sionibus dici videtur. Atqui omnino armati vicerunt in bellis. Armati quidem, verum opus ipsum non erat armorum: sed Dei, qui exercitus eorum ducebat. Vide quomodo formæ orationis consilium intexat. Quomodo autem causam hanc hæreditatem patrum & maiorum vocat, cum illi terram hanc non obtinuerint? Quoniam ad hos erat illius facta promissio.

*Sed dextera tua.*) Cum de dextera & brachio Dei dixisset, quoniam crassiorum dictionum meminerat, vidè quò sermone reducat & euehat. Et illuminatio vultus tui, inquit, auxilium & prouidentia tua. Deinde & rationem huius subiungit, dicens, Quoniam placatus fauebas eis, quoniam ita volebas. Erat itaque hoc gratiæ, non meritorum.

*Tu es ipse rex meus.*) Alius principatum gerit supra salutem Iacob. Et quomodo hoc præcedentibus conuenit? Admodum. Quod enim dicit tale est. Nos sumus illorum filij. Deus idem ipse est, qui & tunc tēpotis & iam operatur. Vnde est igitur tanta rerum mutatio? Illud verò, Qui mandas, idem est quod, Qui iubes, qui denuntias, vt seruetur Iacob. Rursus hic auxilij facilitatem, ac multam potentiam commendat. Nec simpliciter progenitoris Iacob meminit, sed iustitiæ loco virtutem eius, Deum placare volens, prætexit. Et tu idem ipse es, inquit, & prouidentia tua eadem, & nos tibi accensumur. Hoc enim est quod dicit, in te inimicos nostros ventilabimus cornu. Speramus victoriam, ab eo quòd corneæ tubæ sonant, quæ ciuitatem inimicam deiecerunt.

*Et in nomine tuo.*) Alius habet, pro Contemnemus, compatiemur. Ne putabimus quidem illos aliquid esse, sed tanquam non sint, ita persequemur eos.

Abyssum.

B

C

D

Aduenæ

E

F

Tabernaculum pro templo.

*Non enim in arcu meo sperabo.*) Alius habet, Confusus sum. A Et quare armis istis es usus, si nihil in illa spei collocasti? Quoniam Deus ita præcepit. Et ob eam causam vtor illis quidem, verum totum in ipsum conijcio. Quid necesse est, inquit, vt quæ maioribus nostris acciderunt adferamus? Nos ipsi multa adnumerare possumus prouidentia tuæ pignora. Huius enim gratia dicit, Et odientes nos confudisti. Non enim simpliciter nos eripuisti, sed cum eorum confusione qui contra nos insurgebant.

*In Deo laudabimur tota die.*) Alius habet, Deum laudabimus tota die. Quæ victoriam concernunt, transferunt: quæ verò ad gratiarum actionem pertinent, nos manent. Totam namque diem, totam vitam intelligit. Non solum, inquit, cum succurris nobis, sed & quando deseris. Illud, Nunc autem repulisti: alius habet, Siquidem repulisti, atqui repulisti: alius, Sed præterea abiecisti, &c.

*Et non egredieris.*) Alius sic, Et non progredieris in exercitiis nostris. Repulsam enim confestum sequitur confusio: & qui repelluntur, omnibus ad hoc sunt obnoxij, vt affligantur. Virtutes autem hic exercitus ipsorum vocat, propterea quòd in illis est regni virtus. Quid verò est, quòd dicit, Siquidem repulisti nos? Hoc dicit: Quamuis talia passi sumus, & te tamen non defecimus, te glorificantes, & celebrantes, & in te gloriantes.

*Auertisti nos retrorsum.*) Vide quomodo mala quæ acciderunt extollat, & acceptam calamitatem tragico more exaggeret: vt ostendat, quòd etiam si vehementer peccatores fuerint, sufficientes tamen pœnas dederint: tantum non dicens, Omnibus facti sumus ignominiosiores, posteaquam tua sumus prouidentia priuati. Et ne hætenus quidem constiterunt hæc mala, sed insuper pabulum etiam facti sumus hostibus, qui nos pro viribus suis depascuntur. Hoc enim est, quòd dicit, Diripuerunt nos sibi ipsis, nemine existente qui prohiberet.

*Dedisti nos.*) Quid est quòd dicit, Tanquam oues escarum? Fecisti nos quibusuis ad prædandum expositos & despiciatos. Sunt enim oues quædam possessionis, ad fœturam accommodatæ: sunt verò rursus aliæ quæ vel propter senium vel sterilitatem, ad escas tantum sunt vitiles. Hoc verò omnium est grauissimum, primum in gentes dispergi: deinde nec legem inter illas exactè custodire posse, sed patrio regno excidisse: & non in gentem dumtaxat aliquam, sed vbique dispersos, & ad hoc vnum esse dispositos, vt male afficiamur, & nec vlcisci nos, nec manum quidem in cõtrarium extollere posse. Quid igitur est quod dicitur? Vtilitatem & contemptum huius populi exprimit. Tanquam vilis precij nos, inquit, & contemptos dimisisti. Et hoc ex humana est consuetudine sumptum. Solemus enim ignobilia & vilia sepe numero absque precio tradere. Quemadmodum enim, inquit, si homo res suas deserat ac prostituat, ita & ipse nos tanquam inglorios deseruisti. Hoc sanè & in eo quòd subiungit, manifestat dicens: Et nõ erat multitudo in cõmutationibus nostris, hoc est: Cũ emeremur ac distraheremur. Precium enim, cõmutatio est, quæ datur. Alius habet, Põpam quæ circa nos erat. Graue est hoc supplicium & intolerabile, præsertim coram inimicis probris affici: idque si hoc ferendum sit ab hostibus, & circumstent ij qui cupidè irruant. Quid est autem quod dicit, Posuisti nos in parabolam? hoc est, in fabulam probrosam.

*Commotionem capitis.*) Alius, Transpositionem habet, vt hoc videlicet dicat: Quoniam trãspoluisti nos. Vel per hanc commouendi capitis figuram, vesaniã eius qui vehementer insultat, ostendit.

*Tota die verecundia mea contra me est.*) Alius sic, Confusio mei coram me est.

*A voce exprobrantis.*) Alius habet, Blasphemantis. Hæc illum magis quàm reliqua supplicia momorderunt. Quoniam, enim, inquit, nunquam non usus sum rerum prosperitate, hostesque prostratos ac prolapsos deuici, aperta que sunt omnium ora, nosque in sortem veneramus alijs contrariam. Nam illi quidem ante illata mala prostrati sunt, nos verò post illa steterimus immoti. Hæc verò dicunt, vt spe bona recreent eos quos secum habebant. Illud verò, Nec iniuste egimus in testamento tuo: idem est ac si dicat, Quæ nobis commendata sunt, exactè custodiimus.

*Et non recessit retro cor nostrum.*) Alius sic, Et non fecerit. Quod quidem antea dixit, hoc & iam dicit: videlicet, quòd cum in tantis essent fluctibus, ne minimum quidem animus desponderint. Viam autem legem dicit, à qua se non declinare dicunt: vt sit in communi hæc particula negatiua vtraque periodo, nec recessisti retro, nec exorbitasti. Huic enim sententiæ & aliorum expositio consonat. Si verò non intelligatur in communi negatiua particula, exponatur ad hunc modum illud, Declinasti semitas nostras à via tua: Nos quidem omnia custodiimus, tu verò templum tuum desolatum reddidisti, & nos inter alienos agere fecisti, quod non finit, vt cultus tuos perficiamus. Via enim est templum, qua ad cultum quasi manu ducimur.

*Et cooperuit nos umbra.*) Videntur hæc mihi respondere superioribus, vbi mala sua recensent, dicentes, Et pudor faciei meæ operuit me. Et, Humiliasti nos in loco afflictionis. Quòd si quis hanc particulam ad id retulerit, quod dixit, Et declinasti semitas nostras à via tua: consonantiam hic habet, secundum sensum quem diximus. Declarat enim, quomodo ipsos à semitis repulerit, conuersationis dico, tam populi quàm cultuum legalium: eo videlicet, quòd in loca deserta abducti, & in medio hostium derelicti essent. Hoc namque est, quod dicit, Et operuit nos umbra mortis, pericula notans mortem generantia. Quòd autem hæc mala effugi nequeant, per ea exprimit, quòd & vmbam & operimentum ponit.

*Si oblitus sumus nomen.*) Hoc est, gratorum domesticorum, vt etiam malè affecti, Dominum suum colant. Instruunt etiam hic auditores, vt Deum toto corde colant. Nouit enim, inquit, abscondita cordis. Hæc autem ideo dicunt, vt absterreant eos, ne quid Deo indignum cogitent. Deinde, multum hinc est virtutis augmentum.

*Et si expandimus manus nostras.*) Est & hoc magnum, si quisquam in cultu Dei perseueret, nec ad alterum deficiat. Id verò multo est amplius, si continuis mortibus ingruentibus eam dilectionem seruet. Quapropter & dixit, Propter te mortificamur tota die. Poteramus paternam conuersationem relinquere, & securè agere: verum maliuimus affligi, & patriam religionem seruare, quàm pace accepta patrijs obseruationibus excidere.

*Æstimati sumus sicut oues.*) Ostendit hic cùm ipsorum probitatem, tum Dei virtutem. Dignum est autem stupore, quòd eos qui instar ouium mactationi erant expositi, illæfos seruauit: & cum quotidie morerentur, passus tamen non est incidere in mortem.

*Exurge, quare obdormis?*) Alius habet, Excitare: alius verò, Quare es tanquam dormiens: alius, Expergiscere. Quod vero dicit, tale est: Potes amoliri hæc mala. Non enim per infirmitatem, sed per concessionem tuam fiunt. Somnulentum hic concessionem: resurrectionem vero, retributionem: & faciem, auxilium vocat.

*Obliuisceris inopia nostræ.*) Vide iterum animi candorem. E Non dixit, Obliuisceris meritorum. Verum quando pro eo respondet, tum illa profert: quando vero auxilium querit, tunc per ea seruari orat.

*Quoniam.*) Rursus animi probitatem vide. Quoniam, inquit, humiliata est ad puluerem vsque anima nostra. Quia dixit, Obliuisceris inopiæ nostræ: hoc est, afflictionis nostræ: iam consequenter eam afflictionem commemorat. Quod autem dicit, tale est: Non est comparatum nobiscum melius quàm cum mortuis. Potest autem & de gulosis intelligi, quod dicit, Adhæsit terræ venter noster.

*Exurge.*) Alius, Sta ad adiuuandum nos, & libera nos propter misericordiam tuam. Vide quomodo sermonem clausurit. Post mille virtutes vnde seruari orat: Ex misericordia ac benignitate.

## ARGUMENTVM PSAL. XLIV.

*Epitaphios est hic psalmus, Super floribus filiorum Core. Alius habet, Victori in lilijs. Hebræus verò, Pro lilijs cantemus canticum laudis, ad dilectum. Alius sic, Canticum intelligentis ad amores. Rursus alius, Delectis: Septuaginta verò, In finem pro immutandis, filijs Core, ad intellectum canticum pro dilecto.*



## Scholia in eundem Psalmum.

**E** *Ruſtrauit cor meum.*) De Christo hic psalmus scriptus est. Quapropter & titulus, Ad dilectam habet, & pro immutatis. Magnam enim mutationem operatus est. Unde & orſus non dicit, Cor meum dixit. Quoniam enim nihil eorum quæ hic dicuntur, humanum est, neque propriæ adinuentiois, sed ex diuina energia, eructandi verbo illud exprimit. Nam verbum quidem nostrum, quando volumus loquimur: eructationem verò non ita. Quapropter eructationem prophetiam vocat. Talia autem eructauit, quæ sunt quibus pauit. Non cibum autem nec potum, sed mensæ suæ cognata, nempe verbum bonum de vnigenito. Is enim potissimum bonus est.

*Lingua mea calamus.*) Calamus ea scribit, quæ manus, qua tenetur, scribere iusserit. Per velocem aurem scribam, gratiã ostendit. Qui namque de suo loquitur, tardus est meditando & componendo. Quando verò spiritus mentem mouet, nihil est quod remoretur. Deinde vt ostendat eorum quæ dicuntur, nihil esse humanum, subiungit.

*Speciosus forma.*) Sunt qui hoc de lingua dictum esse tradat, quòd illa calamus speciosus sit pulchritudine. Mihi autem de Christo hic dici videtur. Quapropter & alius sic habet: Pulchritudine elegans es factus, à filiis hominum.

*Diffusa est gratia.*) Vide hic quòd de dispensatione Christi sit sermo. Gratiam autem eam dicit, quæ in carnem nostram venit. Omnis enim gratia in templum illud est effusa. Non enim spiritum dat Deus in mensura. Nos siquidem ex plenitudine eius accepimus, At templum hoc omnem ad se gratiam traxit. Similiter & illud, Propterea benedixit te Deus in seculum, de carne est dictum. Deus namque benedictione non eget.

*Accingere gladio tuo.*) Ea significat, quæ operationes eius ostendunt. Cum autem arma audis, supplicium intellige, quo punit. Vide verò & in crassioribus istis nominibus, quàm nulla re eget Deus: non enim prius armorum meminit, quàm petentem eum vocarit. Et iterum, posteaquam arma recensuit, omnem victoriam dexteræ, hoc est, naturæ & potentia eius deputat.

*Specie tua & pulchritudine tua.*) Gladius, species, pulchritudo, idem sunt atque dignitas, gloria & magnificentia. Orat igitur Propheta pro orbe, in bellum eum educens.

*Intende, prospere procede.*) Dimittitur sermo de sublimioribus ad humilia. Cum dicit, Intende: arcum nobis manifestat, & iaculum. Deinde vt ostendat, quòd armis nõ eget: subdit, Prospere procede & regna.

*Propter veritatem.*) Vide quomodo Scriptura seipsam exponat, ostendatque spiritalem hanc esse victoriam. Qui enim armorum meminit, quomodo mansuetudinis mentionem facit: Quæ namque communio mansuetudini est, & bello? Multa. Nam & Dauid & Moses omnium hominum fuere mansuetissimi: & tamen etiam illi visi sunt ultores. Hoc enim mansueti est, quæ in ipsum commissa sunt remittere, iniuria verò affectos vlscisci.

*Et deducet te mirabiliter.*) Hoc est: Natura sibi sufficit ipsa, quemadmodum & potentia, ad hoc vt quæ agenda sunt videat, & finem illis imponat. Alius habet. Terribilis est dextera tua.

*Sagittæ tuæ acutæ.*) Postquam sagittarum meminit, adiecit, Potentissime: vt discas illum non egere sagittis, sed eum sibi ipsam sufficere. Illud verò, Populi sub te cadent: parenthesis est. Est itaque mihi duplex hoc loco expositio. Aut enim Iudaicam captiuitatem, aut per anagogen, verbi potentiam dicit. Prædicationis enim verbum sagittis acutis orbem penetrauit, & eorum qui antea regis erant inimici, corda tetigit: nõ vt occideret, sed vt attraheret.

*Sedes tuæ Deus.*) Primum de dispensatione differit, & tum demum de diuinitate. Hoc autem de regno eius dictum est, quod sempiternum sit in secula. Et iterum quod principio careat, cum dicit, Quia regnum tuum, regnum est omnium seculorum. Quemadmodum autem thronus, symbolum est regni: ita & virga cum regis tum iudiciariæ potestatis est symbolum. Quapropter & dicit, Virga æquitatis, &c. Est enim ibi munda iustitia.

**A** *Propterea vnxit te Deus.*) Oleum hic, vnctionem vocat. Erat enim oleum Spiritus sancti symbolum. Alioqui & Abraham vnctus est vocatus, & propheta. Non autem omnes oleo sunt vncti. Christus verò vnctus est, quando tanquam in specie columbæ Spiritus sanctus supra ipsum venit. Confortes autem spirituales homines vocat, quemadmodum Ioannes dixit, Nos omnes de plenitudine eius accepimus. De Domino verò: Non in mensura, inquit, dat Deus Spiritum: sed totus in eum descendit.

*Myrrha & gutta.*) Vtraque mihi sunt accepta. Quemadmodum cum arcum & gladium audis, non carnaliter intelligis: ita & cum myrrham audis. Illud verò, A vestimentis tuis, docet, quòd & ipsa gratia referta fuerint, sicut sensit mulier æmorrhoyssa, cum illa tetigisset.

**B** *A domibus eburneis.*) Postquam dixit, quæ gesserit, subiungit & honorem, quòd in templis preciosissimis sit adorandum. Vetus enim materialem ab elephantis honorem habebat. Et rursus prædicationem significat, quòd non idiotas tantum sit contractura, sed & reges subditura. Volens enim Propheta prædicationis ostendere virtutem dicit, quomodo attraxerit mulieres, viros, idiotas, diuites: & eos ipsos qui diadematis sunt ornati, & quòd vbique templa sint Deo erecturi.

*Assitit regina.*) Abiecta illa & detestabilis in quantam sublimitatem ascendit, & cum ministratoribus spiritibus regi adstat: Ipse quidem, quoniam eiusdem est cum patre honoris, à dextris sedet: ipsa verò stat. Licet enim regina sit, ex ipsius tamen non est essentia.

**C** *In vestitu deaurato.*) Per sensibilia ista sensus accipe Deo competentes. Subiecit enim: Omnis gloria eius ab interioribus est. Atqui vestitus omnium potissimum sunt ab exterioribus. Verum est, cum sunt corpori: cum verò spiritualia sunt, mentis oculum intro vertunt. Hoc autem accepit per baptismum. Non dicit, Aurum: sed, Deauratum, propter doctrinæ varietatem.

*Audi filia.*) Audi, inquit, verba mea, vide miracula & opera mea, & admitte adhortationes. Quoniam enim consuetudine erat ex gentibus, Obliuiscere inquit. Non solum dicit: Fuge: sed, Ne recordare quidem. Deinde: Si hæc feceris, concupiscet rex pulchritudinem tuam. Nihil hic corporale est. Obedientia siquidem hoc loco non corpoream, sed spiritalem pulchritudinem commendat.

*Et concupiscet rex.*) Quoniam illi præcepit, vt relinquat patres, & obliuiscatur populorum, pristinam illorum consuetudinem abiciat: ostendit præceptorum istorum maximam esse iustitiam. Si enim ipse & pater est, & sponsus est Dominus, iustum vtique est, vt his omnibus relictis, isti sese offerat.

*Et filie Tyri in muneribus.*) Relicto orbe, vicinæ ciuitatis meminit, quæ tunc impietate detinebatur, vt ex parte eorum innueret. Mihi autem videtur etiam vnuerſa impietas sic vocari, vt quando dicit, Audite verbum Domini principes Sodomitarum. Quoniam Sodomitarum scelera admirant, ita vocabantur. Et hic eos qui impie viuiebant, Tyrios vocauit. Veruntamen licet tales sint, inquit, conuertentur ad me, primitiasque mihi & dona adferent.

*Vultum tuum deprecabuntur.*) Hoc est, honorabunt & glorificabunt. Fit enim hoc in Ecclesia. Vultum tuum, id est, virtutem tuam, pulchritudinem tuam, gloriam tuam. Deinde, quia vultus & vestimentorum mentionem fecit, ne quis per crassiora hæc sensibile quidpiam intelligeret, subiecit, Omnis gloria eius ab interioribus. Hoc est, Etiam si sensibilem mentionem faciam, de mente tamen est sermo, deque ornatu qui illic est. Propterea vt crassiorum auditorum dirigeret, ad corporales istas similitudines sermonem duxit.

*In simbriis aureis.*) Alius, contexturis aureis circumdatis variegata.

*Adducentur regi virgines.*) Alius, Sequentur: alius, Offerentur. Vide quæso Prophetæ diligentiam. Quoniam virginitatis bonum non statim in Ecclesiastico statu, sed post aliud quod demum tempus floruit, ideo & ipse hoc præcedentibus demum subiecit, postquam dixit, Obliuiscere populi tui. Quapropter, post eam, inquit, Proximæ eius. Non loco simpliciter, sed & moribus & dogmatis illi consentientes. Templum autem hic regis dicit, Regiam, thalamum, aulam. Templum

*Pro patribus tuis.*) Quoniam supra dixit, obliuiscendum esse & populi & patrum, ostendit quod ex hac quoque parte multa sit potentia prosperitate. Sterilis enim plurimorum filiorum mater est. Proinde etiam si a parentibus sis diuisa, inquit, chori tamen filiorum tuorum ita erunt gloriosi, ut uniuersum orbem sint impleturi. Mihi videtur de Apostolis dicere. Deinde virtutem & gloriam illorum describens, Constitues eos, inquit, principes super omnem terram.

*Constitues eos principes.*) Egente ista expositione aliqua? Ego certe non opinor, sicuti nec soli opus est, ut illustris esse declaratur. Uniuersum enim orbem Apostoli percurrerunt, factique sunt omnium principum principes, & ipsorum regum Domini, potentiores quam ipsi. Nam reges viui quidam dominantur, isti vero etiam mortui amplius dominantur.

*Memores erunt nominis tui.*) Postquam amplitudinem eius a longitudine terrae, a latitudine orbis, & a multitudine subditarum gentium dixit, dignitatem eius iam aliunde quoque commemorat: nempe quod non solum ubique terrarum, sed & per omnia secula sese extendat. Immortalis enim, inquit, erit memoria tua, praescripta in libris, in plaetis, in actis.

*Propterea populi constrebuntur tibi.*) Unde cepit in id & desinit, in Christum videlicet. Quale tandem est quod hinc sequitur? Quoniam res tantas perpetrasti, talibus principibus imperas, malitiam pepulisti, & virtutem plantasti, hymnum tibi uniuersus offeret orbis.

### Scholium in Psalmum XLV.

**D**eus noster refugium, &c.) Conuersa philosophia utitur propheta, a terrenis rebus auditorem abducens, & ad spem quae caelitus est ducens. Vis enim, inquit, virtutem videre inexpugnabilem, & refugium inuictum? ad Deum cofuge. Et recte refugium & virtutem dixit: ut ostenderet, quod aliquando fugiendo, aliquando stando & pugnando vincimus. Nam utraque ista sunt facienda. Simul enim & congruendum est, dum tempus vocat: & rursus declinandum, dum illud reuocat.

*Adiutor in tribulationibus.*) Quod sepe numero dixi, & nunc dico. Non prohibet quo minus tribulationes irruant, sed praesto nobis est Vincentibus, ut ita nos viles & probatos reddat. Illud vero Vehementer, de adiutore intelligendum est. Neque enim utcumque adiuuat, sed multa cum excellentia, plus consolationis auxilio suo exhibens, quam doloris inferri queant a tribulationibus.

*Propterea non timebimus.*) Vide quomodo amplius praesto auxiliium. Non enim dicit, Non capiemur: sed neque quod naturae commune est patiemur, timere videlicet & formidare. Terram autem hic montes & cor marium, non elementa dicit: sed his nominibus intolerabilia pericula significat. Etiam si videamus, inquit, omnia confusa, si perturbationem rerum inferendam, si ipsam (ut ita dicam) creaturam in seipsum collidi: non solum capiemur, sed ne timebimus quidem, quoniam omnium Dominus adiuuat & opitulatur.

*Somuerunt & turbatae sunt aquae.*) Postquam dixit, Non timebimus, etiam si cuncta collidendo concrepent: iam de virtute Dei disserit, quod potentia eius sit inexpugnabilis, & quod merito non timeamus. Quod autem dicit, tale est: Omnia mouet, concutit ac transfert quando vult, ita illi sunt omnia leuia & facilia. Mihi vero videtur multitudinem innuere virorum, aut eos qui inter hostes sunt sublimes. Tanta enim Dei virtus est, inquit, ut si simpliciter annuat, omnia concutiantur. Quomodo igitur formidare poterimus, cum talem habeamus Dominum?

*Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei.*) Alius habet, Diuisiones: alius, Sanctum tabernaculi Altissimi. De magnitudine virtutis eius loquutus, sermonem iam ad Iudaicam prouidentiam argumentum transfert, data illis bona modicis dictionibus exprimens. Innumeris bonis, inquit, ciuitatem nostram potens hic Dominus impleuit. Flumen autem hic, largitatem & copiam donorum quae caelitus ministrata sunt, vocat. quasi dicat: Quasi ex quibusdam fontibus omnia

A nobis bona affluunt. Non solum autem securitatem nobis, neque auxiliium duntaxat, sed & spirituale gaudium exhibet.

*Sanctificauit tabernaculum, &c.)* Qui namque aded est excelsus, nec villo loco comprehensus, ciuitatem hanc tabernaculum suum vocare dignatus est, quam & vndique continet. Hoc enim est quod dicit: Deus est in medio eius. Quocirca non solum non patietur mali quidquam, sed ne mouebitur quidem. Causa huius est, quod velocissimo potietur auxilio. Id sonat quod dicit, Adiuuabit eam Deus mane diluculo.

*Conturbatae sunt gentes.*) Alius, Congregatae sunt gentes. Non enim simpliciter quibusuis est vulgo irruentibus, sed regibus & nationibus vndique conspirantibus, vnamque hanc ciuitatem obsidentibus non solum nihil est ab illis passa mali, sed & victrix euasit. Neque enim voce & clamore vincit Deus, sed sola voluntate. Veruntamen a crassioribus alijs abducens sublimiorum dictionem proponit. Quoniam enim semper armatum induxit, ut ostendat metaphoricè dicta esse quae Dei sunt, iam, inquit, dedit vocem suam, & mota est terra. Quoniam non modò gentes & regiones, sed & ipsum elementum concutere nouit.

*Dominus virtutum.*) Hebraeus dicit, Dominus Sabaoth. A terra sermonem supra caelum ad infinitos illos angelorum populos euehit. Quid enim, inquit, homines mihi & exercitus perditos dicis? Cogita quanta sit virtus eius, a regno quod in caelo habet. Recte autem virtutes nominauit, ut potentiam eius ostenderet. Quid igitur, quod potens est, si manum vobis porrigere nolit? Nec hoc timeas, inquit. Propterea subiecit, Adiator noster est. Et vult igitur & potest. Itaque ne formides.

*Venite & videte opera Dei.*) Idem argumentum denuò intèdit. Multa cum animi voluptate, dilectionisque erga Dominum affectu, etiam victorias Domini praedicat, quas ipsorum gratia operatus est. Recte autem non victorias, sed prodigia dixit. Non enim naturali consequentia, quae facta sunt euenerunt, sed nutu Dei. Meritò igitur illa prodigia vocat, ut quae praeter omnem opinionem acciderunt. Non aberrauerit autem quicquam, si hoc per anagogen ad praesens quoque tempus transferat. Bellum enim graue, daemonum videlicet, confecit, & pacem ubique extendit. Cum dicit, & scuta comburet igni, igne iram Dei vocat. Nunquid idola & statuae haec possunt? Vacate igitur, & multas vobis demonstrationes exhibebo. Hoc enim est illud, Exaltabor in gentibus, exaltabor in terra, id est, Ipsis operibus magnus vobis & excelsus ostendar.

*Dominus virtutum.*) Hic igitur Deus, ubique magnus & excelsus, a vobis stat. Nihil igitur timeate, nihil formidate.

### Scholium in Psalmum XLVI.

**O**mnes gentes plaudite.) Alius sic, Manu plaudite Deo in voce exultationis. Alius, Significate. Alius, In voce laetitiae. Et quare non dixit, Gaudete: sed, Plaudite? Ut eam nobis animi incunditatem exprimeret, quae est cum excellentia.

*Quoniam Dominus excelsus.*) Vbi sunt igitur, qui gloriam vnigeniti demoliuntur? Ecce rex magnus Dominus vocatur, quod & de patre dicitur. Quando igitur passiones eius audis, ne concidas animo. Natura siquidem excelsus est. Quod autem natura est excelsus, sublimitatem suam nunquam amittere.

*Subiecit populos nobis.*) O rem admirandam! Eos qui se crucifixerunt, ad hoc induxit, ut se adorarent, & eos qui lapidibus adhæserunt, docuit. Et hoc opus non Apostolorum fuit, sed eius qui viam illorum direxit, & animos istorum permouit. Illud vero, Sub pedibus nostris, subiectionis intentionem habet.

*Speciem Iacob quam dilexit.*) Ne quisquam audiens hoc, Elegit nos haereditatem sibi ipsi, hæret ac dicat, Quomodo ergo Iudaei iam infideles sunt? correctione haeritationem hanc sustulit. Nam potissimum quidem, quantum in ipso fuit & illos elegit, nec quicquam omisit quod se decebat. Si vero finem quaeris, audi quae sequuntur: Speciem Iacob, inquit,

Per terram  
quid signi-  
ficet.

Flumen.

inquit, quam dilexit. Videtur enim hic mihi de credentibus loqui. Hæreditatem autem suam, vocat ipsam Gentem: non quod reliquos vnquam neglexerit, sed vt intentionem dilectionis erga hanc exprimeret. Ostendit igitur propheta, non omnes esse saluandos, cum dicit, Speciem Iacob quam dilexit.

*Ascendit Deus in iubilo.*) Non dixit, Sublatus est: sed, Ascendit. Illud verò, In iubilo, idem est atque, In victoria, cum tropeis, mortis victor, peccatoque humili prostrato. Non aberrauerit à vero, si quis tubas ora dixerit esse Apostolorum. Claxerunt enim non ad bellum vocantes, sed victorialia euangelizantes.

*Psallite Regi nostro.*) Rei bene gestæ magnitudinem hæcenus celebrauit, iam deinceps orbem ad celebrandum illam magno studio vocat. Quapropter & ingeminatione vtitur, & hortatur non simpliciter ad psallendum, sed cum multo intellectu. Cognitis, inquit, quæ facta sunt, & cogitata virtutum eius magnitudine. Regnū hic non ad rationem opificij dicit, sed ipsum hoc appropriationis. Vt opifex enim, semper rex fuit, etiam inuitorum: iam verò spontaneorum, omnium eorum qui mandatis ipsius obediunt.

*Regnabit Deus super Gentes.*) Quid est quod subdit, Deus sedet: Regnat, dominatur. Super sedem sanctam suam. Non enim duntaxat regnat, sed sanctè & purè. Tribunal enim Dei supra omnem puritatem resplendet.

*Principes populorum, &c.*) Ostensa hic Euangelij epitasi, quod nō idiotas modò, sed eos qui diademate sunt insignes apprehenderit: ostendit etiam & veteris & noui Testamenti vnum esse Deum, cum dicit, Congregati sunt cum Deo Abraham.

*Quoniam dii fortes.*) Potentes Apostolos dicit, aut etiam fideles omnes. Quoniam enim contra tantos resplenduit, Omnibus, inquit, illis dominati sunt.

Scholia in Psalm. XLVII.

**M***agnus Dominus.*) Quod dicit tale est: Glorificandum & laudandum eum esse solum, idque cum omni excellentia. Laudandum autem propter essentia magnitudinem, & propter excellentiam beneficiorum eius, quæ nobis impendit.

*In ciuitate Dei nostri.*) Quid dicitis? An in hac tantum Deū includis? In ciuitate, & in monte? Non hoc dico, inquit: sed quòd nos illum ante alios cognouimus.

*Fundatur.*) Multa est huius dicti obscuritas. Quod autem dicit, tale est, Magnus est Dominus in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Bene radicans, rectè figens, bene firmas eam in gaudio & lætitia vniuersi orbis.

*Mons Sion.*) Quàm ratione, dic quæso, Aquilonis iam meminit? Quoniam illinc continuò exoriebantur ipsorum barbarorū bella, & propheta continuò Aquilonis regē vocantes hac appellatione sunt vsi, & ollam ex ea orbis regione ardentem descriperunt. Illac enim Persarum sita est regio respectu Palæstinæ. Admiratus igitur, id quod factum erat, eam, inquit, vrbis partem quæ continuò ex Aquilone fuerat impugnata, inexpugnabilem reddidisti.

*Ciuitas regis magni.*) Vbi dignitatem eius prædicauit dicēs, Ciuitas regis magni, subiungit, Deus in domibus eius cognoscetur, quòd videlicet multam in his prouidentia ostenderit. Alius sic, Ecce reges aciem instruxerunt: alius verò, Per ventum violentum: alius, Ardorem habet: Narratur hic de bello graui, deque illustriori victoria. Deinceps verò dicit, quomodo gentibus innumeris irruentibus suis opem tulerit. Notat enim hoc per multitudinem regum. Dicit igitur, res gestæ sunt tales, vt ipsi hostes in admirationem inopinorum factorum rapti discesserint.

*Conturbati sunt, commoti sunt.*) Ita namque comparatū erat hoc bellū, vt horrore impleti secesserint, nec melius affecti fuerint quàm mulier parturiens, idemque factum sit atque si multam nauticam classem vehemens ventus inuadar, & omnem nauigationem conterat. Videtur enim mihi hoc loco victoria facilitatem huiusmodi declarare hypodignitate. Aliter: Qui nautica classe vtuebantur, per iram Dei perinde atque ventum violentum vniuersi perierunt. Tharsis ve-

**A** rō locum huius interitus significare mihi videtur. Nam Hebræus hac voce vtitur.

*Sicut audiuiimus.*) Postquam ea quæ tum acciderunt dixit, ad narrationem antiquorum recurrit, vt vtraque illa & ista cognata inter se esse ostendat. Quæ namque audiuiimus, inquit, ea ipsis operibus adimpleri vidimus: victorias, admiranda tropæa Dei, indicendamque illius gubernationem.

*Deus fundauit eam.*) Quoniam dixit, Audiuiimus & vidimus, quid audiuerit ac viderit subiungit: Quòd ciuitatem firmiorem gratia Dei reddat. Hæc enim illi & fundamentum est, & robur. Non humanum adiutorium & auxilium, sed Deus illam gubernat.

**B** *Suscepimus Deus misericordiam tuam.*) Quoniam enim dixit, Deus illam fundauit: vt ostendat tantam fuisse bonitatis illius prouidentiam, vt factum inimicorum deiecerit, misericordiam fuisse insignia illa facta dicit. Vnde & subdidit: Secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua. Non enim secundum mensuram eorum quibus benefactum est, sed secundum tuam amplitudinem, gubernationem tuam ostenderunt.

*Secundum nomen tuum Deus.*) Laus igitur est celebritas illa, quæ ex operibus prouenit. Hoc est: Virtutes & insignia facta. Sunt enim illa in Palæstina gesta. Magnitudine autem sua etiam ad terræ fines celebritas ista peruenit. Dicit ista, vt ostendat, quòd non secundum eorum mensuram quibus benefactum est: sed secundum essentiam Dei gestorum istorum æstimanda sit dignitas. Ipsa namque essentia eius iustitia gaudet, & philanthropia oblectatur.

*Iustitia plena est dextera tua.*) Largitatem & quod essentia illius agnatum sit, manifestat his verbis. Alius sic, Discretio tua. Alius, Accedite: alius, Numerate turres eius. Alius, Laudate: alius, Ad ambitum, ad abundantiam: alius, Mensurate regias eius: alius, Generatio posterior.

*Circumdate Sion.*) Quid ista præcipit? Ciuitatem quidem circuire, numerare turres, reputare eius decorem. Non egent ista nostra expositione. Præcedentibus enim ista subiicit. Vt enarretis ad generationem alteram. Quod autem dicit, tale est: Impleamini voluptate, & exultate, cognita ciuitatis huius fortitudine. Quoniam enim facta fuerat ruina, cognoueruntque mutationem quæ successerat ad melius, ac didicerunt urbem redditam esse potiorem: adhortatur populum ad hunc modum dicens, Ecce ciuitas deplorata ad illustriorem formam redijt. Hæc itaque & illa cognoscite, vt & hinc potentiam Dei discatis. Narrate eam filijs vestris, quòd illa vos semper gubernauerit, rebusque vestris præfuerit.

Scholia in Psalmum XLVIII.

**A***udite hæc omnes Gentes.*) Magna nobis & arcana narrare vult propheta. Neque enim frustra omnes vbiq; terrarum homines ad audiendum vocauit. Non enim Iudæis tantum hic prophetando disserit, sed velut quidam Apostolus sermonem ad vniuersum orbem extendit. Quid igitur, etiam si Barbari quidam sint, sapientésne aut idiotæ? iubésne omnes adesse? vtiq; inquit. Quapropter exorsus dixi, Audite hæc omnes Gentes & vltra: Tam terribenæ quàm filij hominum. Alius, Siue humanitas & cuiuscunque viri filij. Non dixit autem tantum, Audite: sed adiecit, Et auribus percipite. Hoc autem nihil est aliud, quàm cum diligentia & intenta mente audire. Auribus enim percipere propriè dicitur, quando ad aures disserit. Et quam ratione dixit, Filij hominum? Quoniam

**F** Filij hominum. Quoniam dicit, Terrigenæ, ne quisquam iuxta extraneorum famulas homines è terra ab initio progerminasse putet: subiicit, Filij hominum. Patres quidem nobis sunt homines, ortus autem & nobis & illis est terra. Hæc autem dicens, cohibet mortalium fastum & inflationem. Quid igitur admirandum magis fuerit, quàm quòd doctrinam non discriminatim iuxta dignitates proponit, sed commune conuocat auditorium? Est enim nobis communis natura, & ad doctrinam hanc comiter omnes vocat.

Regnum.

Laus quid.

D

E

F

Filij hominum.

*Os meum loquetur.*) Vides quàm repente sermonem euexit. Non de pecunijs, inquit, disseram neque de re alia quam terrenam: sed sapientiam cum diligetia sum loquutus, non simpliciter, nec quæ mihi iam sit euestigida nata.

*Inclinabo in parabolam.*) Quæ est horum conuenientia cum supra dictis? Qui namque doctoris personam hætenus sustinuit, hunc video iam auditoris tenere locum. Quam ratione hoc facit? Audi. Admodum prudenter & conuenienter ad prædicta. Quoniam enim dixit, Loquar sapientiam: ne quis arbitretur, quodd dicturus sit humana, ista dicit: Inclinatus (inquit) aurem meam Deo, ab illo audiui, & calitius delata, ac menti meæ insinuata loquor. Parabolam igitur hic narrationem vocat. Quod autem sermonem anigmaticum facit, non est quodd turberis. Sic enim loquitur, vt auditorem excitet.

Parabola.

Psalterium.

*Aperiam in psalterio.*) Alias autem problema, adumbratus & anigmaticus sermo est. Quapropter & sapientiam vocare non est veritus, diuina reuelatione animatus. Et psalterium vocat, vt significet spiritalem esse doctrinam, sermonemque & consilium in forma cantici proponit. Quid autem consilium? Non quæ multis sunt terribilia, formidanda esse: nempe paupertatem, ignominiam, & morbos: sed tantum peccatum, de quo dicit, Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Nouit autem seductionem Scriptura vocare calcaneum: vt, Qui edit panem meum, magnificauit super me supplantationem. Huiusmodi namque deceptio est peccatum: diem verò malam, futuram illam dicit.

*Qui confidunt.*) Vos itaque, qui in opulentia confiditis, & potetiam affectatis, frustra & inaniter inflamini. Non enim transibit vobiscum ad tribunal illud pecuniarum prærogatiua, aut domesticum famulitium, aut cognatio, neque minis illis eximent, quæ vos illic manent. Videtur autem mihi vehementer eos suggillare, qui in hac vita sunt diuites. Non dicit, Qui possident opes: sed, Qui in illis confidunt, illos rideas ac reprehendens, vt qui confidunt in vmbra, & propter fumos insolescant. Recte autem dicit, Precium redemptionis pro anima sua non dabit. Precium enim animæ, ne mundus quidem est vniuersus. Non poterit illam adæquare mundus. Non enim propter mundum est anima, sed mundus propter animam.

*Et laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.*) Quoniam de diuitibus loquutus, nihil utilitatis ex opibus esse docuit: iam deinceps de illis loquitur, qui in virtute vixerunt, athletis videlicet, ad certamen philosophiæ inunctis. Ne mihi dicas, inquit, quodd qui huiusmodi est laborem passus, sit & molestiam, sed cogita quo fructu. Quanto igitur melius est, vt hic modico labore sempiternam requiem reportemus, & immortales reddamur: Hoc enim est quodd dicit, Et viuet in finem. Deinde vt ostendat, non tantum illic expectari braueia: sed & hinc præmiorum esse præmia, dicit, Non videbit interitum, &c.

*Non videbit interitum, cum viderit, &c.*) Sapientes hic meo iudicio eos qui in seculo sunt dicit, suggillans eos etiam hic, quodd cum viderentur esse sapientes, stulti facti sint.

*Simul insipientes, & stulti peribunt.*) Quid hic dicit? Post prædicta videtur mihi sermonem instituere de impijs, qui præsentibus inhiant, insipientes eos esse etiam ex ea re ostendens.

*Et sepulchra eorum, domus eorum.*) Quidnam hac insipientia peius esse poterit: qua sepulchra domos esse putant, pro quæ illis contendunt?

*Tabernacula eorum in progenie & progenie.*) Continuum affectas memoriam? virtuti stude. Nihil enim ita immortale nomen reddit. Declarant hoc martyres, & S. Apostolorum reliquæ. Monumenta verò non solum splendidum te non facient, sed & ridendum posteris exponent. Edificia namque quæ longo tempore durant, luxum obliuioni tradi non sinunt. Quemadmodum & columnæ & tropæa vbique de luxu tuo testantia prostant.

*Et homo cum in honore esset non intellexit.*) Videtur hic propheta deplorare, quodd rationale animal ad brutorum vilitatem exorbitauit, ita vt salutis suæ contraria committendo frustra laboret. Honor enim, hominis est virtus. Irrationalem autem propheta eum vocat, qui contraria facit, & propterea quodd se ipse stultitiæ iugo subdens, bruto peius

Honor hominis quis.

agitur. Illud enim vel ad agriculturam est commodum, hic verò se ipse stultitiæ subiiciens, etiam hoc pacto peior est bruto factus.

*Hæc via illorum scandalum ipsis.*) Quæ via? Multum illud pecuniæ studium. Non enim modicum hæc via offensaculum & impedimentum contra virtutis operationem adfert.

*Et postea in ore suo complacebunt.*) Grauiissimo morbo, & qui causa sit omnium malorum, laborant. Qui namque ad hunc modum delinquant, se ipsi beatificant, & zelotas vocant. Malitia verò laudata, idque ab ipsis illius operatoribus, cogita quantam acerba concupiscentiæ accessione accipiat. Hoc enim est quodd dicit, Et postea in ore suo complacebunt. Qui verò hoc morbo laborant, sibi ipsi multa cum vehementia supplicium, quodd à Deo est inducunt. Quapropter & subiicit.

*Sicut oues in inferno positi sunt.*) Mortem hic mihi dicere videtur, perditionem videlicet & futurum supplicium. Quemadmodum namque cum & alibi dicit, Anima quæ peccauerit, ipsa peribit: ita & hic non essentia sublationem, sed & supplicium significat. Manet autem in metaphora dictionis. Quoniam enim oues dixit, ostendit etiam quis sit illorum pastor. Quisnam ille est? Serpens venenosus, & caligo infinita.

*Et dominabuntur eorum iusti in matutino.*) Hoc est: Confestim, vt ne tempore quidem opus habeant. Talis enim est harum rerum natura, vt virtuti seruiat malitia. Atqui, dixerit quisquam, contrarium videmus. Verum non videamus, quo errore multorum mentes laborent, sed de rebus ipsis recte iudicemus, & videbis dominari virtutem.

*Et auxilium eorum veterascet.*) Hoc est, infirmum erit. Et non solum capti faciles erunt, sed neque adiutorem habebunt.

*Veruntamen Deus redimet.*) Postquam de malorum præmijis loquutus est, iam & de bonorum spe dicit, vt vtrique auditorem corrigat, tam ex supplicio peccatorum quam ex præmijis virtutum. Dicit igitur, Res impiorum erunt quales futuras esse dixi: nostra verò omnes contraria: vt sunt, liberatio à supplicio, libertas animæ, securitas, gloria, honor. Hæc enim innuit, dicens, Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, cum acceperit me. Infernum hic supplicium dicit.

*Ne timueris, cum diues factus fuerit homo.*) Et quomodo non timebo, inquit, tanta potentia præditos? Quoniam temporarius est illorum potentatus. Quapropter & subiicit, Quoniam cum mortuus fuerit, non auferet secum omnia, quibus verbis causam assignat, ob quam non sint timendi potentes. Vide autem verbi diligentiam. Diuitem enim non modò per id percult, quodd opes eius cum illo non commigraturas dicit: sed & omni phantasia hic illum nudat, ostenditque diuitias non esse diuitias, ne tum quidem, cum illis fruatur qui possidet. Non enim dixit, Cum multiplicata fuerit gloria eius: sed, Cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Hæc enim omnia, fontes, balnea, aurum, argentum, &c. gloria sunt domus, non hominis qui illam inhabitat. Hominis verò gloria est virtus, quæ & cum possessore suo commigrat. At domus gloria in hoc mundo relinquitur.

*Quoniam anima eius in vita.*) Postquam de diuitijs & gloria dixit, iam ad benedictiones ac laudes trãsit. Quoniam enim hoc diuites potissimum curant, vt in foro adulationes & encomia hypocriti referat inueniant: vide quomodo & ista deiiciat, idque iterum temporis argumento. In vita eius, inquit, benedicetur. Verum cum alijs & hoc dissoluit ac transit.

*Confitebitur tibi.*) Vide quomodo & beneficia noter. Tu quidem adularis & obsequeris, ad tempus aliquod obsequium simulans: ille verò, etiam si fateatur se debere tibi gratiam, propterea quodd id abs te, idque multo redemit, vt quæ placita sibi sunt facias, tunc tibi gratias aget. Hoc enim est quodd dicit, Confitebitur tibi. Non autem dicit, Cum vtile quiddam feceris, cum benefeceris: sed, Cum benigne feceris, ipsi quando quæ placita ipsi sunt feceris, vt pro animi ipsius sententia seruieris: vt ostendat, vtrique damnum esse, tam à concinnata assentatione, quam à noxia seruitute,

## Scholia in Psalm. XLIX.

**D**eus deorum Dominus loquutus est. Et alibi, Deus in synagoga Deorum stetit. Et, Ego, inquit, dixi, Dij estis, &c. Et Moles, Dijs tuis, inquit, non maledices. Quos igitur hic Deos vocat? Gentium deos, non quod dij essent, sed quod pro dijs suspicerentur. Quoniam igitur crassiores adhuc erant Iudæi, nec omnino ab idololatria liberati, animos eorum erigit dicens, Etiam horum est Dominus. De substantijs illorum dico. Est autem hic psalmus præcedenti conformis. Nam & illic redarguuntur & incusantur qui peccarunt. Verum illic quidem orbem in concionem vocat, hic autem etiam ipsa elementa, & Deum ipsum iudicandi gratia inducit, quapropter & maiore diligentia attendere debemus. Est autem forma hæc omnium ignominiosissima philanthropia Dei digna. Declarat enim indicendam illius bonitatem, quod vsque ad eum sese demisit, ut in iudicium venerit cum hominibus. Etenim & templum illud, & altare, & sancta sanctorum, & reliqua omnium veteris Testamenti hinc sunt profecta. Quoniam & veritas aduenit, illinc est & Seruator, illinc innumera bona, videlicet in secundo aduentu. in priore namque, occultè & sine strepitu aduenit. Vnde & Ioanni, qui iam ipsum manifestare cæperat, dicebat, Omitte nunc, &c.

*Deus manifestè.*) Daniel etiam thronum eius vidit, & fluitium ante tribunal eius procurrentem. Et omnia huic per ignem ostenduntur. Cum vellet igitur ostendere, quàm fit intolerabile futurum supplicium, imagines istas induxit.

*Ignis in conspectu.*) Iterum elementorum meminit, per quæ innumera bona mortalibus proueniunt, non ad vitam modò, sed & ad cognitionem Dei. Inuisibilia namque eius, inquit, à creatione mundi, &c. Ne mireris autem quòd sermonem ad Iudæos vertit, cum de vniuersali loquatur iudicio. Nam ad hunc modum & Paulus, Indignatio, inquit, & ira, afflictio & anxietas, aduersus omnem animam hominis perpetrantis malum, Iudæi primum, simul & Græci.

*Congregate illi sanctos eius.*) Quos accusaturus est, eos hic sanctos vocat, ut accusationem intendat. Nam & nos si quando quos deliquisse vidimus, vehementer reprehendere volumus, dignitatum, si quas habent, appellationibus eos honestè vocamus. Quoniam igitur isti & regale sacerdotium, & populus sanctus vocabantur, ideoque superbiebāt, contexit hinc propheta accusationis magnitudinem.

*Qui ordinant.*) Quoniam interea dum innumera mala temerè designabant, implere se legem Dei putabant, si ouem aut vitulum immolassent, probrì loco de illis dicit, Qui ordinant testamentum eius super sacrificijs.

*Et annuntiant celi iustitiam eius.*) Iterum iustitiam Dei ostendere volens, insensata elementa inducit, quæ hanc secundum eandem formam prædicent, quod & antea dixit.

*Quoniam Deus iudex est, &c.*) Iudicandi voculam hic non simpliciter posuit, de Deo namque iudicis dictionem pro iusto usurpauit. Iudicabuntur autem Iudæi, & qui post illos in nouo Testamento præuaricantur.

*Audi popule meus, & loquar tibi.*) Homo ad hominem turbatorem dicit, Si audieris dicam: ita & Dominus ad seruos, Si audieritis me, inquit, loquar vobis.

*Deus Deus tuus ego sum.*) Ingeminatio ista non temerè ponitur, sed ad insensatos & surdos de dominatu sermonem facit, ostendens quòd sibi debeant libertatem, & conueniat eos si iusti sint debitam referre gratiam, tanquam seruos Domino, & qui maximis sint affecti beneficijs.

*Non in sacrificijs tuis arguam te.*) Quoniam potiore virtutis partem contemnentes, sacrificia erant per battologiam obiecturi: Non, inquit, ad hoc veni, ut propter sacrificia vos condemnem. Esaias verò liberius eos reprehendit dicens, Quòd mihi sacrificiorum vestrorum multitudo? Quamuis enim multus de sacrificijs sit præceptum, ita tamen præceptum est, ut constet Deum non principaliter de illis præcipere, sed ad infirmitatem eorum sese demittere voluisse.

**A** Non accipiam de domo tua vitulos.) Vide quomodo animam eorum qui ad humum vsque depressi erant, paulatim subuehat: ostendens illis, quòd de sacrificijs non ideo præceperit, quòd illis indigeat. Quod si, inquit, ad hunc modum coli voluissem, cum sim omnium opifex, largiora utique sacrificia offerri præcepissem. Deinde carpens ac reprehendens eos subijcit.

*Si esuriero, non dicam tibi.*) Hoc est, Non esurio. Deus enim non esuriet, nec laborabit, inquit, Moses. Cum sim Dominus omnium, quæ mea sunt abs te recipere volo, ut hoc te pacto ad amicitiam meam attraham, & ab eorum qui vani sunt consuetudine auellam.

**B** Nunquid manducabo carnes taurorum.) Maximum, inquit, supplicium in eos decreui, qui sanguinem comedunt, quomodo ergo mihi sanguine opus esset? Postquam igitur hæc omnia se esse indigna declarauit, iam consequenter alterius sacrificij modum ostendit, dicens, Sacrifica Deo sacrificium laudis.

*Immola Deo sacrificium laudis.*) Hoc est, Sine sanguine, Subiecit enim, Laudis: id est, gratiarum actionis. Quod autem dicit, tale est: Ita viue, ut Dominum tuum glorifices. Laus enim hic pro glorificatione ponitur. Vota verò promissiones dicit: & rectè dixit, Redde. Transit enim res ista post promissionem in debitum.

*Et inuoca me, &c.*) Expectat ut à nobis inuocetur in maiorem nos familiaritatem inducere, & amicitiam nostram erga se feruidam magis, cum dando, tum inuocando & accipièdo reddere volens. Virtus enim Deo familiarem reddit. Ideo dicit, Da mihi, & vicissim do tibi. Et tu dum das, accipis. Ipse namque nulla re eget. Illud verò, In die tribulationis, de calamitatibus dixit. Etiam si, inquit, peccatum impugnet, etiam si diabolus prauas cõcupiscentias ingerat, multo tamen auxilio poteris.

*Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas?*) Hoc & Apostolus dicit: Qui alium doces, te ipsum non doces. Et Christus, Qui fecerit, inquit, & docuerit sic, &c. Habeat igitur vita tua claram vocè, quæ ista doceat. Etiam si os obtures, tuba tamen clarius intonabis. Si verò, cum illa contaminata sit, regiam sedem ambiueris, non magis alios quàm te ipsum culpabis. Rectè autem dicit, Per os tuum. Cum enim cor sit vacuum & inane, labia frustra, & ad condemnationem dicentis, doctrinam legis mouent, Quomodo igitur (inquit) in alijs illam seminas, cū ipse eam per opera non habeas? Non enim proposuisti quicquam ex legis doctrina, sed & quæ ex natura habes, corrupisti ac mutilasti.

*Si videbas furem, currebas cum eo.*) Quoniam fieri nõ potest, ut homo quisquam inueniatur, qui omnino liber sit à peccatis, ne quis dicat, Peccatori præcepit ne doceat, quis ergo erit qui doceat? specialiter quædam peccatorum genera pònit, dicens, Si videbas furem, & cætera. Hæc omnia malorum causa est, si non solum non reprehendant quosdam, sed & peccantibus condelectentur. Hoc non minus habet vitij, quàm si ipsi peccent. Qui namque peccat, prætextum habet licet irrationalem, nempe voluptatem: tu vero vnde laudas quod malè est factum? An ex eo quod voluptatem aliquam inde reportas? Et ille forsan reprehendetur & corrigetur, tu vero eandem tibi ianuam per quam ad pœnitentiam est reditus, occludis. Non loquitur autem de furibus tantum, sed & de quouis peccato.

*Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris.*) Ne dicant, Ex philanthropia hæc fecimus: sed quænam omnino hæc philanthropia est, non prohibere eum qui casurus est in barathrum? Quod enim non sit hæc philanthropia, sed fœcordia, quomodo eum dimittis, qui iniuste læsit, & fratri maledicis, qui nulla in re iniuriam intulit? Qui eiusdè tibi vteri, inquit consors est, huic nõ solù nõ benedicis, sed & insidias tuas contra eum in effectum perducis. Hoc enim est quod dicit, Et aduersus filiù matris tuæ ponebas scandalum. Non eū notat, qui simpliciter sit accusator, sed eū qui id dolo ac malo studio faciat. Sciendù enim est, si quisquã de re aliqua malè loquatur, quã cõscientia nostra non damnat, quod non statim ob eã causam contemnendus sit is accusator, ne quid detrimenti accipiat: sed omnia prius competenter cautione faciendã esse, ut irrationabilem prætextum auferamus.

*Hec fecisti & tacui.*) Silentium hic patientiam dicit. Tanta, inquit, facinora temere designasti, & tamen te ne sic quidem in iudicium rapui, sed patienter tuli, locum tibi dans ad respiciendum. Tu verò non solum nihil hinc utilitatis cepisti, sed & in maius quoque detrimentum prolapsus es. Non enim modò non erubuisti, sed & me ista non per philanthropian, sed ob id facere putasti, quòd refrenare nolim, ne tibi factorum ipsorum gratia succenseam.

*Arguam te, & statuum contra faciem tuam.*) Quæ sunt illa quæ fecit? Quæ dicta sunt, inquit. Adumbratum enim quid dictum est. Imò & hic doctrinæ modus immutatam subinducit politiam: & posteaquam de sacrificijs multa disseruit, Euangelicam legis positionem & doctrinam subijcit.

*Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum.*) Quoniam tam acrem præ se tulit accusationem, primùm affirmat illam dicens, Arguam te: & cum sententiam iudicariam protulisset, iterum illam resoluit. Non enim tanquam condemnatos supplicio tradit, sed tanquam debitores admonitione corrigit.

*Sacrificium laudis honorificabit me.*) Non solum iram meam, inquit, sedabit, nec condemnationem tantum resoluat: sed glorificabit etiam me. Vide virtutis huius amplitudinem. Hæc enim via, inquit, quæ per sacrificium istud est, ad salutem ducit, qua nos omnes frui continget, &c.

#### ARGUMENTVM PSAL. L.

Satis quidem manifestè nos inscriptio psalmi, quòd sit illius argumentum, docuit: & ipsa quoque psalmi verba satis docere possunt, quæ sit sententia ipsius profunditas: sciendum tamen est, quòd potissimum etiam hic psalmus vaticinium habeat, unde & in finem est inscriptus, iudicame verbo, quòd finem habitura sit hæc prophetia. Nemo autem de eo ambigat, num penitentia tempore prophetie gratia præditus fuerit Dauid. Quid enim ipse dicit? Spiritum sanctum tuum, inquit, ne auferas à me. Ab hoc itaque illuminatus, cum præuideret futurum, ut populus regno suo subiectus in præuaticiones incideret, ob eamque causam penas dando caperetur, ac Babylonis fieret inquilinus: hunc psalmum conscripsit, ut simul & proprijs mederetur vulneribus, & populo congruum pharmacum.

#### Scholia in eundem Psalmum.

*Miserere mei Deus.*) Proposita hæc verba conueniunt & diuinitissimo Dauidi, & populo captiuo, & ijs qui inter nos malè sunt affecti. Magna siquidem vulnera paribus etiam indigent pharmacis. Quapropter & magnus Dauid vniuersam in se gratiam effundi, & totum miserationum fontem in peccati sui vlcera euacuati orat. Rectè autem peccatum iniquitatem vocat. Duplam enim habet legis transgressionem.

*Amplius laua me.*) Iam enim per Nathan prophetam, inquit, peccatorum largitus es remissionem. Verùm varias mihi calamitates, velut vsuras quasdà & sectiones intulisti, quapropter purgamentis adhuc opus habeo. Iterum ergo laua me Domine, ut vniuersas peccati fordes abrasas. Non enim post acceptam abs te remissionem peccati mei sum oblitus, sed sine intermissione video malorum meorum imagines: & quas ausus sum committere iniquitates, noctu quoque in somnis verso, & per diem imaginor.

*Tibi soli peccauit.*) Cum multis ac magnis donis tuis sum positus, contraria tamen rependi. Non enim hoc dicit, quòd in Vriam non deliquerit. Deliquit quidem & in illum, & uxorem eius. Verùm maxima hæc præuaticio aduersus ipsum Deum præcipue fuerat commissã, qui ipsum elegerat, & regem constituerat. Rectè autem adiecit, Et malum coram te feci. Huius enim & historia meminit. Visum est enim inquit, malum quod factum est, in conspectu Domini.

*Vt iustificeris.*) Mihi, inquit, ipse hæc mala conciliaui. Iustitia verò tua respundet, idque in iudicium quoque vocata. Si namque quæ mihi abs te contigerunt, adferantur in medium, & iuxta examinentur, quæ à me sunt temerè commissa: tu quidem iustus ac benignus apparebis, ego verò deprehendat præuicator & ingratus. Quod igitur dicit, Ut iustificeris, non habet hoc loco causæ significationem. Non enim ob eam causam, vel ipse Dauid, vel populus eius

peccauit, ut Deus iustificaretur: sed contrario modo, peccato ab ipsis commisso declarata est iustitia Dei.

*Ecce enim in iniquitatibus conceptus.*) Non inculcat hic nuptias, sicuti quidam stultè suspicati sunt, ita intelligentes quod dicit, In iniquitatibus conceptus sum: sed præuaticationem quæ initio mundi à progenitoribus nostris est commissã, in medium producit, & hanc fontem esse factam ipsorum fluentorum dicit. Si enim illi (inquit) non peccassent, mortis vtique multam non incurrissent. Si autem mortales facti non essent, corruptioni quoque subiecti non fuissent. In corruptioni verò etiam impassibilitas coniuncta fuisset. Si hæc gubernacula tenuisset, locus peccato non fuisset: iam verò quoniam peccauerunt, traditi sunt corruptioni: Corruptibiles autem facti, consimiles genere posteros. Talibus iam, concupiscentiæ, & metus, & voluptates adherent. In hoc certamine & ratio versatur, quæ si vicerit, celebratur: si verò victa fuerit, cum dedecore damnatur. Symmachus pro eo quod hic est, Et in peccatis concepit me mater mea: posuit, Peperit me mater mea.

*Ecce enim veritatem dilexisti.*) Ita (inquit) iudicas, ut alios punias, alios corones: quoniam veritatem diligis. Veritatem autem diligens, simul & naturæ imbecillitatem cognoscis, & pharmaca petentibus veniam largiris. Abscondita verò & occulta, vniuersam vnigeniti dispensationem dicit.

*Asperges me hyssopo.*) Solum baptismatis donum, purgationem hæc perficere potest. Quapropter gratia, inquit, indigeo quæ omnibus dabitur mortalibus. Illa me namque sola exactè poterit abluere, & niuis albedinem largiri. Quod autem hyssopum nullam operetur peccatorum remissionem, facile ex Moisaicis literis discitur. Est igitur hyssopum aliarum rerum ænigma. Cum enim hyssopo agni sanguinem postibus in Ægypto aspergerent, exterminatoris manus euaserunt. Erat autem ea res typus salutarium Christi passionum. Nam & hic sanguis, lignum salutare, & salus quæ ijs confertur, qui fide accedunt.

*Auditui meo.*) Hac, inquit, lætitia aures meas adimpleto, perfectam purgationem pollicitus, ut gaudium hoc omnia percurrat: non corporis membra, sed spiritalia ossa, quæ nunc afflictione sunt humiliata, ut illa denud floreat, virtutemque suam resumant.

*Auerte faciem tuam.*) Ne videas, inquit, iniquitates quas temerarius designaui: sed me illarum gratia lamentantem.

*Cor mundum.*) Quoniam in senium peccati incidi, inquit, benignitate tua me renoua. Hæc & per Ezechielem captiuus in Babylone sunt promissa. Dabo enim eis, inquit, cor nouum & spiritum nouum. Spiritum autem hic non sanctum illum dicit, sed rationis impetum.

*Ne proijcias me.*) Manifestè cognouimus ex his verbis, quòd non fuerit Spiritu sancto priuatus. Non enim tãquam priuatus ablatum recipere: sed ne illo priuatur, nèue à cura ac prouidentia Dei proijciatur orat. Faciem enim hic curam ac prouidentiam Dei vocauit.

*Redde mihi.*) Quod nondum perdidit, gratiam videlicet Spiritus sancti, id ut retineat, orauit: quòd verò amiserat, id ut recipiat orat. Erat autem hoc lætitia, quam in Deo habuerat. Omni, inquit, animi voluptate afficiebar, cum multa essem erga te Domine præditus fiducia: nunc verò hæc amissa, illa quoque priuatus sum. Fiduciam autem mihi abstulit carnalis voluptatis seruitus. Quapropter oro, ut mens mea priorem felicitatem, & aduersus carnis affectus virtutem recipiat. Rursus enim hic spiritum principalem, rationem imperium obrinentem vocauit.

*Docebo iniquos vias tuas.*) Recuperata, inquit, benignitate tua archetypus ero penitentia, ijs qui præsentem hanc vitam amplectuntur. Ero & præco bonitatis tuæ, exhortaborque impios homines & præuaticatores, ut ad te supplices accurrant.

*Libera me de sanguinibus.*) Sine intermissione cædem Vriæ in memoria voluabat. Nam hoc etiam initio Psalmi declarauit, dicens, Et peccatum meum coram me est semper.

*Exultabit lingua mea iustitiam tuam.*) Hoc Symmachus ita reddidit: Prædicabit lingua mea misericordiam tuam. Non enim tacebo, remissionem consequutus: sed perseueranter te laudabo, & gratiæ tuæ largiratem de prædicabo.

Domine

*Domine labia mea aperies.*) Peccatum enim linguam obligare, & os obturare solet. Oratitaque propheta, vt prioris fiducia naturam fortiaur, & linguam ad laudem Dei resoluat.

*Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtiq̄ue.)* Conueniunt & ista ijs quæ præcedenti sunt Psalmo dicta. Audiuius enim ibi dicentem Deum, Non accipiam de domo tua vitulos. Cum ergo id ex diuina voce percepisset, rectè hic dicit, Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtiq̄ue, &c. Tu namque dixisti, inquit, non esse tibi iucunda brutorum sacrificia: quapropter sacrificium tibi gratum & acceptum offeram.

*Sacrificium Deo spiritus.)* Sacrificium, inquit, tibi, Deo nostro gratum & iucundum est, animi molestia. Quocirca cor meum vehementer humiliatum, & veluti contritum, ac valde comminutum, gratum tibi sacrificium offeram.

*Benigne fac Domine.)* Luculentius ex his verbis instrui-  
mus, psalmum hunc plenum esse vaticinio. Conueniunt enim hæc verba ijs qui in Babylone sunt habitare coacti, eaque seruitute liberari cupierunt. Hi orant, vt misericordia aliqua ciuitas Ierusalem digna habeatur, mœnia illius restaurentur, & copia legalis cultus detur. Nunc enim, inquit, alienam ciuitatem inhabitantibus, determinata tibi sacrificia offerre non licet, quæ lex in sola Ierusalem ciuitate sacrificare præcipit. Si verò redeundi libertatem consequuti fuerimus, templumque restaurauerimus, tunc tibi in lege præcepta sacrificia offeremus.

*Vnuc acceptabis sacrificium iustitiæ.)* Habet autem finis huius psalmi aliud quoddam vaticinium. Quoniam enim supra Spiritus sancti dona posuit, ac deinde progressus legalibus sacrificijs nõ placari Deum ostendit: orat vt noua Sion compareat, & cælestis Ierusalem in terra instituat, & quàm ciuissimè communis illa politia exhibeat, quæ non irrationalia sacrificia, sed iustitiæ oblationem & victimam offerat.

ARGUMENTVM PSAL. LI.

*Et ex hoc loco manifestum est, illustrem fuisse Abimelech. Doeg enim, sicuti prima Regum docet historia, Abimelech detulit coram Saule, illumque ad eadem sacerdotum incitauit. Hunc autem & hic Abimelech nominat. Cum ergo diuinus Dauid factam contra sacerdotes sciverat calumniam, hunc Psalmum conscripsit: vt eos qui iniuriæ premebantur ad patientiam & tolerantiam communi-  
ret. Vnde illum etiam, In finem, & intellectum inscripsit, vt intellectu vtentes, finem rerum expectarent. Habet autem hic Psalmus & vaticinium de Rapsaci in sania, qui ex Hebraeis ortus postea Assyriorum factus est mancipium, & impietatem dicit, blasphemisq̄ sermonibus est vsus.*

Scholia in eundem Psalmum.

*Quid gloriaris in malitiâ.)* Potentem vocat Doeg, vt qui Sauli familiaris esset: Rapsacem verò tanquam cui concreditus esset belli exercitus. Sermonem autem per interrogationem format, non esse in malitia superbiendum, nec vniuersum tempus in versutia consumendum denuntians. Illud enim, Tota die: Per singulos dies reddidit Symmachus.

*Sicut nouacula acuta.)* Mendacibus, inquit, sermonibus linguam exacuisit (illud enim, Cogitauit, pro Loquutus est posuit) & instar nouaculæ acutæ sermonem profers, quo subditorum exitium machinatis.

*Dilexisti.)* Quæ peiora sunt, inquit, potioribus preposuisti: & quæ mendacia sunt, præ veris honorasti, & iniustitiam amplexus es magis quàm iustitiam.

*Dilexisti omnia verba.)* Verba submerfionis, & linguam dolosam, funditus delere ex mendacio valentem, ex eorum metaphora posuit, qui vndis immergunt & suffocant. Hoc autem & Doeg fecit. Funditus enim totam sacerdotum ciuitatem mendacibus contra Abimelech sermonibus vsus, perdidit. Hoc & Rapsaces facere tentauit quidem, verum perficere non valuit. Falsas enim pollicitationes illis attulit, qui supra murum stabant, & grauissimam illam contra Deum blasphemiam effudit. Frustratus est autem venatione sua.

*Propterea Deus destruet te in finem.)* Hanc autem, inquit

A malitiam amplexus non effugies Dei omnium sententiam. Destruet enim te ciuissimè, & omnimodo tradet exitio, & auferet de catalogo viuientium, ac radicitus euulsum morti destinabit. Maxima siquidem hinc orietur vtilitas illis, qui malorum prosperitate conspecta mœrent, si exitium illorum viderint. Vnde & dicit.

*Videbunt iusti, & timebunt.)* Iustorum, inquit, chorus maiore religione adimplebitur, iusto Dei iudicio conspecto, ac lætus & exhilaratus, frustraneos malitiæ conatus, & præsentis huius prosperitatis fructum ridebit.

*Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.)* Hæc de seipso magnus Dauid dicit, & doctrinam hanc Ezechia accommodat. Vterque enim pietatis operarius & alumnus fuit. Et in primo Psalmo arbori ad ripam aquarum plantatæ, & fructum maturum adherenti virtutis atletam assimilauit. Et hic iustum oliuam multo oneratam fructu esse dixit, tanquam qui firmam in Deo spem habeat. Hoc autem beneficium consequutus semper laudabo te Domine, & nomē tuum scientibus desideratissimum perpetuò desidero & expecto, multum ex illo fructus consequutus. Est enim semper bonum ac desiderabile Dei nomen, non quidem omnibus, verum illis qui cognitione Dei sunt donati.

ARGUMENTVM PSAL. LII.

*Illud, super Maeleth, Theodotion super tripudio interpretatus est. Symmachus verò, Per chorum: Aquila autem, In tripudio. Eandem sanè sententiam cum precedente habet hic Psalmus. Similis autem est tredesimo. Est enim idem vtriusq̄ argumentum. Nam vtrique Senacherim & Rapsacis blasphemiam accusant. Vaticinantur autem & de facto impiorum exterminio, ob quam causam & tripudij inscriptionem habent, quam fecerunt qui salute sunt potiti, Deumq̄, celebrarunt. Scriptum est autem & In finem, propterea quod postremo tempore finem vaticinium hoc sortitum est.*

Scholia in eundem Psalmum.

*Dixit inspiens in corde suo.)* Non enim aduersus eos duntaxat, qui Deum inuocant, sed & contra verè existentem ipsum linguam suam exeruit, dicens, Non potuerunt digentium suum quisque locum de manu mea eripere, quando eripiet Dominus Ierusalem?

*Corrupti sunt.)* Præfens hæc vita, inquit, impietatis est causa. Pro arbitrio namque quibus perpetrantes, Deum desuper prospicientem in animum recipere nolunt: sed prolapsi sunt, nec quisquam est qui naturæ gubernaculis constanter præsit.

*Deus de celo prospexit.)* Vniuersa, inquit, Assyriorum multitudo malitiam dilexit: verum Deus ille non creditus ab illis, qui in excelsis habitat, & humilia intuetur, factorum voluit facere examinationem.

*Omnes declinauerunt.)* Inuenit autem, inquit, omnes à recto auersos itinere, & omnis generis amplexos malitiam. Veruntamen ipsa experientia iniustitiæ præmium cognoscent, qui panis instar populum meum consumere moluntur, ac Deum gubernatorem illius contemnunt.

*Illic trepidauerunt timore.)* Horrere illos ac timere faciam, ita vt quæ timenda sunt non appareant, sed supplicium illis absconditè inferatur. Significat autem per hæc plagam illam quæ per angelum est Assyrijs illata.

*Quoniam Deus dissipauit ossa eorum.)* Aquila & Symmachus illud, Dissipauit ossa eorum, qui hominibus placēt, ita sunt interpretati. Deus enim dissipauit ossa eorum, qui castra sunt aduersum te metati. Quapropter, inquit, timebunt timore, vbi non erat timor: quia blasphematus ab ipsis Deus cum iniuste circa urbem suam castrametatos esse videret, cædi eos dedit, auiusque ac bestiis cibum propofuit, atque ita ossa eorum dissipauit.

*Quis dabit ex Sion salutare Israeli?)* Qui illo (inquit) nos est gaudio donaturus, idem & ijs qui nunc sunt captiui salutem præstabit. Iam enim captæ & abductæ sunt decem tribus, & præterea multæ ciuitates. Quapropter & subiicit: Dum conuertet Dominus captiuitatem plebis suæ.

*Dum conuerterit Dominus captiuitatem plebis suæ.)* Tunc enim, inquit, perfectam lætitiā recipiemus, quādo & alios captiuos reditū consequutos videbimus. Docemur igitur & nos, vt iuxta

vt iuxta Apostolum gaudeamus cum gaudētibus, & eodem A  
simus alius erga alium affectu, propriam latitiam proximi  
felicitatem rati.

ARGVMENTVM PSAL. LIII.

*Amicitiam simulabant Ziphei erga Dauidem, Sauli verò interea indicabant quo loco latere conaretur. Is igitur, cum aliquando fidem proditoribus dedisset, multas contra Dauidem copias eduxit. Cum verò repente illum iam comprehensurus esset, Philistinorum est irruptione impeditus. Cognito namq; quòd contra ditionem suam exercitus eduxissent, vt se de inimicis videretur, reuersus est. Tunc hymnum istum Deo magnus Dauid obulit, vt qui orationem suam suscepisset, & iminentem calamitatem dissoluisset.*

Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus in nomine tuo saluum me fac.) Sufficit, inquit, mihi ad securitatem, nominis tui inuocatio. Ad hunc modum & diuini Apostoli magna operabantur miracula. In nomine siquidem Domini dicebant, Surge & ambula.

*Et in virtute tua iudica me.)* Iustus es, inquit, & plenus iustitia. Iudica igitur me, & eos qui me iniuste impugnant.

*Deus exaudi orationem meam.)* Suscipe, inquit, supplicationes meas cum beneuolentia.

*Auribus percipe.)* Opus, inquit, habeo auxilio tuo, ó Domine, ab inimicis meis dispulsus, qui maxima virtute confisi, morti me tradere cupiunt. Hæc autem contra seipos temerè audent, quoniam prouidentia tua sunt ignari. Hoc enim subiecit, Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

*Ecce enim Deus adiuuat me.)* Cum hæc ita orasset, auxiliij non procul abfuturi præscientiam accepit, & clamauit dicens, Ecce enim Deus adiuuat me, &c.

*Auerte mala.)* Ego verò, inquit, gratia tua sum edoctus, quòd me dignaturus sis prouidentia tua: malis verò aduersum me structis eos implicaturus qui horum sunt authores, ac iustam contra eos sententiam prolaturus. Hoc enim significat quod dicit, Et in veritate tua disperde illos, voluntariè sacrificabo tibi. Ego autem, inquit, ista consequutus, cum omni alacritate placita tibi offeram sacrificia. Et vt sacrificij huius genus doceat, subiungit.

*Confitebor nomini tuo Domine.)* Offeram tibi, inquit, sacrificium laudis, beneficia tua deprædicabo. Hoc enim & futurum mihi est vsui, & tibi iucundum. Iustum est autem vt hoc faciam, tum multiuarijs calamitatibus liberatus & inimicorum exitium contemplatus.

ARGVMENTVM PSAL. LIV.

*Psalmum hunc B. Dauid à Saule pulsus, exulque factus, & ad eremi incolatum coactus, dixit. Vaticinatur autem & de se, & de insidijs Iudeorum aduersus Christum, inque seipso passiones Domini præfiguratur. Nam & ipse à Saule pulsus, & à nonnullis notis proditus est: prauiditq; spiritus oculis etiam Dominum hoc ipsum passurum, & ab illis tradendum ac cruciandum, quibus ipse benefecisset. Et in scriptio Psalmi lectorem ad finem mittit, iubetq; vt ijs quæ dicuntur, continuè attendat, quòd prophetica sit in illis addita sententia, quæ post tempus aliquod acceptura sit finem. Præterea & hymnis adnumeratus est hic Psalmus, quandam habens Dominica passionis adumbrationem.*

Scholia in eundem Psalmum.

**E**xaudi Deus orationem meam.) Varias petitiones adfert, orans vt illæ suscipiantur. Ne me supplicentem, inquit, contempnas, sed placidè attende & auxilium porrige.

*Contristatus sum.)* Probris enim, inquit, affectus & contristatus ab inimicis qui iniurias mihi inferunt: deinde & multiuarias illorum insidias recogitans, multo adimpletus sum mærore. *ἀδολοσχία* siquidem diuina scriptura continuam meditationem vocat. Hanc particulam autem Symmachus ad hunc modum reddidit: Deiectus sum, cum mecum ipse loquerer, & confusus sum à voce inimici à perturbatione impij. Eundem enim & inimicum vocat & impium, vt pote qui beneficijs affectus, benefactoris mortem struebat & moliebatur.

*Quoniam declinauerunt in me iniquitates.)* Symmachus dilucidius dixit, Quoniam irruerunt contra me ad impietatem, & in ira aduersati sunt mihi. Mala namque voluntate contra me vsi, mortem mihi machinati sunt.

*Cor meum conturbatum est in me.)* Hanc illorum inimicitiam conspicatus, & insidiosos eorum conatus intuitus horreo ac timeo, mortemque expecto. Nec mirum videri debet, quòd D. Dauid aufugit, & à multis inimicis persecutionem passus, à morte sibi timuit, cum & homo esset in lege instructus, & Euangelicam perfectionem procul præuideret. Nam & ipse Dominus Christus, tametsi passionem suam prædixisset, hanc tamen cum iam instaret, sæpenumero deprecatus est, idque vsque adeò, vt & guttas sanguinis sudarit. Oportebat enim etiam hoc pacto naturam passionis capacem declarari.

*Et dixi, Quis dabit mihi pennas.)* Hoc enim etiam B. Dauid fecit. Cum enim Saulem fugeret, & rursus, Philistæorum, qui in Geth habitabant, erga se inimicitiam vidisset, fugit in solitudinem, sicut & historia docet. Et ipse Dominus Christus sæpenumero in monte mansit, sæpe & in solitudinem secessit, Iudæorum liuorem declinans. Dignum autem admiratione fuerit, quare magnus Dauid columbæ, & non alterius cuiuspiam volucris pennas accipere voluerit. Conspicuum est, quòd spiritalem gratiam desiderarit, quæ in specie columbæ aduolutura erat.

*Expectabam eum.)* Talibus, inquit, procellis adobrutus, & quasi quorundam ventorum aut turbinum appulsus passus, diuinam præstolor opem, & spe auxiliij refocillor.

*Præcipita Domine.)* Quoniam mala vtuntur concordia, destrue Domine illorum consensum.

*Quoniam vidi iniquitatem.)* Beato Dauidi non arbitror conuenire hæc verba. Neque enim eo tempore Ierosolyma possidebat, neque ciuitas erat alia quæ regia haberetur: sed videtur contradictionem & præuaricationem Ierosolymorum dicere, & simul genera malitiæ ciuitatis illius exponere, iniquitatem videlicet, iniustitiam, vsuam & fraudem, quas amplexi, salubres Seruatoris sermones non receperunt. Notandum autem hic est, quòd non solum noui Testamenti perfectio, sed & legalis politia vsuram reprehendat, & hanc iniquitati, labori ac dolo coniungat.

*Quoniam sim inimicus.)* Veruntamen quæ ab inimicis fiunt, leuia ac tolerabilia duco: ab inimicis enim & hostibus ista committuntur: & alioqui manifestum bellum facile fugere potero.

*Tu verò homo vnanimis.)* Videtur mihi omnium esse miserimum, virum familiariter iunctum & vnanimem, eiusdem mihi mensæ ad diuinam simul & humanarum rerum consortem, quæ inimicorum sunt & hostium aduersum me committere. Perspicuè autem nobis hisce verbis Iudam proditorem præfigurauit, qui quidem in ducem à Christo rege electus, organum verò insidiantium est effectus. Symmachus pro eo quòd est, Dux meus, reddidit, Familiaris meus. Hæc autem nullo pacto B. Dauidi competunt. Talem verò est vitæ fortius exitum. Collum namque laqueo innexuit, atque ita compendiosam mortem sustinuit. In huiusmodi calamitates etiam Iudæi post crucifixum Dominum Romano bello traditi inciderunt. Non enim iuxta naturæ legem, sed hostibus armis confossi, ex hac vita migrarunt. Deinceps propheta æquitatem quoque supplicij ostendit.

*Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum.)* Tabernaculum vocat præsentem hanc vitam, in qua peregrinamur, non habitamus. Considerata continua hac mea, inquit Dauid, oratione, quæ à me noctes ac dies offertur, libera me ab his qui me impugnant, pacemque largire.

*Quoniam inter multos erant mecum.)* Videtur significare, quòd multi fuerint ipsius hostes. Nam ita & Symmachus interpretatus est, Cum multis enim facti sunt aduersarij mei.

*Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum.)* Hoc Symmachus reddidit ad hunc modum, Non enim mutantur, neque timent Deum. Comperto, inquit, quàm sunt immutabiles, & ingenio irreconciliabili, prædictis eos calamitatibus inuolues.

*Extendit manum suam in retribuendo.)* Particulam hanc tres interpretes sic reddiderunt, Extendit manum suam contra eos,

Iudas h̄γε-  
μεν à  
Christo cō-  
stituitur.



eos, qui placidè cum ipso vixerunt. Non enim hostem persequutus est Saul, sed benefactorem, familiarem ac notum: Neque Iudas inimicum prodidit, sed seruatorem, & bonorum suppeditatorem. Quod autem dicit, tale est, Manus suas ad hoc extendit, vt rependeret: verùm nihil boni retulit, sed omnia malitiæ plena, & hunc sensum quæ subiunguntur innunt.

*Contaminauerunt testamentum eius.*) Cum enim diuina lex præcipiat dicens, Dilige proximum tuum sicut teipsum: benefactorem ille suum tanquam hostem persequutus est.

*Diuisi sunt ab ira vultus eius.*) Ira namque seruientes, alia loquuti sunt, & alia cogitarunt. Ad hunc modum & Symmachus interpretatus est: Lubrica magis sunt ora eorum quam butyrum, cor vnusquisque eorum bellum meditatur. Huic sententiæ consonant & quæ subiunguntur.

*Molliti sunt sermones eius.*) Tales erant Saulis & Iudæ sermones. Saul enim ad Dauidem dixit: Tune es, fili Dauid? Iudas verò, Num ego sum, inquit, Rabbi? & osculatus est eum. Verba quidem hæc læui oleo ac butyro: cogitationes verò hastis & iaculis acutissimis erant similia. Aquila enim pro iaculis, hastas reddidit. Postquam igitur ista D. Dauid de his quæ sibi contingerunt, ad hunc modum exposuit, & insidias quæ Domino sunt structæ prædixit: consulit iam, vt in Deo spem habeant afflicti.

*Iacta super Dominum curam tuam.*) Gubernatorem, inquit, ac moderatorem habe Deum: & quæ te concernunt, prouidentia illius appende. Ita namque immotus & inconcussus manebis.

*Non dabit in æternum fluctuationem iusto.*) Etiam si permittit, inquit, vt in periculum aliquando cadas, celerem tamen opem suppeditabit. Non incitè autem hæc particula Apostolicis est verbis ad hunc modum prolata: Fidelis est Deus, qui non sinet vos tentari, supra quam ferre poteritis.

*Tu verò Deus deduces eos.*) Etenim eos qui non verentur insidiari iusto, irremisso supplicio trades. Supplicium enim vnde nullum erit effugium, puteum interitus vocauit. Quemadmodum enim impossibile est, eum qui in puteum limosum incidit, effugere interitum: ita fieri nequit, vt aliunde salutem inueniat, qui à Deo punitur.

*Viri sanguinum & dolosi.*) Illis enim qui homicidio ac dolis operam dare maluerunt, subitam mortem inferens, non permittens vt speratum tempus viuendo assequantur.

*Ego autem Domine sperabo in te.*) Hanc enim potentiam tuam & iustam censuram sciens, auxilium abs te præstolor.

ARGUMENTVM PSAL. LV.

Duplicem esse Psalmi huius sensum, qui vterque & Dauidi competit & populo captiuo ipsa docet epigrapha. Nam illi Babyloniis seruerunt, & hic Saulem fugiens, extorris est factus. Scias autem, Dauidem bis venisse Geth. & primum quidem, cum hostis esse putaretur, periclitatum epilepsiam simulasse: postremum verò sumpta fiducia pace positum ac commoratum esse cum Gethis. Itaque Psalmum hunc, postquam in priore accessu periculum sustinisset, conscripsit.

Scholia in eundem Psalmum.

*Miserere mei Deus.*) A varijs gentibus, inquit, pulsus & impugnatus, ac veluti conculcatus, idque continuè passus, benignitatem tuam, ô Domine, præstolor.

*Tota die impugnans.*) Symmachus interpretatus est, Omnidie: pro eo quod est assidue & irremisse pulsus ab inimicis impugnor.

*Ab altitudine diei.*) Non timeo, inquit, prosperitatem hominum, qua consili bellum contra nos mouent. Altitudinem namque dierum, præsentis vitæ prosperitatem, vnus diei & temporariam, vocauit. Deinde docet, quæ illa ratione non sit timenda. Temporariam, inquit, prosperitatem non timeo, tuo potitus auxilio. Particulam hanc Symmachus sic reddidit: Num in die timebo? in te confido. Timori, inquit, fiduciam in te collocatam oppono, & in recordatione Dei loquor, ornans sermones meos: & dum impugnantes me contemno.

*Aduersum me omnes cogitationes eorum.*) Omnem, inquit, cogitationem ad hoc vt insidias mihi struant, intendunt, ac

A sermones meos quasi mendaces auersantur, & oblatam apologiam repudiant.

*Inhabitabit & abscondent.*) Clarius hoc reddidit Symmachus ad hunc modum: Congregati sunt occultò, & vestigia mea obseruarunt, expectantes animam meam. Significauit autem his dictis latebras eorum, insidias per machinamenta.

*Pro nihilo saluos facies illos.*) Facile tibi est, inquit, & citra negotium, vt projicias eos, ac prosternas, mortique tradas. Illud enim, Pro nihilo, pro eo posuit quod est, Sine labore ac facillè.

*In ira populos confringes.*) Non enim hos tantum, sed & omnes eos qui præuaricatè viuunt, supplicio trades.

*Deus vitam meam annunciaui tibi.*) Cuncta tibi facta, mea verba & cogitationes manifestaui. Sic enim & Symmachus reddidit, Interiora mea in numero tibi sunt.

*Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.*) Annuisti, inquit, lacrymis meis, & pollicita adimplesti. Tu namque legem faciendo pollicitus es auditurum te oppressos. Deo preces meas suscipiente fugient hostes, & audaciam ponent. Potitus enim petitis, re ipsa certus reddar, quantam mei curam ac prouidentiam habeat.

*In Deo laudabo verbum.*) Non committam, inquit, vt vel aliquid sine inuocatione tui loquar: sed siue exiguum verbum proferam, siue prolixioribus vtar sermonibus, nominis tui appellatione quæ loquar ornabo, & in te confusus humanas insidias contemnam.

*In me sunt Deus vota.*) Quæ tibi pollicitus sum, inquit, grato animo reddam. Vota namque Deo facta promissiones vocat. Sic & alibi dicit, Reddam tibi vota mea. Deinde docet, quid & quamobrem sit pollicitus.

*Quoniam eripuisti animam meam.*) Tantis enim beneficijs affectus, & tam variarum insidiarum victor constitutus, curabo vt te colam, & eam vitæ conuersationem amplectar, quæ & tibi sit placitura, & mihi vitæ æternam ac lumen illud conciliat, quod legitime viuentibus est promissum. Hæc autem vt antea dixi, & B. Dauidi, & captiuus Israëlitis congruunt. Competunt & nobis, multas cum à dæmonibus tum ab hominibus sustinentibus insidias.

ARGUMENTVM PSAL. LVI.

*Cum & primum & alterum periculum euassisset, beneficium Dei memoria veluti columna cuidam inscripsit.* Ad finem autem & præcedens & hic Psalmus lectores mittit. Habent enim vaticinium futurarum rerum. Ille namque quæ populum concernunt, hic verò Gentium vocationem prædicat. Adiectum autem est, Ne disperdas, Dauidi, quod sensum nobis aperit. Cum Saulem occidere quidem vellet, proposito verò resisteret, & tantum non ad seipsum, Ne disperdas, diceret, acceptorum malorum obliuionem non sine virtute ostendit. Rectè igitur inscriptioni particulam hanc, Ne disperdas, adiecit: docens, quibus cogitationibus vsus hostem non interemit.

Scholia in eundem Psalmum.

*Miserere mei Deus.*) Cum in spelunca conclusus esset, hostesque circumfusos cerneret, diuinam misericordiam appellat: & spem, quam ad Deum habebat, aperit. Umbra verò alarum iam sæpe exposuimus, quod ita diuinam protectionem vocet. Quod autem misericordiæ dictionem ingeminat, periculi excellentiam exprimit. Illud verò, Donec transeat iniquitas, Aquila dilucidius reddidit, Donec transeat insidiæ. Et Symmachus, Donec transeat violentus. Non cessabo igitur ab oratione, donec ab insidiatoribus liberer. Insidiatores enim Septuaginta à re ipsa quam moliebantur, iniquitatem appellarunt.

*Clamabo ad Deum.*) Cum diuini auxilij experimentum, irremissum habeam doctorem, oro vt illo pro consuetudine potiar. Per clamorem autem animi desiderium significat.

*Misit de celo.*) Beneficentia me ac prouidentia sua cælitus dignatus, derisioni inimicos meos obnoxios reddidit. Docet autem historia, quomodo Saulem cum surrexisset, sequutus sit, ac procul constituto beneficium noctu præstitum manifestarit, quomodo videlicet in manus suas datum non percussit. Erat autem hoc maximum seruato probrum, quod seruatorem suum impugnabat.

7. Reg. 24.  
26.

1. Cor. 10.

Altitudo dierum.

Vota.

D

E

F

Misit Deus misericordiam suam.) Iusta, inquit, benignitate Dei potius, ab hostium liberatus sum feritate. Irruebant enim more leonum discerpere volentes: veritatem autem misericordiae coniunxit, ut benignitatis iustitiam ostenderet.

Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum.) Particulam hanc Theodotion sic reddidit, Medius dormiebam inter consumptores: Aquila verò, Cum audacibus: Symmachus, Cum ardentibus. Merito igitur perturbatus sum inter tales dormiens, & à talibus circumdatus. Saulem enim & eos qui cum illo erant, ardentes & audaces, catulos leonum vocavit, immanem illorum animum exprimens.

Filij hominum, dentes eorum arma.) Quoniam eos catulos leonum vocavit, rectè & dentium meminit: armis eos & sagittis comparans, & linguam gladio acuto. Per omnia autem hæc cruentas eorum insidias significat.

Exaltare super celos Deus.) Dignum autem in omnibus eum laudare, qui & celos moderari creditur, & vniuersam terram gloria sua adimplet. Illud verò, Exaltare, idem est ac si dicat, Ostende gloriam tuam mortalibus omnibus.

Laqueum parauerunt pedibus meis.) Qui me, inquit, cohortibus insidiosis adobruerunt, & insidias mihi struxerunt, illi sunt à nobis capti, & suis ipsorum laqueis intricati.

Cantabo & Psalmum dicam.) Sibi ipsi iam vaticinatur, quòd adornaturus sit diuinam laudem. Gloriam autem suam, propheticam gratiam sibi concessam vocat: Psalterium autem & citharam, tanquam organum spiritus sancti memorat.

David  
χοροδιδά-  
σκαλοθ.

Exegam diluculo.) Non solum iam hanc tibi offeram hymnodiam, sed & vbi lux illa vera fuerit orta, & ignorantiae noctem procul abegerit, diluculumque dici illius qui expectaturo produxerit: tunc inter omnes gentes ac populos chori magister ero, linguisque illorum quasi quibusdam chordis vsus gratiarum actionis hymnodiam cantabo.

Quoniam magnificata est vsque ad celos.) Non enim cogitabat, & qui in illis sunt angeli, misericordiam tuam cognouerunt, sed & per nubes veritatem tuam manifestati. Nubes autem eos vocat, qui diuina gratia digni sunt habiti. Quemadmodum enim nubes aliunde imbrium causas accipiunt: ita & Propheta & Apostoli à diuina gratia irrigati spiritalem humectationem mortalium animabus attulerunt. Per spiritales enim nubes, Prophetas dico & Apostolos, declarata veritate, altissimus ille omnium Dominus, caeli ac terrae conditor, manifestatus, in omni terra ac mari laudem ab hominibus accepit.

#### ARGUMENTVM PSAL. LVII.

Eandem hymnodiam habet & hic Psalmus. De Saulis namque malitia, & mendacibus illius verbis narrat. Iurauit enim sepenumero, remissurum se inimicitiam, & tamen iuramenta transgressus est, atque insidijs vsus. Rursus autem adiectum est illud, Ne perdas, propterea quòd illum in potestatem suam nactus occidere noluit.

#### Scholia in eundem Psalmum.

Si verè vti que iustitiam loquimini.) Expostulat ista cum Saule, qui iurauerat se posthac à persecutione cessaturum, & tamen nihilo secius bellum contra iurandum mouebat. Tu, inquit, esto facti tui iudex, iudicandique potestate accepta rectam & iustam proferto sententiam.

Etenim in corde iniquitates operamini.) Manifestat quæ fuerint pacifica illorum verba, & quæ praua consilia, & quàm multifaria insidiantium machinamenta. Vide igitur, num verbis facta consonent. Verum frustra tibi iudicium meum commendaui, cum iuste iudicare non sustineas.

Alienati sunt peccatores.) Iam olim, inquit, à veritate vos separastis, ac mendacium amplexi estis. Illud verò, A matrice & Ab vtero, de eo posuit, quòd quæ illi facturi essent, Deus etiam antequam fingerentur, cognouit. Nam ad eum modum & ad Ieremiam dixit, Priusquam te in vtero fingerem, cognoui te. Et ad Pharaonem, Ad hoc excitauit te, ut ostenderem in te potentiam meam. Verum nec Pharaonem malum, nec Ieremiam sanctum præscientia Dei fecit: sed quòd futurum erat, tanquam Deus præsciuit.

Præscientia  
Dei.

Furor illis, secundum similitudinem serpentis.) Imitati sunt, inquit, naturam serpentis, memorem acceptorum malorum, & insidiosam. Ad hunc enim modum comparata est nequitia & ingratitude.

Sicut aspidis surda.) Aures, inquit, obturant, perinde atque aspis, quæ hoc excellentia maliciae facere solet, ne pharmaco parato ab eo quem sapientem vocant, obediatur. Incantatorem enim hoc loco, per abusum, & sapientem appellauit. Quoniam enim multis sermonibus erga Saulem B. David vsus fuerat, ac seipsum seruatum nominauerat, illum verò Dominum & Regem vocauerat, atque re ipsa quòd cædem illius non affectaret, declarauerat, & tam non persuaserat: ut inimicitiam poneret, competenter illum aspidi, non secundum naturam surdæ, sed aures obturanti comparauit.

Deus conteret dentes eorum.) Etenim, inquit, tanquam omnium inspector iritas reddet illorum contra nos insidias. In præcedenti quoque Psalmo canes eos, & hic leones nominauit. Hoc enim est, quòd dentium & molarium meminit. Vocat autem molares, interiores dentes, quibus escam comminuere & commolare solemus. His autem & illud docuit, quòd multiuaria illorum praua consilia & machinamenta dissoluturus sit Deus omnium, ac destructurus.

Ad nihilum deuenient.) Contemptibiles, inquit, erunt, aquæ dispersæ & prorsus inutili similes. Non desinit autem illos supplicij impetere, donec potentiam eorum destruat.

Sicut cera que fluit auerentur.) Instar ceræ igni admotæ ac liquefactæ, dissoluentur. Hoc enim est quòd dixit, Et non viderunt solem: sicut qui moriuntur, nec vltra solares radios videre possunt.

Priusquam intelligerent spinæ vestre rhamnum.) Particulam hanc Symmachus clarius interpretatus est ad hunc modum, Antequam succrescant spinæ vestræ, ut in rhamnum euadant, viuentem adhuc totam auferet turbo. Quòd autem dicit, tale est, Quòd cumque peccatum diuina scriptura spinam vocat. Rhamnus verò & ipsa quidem spina est, verum maxima, & quæ arborem imitetur. Comminatur igitur propheta ista & Saule & cooperarijs illius velox supplicium. Antequam enim, inquit, nequitia vestra succrescat, ut rhamno, maximæ illi spinæ, assimiletur, plaga vos diuinitus impulsâ comprehendat, ac vastatos reddet. Hoc enim est quòd dicit, Absorbet eos. Quemadmodum enim quòd absorbetur, è medio tollitur: ita & vos obliuioni, inquit, tradimini.

Et dicit homo.) Illud & ea hoc loco per enuntiationem ponitur. Dicit autem, Quisquis eos qui male vixerunt, pœnas in hac vita dare videbit, confitebitur Deum esse, qui quæ sunt inspicit, & sapienter omnia gubernet.

#### ARGUMENTVM PSAL. LVIII.

Mortem Davidi Saul. liuoris seruus effectus, machinabatur, mensæque sua participem occidere proposuerat: & cum mortem ille fugisset, comprehendere eum conabatur. Misit itaque satellitibus, domum eius, ne effugeret, custodiebat. Verum filia eius, que Davidi nupta erat, coniugi suo patris propositum manifestauit, per quæ fenestram eum aufugere adhortata est. Sumpta autem sepulchrali capsula (sic enim historia tradit) lectum eius effinxit, & vestimentis eius imaginem egrotantis signauerat, ac procul velut egrotare Davidem custodibus ostendit. Et hæc quidem nocte, orto verò die rem ipsam aperuit Sauli & satellitibus. Cum hæc igitur David euasisset insidias, Psalmum hunc conscripsit, in quo pauca quidem de rebus tunc gestis commemorat: multa verò vaticinatur, præuiso per Spiritum sanctum, quòd Iudæi contra Seruatores insurrecturi, vincendi essent. Nam & Iudæi Dominicum sepulchrum adhibitis militibus custodientes, orto die, amictus quidem illius repererunt: ipsum verò custoditum non ita. Cum itaque insidias sibi structas comperisset B. David, præuidissetque futurum, ut Christus ex ipso secundum carnem nasceretur gratiora pateretur, & de Gentium vocatione, & Iudæorum dispersione vaticinatus est.

#### Scholia in eundem Psalmum.

Ripe me de inimicis meis Deus.) Iusta est Prophetae petitio. Orat enim vt ab alijs liberetur, qui se iniuste impugnabant. Deinde & illorum scopum exponit.

Ripe me de operantibus iniquitatem.) Et homicidæ sunt, inquit, hostes

Molares,

Rhamnus,

hostes mei & præuicariatores, quibus nihil vnquam mali intuli.

*Quia ecce ceperunt animam meam.*) Omnis generis machinamentis, inquit, vsi, suaque potentia confisi conantur me occidere. Sed verisimile est, quod prius per iniuriam læsi, pœnas de me sumere quarant.

*Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine.*) Nihil illis triste, inquit, illatum est à me: ac nihilo fecius cum non habeant quo me accusent, ad occidendum me properant.

*Sine iniquitate cucurri.*) Hoc verius non Dauidi, sed ei qui est ex Dauidе competit. Solus enim ille peccatum non fecit, sicut & B. Dauid ista de illo in typo dixit: non vt se omnino liberum esse à peccatis affirmet, sed vt doceret, se cum nulla in re Saulem læserit, sed magis multis beneficijs affecerit, multiarias illius perpeffum esse insidias. Sic autem & Symmachus reddidit: Cum non sit peccatum, ita irruunt, vt opprimant, &c.

*Exurge in occursum meum.*) Te autem oro, inquit, at horum sis iudex, qui omnia dilucidè nosti.

*Et tu Domine Deus virtutum.*) Puritatem à peccatis in solo eo, qui ex se secundum carnem nasciturus erat, contemplatus, præuisaque per spiritum cognatorum suorum Iudæorum contra illum insania, Dominum virtutum & Israelis orat, vt relictis ac neglectis Iudæis omnem suam prouidentiam transferat ad Gentes, illasque cognitionis suæ luce illustret. Postquam autem ista Gensibus annuntiauit, consequenter & Iudæorum supplicia prædicat.

*Non miserearis.*) Quoniam enim crucem spiritualibus oculis præuidit, & quod diciturus esset Dominus, Pater, remitte illis: impietatis excellentiam execratus, orat ne vlla prorsus condonatione portantur. Deinde & futuram illis spiritualis alimoniam penuriam vaticinatur.

*Reuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes.*) Quem admodum enim canes, inquit, noctu solent ciuitatum circuire fora, ventre illorum propter cibi inopiam ad id adigente: ita illi omni spiritali priuabunt honore, & instar canum circumeundo perseuerabunt, nec digni habebuntur, quibus spiritales micæ contingant. Consequenter, & causam huius supplicij docet.

*Ecce loquentur in ore suo.*) Lingua sua operantur, inquit, sermones instar gladij proferentes. Res autem ipsæ verbis astipulantur. Lingua namque Dominum crucifixerunt, clamantes, Tolle, tolle, crucifige eum. Pilati verò satellites opere ipso verbis illorum consenserunt, ac Dominum crucifixerunt. Hoc & propheticus sermo dixit, Quoniam quis sensum hunc audiuit? & Symmachus pro, Quoniam quis audiuit, reddidit, Tanquam non sit qui audiat.

*Et tu Domine deridebis eos.*) Illi igitur ista audiunt, tu verò vanum illorum furorem audis, vides, ac rides.

*Ad nihilum deduces omnes Gentes.*) Est enim tibi facile vt non illos modò, sed & vniuersas Gentes vincas. Ita & D. Esaias dixit, cum diuinæ potentiae declarare vellet excellentiam: omnes Gentes quasi stella situlae, & quasi momentum statera reputatae sunt.

*Quoniam tu Deus susceptor meus es.*) Te habeo, inquit, virtutis meae adiutorem & custodem. Tua namque prouidentia fretus perduro.

*Deus meus, misericordia eius praeueniet me.*) Petitiones suorum nunquam non præuenit Dominus, & philanthropiæ ipsius excellentia fit, vt orationes eorum non expectet.

*Deus ostendit mihi, super inimicos meos.*) Inimicos crucis pro communibus habet inimicis Propheta. Deinde & quid illis futurum sit prædicat.

*Ne occidas eos.*) Oro ne omnimodum patiantur excidium. Sunt enim inter illos multi, qui respicientiæ medelis curari poterunt. In morte siquidem non est, qui memor sit tui, non est qui per penitentiam curetur. Quapropter suppliciter oro, ne funditus eos perdas. Quas vult igitur illos dare pœnas?

*Disperge illos in virtute tua.*) Disperge illos, inquit, per orbem vniuersum, & fac vt sint palantes & exules, quoniam malo contra te vsi sunt consensu.

*Et deponere eos protector meus Domine.*) Consentiant & ista cum illis quæ iam sunt exposita. Nam supra dixit, Ecce ipsi loquentur: & hic iterum peccatum oris illorum sub-

ungit, & sermones labiorum ipsorum accusat: vt omnino doceat, duros eos vocis huius pœnas, quam vno consensu protulerunt, vt iustam Pilati sententiam corrumpere. Cum enim ille Dominum tanquam infontem dimittere vellet, isti clamantur, Crucifige. Hæc autem Symmachus manifestius reddidit. Etenim pro, disperge illos, sic posuit, Disturba eos virtute tua, ac deice eos protector Domine.

*Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum.*) Quibus membris temerati sunt, illis & pœnas dabunt, ac dent etiam: quoniam Deo seruatori seruire non sustinerunt, sed Cæsaris regnum amplexi, Cæsaris quoque seruituti tradentur.

*Et comprehendantur in superbia sua.*) Clarius hoc Symmachus interpretatus est ad hunc modum: Comprehendantur cum superbia sua. Execrationem & mendacium loquentes in ira consumma, & ne sint consume, quoniam calumnijs contra Seruatorem sunt vsi, dicentes eum Cæsari dare censum prohibuisse: cum ipsi pronunciantem audissent ac dicentem, Date Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei, & multas quoque in eum diras & probra coniecerunt. Propter execrationes illas & calumnias, orisque delictum, hanc illos consummationem passos esse dixit. Consummationis autem dictione non intelligit omnimodum excidium, sed quod non sint amplius populus Dei vocandus. Per orbem namque dispersi, ad seruiendumque Romanis adacti: ad hæc & legali cultu ac reliqua quam habuerunt gloria priuati, procul à celebri illa terræ suæ metropoli degunt. Aliàs verò, consummationes multiarias eorum calamitatis vocat, quas à Romanis sunt perpeffi, quibus execrationes, mendacij, orisque sui delicti pœnas dederunt.

*Et sicut quod Deus dominabitur Iacob.*) Hoc enim paradoxū illud est, quod ante crucem ne ab ipsis quidem Iudæis est creditum: post ignominiosissimam verò passionē illam, vniuerso orbi dominatur crucifixus: adorantibus quidem illum qui sponte obediunt, incredulis verò propter timorem seruire coactis.

*Conuertentur ad vesperam.*) Quoniam dixit, In ira consummationis, & nequaquam subsistent: ne quis contraria Prophetam putet esse loquutum, in eo quòd dixit. Disperge illos in virtute tua: rectè hac est vsus apologia, dixitque eos instar canum fame contabescentes ac noctu in ciuitatibus circuituros, nec vlla potitus esse alimonia. Dierum enim facta est vicissitudo. Iudæi siquidem, qui olim erant filij, propter suam maliciam, canum sortiti sunt conditionem: Gentes verò quæ olim canibus similes erant, filiorum dignæ sunt honore habitæ.

*Ipsi dispergentur ad manducandum.*) Hoc Symmachus vt priori particulae responderet, sic reddidit: Reuertantur ad vesperam, tumultuentur, ciuitatem sicut canes circum-euntes ac oberantes ne insatiati pernoctent. Secundum Septuaginta verò sic est intelligenda hæc particula, quòd more canum per orbem dispersi spiritalem sint quæsituri cibum.

*Si vero saturati non fuerint.*) Illi quidem talia ausi, tam sunt grauia passuri, ego verò misericordiam tuam celebrabo, ortaque spiritali luce, quæ orbi adferat diluculum, immensam tuam misericordiam in Ecclesijs glorificabo.

*Quoniam factus es adiutor meus.*) Semper enim ope tua sum potitus, & per tuam prouidentiam irruentes calamitates euasi. Quapropter te solum esse Deum cognoui, teque fontem misericordiæ ac benignitatis voco.

## ARGVMENTVM PSAL. LIX.

*Hæc quidem facta iam, & secundo Regum scripta sunt. Inscriptio vero, in finem, historie prophetiam quandam immixtam esse docet. Adiectum est autem inscriptioni & illud, His qui adhuc alterabuntur. Alteratio autem immutationem significat non præteritarum, sed futurarum rerum. Non enim dixit, His qui alterantur: sed, Qui alterabuntur. Tituli vero inscriptioni victoriae significationē habet. Initio autē necesse est, vt prophetiæ argumentum dicamus. Cum prædictis victorijs potitus esset D. Dauid, spiritualibus oculis futuram populi præuicationem, & qua propter hanc illi futura erat captiuitatem præuidit. Præuidit autem & diuina gratia futurum ex captiuitate reditum,*

ideoq; necessarium putauit, vt & tristitia, & leta ad eorum hominum A  
utilitatem, qui rerum istarum temporibus futuri erant, antea quam  
fierent conscriberet.

*Scholiam in eundem Psalmum.*

**D**eus repulisti nos.) Captiuitatem hic prædicat, deinde &  
æquitatem & benignitatem Dei. propter iniquitates  
enim illorum iratus, post sumptum de illis supplicium ite-  
rum eorum misertus est.

*Commouisti terram.*) Babyloniorum impetus his verbis si-  
gnificauit. Concussionis enim more omnia funditus perdi-  
derunt.

*Sana contritiones eius.*) Iam deinceps philâthropian Dei im-  
plorat. Sana, inquit, contritiones eius, quia commota est.  
Rursus quæ facta sint narrat.

*Ostendisti populo tuo dura.*) Quæ illa? Potasti nos, inquit,  
vino compunctionis: hoc est, multitudine calamitatum  
quasi quodam doloris vino animas nostras replesti. Ita  
quippe & Aquila reddidit, Potasti nos vino stuporis: per  
stuporem mæstitiam significans.

*Dedisti metuentibus te significationem.*) Clarius hoc B. Eze-  
chiel docet. Dicit enim angelum se vidisse, cui hoc fuerit  
ab omnium Deo mandatum, vt ciuitatem vniuersam cir-  
cuiret, & signum frontibus eorum imprimeret, qui super  
populi iniquitatibus ingemuisent. Verùm illa typus erant  
eorum quæ nobis acciderunt. Verum enim nos à diuina  
gratia signum accepimus, quo peruncti victores inimico-  
rum nostrorum reddimur.

*Et liberentur delecti tui.*) Hoc signo, inquit, eos qui tibi sunt  
oblati custodis, qui propter virtutem suam digni sunt phi-  
lostorgia tua facti.

*Saluum fac dextera tua.*) Transfer, inquit, calamitates popu-  
lo tuo imminentes, & quasi dextra quadam iacentes prou-  
dentia tua erigè. Postquam precationem ad hunc modum  
obtulit, consequenter responsum accipit, nec patitur vt  
hæc abscondantur, sed de illis omnes instruit.

*Deus loquutus est in sancto suo.*) Hoc est: per Spiritus fan-  
cti gratiam, lingua Prophetæ velut organo quodam vsus.  
Quid autem loquutus est: Exultabo & partibor Sichimam.  
Sichima ciuitas est, quæ à Iacobo capta, Iosepho est tradi-  
ta. In hac autem Ephraim post diuisionem tribuum  
regni sedem finxit. Conuallem verò tabernaculorum  
Israëlitarum regionem dicit, vt quæ desolata sit facta, &  
pastorum tunc tabernaculis locum dederit. Pollicetur itaq;  
omnium Deus, quod habitatoribus illam adimplere velit,  
efficereque vt habitatores illius pro dimensionibus contendant.

*Meus est Galaad, & meus est Manasses.*) Non est Galaad  
tribus nomen, sed loci. Tribus autem cognomen est  
Manasses, quæ terram Galaad mox initio fuerat fortita.  
Dicit itaque, & terram suam esse & tribum, prædicatque re-  
ditum illius, & locorum illorum inhabitationem. Ephraim  
verò promittit, quod velit illi priorem restituere virtutem.  
Symmachus autem pro, Fortitudo capitis mei, Fortitudo  
principatus mei posuit: hoc est, propugnatorem eius, sicut  
olim constituum.

*Juda rex meus.*) Quoniam enim post reditum indiuisæ  
manserunt illa tribus, solum autem ex Iuda, Zorobabel  
principem ac regem habuerunt: rectè Ephraim principatum  
fortitudinem capitis appellauit, Iudæ vero regem ad-  
scripsit. Illud autem. Rex meus: positum est pro eo quod  
est, Rex à me constitutus.

*Moab olla spei mea.*) Hoc Aquila sic est interpretatus, F  
Moab olla lauacri mei: Syrus vero sic, Vna ablutionis meæ.  
Quoniam enim in talibus vasculis & manus abluere, &  
vestimentum pedibus fordidatum repurgare consueui-  
mus, subiectionem Moabitarum per hanc vnæ ablutio-  
nem prædixit: & olla pro supplicio à scriptura ponitur. Sic  
& magnus Ieremias ollam succensam vidit, & faciem eius  
à facie Aquilonis. Dicit igitur, quod & Manasses terram  
suam sit recepturus, & Ephraim priorem recuperaturus  
virtutem, & Iudas rex omnium declarandus, Moabitæ vero  
illis subiugandi: non solum autem illi, sed & Idumæi &  
Philistæi.

*Quis deducet me in ciuitatem munitam?*) Ciuitatem muni-  
tam, nonne Ierusalem vocat? Hanc Symmachus conclu-  
sam interpretatus est. Quoniam enim euerfa est, ac muris  
priuata, post reditum vero mœnia sua recepit, desiderat eâ  
Propheta muris videre communitam. Vsque ad Idumæam.  
Tanquam rex excurrere, & eos qui semper inimici fuerunt,  
seruire coactus videre gessit. Hæc autem, inquit, tu Domine  
operaris, qui repuleras nos, & Babyloniorum potentatui  
tradideras. Postquam adhuc modum de bonis est vaticina-  
tus, pro afflictis orat.

*Et non egredieris Deus, in virtutibus nostris.*) Vides, inquit, nos  
ita acerbè impugnari, & nec dux noster es, nec strenuè pro  
nobis pugnas, sicuti consueueras.

*Da nobis auxilium de tribulatione.*) Conforta nos, cum vi-  
deas nos tanta impugnari sæuitia. Symmachus autem muta-  
ta coniunctione Et, clariorem versionem exhibuit, ad hunc  
modum: Da nobis auxilium de tribulatione. Vna enim est  
salus hominis, vlscere (inquit) malè affectos. Tibi soli  
quippe possibile est, vt in calamitates istas dissoluas. Humana  
vero auxilia, te non annuente, vana sunt. Illius, inquit, prou-  
identiam inuocabo, & illius virtute confidam. Ipse namq;  
fatis quæ tristitia sunt, dissoluere valet.

ARGVMENTVM PSAL. IX.

*Calci prioris Psalmi proximum huius consonat. Quoniam enim dixit, In Deo faciemus virtutem: populum in captiuitate docet, quam Deo precem offerre conueniat.*

*Scholiam in eundem Psalmum.*

**F**audi Deus deprecationem meam.) Suscipe, inquit, oratio-  
nem meam, ô Domine, & precationis meæ verba pla-  
cidè exaudi. Deinde docet, qui sint orantes.

*A sinibus terra ad te clamauit.*) Quoniam enim Babylonia  
multis spatijs à Palæstina distat, putauerunt se captiui, ac  
terram illius incolere coacti, in extremis orbis habitare si-  
nibus.

*Dum anxietur cor meum.*) Oro autem vt refocillatione,  
quæ à te sit, potiar. Lugens enim, & propter vrgentes cala-  
mitates lamentans, auxilio tuo sum potius, & hostibus su-  
perior esse cætu.

*Deduxisti me.*) Cum prouidentia tuæ participem me futu-  
rum sperarem, spe illa non excidi. Factus enim es mihi &  
ductor & turris fortitudinis. Tua namque prouidentia  
adiutus, & inimicorum insidias effugiam, & reditu potiar.

*Inhabitabo in tabernaculo tuo.*) Tabernaculum Dei Ierusalem  
nominat. In hac namque sese illis manifestauit. Dicit itaque,  
Postquam redeundi copiam nactus fuero, continuè in tem-  
plo tuo commorabor, & tua prouidentia fruam. Alas enim  
prouidentiam Dei vocat. Illud verò, In seculum, pro conti-  
nuè posuit. Ala.

*Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam.*) Laudabo te  
semper, quoniam precationibus meis susceptis promissam  
maioribus nostris hæreditatem, nobis illorum posteris re-  
stituisti. Hæc autem confestim dicunt, vbi itineri se accin-  
xerunt.

*Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.*) Sciendum sanè  
quod hæc proposita verba veræ quoque hæreditatis habent  
ænigmata. Vera autem hæreditas, vita æterna est. Hanc  
se hæreditatem Dominus timentibus se daturum est polli-  
citus.

*Dies super dies regis adicies.*) Postquam ad hunc modum  
orant, petita acceperunt, & pro illis gratias egerunt: iam  
deinceps Deum orant, vt datum sibi regem diutissimè  
custodiat. Regnū aliquando inter illos obtinuit Zorobabel,  
verum huic non competunt omnia veritatis verba. Illa qui-  
dem, Dies super dies regis adicies, ei quoque conueniunt:  
reliqua vero non ita, sed ei qui ex illo est secundum carnem.  
Est enim & Zorobabel typus Domini Christi. Quemad-  
modum enim ille captiuos à Babylone ad patriam terram  
reduxit: ita & Christus humanam naturam, quæ captiua  
erat priori nobilitati restituit.

*Misericordiam & veritatem eius.*) Quis, inquit, ad hoc suf-  
ficiens fuerit, vt absconditam & æquam Dei misericordiam  
exactè cognoscat: Sunt enim iudicia illius abyssus multa.

*Sic Psalmum dicam nomini tuo.*) Te siquidem perpetuo laudabo, ac dona tua singulis diebus deprecabor, nec promissis deero. Vota namque promissa vocat.

## ARGUMENTVM PSAL. LXI.

*Epigraphen Symmachus sic reddidit: Victoriæ per Idithum. Declarat igitur, quod Psalmus hic sit quidem B. Davidis: ab Idithum vero, vt qui choro in templo Dei præerat, ad laudem Dei omnium decantatus. Vaticinatur autem hic Psalmus de Macedonicis irruptionibus, & Antiochi Epiph. contra Machabeos insidijs: docetq; pietatis athletas, quibus certaminum tempore verbis vri debeant.*

## Scholia in eundem Psalmum.

**N**onne Deo subiecta erit anima mea?) Dum cogentur diuinam transgredi legem, & idolis sacrificare, suillaque carne vesci, cogitationes suas ad pietatem excitant, ac pietatis zelum exacerunt, dicentes, Ne seruitutem, ô anima, Deo tuo præponas. Deinde docent, quid hinc sit emolumentum.

*Nam & ipse Deus meus.*) Dei seruitus, inquit, salutem tibi adfert, ô anima! Ipse namque Deus meus, & bonorum supplicator est, & qui conquassatos confirmare valeat. Huius itaque inuocato auxilio, ab illis qui me prosternere conantur, liberabor. Postquam animas suas ad hunc modum inflammant, linguam deinceps contra aduersarios mouent.

*Quousque irruit in hominem?*) Cum hyperbato positus est huius versiculi sensus. Est autem talis, Quousque crudelitate contra nos vtimini? ita vt ne communi quidem nature pareatis, sed perinde atque paries quidam inclinatus, & maceria à vento ad ruinam impulsâ, impellere & prosternere fatagatis, animum habentes homicidio deditum, quasi dicat, Ne vehementer aduersum eos tanquam infirmos, erigamini: omnium enim Deum adiutorem habemus.

*Veruntamen pretium meum.*) Vnum, inquit, hunc scopum habent, vt me prouidentia Dei priuent, ex qua omnem habeo & honorem & gloriam. Honorem enim piorum in eo est, quod Deo seruiunt. Quapropter & Paulus vbique se Christi seruum nominat.

*Cucurri in siti.*) Insidias istas mihi non struxerunt obiter, sed cum omni animi intentione, hoc sitientes, vt in impietatis me foueam præcipitent. Quibus autem vtuntur machinis?

*Ore suo benedicebant.*) Blandis quidem vtabantur sermonibus, imponere mihi conantes: verum exitum internè occultabant. Declaratis iam illorum insultibus, iterum seipos, vt firmi sint, ac diuinum auxilium præstolentur, adhortantur.

*Veruntamen Deo subiecta esto anima mea.*) Ne deficias, inquit, ô anima mea, à seruitute Dei: sed ope illius corroborata, magno animo malorum impulsus perferto.

*Quoniam ipse Deus meus, & Seruator meus.*) Cum enim illum & verum Deum, & salutis fontem esse sciam, non patiar vt seruitutem eius mutem, & ad alterius me dominatum recipiam. Illud enim, Non emigrabo: pro, Non transferar, posuit. Non ero, inquit, transfuga, nec seruus impietatis.

*In Deo salutare meum.*) Isdem sæpenumero verbis vtuntur, Deum & seruatorem, & gloriam & adiutorem suum, omnium Deum vocantes, vt impietatis incursum arceant. Quapropter & reliquos cognatos omnes, ad eandem pietatem excitant, non ferentes vt soli victores vocentur.

*Sperate in eo omnis congregatio populi.*) Contemptus, inquit, omnibus cognatis spem in illum firmam reddite, & omnem animi vestri sententiam illi offerite, indubitatum ab illo auxilium præstolantes. Quod enim dicit, Effundite coram illo corda vestra, hoc significat, quasi dicat, Omnia vestra cogitata illi offerite, nec vllam animi hæsitacionem admittite.

*Veruntamen vani filij hominum.*) Theodotion hoc clarius interpretatus est ad hunc modum: Veruntamen vapor sunt filij hominum, mendaces filij virorum, sicut momentum statera. Nihil, inquit, firmi est in rebus humanis, sed emisso similes sunt vaporibus, qui confestim disper-

**A**gitur: & momento stateta, quod nunc ad ima subsidet, nunc sursum erigitur, nec quicquam stabile habet. Et Septuaginta versus ad hunc est intelligenda modum: Vanæ sunt quidem res humanae, multi tamen illis confidunt, tanquam abunde affluentibus: ideoque & æqualitatem contemunt, & inæqualiter animi stateram tenentes, iustitiam spernunt, & iniustitia delectantur.

*In vanitate in idipsum.*) Veruntamen nullum hinc emolumentum reportant. Sunt enim omnia vana, & subitam mutationem recipientia. Sic enim & Symmachus reddidit. Ipsi simul vani redduntur. Exhortationem autem hic ad eos profert, qui de diuitijs gloriantur.

*Nolite sperare in iniquitate.*) Nolite, inquit, appetendam ac preciosam existimare humanam prosperitatem, quæ ex rapina & iniustitia constat.

*Diuitis si affluant.*) Si videritis diuitias instar fluij cuiusdam ædibus vestris influere, nolite animum vestrum illis sistere captiuum ac seruum. Et ob quam causam ista consulis & mones?

*Semel loquutus est Deus.*) Audiui, inquit, omnium Deum promulgantem, quod futurum sit iudicium, & retributio tam malorum quam bonorum. Illud verò, Semel loquutus est Deus, non numeri gratia posuit, sed quod omnino ita futurum sit. Promulgauit, inquit, semel loquutus est Deus, impossibile est vt non fiat. Propterea & de supplicio contra præuaticatores, & de benignitate Dei quæ pijs impenditur meminit. Hæc sanè pollicitus est legislator Deus. Ego enim, inquit, sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, reddens peccata patrum in filios vsque ad tertiam & quartam generationem, ijs qui oderunt me, & faciens misericordiam in multas myriades, ijs qui diligunt me.

## ARGUMENTVM PSAL. LXII.

*Cum Saulem fugisset D. David, venit ad Abimelech, & ab illo ad Achis regem Geth, vbi rursus incidit in periculum. Inde cum fugisset, solitudinem apprehendit, in qua Psalmum hunc conscripsit; & quem erga Deum habebat amorem reuelauit, & Saulis exitium prædixit.*

## Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus, Deus meus.) Somnum mihi, inquit, desiderium quo erga te Domine præditus sum, excutit, & ad hoc excitat, vt te adorem.

*Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter.*) Theodotion habet: Sæpenumero: Symmachus, Concupiscit. Posuit autem omnes interpretationes, vt doceret illud *ποσάκις*, non esse duarum partium dictionem, sed vnam esse vnius partem quæ sermonis significet epitalin. Consentit enim & caro animæ amori, nec consilij illius repugnat. Vult autem hoc dicere, Et anima mea & corpus meum te desiderat, quemadmodum si quis aquam sitiat, & iucundissimam & liquidissimam.

*In terra deserta, inuia, & inaquosa.*) Nihil inquit, detrimenti ex solitudine contraxi, sed perinde ac si iuxta sacrum tuum tabernaculum steterim, ita tibi laudem offero. Illud enim, In sancto, de tabernaculo dicit. Neque dum enim sanctum templum erat constructum.

*Sic in sancto apparui tibi.*) Adsum, inquit, inenarrabilem tuam virtutem contemplan. Quoniam enim natura tua comprehendi nequit, ab ijs quæ abs te sunt, glorificandi te causas sumo.

*Sic benedicam tibi in vita mea.*) Hoc per omnem meam vitam perseueranter faciam, vt lingua te laudem, & benignitatem tuam implorem. Hymnodiam autem tuam animi pinguedinem esse duco, vnde illa pinguis ac bene saginata reddatur. Est enim constans delectatio, oraculorum tuorum meditatio.

*Et labijs exultationis laudabit os meum.*) Quapropter cum omni animi mei propensione offeram tibi laudem, sciens quid ex eo ad me redeat emolumentum.

*Sic memor sui tui super stratum meum.*) Hoc Symmachus ad hunc modum interpretatus est. Recordor tui super stratum meum, singulis custodijs de te meditabar, & sub alis tuis protectus te celebrabam. Custodias autem nocturnas intelligit.

Vigilia nocturna.

intelligit. Quibus enim vigilandi cura commendata est, nocturnum illi tempus diuidunt, vt per vices alij alijs succedant. Et alij quidem in ttes, alij verò in quatuor vigilias noctem diuidunt. Et Dominus quarta custodia ad Apostolos venit. Dicit itaque D. Dauid, Etiam in strato iacens iucundissimo somno abiecto singulis vigilijs de te meditabar, & hymnis tibi propter beneficia mihi impensa gratias agebam. Velut enim opereulo quodam, inexpugnabili me ac robustissima tua prouidentia custodis.

*Adhæsit anima mea post te.*) Ne ad breue quidem tempus cogitationem meam à memoria tui auertere possum: sed ardenti inflammatus amore, quasi quodam glutino, memoria ac desiderio tui alligatus sum. Deinde & desiderij huius fructum ostendit.

*Me autem suscepit dextera tua.*) Etenim quoniam me ita affectum vides, dignum prouidentia tua constituis.

*Ipsi verò in vanum quaesierunt animam meam.*) Conantur (inquit) occidere me, cum nihil ipsis intulerim iniuria.

*Introibunt in inferiora terra.*) Verum scio illos morti tradendos esse. Deinde & de modo grauissimæ mortis illorum ratiocinatur.

*Tradentur in manus gladij.*) Ab hostili manu hoc (inquit) patientur.

*Partes vulpium erunt.*) Et hoc, inquit, non à potentibus quibusdam hostibus, sed à vicinis Philistæis illis accidet, qui more vulpium aliquando quidem irruunt, sedulo tamen pulsi fugiunt. Significatur autem hic obuius sensus, quod plures eorum qui in bello casuri erant, digni non fuerint, qui sepeliirentur: sed velut esca bestijs fuerint proiecti.

*Rex verò letabitur in Deo.*) Ego autem, inquit, accepto abs te regno, non delectabor illorum morte: sed tua prouidentia, per quam multiuiarias hostium insidias euasi.

*In Deo laudabuntur omnes qui iurant.*) Cum fiducia verò regem post hæc nominabunt vniuersi, & per illius salutem iurant, nec amplius calumniatores timebunt, quorum ora morte sunt obturata. Viuo enim adhuc Saule, verebantur loqui cum Dauide: illo verò mortuo securè iam vniuersi debitum regi tribuebant honorem, illiusque salutem iuramenti vice vsurpabant.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXIII.

*Eiusdem argumenti cum priore est & hic Psalmus. Narra autem insidias à Saule structas, liberationemque ab illis prædicit.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

*Exaudi Deus vocem meam.*) Suscipe, inquit, Domine orationem meam, & obfirma animum meum, ne hostium pertimescam insidias.

*Protexisti me à consensu.*) Conuentum malignè agentium, iniquitatem & consensum in malis vocat, quo superior fieri orat. Protege me, inquit, quasi muro quodam, prouidentia tua septum. Deinde multiuaria machinamenta narrat.

*Qui exaceruerunt vt gladium.*) Calumniam, inquit, ad bellum contra me excitatum consunt, idque cum nullam omnino causam illius exhibuerim. Immaculatum enim hic, insonem vocat. Illud, Rem amarum: Aquila, Verbum amarum dixit: & Theodotus, Sermonem amarum. Deinde quod dicit, In occultis: Absconditum dixit Symmachus: hoc est, Technis & insidijs vtuntur. Hoc & sequentia tradunt.

*Subito sagittabant eum.*) Insidiantes, inquit, repente irruunt, Deum adspicientem non veriti.

*Firmauerunt sibi firmum nequam.*) Hoc Symmachus dilucidius dixit, Obtinuerunt sermonem prauum, narrauerunt vt absconderent laqueum. Mortem enim mihi struentes, narrauerunt & consularunt inter se, quibus vtendum ipsis sit contra me technis, & opere quoque verba confirmarunt. Hæc autem ausi sunt, neminem mortalium illa præuidere rati. Hoc namque significant sequentia: dixerunt, Quis videbit eos? Putant (inquit) neminem eorum quæ faciunt, fore iudicem.

*Scrutati sunt iniquitates.*) Omnem, inquit, cogitatum moue-

runt, omnem contra me fraudem excogitarunt, nullum insidiarum genus omiserunt, manifestè irruentes, occultè insidiantes, exploratoribus vtentes, solitudines circumuectes, & petroia quoque loca scrutantes.

*Accedet homo.*) Clarius hoc Theodotus vertit. Dicit autem ad hunc modum, Et mentem viri, & eorum profundum sagittabit Deus. Etiam mille modis studia sua occultant, Deo tamen omnia contenti sunt manifesta, qualiteritudinem suam ostendit, & tales potentatus in iudicium vocabit.

*Sagitta paruulorum.*) Veruntamen licet tanta sint vsi contra me potentia & versutia, scopum tamen non sunt allequuti: sed perinde ac ad modum adolescentum mittantur iacula, quæ nihil damni inferunt percussis: ita & iustorum linguæ illis quidem quos tangunt, nihil læsionis inferunt: aduersum eos verò qui ipsas agitant, nocumentum refertur.

*Conturbati sunt omnes.*) Qui verò videbant eos suis fraudatos esse conatibus, consternatione ac metu replebantur, diuinamque prouidentiam admirabantur. Hoc enim & sequentia declarant.

*Et timuit omnis homo.*) In considerationem namque prouidentia Dei inducti, diuinum verebantur mysterium.

*Letabitur iustus.*) Præcipue letitia replebuntur, qui diuinæ legis habuere rationem, ac spem in Deum firmam efficiunt, & gloriam reportabunt apud homines, qui extra viam Dei ingredi non sustinuerunt.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXIV.

*Quæ inscriptio de Ieremia, Ezechiele & populo transmigratonis ponit, nec Hebræus habet, nec alij interpretes, neque Septuaginta in hexaplo: sed qui quam hanc scripturam, vt apparet, nec Psalmi sensu animaduerso, nec historia cognita adiecit. Primum enim Ieremias captiuitatis participes non fuit, sed cum optionem nactus esset, vbi vellet commemorandi in habitationem patriæ terre cupide amplexus est. Deinde & Psalmi sensus in captiuitatem proficiscentibus non conuenit, sed in illa agentibus. Cum enim procul essent à patria, & Deum laudare cuperent, lege prohibebantur. Ipsorum enim vox est, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? quam in Babylone ad Deum orantes protulerunt.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

*Te decet hymnus Deus in Sion.*) Omnia huius Psalmi verba captiuis in Babylone degentibus congruunt. Reditum enim illi gliscentes hymnodiam hanc protulerunt. Immixta est autem illis quæ de reditu prædicta sunt, & prophetia de Gentium salute. Te decet hymnus. In illa, inquit, ciuitate vt hymnum tibi offeramus præcepisti: oro igitur, vt illic hunc tibi reddere liceat.

*Ad te omnis caro veniet.*) De cognitione Dei Gentibus concedenda, hæc particula manifestè prædicit. Nunc quidem, inquit, nos oramus, vt reditu potiamur, & in templo tibi consecrato hymnum offeramus, tandem verò omnis humana natura multorum deorum errore liberata ad verum Deum recurret.

*Verba iniquorum præualuerunt super nos.*) Symmachus sic habet, Verba iniquorum inualuerunt contra me. Impijs, inquit, & iniquè viuentibus hominibus seruire coactus sum. Deinde & causam seruitutis tradit.

*Et impietatis nostris tu propitiaberis.*) Non iniuste, inquit, ad seruitutem condemnatus sum: sed propter impietatem meam olim designatum, qua per tuam benignitatem liberari peto.

*Beatus quem elegisti.*) Amabilis ac beatus est hic populus, quem alijs Gentibus prætulisti. Atrijs enim tuis sacratiss affidens, vtilitatem ac benedictione quæ ex illis tuis reportat.

*Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.*) Plenum enim sanctitate est templum tuum, & iustitiam tuam per oracula tua docet accedentes.

*Spes omnium finium terræ, & in mari longè.*) Orbis salutem prædicit, & vaticinij patriarchæ Iacob recordatur: Illius enim vox est, Non deficiet princeps ex Iuda, & quæ sequuntur. Hunc expectationem Gentium vocauit, & spem omnium finium terræ, & eorum qui procul in mari degunt. Per hos autem eos intelligit, qui in insulis habitant: & in

summa,

summa, qui fines orbis ad habitandum sortiti sunt : Quapropter, inquit, exaudi nos, qui paulò post vniuersam naturam hominum luce es cognitionis tuæ illustraturus. Deinde & potentiam Dei, quantum licet, prædicat.

*Præparans montes in virtute tua.*) Pro, Præparans, Symmachus, Qui firmas, dixit. Et illud, Qui conturbas profundum maris, Theodotion, Qui mitigas vertit. Dicit autem, Montes firmos & immotos facis: mare autem commoues, quando lubet, & rursus confopis. Perficis autem ista indicibili vsus potentia, qua veluti zona quadam præcingeris. Zonam verò tropicè potentiam Dei appellauit. Deinceps autem & noui Testamenti catorthomata contexit.

*Turbabuntur Gentes & timebunt.*) Apostolorum prædicationes significat. Magnificat hic enim qui consternationem ac fluctuationem moturus erat hominibus, iuxta Domini vocem qua dixit, Veni enim separare hominem à proximo suo, filium à patre, nurum à focu, &c. Postea verò perturbationem hanc sedauit, constituit.

*Qui habitant terminos, à signis tuis.*) Expofita est perturbatio, subsequutus etiam timor, magnitudine miraculorum factus, qui & ad pietatem instituit.

*Exitus matutinos ac vespere delectabis.*) Etenim timore miraculorum, consternati homines, priore errore relicto, veròque Deo cognito, tam oriente quàm desinente die, iucundam & optimam Deo offerunt hymnodiam. Hoc enim Symmachus innuit, cum dicit, Ortus diluculi & vespere hymnis & pacem celebrant.

*Visitasti terram, & inebriasti eam.*) Hoc Symmachus sic dixit, Fertilitate fructuum dita eam. Visitabis terram, & irrigabis eam. Non enim amplius nobis solis spiritalem irrigationem adferes, sed & vniuersum orbem ad satietatem vsque diuinis tuis sulcis irrigabis Domine. Sulci autem Dei sunt Apostoli.

Sulci Dei qui.

*Flumen Dei repletum est aquis.*) Flumen, secundum Septuaginta, gratia Spiritus sancti est, quæ in sulcos diuisa, alijs sermonem sapientiæ infundit, alijs scientiam, alijs charismata sanationum subministrat, & per hos orbem irrigat.

*Parasti cibum illorum.*) Symmachus sic, Proferes ex ea omnis generis fructuum fertilitatem, quoniam ita firmasti eam. Priore namque errore eam liberabis, ac pietatis dogmatibus confirmabis, atque ita efficias, vt maturos virtutis fructus proferat, qui & te exhilarent, & germinantes oblectent. Secundum Septuaginta quippe, fructus qui nascitur, nutrimentum est germinantium.

*Riuos eius inebria.*) Manifestum est ex hoc loco, quòd ista vaticinium habeant de futuris rebus, non narrationem de præteritis. Illud, Multiplica germina eius: hoc dicit, In hoc, inquit, incumbet Domine, vt velut sulcos quosdam, cogitationes eorum irriges, & ad fertilitatem fructuum exites.

*In stillicidijs eius.* Exhilarabunt autem eam, & florere facient, quæ suis temporibus à doctõribus adferentur stillicidia.

Annus benignitatis.

*Benedices corona anni benignitatis tua.*) Annus benignitatis est, qui ab Esaia vocatur annus acceptus, Annum igitur benignitatis, tempus illud nominant, quod incarnationi Seruatoris nostri successit, vt quòd vnicam illam pietatis fertilitatem prolaturum erat. Hanc benedictionem propheticus sermo exoptat.

*Pinguetent speciosa deserti.*) Vbi benignitas ista comparebit, solitudo illa vetusta tempestiuos dabit fructus, & templum dæmonum sacrificijs polluta viros Deum continuè laudantes, & angelicam vitam complexos nacta illustria erunt, & spectatissima. Verbis autem istis ipsa facta consonant. Videmus enim omnes montium vertices etiam altissimum quemque occupatos, virtutisque exercitium amplexos esse.

*Induti sunt arietes ouium.*) Arietes ouium etiam Ezechiel propheta potentes nominat. Quoniam enim Dominus piscatore ac manuarios artifices elegit, iam spiritus sancti gratia etiam hostium ac potentatum salutem prædicat, Non enim oues modò, sed & ipsi arietes ad sacrum baptismum accedunt.

*Et valles abundabunt frumento.*) Et qui paupertatis facti sunt

A confortes, & pietatem amplectuntur, fructum suum Christo adferent. Et omnes prædicti cum omni propensione animi Deum laudabunt, quòd talem largitus sit humanæ naturæ mutationem.

ARGVMENTVM PSAL. LXV.

*Resurrectionis additionem epigrapha ponit, nec Hebraeus habet, nec alij interpretes, nec Septuaginta, in Hexaplo: sed in hanc quidam, sicuti videtur, adiecerunt. Conscripsit autem & hunc Psalmum David, ijs qui in Babylone suere captiui: non qui adhuc pro reditu orauerint, sed qui iam potiti, & in itinere constituti erant. Vaticinatur autem simul & de Gentium salute.*

B

Scholia in eundem Psalmum.

*Vbilate Deo omnis terra.*) Rectè ad eiusmodi communionem vniuersam humanam naturam vocant. In ipsis enim prælineata sunt, quæ omnium salutem concernunt. Quemadmodum namque ipsi Babylonica seruitute liberati sunt, ita vniuersi mortales ab acerba sunt diaboli tyrannide asserti. Deinde & modum hymnodicæ docent.

*Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua.*) Admiranda sunt, propter potentiam, quæ à Deo facta sunt mirabilia. Tanta namque sunt & eiusmodi, vt excellentia eorum quæ sunt, incredibilis sit apud impios.

C

*In multitudine virtutis tuæ mentiuntur tibi inimici tui.*) Quando, inquit, luce cognitionis tuæ orbem illustrabis, tunc quam plurimos ad pietatem conuertes. Tunc etiam illi qui caligine incredulitatis tenentur, negata impietate pietatem simulabunt.

*Omnis terra adoret te.*) Vaticinium hoc est de præsentis tempore, quo in omnibus Gentibus Deus omnium laudatur, ac Dominus Christus altissimus ab omnibus vocatur.

*Venite & videte opera Dei.*) Intelligere, inquit, mentem Dei, & eorum quæ ab ipso fiunt, singula cõsiderate, inenarrabilemque illius sapientiam admiramini, per quam omnium mortalium genus ad pietatem ducitur. Sic & Theodotion, Terribilis, inquit, in consilijs super filios hominũ: Symmachus verò, Terribilia, inquit, machinamenta pro filijs hominum. Terribilibus namque machinis pro hominum vitæ salute. Deinceps, olim gesta narratur.

D

*Qui conuertis mare in aridam.*) Tempus hic mutatum est, de præteritis enim tantum de futuris loquitur. Alij verò tempus retinuerunt, Symmachus sic habet, Mutauit mare in aridam, in flumine transferunt pede. Hic enim Deus est, inquit, qui & nobis reditum, & vobis salutem est largitus: qui olim & mare & flumen diuisit, & maiores nostros sine periculo transire iussit.

*Ibi lætabimur in ipso.*) Hoc est, ad Iordanem. Postquam enim memorauit ac docuit, vbi maiores ipsorum, pede flumen transferint: subiunxit, Illic lætabimur in ipso.

E

*Qui dominatur in virtute sua in æternum.*) Non solum nos gubernat, sed & vniuersum orbem, & paulò post, omnibus cognitionem largietur. Vbi hoc Propheta sic vaticinatus est dilucidè: deinde & eos qui prædicationi contradicenti erant, spiritualibus oculis perspicuè contemplatus est, diligenter & horum incredulitatem prædicat.

*Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.*) Hos Theodotion declinantes vocauit, Deficientes verò Aquila. At Symmachus clarius dixit ad hunc modum, Increduli non exaltentur in semetipsis. Videmus autem & huius prophetiæ finè. Ipsi namque Græci, qui vel tres vel quatuor simul in impietate perdurant, apud seipos superbiunt, vt qui non sint vnà cum multitudine in errorem abducti. De illis itaque dicit, Non exaltentur in semetipsis. Exasperant enim contra seipos iustum iudicem, & iustum sibi ipsis supplicium accerunt.

*Et audiam facite vocem laudis eius.*) Symmachus illud ἀκυσίατε, hoc est, audire facite: reddidit, ἀκυσθῶ ποιήσατε, id est, auditorem facite. Perseuerat autem hortando Gentes, vt patrijs ritibus relicto Deum suum laudent, & de illius potentia ignorantes doceant. Hoc enim est quod dixit, Audiam facite: hoc est, & alios docete.

*Qui posuit animam meam ad vitam.*) Vbi enim me tradidit impijs hominibus, non est passus, vt subuerteret, & rectam viam

amitte-

amitterem. Hæc autem omnia piorum chorus exequutus est. Miserat enim illis Deus eos qui pietate resplendebant, ac velut pædottibæ, vniuersos ad pietatem infituebant & dirigebant. Cum illis erat Daniel & Ezechiel. Illis ac talibus conuenit, vt præcedentia dicant. In illorum namque persona ista Spiritus sancti gratia scripsit.

*Quoniam probasti nos Deus.*) Hæc nos pati permisisti, vt omnibus pietatis sinceritatem ostenderes.

*Igne nos examinasti sicut examinatur argentum.*) Talis erat caminus, in quo Spiritus athletas sibilo suo refocillauit: laqueus item, & leonum lacus: & laqueus inobseruatus, quem & Propheta effugit. Verisimile est autem, eos & verberatos & flagris casos esse, tanquam captiuos & seruos eorum à quibus erant capti. Quapropter & hoc dixerunt, Posuisti tribulationes supra dorsum nostrum. Veruntamen his omnibus liberati, ac reditum consequuti, sacrificia tibi in lege præcepta offeremus.

*Introibo domum tuam in holocaustis.*) Quæ pollicitus sum, inquit, cum lugerem & orarem, grato animo reddam.

*Holocausta medullata offeram tibi.*) Quæcunque tibi promisi, prompto animo sacrificabo. Medullata verò, sunt bene saginata ac pinguia. Ita quippe & lex immaculata & integra offerre præcepit. Execratur autem & Malachias eos, qui cum talia habeant, mutila offerunt. Tales erant & Cain primitiæ. Docemur vero & nos, vt preciosioribus quæ nobis sunt, numen honoremus.

*Venite, audite, & narrate, omnes qui timetis Deum.*) Non frustra, inquit, talium donorum oblectationem promisi, sed quia magnis ab ipso donatus sum muneribus; quæ vt & vos, qui timore Dei præditi estis, cognoscatis oro. Ita & alibi dicit, Vota mea reddam in conspectu timentium eum. His instruimur, vt istos habeamus consortes, & ipsis præcipue, quæ diuina sunt exponamus. Ne detis enim, inquit, quæ sancta sunt canibus. Et mysteria mea, mihi & meis.

*Ad ipsum ore meo clamauit.*) Symmachus sic habet, Ore meo inuocaui, & exaltata est confestim lingua mea. Statim enim vt deprecationem obruli, consequutus sum quod petij, ideoque lætitia repletus ad gratiarum actionem ac laudem linguam commouit. Illud, Iniustitiam si aspexi, &c. Symmachus sic reddidit. Iustitiam si præuidi in corde meo, non exaudiat me Dominus. Si cum vt à seruitute liberarer ac reditu potier, orabam, iniustitiam aliquam imaginatus sum, quam post reditum facerem, non detur vt diuinæ benignitatis compos fiam. Quod autem non mentiar, res ipsa testatur.

*Propterea exaudiuit Deus.*) Cum videret me à talibus cogitationibus purgatum, donis me suis dignatus est munificè. Postquam ista piorum chorus ad hunc modum exposuit, hymno sermonem concludit.

*Benedictus Deus.*) Hymnis, inquit, benefactori rependo, qui & orationem meam suscepit, & misericordiam largitus est.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXVI.

*Psalmus hic sensum habet perspicuum, nec opus est vt multis verbis exponatur. Prædicit enim incarnationem Dei, & salutarem apparitionem, ac simul omnium Gentium salutem.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus misereatur nostri.) Cum esset Propheta spiritualibus oculis salutem per apparitionem Dei omnibus mortalibus futuram contemplatus, orauit vt illa quam ciuissimè exhiberetur. Deinde illam nos per sequentia clarius docet.

*Vt cognoscamus in terra viam tuam.*) Vt, inquit, & reliqui terram incolentes viam ad te ducentem doceantur, & ad hanc dirigantur. Et ne quis ista putet de Iudæis dici: adiecit, In omnibus gentibus salutem tuam.

*Consistentur tibi populi Deus.*) Oro, inquit, vt appareat facies tua, vt & Gentes illæ quæ in caligine sedent illuminentur, & ad salutem pertrahantur.

*Consistentur tibi populi omnes.*) Quapropter conuenit, inquit, vt & populi & Gentes omnes exhilarantur, & bene-

ficia tua deprædicent. Cognouerunt enim, nihil eorum quæ sunt, esse neglectum: sed quod tu sis iudex omnium, iustus proferens sententias, ac dirigens errantes ad veritatem, & eos qui credere nolunt puniens.

*Consistentur tibi populi Deus.*) Tautologia vititur, vt auditores alacriores reddat. Non enim iam ignorauit Deum omnium, sed iucundissimum illi pietatis fructum adferunt.

*Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.*) Sicut bis ad hymmodiam Gentes excitauit, ita & salutem illis bis exoptauit. Scire autem conuenit, homines cum Deo benedicunt, sola illi verba offerre: Deum vero, cum benedicit, verba ipso opere confirmare, & omnis generis bonorum suppeditare prouentum. Deinde docet, quomodo possibile sit diuinas consequi benedictiones.

*Et metuant eum omnes fines terræ.*) Qui namque diuinis legibus religiose afficitur, is & futurum tribunal metuit, & horum custodia Deum colit. Cultus vero Dei, benedictionem profert. Eundem ergo finem non Iudæis modo, sed & omnibus constituit mortalibus, nempe vt præditi sint timore Dei.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXVII.

*Cum D. David impietatem passim obtinere, ac diabolium præuolare videret, de Seruatoris autem aduentu per Spiritum sanctum edoctus esset, hanc ad Deum protulit orationem, obsecrans vt quam citissime adueniret: atque ita futurorum confestim reuelationem accepit, doctusque est, ac simul docuit de mortalium salute, & aduersariorum exitio, & in summa de inopina mortalium immutatione.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**E**xurgat Deus.) Tempus, inquit, surgendi Domine, & humanam adornandi salutem. Confestim enim in fugam hostium fastus vertetur, aduentus tui splendore dispulsus. Resurrectionem autem hic abdicationem patientiæ vocat. Et nos cum iudices clementia vtentes ad id excitare volumus, vt illis qui per iniuriam premuntur opem ferant, ad hunc modum dicere solemus, Surge, excitate, & quæ alia sunt huiusmodi.

*Sicut deficit fumus, deficient.)* Quemadmodum enim fumum ventorum dispellunt impulsus, & cera igni admota liquefit: ita aduentu tuo Domine omnino in vanum redigentur mortalium inimici. Quos enim Septuaginta peccatores, alij interpretes impios nominarunt.

*Et iusti epulentur.)* His ostendit, quod non contra homines, sed contra dæmones orationem hanc protulerit, quibus dispulsis & in vanum redactis exultaturæ erant Gentes, & Deum seruatorem laudaturæ.

*Cantate Deo.)* Præcipit hic sermo Apostolis, vt cum tripudio & hymmodia ad Gentes excurrant, & viam regi dirigant. Sunt autem hæc illis conformia quæ ad ipsos dicta sunt à Domino: nempe, Euntes, docete omnes Gentes, & quæ ibi sequuntur. Per talem autem S. baptismatis disciplinam, via aspera redditur plana. Quod autem super occasum eum ascendisse dicit, caliginem illam significat, quæ tamdiu mortalium animis offusa fuit. Symmachus verò sic, Sternite viam ei qui inequitat in terra inhabitabili. Est autem solitudo inhabitabilis. Solitudinem verò sacra Scriptura sæpenumero Gentes appellauit. Latere, namque ait, solitudo stituclosa. Super hanc itaque solitudinem & inhabitabilem, & luce destitutam, ideoque occasus nomine dictam sol iustitiæ ascendit: ac pulla caligine eam quæ inhabitabilis erat, in templum suum conuertit.

*Turbabuntur à facie eius.)* Non enim aduentum eius ferunt, quem sciunt iustum esse iudicem. Per orphanos enim & viduas, prouidentia eius iustitiam declarauit. Hanc autem dæmonum perturbationem etiam S. Euangeliorum nos docet historia. Dicebant enim, Quid nobis & tibi, fili Dei: & quæ sequuntur.

*Deus in loco sancto suo.)* Quoniam dixit, Exurgat Deus & iter facite ei qui ascendit super occasum: rectè adiecit, Deus in loco sancto suo: tantum non dicens, Nemo omnium Deum dispensationes suas transiitione vsum exequi

Medullata  
holocausta.

Solitudo



exequi putet. Tale est etiam quod Dominus dixit, Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Per hanc enim diuinam naturam incircumscriptam esse ostendit: ac docuit, quod licet descendit, vt simul conuersaretur, & cum hominibus ageret, nihilo tamen secius in caelis, à patre nequaquam separatus esset.

*Deus qui inhabitare facit vnus moris in domo.* (μονοτρεπίτης, id est, vnus moris, eos vocat, qui eundem scopum habent, & solius virtutis complexi sunt exercitium. Vincetos autem eos intelligit, qui peccati erant innexi vinculo, quos solutos in fortes ac magnanimos euafuros praedixit. Talis erat Zachaeus, talis Matthaeus. Non solum autem vincetos, inquit, fortes reddet: sed & illis quoque, qui ad extremam impietatem venerunt, salutem largietur.

*Deus cum egredieris in conspectu populi tui.* Deus, inquit, cum populum tuum per solitudinem inhabitabilem transeuntem praecederes, terra mota est, ac caelum distillauit. Quasi dicat, Cum transiturus esses solitudinem illam, quae nondum lucis splendorem acceperat, terram quidem concussisti ac commouisti, caelitus verò gratiae tuae guttas distillasti. Est autem hoc quidem crucis tempore factum. Tunc etenim terra mota est, ac petrae ruptae sunt: illud verò post reditum in caelos. Nam tunc Spiritus sancti gratia calurus aduenit.

*A facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.* Qui namque, inquit, maioribus nostris in monte Sina apparuit, idem & terram passionis tempore comouit, vt nostram argueret insaniam, & Spiritus sancti gratiam largitus est.

*Pluuiam voluntariam segregabis Deus.* Quae supra stillicidia nominauit, hic pluuiam appellauit. Ad necessitatem enim discipulorum gratia subministrata est doctoribus. Pluuiam namque doctrinae irrigationem vocat. Hanc nominat voluntariam propter animi libertatem.

*Et infirmata erat, tu verò perfecisti eam.* Non pluuiam, sed hereditatem infirmatam fuisse dicit. Infirmitatem autem, insultus impiorum intelligit. Et Dominus ad Paulum, Sufficit, inquit, tibi gratia mea. Nam virtus mea in infirmitate perficitur. Sed etiam eo tempore, quando impij eriguntur & insurgunt, tu confirmas & corroboras athletas tuos.

*Animalia tua habitabunt in ea.* Animalia Dei, Apostolos vocat, quibus inuectus errorem dispulit. Nam & Abacuc dicit, Conscendisti ad mare equos tuos. Hos in hereditate Dei, hoc est, inter Gentes, habituros propheticus sermo vaticinatus est.

*Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Haec autem, inquit, paupercula humanae naturae, Deus, propter benignitatem tuam, ac multam commiserationem es largitus.

*Dominus dabit verbum Euangelizantibus.* Quos supra animalia vocauit: hic appellat Euangelistas. Et quoniam piscatores erant & publicani, constituti verò sunt philosophorum ac sophistarum doctores: rectè docet, vnde haustus doctrinae fluentis, irrigationem fuerint prolaturi.

*Et speciei domus.* Domus Dei, secundum Apostolum, sunt qui crediderunt. Species autem & venustas horum est Spiritus sancti gratia, quos illa omnis generis donorum munificencia ornat.

*Penna columbae deargentatae.* Pennas columbae Spiritus sancti gratiam dicit, quae in specie columbae supra Iordanis fluuenta descendit. Huius autem alas deargentatas, & posteriora auro decorata esse dicit. Simpliciora siquidem & candidiora simplicioribus, perfectiora verò & abstrusiora perfectioribus conueniunt. Sortes verò, duo testamenta vocat. Dicit itaque, Si ad alterutram concesseritis doctrinam, videbitis multiuariam Spiritus sancti gratiam.

*Dum discernit caelestis reges super eam, niue dealbantur in Selmon.* Et supra Apostolos reges vocat, haeredes regni caelorum: & in alio Psalmo principes eos appellauit. Vaticinatur autem de Spiritus sancti aduentu, in die Pentecostae factò, per quem Apostoli variarum linguarum gratiam acceperunt. Dicit itaque, quòd illo tempore, quo regnum orbis Dominus ipse sit diuisurus, splendidi futuri sint instar niuis. Et locum etiam praedicit, quo sint haec futura. Selmon namque Ierusalem intelligit.

*Mons Dei, mons pinguis.* Iam montem, quos hactenus vocauit Euangelistas, animalia & reges. Sic & Esaias dicit, Fu-

aturum est in postremis diebus, vt illustis sit mons Domini. Pinguem autem eum & coagulum dicit, eo quòd multum pabuli pascentibus in eo gregibus exhibeatur, & multum pinguedinis à diuina gratia accipiat.

*Vt quid suspicamini montes coagulatos?* Contra Iudaeos & haereticorum conuentus, propheticus hic sermo inuenitur, qui seipso nominant Ecclesiam. Quamobrem, inquit, monti huic pares esse contenditis, quem domicilium suum constituit Deus?

*Etenim Dominus habitabit in sinem.* Non enim sicut apud vos, o Iudaei certum quoddam tempus habitauit, ita & in monte hoc aget: sed sempiternam in eo habitationem habebit. Hoc enim significat, quòd dicit, Habitabit in sinem.

*Currus Dei decem millibus multiplex, millia letantium.* Non iam, o Iudaei, paucos sanctos habebit, quos inscendat, & in quibus habitet. sicut enim illorum multae myriades, qui inscensione hac Dei digni habentur, imò numerum superant. Chiliadas namque & myriadas virentium, ac Deo pietatis fructus proferentium noua habet hereditas, qui ad brauium supernae vocationis contendunt ac properant.

*Dominus in eis in Sinai.* Qui maioribus nostris in Sina, inquit, apparuit, idem ipse & iustus moderatur.

*Ascendisti in altum, copisti captiuitatem.* Ascensus manifestat decensum. Testatur hoc & Apostolus dicens, Quòd autem ascendit, quid est, nisi quòd & descenderat primum? Illud, Captiuam duxisti captiuitatem: idem est ac si dicat, Recuperatis illis, ac veluti receptis, qui olim captiui erant, libertatem largitus es.

*Accepisti dona in hominibus.* Apostolus dixit, Dediti dona, vtrumque autem factum est. Ab accedentibus enim fidem accepit, & gratiam dedit.

*Etenim non credentes inhabitare.* Aquila sic, Etenim inobedientes ad inhabitandum. Non respexit, inquit, ad priorem ipsorum inobedientiam: sed tamen contradicentes videret, nihilo tamen secius in benefaciendo perseuerauit, donec eos domicilium suum efficeret.

*Benedictus Dominus.* Semper, inquit, laudandus est iustus Deus: qui tanta philanthropia vsus est. Qui nos salute donauit, idem & viam nobis planam reddet, ne tantis bonis fraudemur.

*Deus noster, Deus saluos facienti.* Exhibebit nobis hoc, fons existens salutis.

*Et Domini Domini exitus mortis.* Ipse enim nobis mortis custodiam, quae perumpi non poterat, peruiam fecit: & contriuit portas aeras, & vectes ferreos. Et hoc per sequentia declarauit.

*Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum.* Quòd dicit, tale est. Peccantibus Deus mortem deputauit loco poenae. Diabolus autem, velut os for quispiam populi, mortalium vitam perserutans, ne minutissimum quidem aliquid negligere sustinuit: sed ipsam naturam morti reddidit obnoxiam. Cum igitur eandem naturam Christum videret indutum, accessit ad eum, mortis quaerens causas: sicut & ipse Dominus dixit, Venit princeps mundi, sed in me nihil inuenit. Veruntamen licet nihil in eo inueniret, morti tamen eum addixit. Haec autem in iustitia: potentiam quidem illius destruxit, mortalibus verò infernum aperuit: de quibus quidem vbi de prouidentia Dei tractauimus, pluribus est dictum.

*Dixit Dominus, Ex Basan conuertam.* Basan, confusionem significat. Confusio autem peccati fructus est. Ab hac itaque conuertet Dominus, & à profundis maris. Quae est autem maris profunditas? Ipse clamat, Libere ab his qui oderunt me, &c.

*Vt intingatur pes tuus in sanguine.* Quoniam ostendit Deum veluti strenuum quendam victorem hostes expugnantem, sanguinis quoque riuos, & mortuos conculcatos, ac inscultos proiectosque sermone depingit. Hoc autem & per Esaiam clamat, Torcular, inquit, calcavi prorsus solus, nec quisquam ex Gentibus mecum erat, & conculcaui eos in furore meo, & ad terram sanguinem eorum effudi: & cum eos vincerem, aspersa sunt vestimenta mea, &c.

*Viderunt ingressus tuos Deus.* Ingressus Dei, dispensationes

Natura diuina circumscripta.

Pluuiam.

Infirmitas.

Basan.

Ingressus Dei.

illius dicitur: factum verò, filium ex semine Dauid assumptum vocat. Manifestata est, inquit, prouidentia tua, & eximias dispensationes tuas cognouerunt vniuersi.

*Præueniunt principes, coniunctis psallentibus.*) Ab hoc loco deinceps Ecclesiarum lætitiā docet. Principes verò Apostolos dicit, tanquam horum factos architectos. Iuueniles vocat, virginitatis studium exercentes, ac diuinam Deo melodiam offerentes. Deinde iam dicta manifestiora reddit.

*In Ecclesijs benedicite Deo.*) Veteris Testamenti tenuitatem ostendit. Erat enim vnus Iudæorum populus. Hic verò de Ecclesiarum multitudine vaticinatur, in quibus, ex fontibus Israeliticis, prophetici videlicet libris, Deum laudare præcipit. Quoniam autem propheticos nobis & Apostolicos fontes largitus est Deus, rectè subiecit.

*Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu.*) Benjamin adolescentior B. est Paulus, ex tribu Benjamin ortus. Adolescentior autem dicitur, propterea quòd & post reliquos omnes & vocatus est & appellatus. Fuit autem & in ecclasi aliquando, vt cognosceret in cælis eum esse quem fuerat persecutus, ac mortuum putauerat. Quoniam verò non solum Paulus, sed & reliquus Apostolorum chorus, quæ diuina sunt credentes docet, meritò & horum propheticus sermo mentionem facit. Nam ex istis tribus reliqui Apostoli genus traxerunt.

*Manda Deus virtuti tue.*) Præcipe Deus, inquit Symmachus, in virtute tua. Confirma hoc Deus, quod habitauit in nobis propter templum tuum, cælestis videlicet Ierusalem. Confirma gratiam quam dedisti nobis per templum tuum, quod ex nobis assumpsisti, quod constituisti super omnem principatum, & potestatem, & omne nomen quod nominatur, non modo in hoc seculo, sed & in futuro. Ierusalem enim cælestem ciuitatem vocat. Petunt itaque propter cognationem quam ad populum hunc habet, vt datam gratiam confirmet, largiaturque, vt conspersio propter primitias, exhibito dono potiat. Vaticinatur autem & de Babyloniorum immutatione.

*A templo tuo in Ierusalem.*) A persecutione siquidem cessantes competentem Deo cultum offerent. Et quemadmodum ipsi tributum accipiunt à subditis, ita tanquam serui ac subditi dona tibi offerent.

*Increpa feras harundinis.*) Quædam exemplaria feras syluæ habent. Siue syluæ legas, siue harundinis, sterilitatem notat. Habent autem spirituales feras idem hoc domicilium, quas vt diuina inuocatione pellamus, propheta nos docuit.

*Congregatio taurorum in vaccis populorum.*) Tauros multitudinem Iudæorum, propter ferociam dicit: vaccas verò populorum eos, qui ex Gentibus crediderunt, propter recentem vocationem nominat.

*Vt excludant eos qui probati sunt argento.*) Prædicit hic Iudæorum insultus, initio prædicationis contra pios factos. Hoc, inquit, facient, volentes excludere, & data salute priuare, eos qui instar argenti igne examinati probatique sunt reperi. Quoniam verò & in Gentibus fuerunt, qui contradicerent, & sanctorum necem molirentur, de illis quoque loquitur, dicens.

*Disipa Gentes quæ bella volunt.*) Postquam ad hunc modum de aduersarijs vaticinatus est, sermonem iam transfert ad credentes.

*Veniens legati ex Aegypto.*) Prioris huius legationis meminit, quando olim impietas potentiam Dei est reuerita. Meminit autem Aegyptiorum & historia Actorum Apostoli, vbi eos recenset, qui in die Pentecostes congregati fuerunt.

*Aethiopia præueniet manus eius Deo.*) Et huius particulæ videmus effectum. Testis etiam est, Eunuchus ille Candacis reginæ. Deinde totius orbis regna ad laudem Dei vocat.

*Regna terræ cantate Deo.*) Quotquot, inquit, orbem inhabitatis, hymnodiam Deo pro beneficentia illius offerre.

*Qui ascendit super cælum cali.*) Christus enim non solum in visibile hoc cælum ascendit, sed & in superius, conseditque in dextera Maiestatis in excelsis, radios suos omnibus, tanquam orientis Solis dimittens.

*Eccle dabit voci suæ vocem virtutis.*) Significat his verbis Spiritus sancti, post Christi assumptionem, descensum: Manete enim, inquit, in ciuitate Ierusalem, donec induamini virtute ex alto.

*Date gloriam Deo.*) Equum enim est, vt qui tanta sunt bona conlequuti, in omnibus benefactorem glorificent.

*Super Israel, magnificentia eius, &c.*) Apostoli genus ex Israele ducentes, magnificentiam miraculis quæ ediderunt declararunt: sicut & qui post eos docendi charisma sunt assequuti, velut nubes quædam attracta è mari Spiritus sancti pluuia irrigationem mortalibus proferunt.

*Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel.*) Et alij, inquit, virtuti operam dantes, efficiunt vt per hæc laudetur Deus.

**B** Sic enim, inquit Dominus, luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

*Ipsedabit virtutem, fortitudinem plebi suæ.*) Haud simpliciter Israelis meminit, sed quoniam cum Iacob fratrem suum Esau metueret, diuinaque apparitione donaretur, corroboratus animo metum eiecit: docet nos hic sermo, quòd qui illum robustum reddidit, idem ipse sit & nouum populum suum corroboraturus. Conueniens autem est, quòd cum dicit, Benedictus Deus, Psalmus hic cum laude Dei concluditur.

### C ARGUMENTVM PSAL. LXVIII.

*Quandam rerum mutationem portendit hic Psalmus. In Iudæos enim qui in Babylonem transmigrarunt, dictus est, ac velut in persona illorum orantium ac liberationem petentium figuratus. Vaticinatur autem simul & de liberatione à seruitute, ac reditu, deq; edificatione Ierusalem: & in summa, de restituenda priore Iudaica terræ felicitate. Habet verò & prophetiam passionum Dominicarum, & omnimodi excidij, quod illarum gratia Iudæorum nationem erat comprehensurum.*

### Scholium in eundem Psalmum.

**D** *Saluum me fac Deus.*) Ei Iudæorum portioni, quæ pia magis erat, orationem hanc deputat. Aquas vocat multitudinem calamitatum. Ex omni parte, inquit, rebus tristibus velut vndis inuoluimur.

*Infixus sum in limo profundis.*) Symmachus sic, Immersum sum gurgitibus, vnde non est exitus, nec est quo consistam. Metaphora est ab illis sumpta, qui in profundum maris incidentes, plerumque ad ima deferuntur, & vix solidi quicquam assequuntur. Magnitudinem malorum his verbis declarat.

*Veni in altitudinem maris.*) Sermonem varijs imaginibus ornat. Non enim reperit aliquam imaginem, qua dignè res tristes, quibus occupabantur, exprimat.

**E** *Laboravi clamans, rauca facta sunt faucibus meæ.*) Sine intermissione, inquit, supplicans clamo, ita vt & ipsa vocis organa fatigentur. Raucedinem autem vehementiam ex animo orandi dicit.

*Defecerunt oculi mei.*) Ex metaphora eorum, qui familiarem & amicum aliquem extra peregrinationem constitutum expectant, & vias circumspicunt. Laboravi, inquit, auxilium tuum expectando. Deinceps quæ hactenus tropicè posuit, manifestius docet.

*Multiplicati sunt super capillos capitis mei.*) Et innumerabiles sunt inimici mei, & potentia circumdati, & odio aduersum me feruntur, cum nullam illis odij causam præbuerim.

*Quæ non rapui, tunc exoluebam.*) Quibus nihil iniuriæ intuli, imméritas pœnas do.

*Deus tu scis insipientiam meam.*) Nosti enim, quòd nihil in illos deliquerim. Tuas verò leges transgressus sum. Videtur hæc particula similis ei qua dicit, Tibi soli peccauit.

*Non erubescant in me, qui expectant te Domine.*) Ne fiam, inquit, alijs noxium exemplum, si, ad salutem quæ abs te feratur respiciens, spe mea frauder: sed per ea quæ mihi accidunt, qui te cognoscunt, addiscant, quod in te sperans, non confusionis, sed salutis sit reportaturus fructum.

*Quoniam propter te sustinui opprobrium.*) Substantant enim me continè inimici, metum meum tuam vocantes imbecillitatem.

Tauri.  
Vaccæ.

*Operuit confusio faciem meam.*) Recenset doloris ærumnas, benignum Deum ad misericordiam excitans. Et primum impiorum opprobria, deinde cognatorum ac familiarium defectionem ponit. Tanquam captiui namque & ad seruitutem coacti, non permittebantur, vt pro cognationis iure vnâ degerent.

*Quoniam zelus domus tuæ.*) Haud parum me, inquit, sanctæ domus tuæ desolatio, & impiorum irrisio disruciatur. Quæ namque in illam committuntur, imbecillitati tuæ impurantur. Quapropter blasphemij quæ aduersum te eiaciuntur stimulos, quasi illarum ego sum author. Illud, Comedit me: Symmachus reddidit, Consumpsit me.

*Et operui in ieiunio animam meam.*) Horum gratia disruciatur, & corpus meum ieiunijs macero. Et hoc ipsum causa illis factum est subsannationis. Conficio autè me ipse sacci quoque amictu. Et hoc sanè veluti primitias contumelie huius vsurpauit.

*Aduersum me loquebantur.*) Et in conuentibus, inquit, & in sympoijis afflictiones meas iactant. olim enim in portis iudicum confessus fiebant.

*Ego verò orationem meam.*) Oratio vero mea tu es Domine, dum hæc fiunt. Oculos meos ad te dirigo, & auxilium ac velocem opem abs te expecto.

*Tempus beneplaciti Deus.*) Tempus reconciliationis Deus. Sufficiens puniti sumus, tempus est vt cesset hoc supplicium, & benignitas tua reluceat: *in doliis* enim bonam vocat voluntatem.

*In veritate salutis tuæ.*) Ne punias me secundum mensuram delictorum meorum, sed secundum immensam benignitatis tuæ misericordiam: vt vere autem veritate & iusto tuo iudicio aduersum eos, qui tantis me malis affligunt. Deinde calamitates suas iterum tropicè recenset, narratione hac misericordiam Dei permouere conatus.

*Libera me ab his qui oderunt me.*) Similis sum illis qui in foream cænosam incidunt, mortemque sustinent, quapropter salutem abs te expecto.

*Ne demergat me tempestas aquæ.*) Oro autem, vt & ab hostibus, & à malis quæ ab illis inferuntur, liberer. Aquarum quippe profunditatem, ærumnas vocat, quas illi inferbant.

*Neque absorbeat me profundum.*) Ne reddar, inquit, adbrutus ac submersus multitudine ac magnitudine malorum.

*Neque virgeat super me.*) Ne occludas mihi benevolentiam tuam ianuam. Qui namque in puteum incidunt, donec ore sunt aperto, modicum quid spei habent, quòd possint è periculo liberari: verum vbi & hoc occluditur, de salute desperant.

*Exaudi me Domine.*) Propter tuam benignitatem, non propter meam dignitatem, liberationem adfer è malis, de quibus commemoravi. Solent enim hoc facere irati, postquam orationes eorum qui deliquerant, repulerunt.

*Secundum multitudinem miserat.*) Propter doloris excellentiam, celerem mihi consolationem exhibe. Potes enim solo intuitu quæ tristia sunt dispellere.

*Quoniam tribulor, velociter exaudi me.*) Maiora quidem sunt delicta mea, quam quæ remissionem mereantur: verum tamen propter impiorum hostium impropria, da Domine, vt benignitate tua potiar.

*Tu scis improprium meum.*) Nihil te latet eorum quæ fiunt, sed vides omnia, & illorum impropria & meam confusio-nem. Confundor namque simul & disruciatur, probribus ab illis affectus.

*Improprium expectauit cor meum.*) Tantis enim vndique doloribus occupatus, & adhuc tristiora expectans, nullam prorsus habeo consolationem: sed qui me disruciant numerari nequeunt: qui verò confoletur, & mæsticia communicatione angustiam animi releuet, nemo comparet.

*Et dederunt in escam meam fel.*) Et ipsum mihi cibum, inquit, amarum reddiderunt. Est enim cibus, etiam alias delicatissimus, iniucundus his qui cum dolore comedunt. Et eã itaque oblectationem in ærumnas mihi commutarunt. Et incidant in ea quæ contra me sunt operati. Mensam enim,

A oblectationem vocauit: ærumnas verò, laqueum. Symmachus verò sic, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & supplicium. Vt comprehendantur, induc super eos tenebrosam calamitatum nubem.

*Et dorsum eorum.*) Seruitutem eorum decerne Domine, vt incidant in ea quæ alijs construxerunt, nunquam non molestæ operationi incumbentes.

*Effunde super eos iram tuam.*) Omnem, inquit, iram tuam penam in illos immitte, inferque eis celerem & perennem calamitatem. Per furorem enim celeritatem significauit, per iram verò perseuerantiam. Furor enim præceps est, & modici temporis: ira verò, tardior quidem est, sed perseuerantior. Furorem igitur iræ, & velox & diuturnum supplicium vocauit.

*Fiat habitatio eorum deserta.*) Per omnia iustum iudicium implorat, oratque vt malis subijciantur, quæ ipsi fecerunt. Quoniam Ierusalem, & reliquas terræ Iudaicæ ciuitates vastantes desertas reddiderant, orat vt eadem & ipsorum patria patiatur. Factus est quoque voti compos. Est enim Babylon in hodiernum vsque diem deserta. Sciendum sanè est, quòd quæcunque Babylonijs, vt paterentur, imprecati sunt Iudæi, quòd impiè eos ac malitosè tractassent, eadem ipsis quoque acciderunt, eo quòd contra benefactorem insanierunt. Nam Babylonij quidem Iudæorum escam reddiderant amarum molestissima seruitute, quòd incundum illis erat auferentes: Iudæi verò etiam beneficijs affecti, ipsi benefactori fel & acetum velut vina noxia, porre-xerunt: quocirca iisdem facti sunt supplicijs obnoxij, & facta est mensa eorum laqueus, & obtenebrati sunt oculi eorum, vt veram lucem videre nequeant: & dorsum eorum irremissa paupertate ac seruitute, propter duram ipsorum ceruicem, incuruatur: & habitatio eorum facta est deserta, & in tabernaculis Ierosolymitanis nemo ipsorum habitat. Subiacent itaque suis ipsorum execrationibus quibus Babylonios sunt execrati, propterea quòd benefactori facti sunt ingrati.

*Appone iniquitatem.*) Pœnas de illis propter peccata sumptas peccatum vocauit. Infet, inquit, illis iniquè viuentibus, meritum supplicium.

*Et non intrent.*) Huic simile est illud psalmi primi, Non exurgent impij in iudicio. Deleantur de libro viuentium. Librorum ipsorum meminit & Daniel: Iudicium, inquit, fedit, & libri aperti sunt. Quod autem dicit, tale est, Haud potiantur quiete, quam nos per tuam sumus adepti benignitatem.

*Pauper & dolens sum ego.*) Ab hoc loco deinceps de rerum mutatione, captiuorum solutione ac reditu loquitur. Quapropter & hic psalmus, In finem pro ijs qui commutabuntur, est inscriptus. Duas enim contrarias mutationes accepit. Pœnitentia namque in Babylone vsi, priorem libertatem receperunt: postea verò contra Dominum insipientes, ad omnimodam condemnati sunt seruitutem. Vtraque mutationes prædicit hic psalmus. Quod verò dicit, Pauper & dolens sum ego: huic sensum habet; Cum viderem me, inquit, in paupertate constitutum, & angustijs examinatum, salutem petij. Huius gratia laudabo nomen Dei mei cum cantico. Non enim ero beneficiæ illius ingratus, sed hymnis illi gratias rependam, & de prædicatione beneficiorum amplitudinem eius ignorantibus declarabo.

*Et placebit Deo super vitulum nouellum.*) Iucundius, inquit, id sacrificium laudis erit, quam vituli nouelli ac pinguis recens vngulas & cornua producentis. Dignum fuerit deplorare Iudæorum præuarcationem, qui considerare nolunt, quam puerilis sit legalis cultus, cum qui in Babylone captiui fuerunt, polliciti sint se Deum hymnis post reditum non sacrificiorum cultibus celebraturos, eo quòd hymnodia illi sit gratior.

*Videant pauperes.*) Quotquot, inquit, in consimiles incidunt afflictiones, argumentum à nobis bonæ spei accipiant.

*Quoniam exaudiuit pauperes Dominus.*) Hortatur, vt spe in Deum & preceatione salutem adipiscamur. Suscepit enim (inquit) deprecationem nostram, pauperatam nostram vidit, vinculis impeditos (quoniam ipse nos seruituti tradiderat) resoluit.

Furor.

Que Iudæi Babylonjs sunt imprecati, ea eadem Iudæis obigerunt.

D

E

F

*Laudent eum cali & terra.*) Ipsam creaturam ad laudandum Deum voco. Nō enim sufficiens ad hoc est humana lingua, vt diuina munera deprædicet.

*Quoniam Deus saluam faciet Sion.*) Hunc autem illi hymnum offeram, vbi Sion illustrem, & Iudaicas ciuitates nunc desolatias, priorem felicitatem recipisse videro. Postquam igitur de ciuitatis huius restauratione vaticinatus est, prædicat & habitatorum illius multitudinem. Qui nūc, inquit, captiui sunt, reditum adepti, & ciuitates suas restaurabunt, & in illis ipsi & pueri eorum habitabunt. Nam hoc subiecit, dicens: Et semen seruatorum tuorum, &c.

*Et inhabitabunt ibi.*) Quoniam verò propter furias quibus contra Seruatorem insanierunt, omnimodum passuri erant excidium, meritò talem extremā psalmi partē posuit.

*Et semen seruatorum eius.*) Non enim omnes qui sunt ex Israël, Israël sunt: neque propterea quoddam semen Abrahæ sunt, omnes mox filij sunt. Consonant autem istis & Prophetica: Si numerus filiorum Israël fuerit, sicut arena maris, reliquæ seruabuntur. Hoc & Dauid dixit: Et qui diligunt nomen tuum. Post crucem enim illi instar canum sunt expulsi. Qui verò Deum diligunt, in Sion habitantes laudis illi sacrificium offerunt.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXIX.

*Quod in epigrapha est, Vt seruet me Dominus, nec in aliquo exemplari, nec apud Hebraeos, nec apud alios interpretes reperi: conuenit tamen cum Psalms sensu. Orat enim propheta pro salute, & vt ab inimicis liberetur. Dixit autem hunc Psalmum Dauid, cum esset per Absalomum pulsus. Rectè autem inscriptioni adiectum est illud, Adrememorandum. Memoria siquidem peccati vehementius illum, quam hostes, pungebat. Quapropter & clamat.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**D***Eus ad adiutorium meum intende.*) Multis inquit, calamitatibus velut vndis adobruor, ob quam causam celestem opem peto.

*Confundantur & reuerentur.*) Frustrantur, inquit, qui necem meam appetunt, & confusionem inde reportent: & qui calamitatibus meis delectantur, in fugam cum pudore, rerum mearum mutationem videntes, vertantur.

*Exultent & latentur.*) Omni lætitia eos reple, qui te diligunt, vt beneficia tua celebrant tripudiant.

*Ego verò egenus.*) Hoc est, Iustitia eorum quæ dicta iam sunt, priuatus sum, & in paupertate degens diuitias virtutis non habeo, ideoque vt auxilio tuo potiar, oro.

*Adiutor meus & liberator meus es tu.*) Potitus enim sum prouidentia tua. Illud, Ne moreris: idem est atque, Opem suppedita quam citissimè, nec petitionem meam differas.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXX.

*In confesso est, quod qui epigraphen hanc fecit in Hebræo illam non repererit, sed eam ipse posuerit. Sciendum autem est, quod filij Ionadab fuerint, qui primi in captiuitatem abierunt. Ieremias enim vinum illis à Domino iustus est proponere, ad redarguendum Iudeorum præuicationem. Illis autè propter institutionem maiorum suorum bibere nolentibus, Iudeorum inobedientiã reprehendit. Propheta: quod cum filij Ionadab humana præcepta seruarent, ipsi diuinas sanctiones transgredierentur. Dicitur est autem hic psalmus, in persona eorum qui in Babyloniã transmigrarunt, reditumque optarunt, ac liberari à captiuitate petierunt. Scripsit autem illum Dauid, ita vt verba eorum parti adaptarit, qui reliquis pig magis erant.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**I***n te Domine speraui.*) Ne frauder, inquit, spe mea, dum auxilium tuum præstolor, neque diutius impropertijs reddar obnoxius.

*In iustitia tua libera me.*) Obsecro, vt mihi & Babylonijs iudices, & iustam aduersum illos sententiam proferas: nam ita seruitute illorum liberabor.

*Inclina ad me aurem tuam.*) Te, inquit, propugnatorē ac firmam communionem habeo. Placide itaque orationem meam suscipe.

*Deus meus eripe me de manu peccatoris.*) Oro te, vt ab eorum

potentia, qui impiè viuunt, liberer.

*Domine spes mea à iuuentute mea.*) Iuuentutem tempus magni Moyse vocat, quo posteaquam Ægyptijs seruerant libertatem sunt consequuti. Ex eo, inquit, tempore spem in te habeo, & auxilium tuum expecto.

*In te confirmatus sum ex vtero.*) Natiuitatem & partum, egressum vocat ex Ægypto. Hoc & Ezechiel docet. Cum enim impietatem Ierusalem reprehederet, dixissetque, Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa: subiecit: In die qua nata es, vmbilicus tuus non est præcisus, & sale non es salita, & aqua non es lota ad salutem. Quoniam enim vmbilicus velut radix quædam infantis est (per hunc enim crescit & nutritur) Israel verò post egressum ex Ægypto, insitam adhuc habebat Ægyptiorum impietatem: rectè dicit, Vmbilicus tuus non est præcisus. Quoniam, inquit, nutrimentum ex vtero materno trahis, & prioribus studijs immoraris. Piorum itaque portio Deum orans dicit, Quia inde ab initio spem in te, & protectionem tuam habeo.

*In te cantatio mea semper.*) Te laudo & glorifico sine intermissione, & per tuam prouidentiam factus sum illustris.

*Tanquam prodigium factus sum multis.*) Verum posteaquam auxilium tuum illuxit, multam adeptus sum immutationem, ita vt multis, quæ mihi acciderunt, signi cuiusdam loco reputarentur.

*Repletur os meum laude.*) Transmuta igitur vrgentem me infelicitatem, & commoue ad hymnodiam linguam meam, quo tibi perennem laudem offeram. Illud enim, Tota die, Symmachus, singulis diebus, reddidit.

*Ne proicias me.*) Oro vt etiamnum eadem tua prouidentia fruam, qua fretus sum in iuuentute. Quoniam enim exitum ex Ægypto iuuentutem vocauit, captiuitatis Babyloniensis tempus senectutem appellat, quod inter vtrumque multum temporis dilapsum sit.

*Quia dixerunt inimici mei mihi.*) Omnes, inquit, inimici calamitatis me insulant, videntes me protectione tua destitutum, sperantque non futurum amplius, vt prouidentia tua particeps fiam. Quapropter oro, &c.

*Deus ne elongeris à me.*) Elongare dicit non essentiam Dei (nam illa vbique præstè est) sed prouidentiam eius, & auxiliij ipsius operationem.

**D***Confundantur & deficiant.*) Symmachus sic, Confundantur & confundantur, qui aduersantur animæ meæ. Frustrantur peccatis suis, & debitam inde confusionem reportent, iniuste mihi exitum parturientes.

*Operiantur confusione & pudore.*) Ignominiosi fiant, qui me calamitatibus adobruunt.

*Ego autem semper sperabo.*) Vbi namque ista fieri videro, spe in te collocata firmabor, & creberrimè hymnodiam offerā.

*Os meum annuntiabit iustitiam tuam.*) Non cessabo, quin omnes de eo instruam, quomodo inter me & hostes meos iudicaris, meque illorum seruitute liberum reddideris.

*Quoniam non cognoui literaturam.*) Symmachus sic: Quoniam adnumerare nequeo, ingrediari in potentia Domini. Quia pollicitus erat narraturum se iustitiam Dei, & salutem in se collatam, esset autem viribus humanis maior hæc promissio: rectè subiecit, Quoniam connumerare nequeo. Hoc & Psalmo 39. cum dixisset, Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: subiunxit, Annuntiaui & loquutus sum: & quæ ibi sequuntur. Idem & hic dicit, Quoniam connumerare nequeo. Tales enim scripturas natura mea non est assequuta. Attamen ingrediari in potentia Domini, vt hymnodiam humanæ naturæ possibilem reddam.

*Domine memorabor iustitia tua solius.*) Laudabo te Domine, cum & iustitiam tuam in me declaratam videro, & præceptorum tuorum recordatus fuero. Nam illa me à puero docuisti. Vel hinc patet, quod tempora Mosaica iuuentutem vocet. Per hunc enim lex est data.

*Et nunc vsque pronuntiabo mirabilia tua.*) Ego quidem mirabilia tua ignorantis declarabo: tu verò sicut ab initio vocatus es Deus, ita me semper protectione tua dignare.

*Et vsque in senectam ac senium.*) Prophetice Dauid quæ futura erant prædicat. Senectutem namque, finem legis. Finita est autem illa post Christi aduentum. Et hic eos qui in Babylone fuerunt docet, dicens, Vsque in senectam & senium.

Deinde

Deinde vt ostendat, quam vocet senectutem, subijcit, Donec annuntiem brachium tuum, &c.

*Potentiam tuam & iustitiam tuam Deus.*) Aquila & Symmachus sic, Deus vsque ad excelsa, quæ fecisti magnalia, hoc est, Excelsa & magnifica, quæ abs te fiunt, Domine, sufficiunt ad hoc vt omnibus persuadeant, quo te altissimum nominent.

*Quæ fecisti magnalia.*) Excellis, inquit, omnes cum natura tum potentia. Hinc autem de reditu vaticinatur.

*Quantas ostendisti mihi tribulationes.*) Tradidisti me, inquit, multis ac varijs calamitatibus, propter præuaticationes meas, atque iterum ad vitam reduxisti.

*Et de abyssis terræ iterum reduxisti me.*) Arbitror me quodammodo præter opinionem humanam reuixisse, quod tantis liberatus sum ærumnis. Hoc autem & per Ezechielem dicit Dominus: Aperiam monumenta vestra, & reducam vos è Babylone: hoc est, Desperationem humanam dissoluam, & præter spem hostium, reditum vobis clarigar.

*Multiplicasti magnificentiam.*) Symmachus sic: Augebis magnificentiam meam, & circundabis me consolatione, & alia quæ similiter prædixit. Tua namque erga me prouidentia, bonitas tua declarabitur.

*Nam & ego constitebor tibi.*) Quod & hic multorum populorum meminit, par est: vt eos significari intelligamus, qui post incarnationem Seruatoris, per præcones, qui ex Iudæis sunt, salutem sunt adepti.

*In vasis psalmi veritatem tuam Deus.*) Vt autem & consuetis organis, vt hymnodiam adornem.

*Exultabunt labia mea.*) Simul & Babyloniorum interitum, à Cyro Persarum rege illatum, & Iudæorum reuocationem prædicit. Nam illis, inquit, dissipatis, ego reditu potiar: illo positus, lætus tripudiabo, & beneficia tua celebrans, & assiduam legis tuæ meditationem faciens.

ARGUMENTVM PSAL. LXXI.

*Quod Salomoni nequaquam conueniat hic Psalmus, arbitror nec Iudeos inficias ire, modo que vera sunt dicere velint. Primum enim Salomon, neque regnavit vsque ad fines terræ, neque ab Orientalibus & Occidentalibus tributum accepit. Deinde vt homo finem accepit, illumque non ita illustrem. Psalmus verò eum de quo prophetiam texit, & sole & luna antiquiorem esse ostendit, sicut & eorum quæ dicuntur, expositio docebit. Vaticinatur itaque hic Psalmus de Seruatore. Salomon enim pacificum sonat, si interpreteris: ipse verò Christus Apostolis dixit, Pacem meam do vobis. Et Paulus, Ipse est, inquit, pax nostra, qui fecit ex viroque vnum.*

Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus iudicium tuum regi da.) Christum prophetia & regem, & regis filium vocat. Ita illum & leonem vocauit Iacob, dicens, Catulus leonis Iuda, Ex germine filii mi ascendisti. Requiescens accubuit vt leo, & sicut catulus leonis, quis excitabit eum? Non enim rex tantum est, sed & filius regis. Vt Deus enim, ex Deo omnium regum rege Deus est: & vt homo, progenitorem habet regem Dauidem. Huic propheticus sermo, tanquam homini, iustitiam à Deo dari obsecrat. Deinde & causam huius tradit.

*Indicare populum tuum in iustitia.*) Eos enim qui paupertate peccati detinentur, à seruitute maligni liberabit, iustè de illo, & his qui ab eo detinentur, iudicaturus.

*Suscipiant montes pacem.*) Propopœia est, omnium immutationem ostendens. Hic, inquit, populo prædicabit exitum. Montes exultabunt instar arietum. Videmus autem & montium & collium immutationem. Qui namque abiecta veteri impietate angelicam vitam amplexi sunt, angelicæ quoque iustitia fructum reportant, & pro hominibus intercedentes diuinas conciliationes efficiunt.

*Et humiliabit calumniatorem.*) Meritò diabolus calumniator est dictus. Nam & Deo calumniam intulit, cum diceret eum vsum ligni per inuidiam prohibuisse: & aduersum Iob dixit, Num frustra Deum colit? Verùm hunc Dominus humiliavit ac subuertit, & eos qui tyrannide illius pressi erant, libertate donauit.

*Et permanebit cum sole.*) Qui ista, inquit, perfecit, neque

**A** initium dierum vt Apostolico more loquar, neque vitæ finem habet. Sempiternus enim est, & immortalis.

*Descendit sicut pluuia in vellus.*) Humanam nobis natiuitatem his verbis significauit, quæ sine strepitu est facta.

*Orietur in diebus eius iustitia.*) Verbis res ipsæ astipulantur. Humana quippe natura priore impietate repudiata pietatem didicit. Si verò nonnulli credentes delinquant, sunt tamen innumeri meliores, in militijs, inter idiotas, inter seruos, & operatores manuarios, quibus curæ est virtus.

*Et abundantia pacis, donec auferatur luna.*) Hoc est, Per vniuersum præsentis vitæ tempus. Superfluum enim fuerit de futuro loqui, in quo vera pax obtinebit.

*Et dominabitur à mari, vsque ad mare.*) Hoc est, Dominabitur omnibus finibus orbis.

*Et à fluminibus.*) Flumen dicit Iordanem, in quo baptizatus est Dominus, accepto Spiritus sancti testimonio. Ab eo tempore, inquit Euangelista, cæpit prædicare, &c. Ob quam causam & prophetia dicit, quod dominaturus sit à flumine, vsque ad terminos orbis. Deinde & aliunde manifestum hoc facit.

*Reges Tharsis, & insule, &c.*) Tharsin, Carthaginem Libya dominantem, & Esaias & Ezechiel nominant.

*Reges Arabum & Saba dona adducent.*) Saba, gens est

**C** Æthiopum, Lybies verò & Aphri appellantur & occidentales orbis partes, Æthiopes, Orientales & Australes: Arabes mediam Epirum: Insulani medium mare obtinent.

Hos autem dicit prostratos se coram illo, & tanquam Deo adorationem, sicuti regi verò munera oblaturus. Inimicos verò, aut ipsum dæmonem, maledictionibus contra serpentem latis subiecturos. Quia verò trium aut quatuor gentium meminit, & ænigmaticè omnium nationum immutationem præsignauit, sermonem clariorem reddit. Alij quidem in hac vita volentes, alij verò, imò omnes, post resurrectionem subijcientur. Nondum enim, inquit Apostolus, omnia illi subiecta videmus: verùm tunc ei omne genu flectetur.

*Omnes Gentes seruient ei.*) Conueniunt ista cum vaticinio Iacob, quod ipse sit expectatio Gentium. Videmus autem & huius vaticinij effectum. Non enim vlla gens est, quæ prædicationes Euangelicas non audierit: sed sunt in singulis nationibus, qui splendorem diuinæ cognitionis receperunt.

*Quia liberabit pauperem.*) Potentem, diabolus nominauit: pauperem verò & inopem, humanam naturam, quod aliquando sine Deo deserta fuerit. Alias & diuinis legibus potentes restringit, & minis terret, efficitque vt aliquo pacto pauperibus parcant. Hoc enim subiecit etiam.

*Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum.*) Vsuram avaritiam vocauit, quemadmodum & lex vetus: Vsuram, inquit & abundantiam non recipies. Per mouebit igitur eos, qui iniustitia & avaritia delectati fuerant, vt misericordia & benignitate vtantur.

*Et vinet & dabitur ei de auro Arabie.*) Vaticinatur innumera fore dona, quæ ab omnibus illi regibus & barbaris sint asferenda.

*Et adorabunt de ipso semper.*) Laudabunt eum assidue. Laudabunt autem & patrem eius, per ipsum sumptis laudandi causis. Illud enim, Adorabunt, conforme est Apostolico illi dicto: Gratias ago Deo meo per Iesum Christum. Et iterum: Per quem accessum habemus ad patrem. Et ipse Dominus dixit: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Adorabunt igitur patrem omnes, & laudabunt eum, pro bonis in se per filium eius collatis. Laudabunt etiam ipsum filium, vt per quem bona illa acceperunt.

*Erit firmamentum in terra.*) Ipse (inquit) fundabit & confirmabit in se credentes, & sublimes reddet, velut in ipsis montium verticibus constitutos. Et hoc ipse Dominus dixit, Non potest abscondi ciuitas in monte sita, &c.

*Super extolletur super Libanum.*) Quoniam sublimiorum montium meminit, reætè & libanum ponit, tanquam reliquorum in Palestina montium altissimum. Dicit autem doctrinam eius, & illius ministros fore illustriores Libano.

*Erit nomen eius benedictum.*) Illud Benedictum, à nullo interprete ponitur.

Saba, Aphri.

Euangelium vique prædicatum.

Gen. 49.

ponitur. Ostendit autem, eum & sole & luna antiquiorem esse. Sunt enim sol & luna eiusdem temporis. Dicit quippe Moses, Et fecit Deus duo luminaria magna, &c.

*Et benedicentur in ipso omnes tribus terra.*) Meminit hic promissionis Abrahamæ factæ. Tribus enim patriarchis Deus pollicitus est, quod benedicendæ essent aliquando quidem omnes terræ nationes, singulariter vero omnem naturam nominavit. Hoc & Paulus exposuit, dicens, Abrahamæ vero dictæ sunt promissiones, & femini eius. Non dicit autem feminibus, quasi de multis: sed tanquam de vno, Et femini tuo, qui Christus est. De hoc præsens hic psalmus vaticinatur, per hunc tribus terræ benedicendas dicens.

*Omnes gentes magnificabunt eum.*) Quædam propheticus sermo tanquam de homine, quædam verò tanquam de Deo exposuit. Reperio sanè beatitudinis dictionem alicubi de Deo positam. Beatus, inquit, & solus potens, rex regum. Omnes Gentes beatum, inquit, eum, & laude dignum nominabunt. Deinde vt clarius diuinitatem eius doceat, subiungit.

*Benedictus Dominus Deus Israel.*) Hic enim, inquit, qui propheticò sermone prædicatur, & prædicta miracula facturus est, idem ipse est Deus Israel, & omnium Dominus. Quapropter conuenit vt ab omnibus laudetur. Licet enim naturam eius, tanquam inscrutabilem ignoremus, de salutari tamen nomine eius edocti sumus.

*Et replebitur maiestate eius omnis terra.*) Sæpe per totum ista psalmum prædixit, plenamque prophetiam posuit, ac firmum vaticinium reddidit. Dicit autem, quòd in vniuersa terra manifestus sit futurus omnium Dominus, cultumque recepturus ab omnibus, quos diuinæ suæ cognitionis radijs illustrauerit. Hoc autem Propheta cum per Spiritum sanctum cognouisset, optat vt finem suum & effectum hæc propheta fortiaur. Vnde & concludit dicens, Fiat fiat: aut iuxta Aquilam, Persuasi ac certi sumus, hoc est, Vera sunt prædicta, & omnino effectum sortientur.

### Scholia in Psalmum LXXII.

**Q**uam bonus est Israeli Deus.) Illud quam, non est per comparationem: sed pro valde positum, vt bonitatis Dei significet excellentiam. Quod autem dicit tale est, Multum curæ ac prouidentia Deus Israeli impendit: verum hoc non omnes agnoscunt, sed qui recta sunt præditi mente. Postquam illos ita laudauit, iam consequenter & suarum cogitationum fluctuationem publicat.

*Mei autem penè moti sunt pedes.*) Ego sanè propè de vitæ meæ instituto excideram, illud, Penè effusi sunt gressus mei, Symmachus sic reddidit, Nullo ferè negocio quæ me dirigebant dissoluta fuissent. Vt sanis, inquit, ac firmis cogitationibus exciderem, periculum mihi fuit. Hoc enim significat quod dicit, Penè effusi sunt, &c. perinde atque quod effunditur, dissoluitur ac diffluit. Pedes verò & gressus, tropicè cogitationes vocat. Deinde & causam horum dicit.

*Quia zelauit super iniquos.*) Incendebat, inquit, cum impiè & iniquè viuentes in multa viderem felicitate constitutos.

*Quoniam est respectus.*) Aquila sic, Non sunt anxij descruatiati morti eorum. Neque enim, inquit, in periculis examinati, seipso abnegarunt: ἀνευσεσις autem abnegationem significat. Cum enim denegare quidpiam volumus, abnuere solemus.

*Et firmamentum in plaga eorum.*) Modicè, inquit, eos quæ tristia sunt attingunt.

*In labore hominum non sunt.*) Res illorum pro animi sententia cadunt, & neque laboribus neque ærumnis nec castigationibus perinde atque alij homines subijciuntur. Quapropter & subiungit.

*Ideo tenuit eos superbia.*) Hinc, inquit, in insolentiam ac fastum elati sunt: & quoniam priorum delictorum pœnas non dederunt, in maiorem iniquitatem abierunt. Illud enim, Operiti sunt iniustitia, multitudinem iniustitiæ notauit, vt quæ illos vndique circumdederit.

*Prodiit quasi ex adipe.*) Adeps, sicut sæpe diximus, prosperitatem ac felicitatem rerum significat. Igitur, inquit, tan-

quam in tanta prosperitate constituti, cum omni securitate iniustitiæ temeritati studuerunt.

*Transferunt in affectum cordis.*) Non sufficit illis, quòd in homines iniuste designarunt: sed & in ipsum cælum & verbis & cogitationibus ei aculati sunt. Notat autem his verbis, blasphemias contra Deum, conuitia contra populum, petulantias contra sacrum Dei templum. Hac de re & psalmus 41. dixit. Factæ sunt mihi, inquit, lachrymæ meæ panes die ac nocte.

*Posuerunt in cælum os suum.*) Posuit hæc propheticus sermo tanquam à Deo, vt mæstos consolaretur, dicta. Dum illi, inquit, blasphemis contra Deum vtuntur, & nos afflictionibus impetunt, iucunda de nobis omnium Deus decreuit, reditum ac vitam naturæ destinata pollicitus. Et vel hinc liquet, quòd redeuntibus è Babylone, & quæ sibi acciderint narrantibus conueniat hic psalmus. Dixit enim, Ideo conuertetur populus meus hic: hoc est, in Iudæam. Cum itaque illic agerent, ista dixerunt: siquidem in Babylone constitutis nullo pacto responderent. Illud verò, Et dies pleni: idem est, atque Reuertentur, & ad senectam vsque viuent. Promissione Dei ad hunc modum declarata, ad narrandum cum Babyloniorum blasphemias, tum cogitationum suarum perturbationem regreditur.

*Et dixerunt, Quomodo sit Deus?*) Hic quidem, inquit, illa pollicitus est: isti verò intra semetipsos nec videre Deum, nec scire quæ fiant, cogitarunt. Deinde, postquam istis impietatem illorum prodidit, suas ipsius profert cogitationes.

*Ecce ipsi peccatores?*) Qui iniquè viuunt, abundè bonis potiuntur. Illud enim, In seculum, de præsentis vita dicit. Nam vitam hominis sæpenumero seculum vocat. Seculum nostrum, inquit, in illuminatione vulnus tui, &c.

*Et dixi, Ergo sine causa.*) Cum delicias viderem cogitabam. Num igitur inanis est iustitiæ possessio?

*Et laui inter innocentes manus meas.*) Quid enim, inquit, emolumenti ex eo accepi, quòd procul ab illis qui malitiosè viuunt, semotos fui? Illud enim, Laui inter innocen. &c. idem est atque, Non communicavi malis illorum.

*Et fui flagellatus tota die.*) Cum iustitiæ studeo, & malitiæ consortium fugio, singulis diebus contumelia afficior & abijcior.

*Sic dicebam, Narrabo sic.*) Relictis alijs cogitationibus, hoc apud me cogitabam, Num testamenta sua erga nos Deus reprobauit? Quòd enim dicit, Ecce nationem filiorum tuorum reprobasti: perinde est ac si dicat, Posita testamenta transgressus es: filios verò seipso vocat, quòd Deus ipse eos ita vocarit, dicens, Filius primogenitus meus Israel. Verum istis cogitationibus relictis, obseruabam quòd laboribus nos Deus addiderit, delictorum à nobis pœnas exigens. Reuertar tamen, & sanctificatum illi templum contemplanor malorumque istorum finem videbo. Deinde prædocetur hoc per diuinam gratiam.

*Deiecerunt eos dum alleuarentur.*) Hæc omnia Babylonijs per Cyrum acciderunt. Nam is eos cepit, ac seruituti subiecit: Iudæis verò redeundi copiam largitus est. Prosperitatem autem impiorum somnio comparauit. Nihil enim à somnio præsentis vitæ scena differt. Et hoc in ipsis est Babylonijs cognitu facillimum. Illi namque primum breui tempore insolentes facti, in extremam postea seruitutem ac maximam miseriam inciderunt.

*Domine in ciuitate tua.*) Imago temporariam venustatem habet. Imaginem igitur Babyloniorum potentiam nominat, quæ modico tempore durauit. Hanc, inquit, tu rediges ad nihilum: hoc est, eos qui impiè aduersum ciuitatem tuam egerunt, supplicio afficies.

*Quoniam inflammatum est cor meum.*) Hæc, inquit, cogitabam illorum iniquitate incensus. Quod initio psalmi cælum vocauit, (Quia zelauit, inquit, contra iniquos) id hic inflammationem nominat.

*Et renes mei commutati sunt.*) Renes hic cogitationes dicit. Cum pias, inquit, cogitationes haberem, parum absiuit, quin propter illorum insolentiam subuerterer.

*Et ego ad nihilum redactus sum.*) Symmachus verò sic, Eram autem

Prosperitas  
impiorum.

autem ignarus: cum passionem nescirem, passus sum ex ignorantia, iudicia tua non intelligens.

*Vt iumentum factus sum apud te.*) Verum ista posthac non patiar, vt curiosè quicquam eorum quæ à sapientia tua dispensantur scrutetur: sed quemadmodum iumentum obsequitur ei à quo ducitur, nihil scrutans quò ducatur: ita gratia tua gubernatus, sequar & ego, prouidentiam tuam haudquam curiosè inuestigans.

*Tenuisti manum dexteram meam.*) Ab hoc loco quæ reditum concernunt, dicit, *Quemadmodum* (inquit) blaudus pater aberrantis filij dextera prehensa domum illum reducit: ita me in patriam terram reduxisti, atque seruitute liberatum, præstita transeundi per Gentes facilitate, illustrem reddidisti.

*Quid enim mihi est in celo?*) Neque enim in celo alium, inquit, habeo Deum, neque in terra alium tibi coniungo.

*Defecit caro mea & cor meum.*) Ob hanc te causam & animo & corpore desidero, auxiliumque tuum expecto. Te namque habeo & partem, & sortem ac fructuionem bonorum.

*Quoniam ecce qui elongant se à te.*) Qui verò procul à gubernatione tua recedunt, & idolorum cultum amplectantur, deflectionis suæ fructum recipient exitum. Scortationem autem, idololatriam Ieremias quoque vocat, cum dicit, Abijt super omnem montem sublimem, & subtus omnem arborem frondosam, & scortata est ibi: & posteaquam in his omnibus scortata est, dixi, Reuertere, & non est reuersa. Hoc autem non de Babylonijs dixit, sed de illis qui propter impietatem in captiuitatem traditi sunt. Hi enim, cum Deum sponsum haberent, scortati sunt, dæmonum seruitutem complexi. Verum experientia tandem, vt respicerent edocti, clamantur.

*Mihi autem adhaerere Deo bonum est.*) Reipsa namque capti experientia seruatori Deo gratus ero, & spe in illum confirmabor.

*Ponere in Domino Deo spem meam.*) Per hanc quippe spem reditu potitus sum, & mirabilia tua in Ierusalem deprædico. Hanc enim filiam Sion nominauit, sicut filios hominum, ipsos homines vocat. Erat autem ea ciuitas binominis: nam & Sion & Ierusalem in Scripturis nominatur.

Scholia in Psalmum LXXIII.

**V**T quid Deus repulisti in finem?) Neque enim sicut captiuis in Babylone 70. annorum tempus ad seruiendum deputasti, neque sicut sub Antiocho septem annos cum dimidio, iuxta prophetiam Danielis, statuisti: sed in finem nos repulisti, & diurnam super oues tuas indignationem retines.

*Memor esto congregationis tuæ.*) Iam olim ab initio vocatus es Deus noster, & populus tuus appellati sumus. Tuum namque auxilium consequuti, Ægyptiaca seruitute liberati sumus. Hereditatem autem eos, & Moses vocauit. Factus enim est, inquit, pars Domini, &c.

*Mons Sion in quo habitasti.*) Ægyptiaca nos seruitute liberatos in terram patribus promissam induxisti, & montem Sion tibi ipsi consecrasti, vt in hoc quasi Regia quadam habitans populum tuum gubernares. Hæc autem prædixit, antequam templum Ierosolymitanum ædificaretur. Salomon enim illud post Dauidem & Asaph construxit.

*Leua manus tuas.*) Sume de illis arrogantiae pœnas. Quòd verò dicit, *Leua manus tuas*, ex metaphora posuit eorum qui delinquentes manibus flagellant. Dixit hoc prophetica gratia, propter hostes impie viuentes. Neque enim contra crucifixum zelantes bellum hoc mouerunt, sed vt orbem seruituti suæ subijcerent. Vfus est autem illis Deus tanquam licitoribus, vt per eos de impijs pœnas sumeret. Neque Hebræus, neque reliqui interpretes, neque Septuaginta in Hexaplo, plurali numero, in Euangelijs, posuerunt: sed, in sancto: vt manifestum sit, quòd de templo ista dicant, deplorantes ea quæ illi acciderunt, sicut & in sequentibus patet.

*In medio solemnitatis tuæ.*) In festo, scilicet Paschatis, cum

**A** vnuerfus populus Ierosolymis congregatus esset, metropolim illorum Titus circumdatam exercitu vastauit. Pœnas autem in Paschate dederunt, quoniam in eo festo Seruatorem crucifixerant.

*Posuerunt signa sua, signa.*) Tropæa, inquit, quæ signa sunt ac symbola victoriae, super portas nostras erexisti, omnibus posteris victoriam illam notam faciens. Pilatus autè contra legem regia signa vrbi intulit, imaginemque suilli capitis lapidibus portæ Romani reges insculperunt. Per hæc autem omnia cognouerūt diuina se destitutos esse protectione. Hæc & Dominus dixit, Quando videritis abominationem desolationis, &c.

*In securi & ascia.*) Instrumentis secandi ad hoc vsi sunt, vt quæ bene excogitata & structa erant, velut quercum subuerterent.

*Incenderunt igni sanctuarium tuum.*) Non fuere contenti eo, quòd reliquas domos populati sunt: sed contra ipsum quoque templum sese furor eorum extendit.

*In terra polluerunt.*) Magno in nos consensu irruerunt, vnum hic scopum habentes, vt legem abs te nobis datam pessundarent. Festorum enim commemoratione politiam legis significauit. Hæc autem, inquit, audentes neque miracula respexerunt, quæ maiorum nostrorum tempore declarata sunt, neque prophetica sunt gratia correpti. His enim omnibus confestim destituti erant. Habebant enim olim etiam post reditum à Babylone, Prophetas, vt pote Aggeum, Zachariam & Malachiam, & qui istis vetustiores Prophetæ fuerunt, tam populo quam Regibus quæ futura erant prædixerunt, hostiumque insidias manifestarunt, id quòd ex historia facile cognosci poterit.

*Vsquequo Deus improperebit inimicus.*) Quousque istorum nos præuaricationibus exponis, ac blasphemias eorum voces toleras?

*Vt quid auertis manum tuam, &c. de medio sinu tuo.*) Sinus Dei, bonorum thesaurus: manus verò, operatio est. *Manus Dei.* Quam igitur ob causam, inquit, non suppeditas nobis bona sicut consueuisti, sed auersus manum è sinu tuo? Posuit autem hoc ex eorum metaphora: qui cum sinum habeant repletum, petanturque, dare nolunt, sed manum retrouertunt.

*Deus autem Rex noster ante secula.*) Scimus hunc ab initio Regem esse, & huius donis semper, tanquam Regis, fruimur.

*Operatus est salutem in medio terræ.*) Videntibus enim omnibus, nostri curam gessisti. Hoc enim innuit, quòd dicit: In medio terræ. Cum enim Ægyptios fugeremus, insolitum nobis illud iter expediuisti.

*Tu contrinisti capita draconum in aquis.*) Dracones Ægyptios: capita verò draconum, duces eorum: & draconem, ipsum Pharaonem vocat, qui multis principibus imperabar. Hos, inquit, omnes vndis submergi fecisti.

*Dedisti eum escam populis Æthiopicum.*) Æthiopes cum essent Ægyptijs contermini, crebra aduersum eos bella gesserunt. Cum ergo Pharaon cum exercitu suo mari traditus esset, factum est vt Ægyptij deinceps prædæ essent Æthiopicis. Quemadmodum enim escam esuriens facile consumit; ita Ægyptios prorsus sine negotio debellarunt Æthiopes.

*Tu dirupisti fontes & torrentes.*) Hebræus & reliqui interpretes, Fontem dixerunt. Veruntamen siue fontem dicamus siue fontes, non aberrabimus à veritate. Fontem enim, aquam illam quæ de petra profluxit vocat: illa verò diuisa multos aquarum sinus effecit, quo facile multa illa populi myriades potare possent. Reperimus autem hoc non semel, sed iterum esse factum. Et de primo factò historia Exodi, de altero liber Numerorum docet. Rectè igitur aquæ huius fluentia fontem nominauit, torrentes autem eadem quoque appellauit, propterea quòd non secundum naturam fluxerunt, sed tunc primum data sunt.

*Tu siccasti fluuios Erihan.*) Tu siccasti fluuios antiquos, vertit Symmachus. Vbi non erant fontes, in deserto illos scaturire fecisti: & eos qui olim fuerunt, exsiccasti. Hoc & in alio Psalmo dicit, Posuit fontes in solitudinem, &c. Innuit autem hic sermo etiam aliud quiddam, nempe quòd Iudæis Dominus propter præuaricationem eorum prophetico-

torum fluminum riuos non amplius producturus: gentes verò, quæ olim deserta fuerunt, de petra, quæ Christus est, torrentibus irrigaturus esset. Omnia verò illa quæ dicta sunt ab eo loco, Operatus est salutem in medio terræ eorum beneficiorum, quæ nobis contigerunt, typum habent. Nam & illic liberatio à seruitute per aquas fuit, & hic per aquas libertatis est initium. Illic draconum capita vndis sunt contrita & hic potentatus dæmonum gratia baptismatis destruantur. Illic Ægyptij post mare prædæ sunt Æthiopicis facti, & hic nostri hostes post sanctam illam colymbethram expugnabiles facti sunt illis, qui olim caliginosas animas habuerunt. Et alia huiusmodi facillè fuerit considerare, si qui mentem attendere volent.

*Tuus est dies, & tua est nox.* A specialibus beneficijs sermonem transtulit ad communia, docetque Deum omnium esse conditorem, ac temporum moderatorem. Per ver enim & æstatem, solstitia significauit. Illud, Tu fecisti omnes terminos terræ. Aquila & Theodotion, Erexisti, reddiderunt. Significat autem hoc verbum, quod ipse Deus terræ vt sit, dederit.

*Æstatem & ver tu plasmasi ea.* Cum hæc, inquit, omnia feceris, memor sis huius, congregationis videlicet, quam possedisti ab initio. Illi enim particulæ, hanc reddidit.

*Inimicus impropertur Domino.* Ne respicias ad nos Domine, sed ad inimicorum blasphemias.

*Ne tradas bestijs animas consistentes tibi.* Non orat pro omnibus simpliciter propheticus hic sermo, sed pro illis qui nomen Dei confitentur. Petit autem bona. Bestias vocat hostes, propter vehementem crudelitatem.

*Animas pauperum tuorum.* Pauperes sint illi, qui animo sunt humili. Beati enim, inquit, pauperes spiritu: hoc est, animo.

*Quia repleti sunt obtenebrati.* Qui namque splendore tuo non sunt potiti, sed ignorantie tenebras dilexerunt, domos habent plenas iniquitate, & pœnis quæ ex hac oriuntur, hoc est, omnis generis malis traditi sunt.

*Ne auertatur humilis.* Oramus autem ne petitis suis frustrentur, neque cum pudore abiciantur, qui propter auxilium tuum hymnum tibi offerre solent.

*Exurge Deus, iudica causam tuam.* Valde competenter pronomen mutauit. Ego enim, inquit, merito passus sum ista: illi verò multas contra te blasphemias audacter effuderunt.

*Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum.* Et hoc loco personam suam hostium arrogantia coniunxerunt, non vt propter se, sed vt propter illos, propitiatione aliqua digni haberentur, obsecrantes.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXXIV.

Quoniam vaticinium de iusto Dei iudicio habet hic psalmus, malorumq; operum exitium, & bonas retributiones eorum qui virtutis operas faciunt, prædicit: rectè per epigraphen præcipit, ne pie cogitationes corrumpantur, sed sana conferuentur, incorruptionemq; sortiantur. Dicitur autem & hic psalmus tanquam in persona eorum qui in Babylone captiui fuerunt, Deumq; laudaturos se polliciti sunt, si gratia illius potirentur.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**C**onfitebimur tibi Deus, confitebimur tibi. Liqueat ex his verbis, quod non omnes illi qui redeundi copiam adepti sunt, ista dicant. Promittunt autem laudaturos se Deum, ac nomen eius illustraturos. Quod enim dicunt, Et inuocabimus nomen tuum, hoc declarat. Iterum, inquit, nomine tuo appellabimur, tuusque populus nominabimur.

*Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Aquila verò & Symmachus sic reddiderunt: Cum accepero synagogam. Quando, inquit, reuertemur, & in templum tuum denud congregabimur, tunc te legitime laudabimus. Nunc enim clamamus, quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ita Propheticus sermo, posteaquam ea docuit, quæ captiuis in Babylone dicenda essent, ostendit Deum ad factas promissiones respondentem. Dicit autem,

**A** Recta iudicabo. Iustè, inquit, inter vos & Babylonios iudicabo. Totius enim orbis iudex sum, de quæ omnibus dignas pœnas sumam.

*Ego confirmavi columnas eius.* Omnipotens sum, inquit. Terram enim ego feci, illamque quasi columnis quibusdam firmavi, & montibus meis corroboravi. Præceptum enim illi posui, nec illud transibit. Quapropter & cum iudex sim, non statim punio: sed supplicia prædico, vt comminationibus meis hostes ad resipiscenciam permoueam & adhorter, eo quod omnis generis impietas suam sit habitura mercedem, & curæ mihi sit iustus ac modestus animus. Hæc enim per sequentia docet.

*Et delinquentibus nolite exaltare cornu.* Hæc enim omnium est grauissima ac pessima passio, non solum peccare, sed & in eo iuperbire.

*Nolite extollere in altum cornu vestrum.* Deinde ostendit, de quo alto loquatur. Animalia siquidem cornigera, cornibus vehementer insolescunt. Edicit autem hic sermo, ne linguam quis contra Deum moueat, de qua arrogantia hic loquuntur.

*Quia neque ab Oriente.* Εξ ὀρίων Orientem dixit. Ita habet & quinta expositio. Montes verò desertos, Australes ac Septentrionales partes vocat. Illi namque propter excellentem feruorem & frigiditatem inhabitabiles manserunt. Docet igitur, quod impossibile sit iudicium Dei effugere. Nam etiam si quis Orientem assequatur, vel si ad Occidentem aufugere conetur, diuinæ tamen sententiæ subiacebit. Deinde, vitæ docet immutationes, quæ ex diuina sententia fiant.

*Quia calix in manu Domini.* De calice verò & Ieremias docet. Iubetur enim ille ab omnium Deo calicem sumere, potareque Ierusalem ac principes, & vicinas gentes. Vinum autem supplicium vocat, quod illud instar ebrietatis potentiam auferat. Dicit itaque propheticus sermo: Nunc de nobis, nunc de illis iustus iudex pœnas sumit: & iam hunc exaltat, & alium humiliat, & ærumnas commutat. Hæc autem captiui in Babylone docti sunt, vt dicerent primum de Babyloniis seruitute, deinde & sua libertate eruditi. Non enim diu postea Dominus & illorum potentiam destruxit, & istis priorem libertatem reddidit.

*Veruntamen sex eius non est exinanita.* Grauiorem pœnam fecem vocauit. Ego, inquit, quod liquidius erat bibi, hoc est, leuioribus malis subiectus fui: ipsam verò fecem Babylonij bibent, id est grauiora patientur quàm nobis intulerunt. Ego enim post septuaginta annorum seruitutem reditu potitus sum, illi verò continuæ seruituti tradentur.

*Ego autem annuntiabo in seculum.* Sicut enim illi malis nostris insultarunt, ita nos malitiam illorum videntes hymnum Deo offeremus: non vt illis insultemus, sed vt erga beneficia grati sumus.

*Et omnia cornua peccatorum confringam.* His autem verbis edocti sunt, quod & hostes suos, qui se post reditum impugnant, pessundaturi essent. Quapropter & dixit, Et omnia cornua peccatorum confringam. Quoniam collecti erant ex omnibus Gentibus, bellum illa contra eos mouerunt. Cornu autem iusti, excelsum animum vocauit, qui & cælos ascendat: & eos qui terrena sapiunt & humi volutantur, contemnat. Si verò quis Zorobabem hic iustum vocari intelligere volet, quod Deus vsus eo ministro victoriam illam operatus est, a veritate haud aberrauerit.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXXV.

Quod in epigrapha de Assyrijs adiectum est, in Hexaplo non reperit, sed in aliquot exemplaribus. Habet autem hic psalmus idem argumentum. Vaticinatur enim de illis quæ Sennacherib acciderunt, & de supplicio exercitui illius dato.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**N**otus in Iudæa Deus. In vna quippe nocte, cum tot hostium myriadas lethalem plagam per angelum accepissent, declaratus est Deus omnibus, quod magnam erga Israel prouidentiam gereret, & sese in Iudæa manifestaret.



*Et factus est in pace locus eius.*) Multitudine namque perempta qui reliqui erant aufugerunt, nunciique diuinæ potentia facti sunt. Et huius gratia cum alijs non interierunt. Hinc ciuitas pacem est conlequuta, intellexeruntque vniuersi, reuera Deo, vt in Sion habitaret, placuisse. Deinde ostendit, quomodo notus sit factus.

*Ibi confregit potentias arcuum.*) Ante muros ciuitatis, inquit, armatos & sagittarios hostes fustulit, & arma illorum profus inania reddidit.

*Illuminans tu mirabiliter.*) Pro illuminans, Symmachus reddidit. Splendore magnificentissimus excelles, à montibus venationis. In nostris enim montibus mortis venationi inimicos tradidisti, magnificentissimus & illustris apud omnes declaratus. Miraculo namque ignorantes illuminas, teque Deum esse doces.

*Turbati sunt omnes insipientes corde.*) Arroganti namque contra te animo vsi, subitam passim sunt perturbationem propter animi stultitiam, & cum se putarent securè dormituros, spe sua frustrati sunt. Somnium enim mors est subsequuta. Hoc & historia docet, quod cum exurgerent, mortua inuenerint militum corpora.

*Omnes viri diuitiarum in manibus suis.*) Symmachus sic, Omnes viri potentes manibus suis. Nihil, inquit, profuit eis robur manuum, quo se omnium opes rapere posse sperabant. Et vt doceat, quid ex eo ceperint emolumenti subdit.

*Ab increpatione tua Deus Iacob.*) Renuisti tantum, & confestim prostrati sunt, qui de equitandi gloriabantur industria. Per dormitationem autem facilitatem mortis significauit. Sicut enim dormitans facile cum vult obdormit: ita & illi, breui compendio finem vitæ sortiti sunt.

*Tu terribilis es.*) Quis supplicium per te illatum effugere poterit.

*Ex tunc ira tua.*) Confestim poteris audita blasphemia punire sceleros: verum patienter egisti, respicientiam eorum expectans.

*De celo auditum fecisti iudicium.*) Cælitus, inquit, decernis contra quos lubet. Symmachus, Auditum inquit, facies.

*Terra timuit & quieuit.*) Timore, inquit, repleti sunt omnes, cessaruntque ab impetu quo nos adobruerant, eo quod viderunt te tanquam iudicem sententiam contra ipsos proferre: & eos qui opem tuam prædicarunt, haud vulgari potitos esse salute.

*Quoniam cogitatio hominis.*) Hæc bona conlequuti, cogitationes nostras hymnodicæ consecrauimus, non permittentes, vt vel modica illarum portio ad aliud quicquam curandum vacet.

*Vouete & reddite.*) Hortantur sese mutuo, vt & voueant, & promissa adimpleant. Turpe namque est, si cum id vicini faciant præ metu, qui beneficio Dei potiti sunt, ingrati tudinis morbo laborent. Hoc quippe per sequentia significauit.

*Omnes qui in circuitu eius.*) Dona verò adferunt, qui per facta miracula perterriti sunt: reque ipsa cognouerunt, quod hic sit verus Deus, qui & potentibus mortem inferre potest.

## ARGVMENTVM PSAL. LXXVI.

*Et ipsi Idithum Deo psallentium chorus concreditus erat. Hunc igitur Psalmum vel Asaph vel ipse loquutus Davidis vaticinio subseruiuit: ac simul Israelitarum, qui ad Babylonicam coacti sunt seruitutem, cum cogitationum disceptationes, tum qui ex illis orituri erant, dolores prædixit. Docet autem, qualem etiam Deo precationem offerre conueniat illis, qui à malis liberari petunt. Figurauit verò Psalmum, quasi post reditum ipsorum eadem hæc secum precaturi, Denique laudaturi fuerint.*

## Scholia in eundem Psalmum.

*Voce mea ad Dominum clamavi.*) Serio, inquit, orationem obtuli: & quod petij, celeriter accepi. Deinde & tempus horum ostendit. Dicit enim, In die tribulationis meæ, &c.

*In die tribulationis meæ Deum exquisiui.*) Illud exquisiui, seriam exprimit orationem. Consequenter & modum orationis declarat.

*Manibus meis nocte contra eum.*) Symmachus sic, Manus mea nocte sine intermissione extendebatur. Cum in silentio agerem, manus extendi, pro beneuolentia acquirenda orans, nec spe mea frustratus sum. Hoc enim significat cum dicit, Et non sum deceptus, hoc est, non frustra vigilauit, sed orationis fructum vindemiaui.

*Renuit consolari anima mea.*) Omnem consolationis occasionem abiici. Solam autem Dei mei recordationem refocillationis loco habui.

*Exercitatus sum, & defecit spiritus meus.*) Symmachus sic, Loquutus sum mihi ipsi, animoque defeci continuè, cum mihi ipsi loquerer: ac de malis quæ me premebant cogitarem, desperaui futurum, vt ab illis liberarer, & acerba pertuli mœstitiæ iacula.

*Anticipauerunt vigilas oculi mei.*) Vigilias vocat, noctis diuisiones, secundum quas custodes vigilias suas inter se partiantur & obeunt. Significat autem his verbis, totas se vigilasse noctes.

*Turbatus sum, & non sum loquutus.*) Hoc & 41. psalmo dixit, Turbata est in me ipso anima mea. Neque enim sustinebam alijs reuelare cogitationes meas.

*Cogitavi dies antiquos.*) Priorum tuorum, inquit, beneficiorum memoriam renouaui, cogitauique quanta sint à te maiores nostri beneficia conlequuti, quomodo è seruitute Ægyptiaca liberati sint, quomodo mare rubrum transferint, & quomodo terram promissam acceperint.

*Et scopabam spiritum meum.*) Illud *σκοπαβω*: Theodotion reddidit, *εξευρευνωσει*: id est scrutatus est. Aquila verò *εσκαβω* dixit, id est, fodit. Hæc, inquit, nocte in me ipso inuestigauit, quam ratione Deus tantopere maioribus nostris prouiderit, nos verò afflictos contemnat. Cogitavi vero præterea & ista.

*Nunquid in æternum projiciet Dominus.*) Num omnino nos abnegauit, & alienos à gubernatione sua reddidit.

*A generatione ad generationem.*) Symmachus sic, Consummat dictionem, in singulis generationibus. Etiam, hoc, inquit, timui, quod iam olim singularum generationum terminos producit.

*Aut obliuiscetur misereri Deus.*) Verum iterum me non nihil refocillaui, cogitans Deum ad misericordiam procliuem, non feret vt res nostras quasi obliuioni cuidam tradat, ac misericordiæ suæ fontes ira sua quasi quadam maceria cohibeat.

*Et dixi, Nunc capi.* Cum initium malorum habeam, inquit, nunc erudiri capi. Ego enim per peccatum hanc mihi ipse mutationem conciliaui.

*Hæc mutatio dextera excelsi.* Quæ videlicet pro prioribus beneficijs sinistra supplicia intulit, mutationem siquidem dextera excelsi supplicium vocauit, quasi dextera Dei bona suppeditare consueuerit. At neque istis cogitationibus contentus fuit. Etenim, inquit, commonefeci me ipse etiam bonitatis Domini. Hoc enim significat cum dicit, Memor fui operum Domini.

*Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.*) Vniuersa tua mirabilia, quæ ab initio in nos sunt declarata, in medium proponam, & in his continua meditatione habita, spes meliores non abijciam.

*Deus in sancto via tua.*) Symmachus sic, Deus in sanctitate via tua: Aquila verò, In sanctitate via tua. Sanctus es, inquit, & in sanctis requiescis, in illis habitas, & in ambulat.

*Quis Deus magnus sicut Deus noster.*) Omnes excellis, inquit, Domine. Solus enim quæcunque vis mirabilia operaris.

*Notam fecisti in populis virtutem tuam.*) Omnibus hominibus potentiam tuam manifestaui, quando eos qui populus tuus sunt appellati, Ægyptiaca seruitute liberaui.

*Filios Iacob & Ioseph.*) Progenitorem quidem Iacobum habuerunt, verum ex Iosephi cognatione facti sunt illustres.

*Viderunt te aque Deus.*) Mare aperuisti, diuisumque est pelagus, Symmachus verò, Dedit ather, inquit. Austro namque, vt historia dicit, vehementer flante diuisum est pelagus. Aère verò conuerso, & nubibus coactis, ventus gignitur. Supplicia tua, inquit, more iaculorum, contra hostes progressa sunt: fragore verò tonitruu Ægyptioru curru rotas

rotas impediisti. Hoc autem & historia docet. Factum enim est, inquit, in vigilia matutina, & adspexit Dominus ad castra Aegyptiorum in columna ignis ac nubis, & perturbavit castra Aegyptiorum, &c.

*Apparuerunt fulgura tua orbi.*) Lux enim illa miraculorum instar fulguris vniuersum orbem percutit.

*Commota est & contremuit terra.*) Timore sunt omnes audita potentia tua repleti. Hoc & Raab meretrix ad exploratores dixit, Quoniam timor, inquit, ac terror vester super nos cecidit. Audiuius enim, quomodo Dominus Deus vester rubrum mare ante faciem vestram diuiserit.

*In mari via tua.*) Facile tibi est & mare diuidere, & in multis aquis inequitare, vt tamen nulla relinquant vestigia. Incorpoream enim naturam habes. Hæc autem superioribus adieci. Inuisibiliter enim, inquit, populum tuum duxisti, neque vestigium nobis itineris tui ostendisti.

*Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi & Aaron.*) Per hos enim, inquit, loquutus populum tuum duxisti, & lege tua erudiisti. Horum autem omnium mentionem fecerunt, vt ad misericordiam Deum excitarent, & vt gubernatione ipsius potirentur, obsecrarent.

#### ARGVMENTVM PSAL. LXXVII.

*Cum legem olim Deus filijs Israel daret, præcepit vt in illa & ipsi sedulo erudirentur, & filios suos docerent, ac simul etiam festorum dierum causas filijs suis ostenderent, vt cognitis diuinis beneficijs, grati erga largitorem illorum essent. Docebis enim, inquit, ea filios tuos & filios filiorum tuorum, & custodient mandata Domini Dei, vt bene sit ipsis. Hoc prophetica gratia etiam per hunc præsentem Psalmum fecit. Populum namque & posteros eorum de illis admonet, quia à Deo sunt facta, dejs bonis ab illo præstitis, ac de ingrata mente eorum qui illa acceperunt.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**A**ttendite popule meus legem meam. Hoc edico vobis, vt quæ dicuntur, accuratè audiatis. Propositam enim adhortationem vobis quasi legem quandam adfero.

*Inclinate aurem vestram.*) Hoc est, promptè quæ dicuntur audite. Aperiatur in parabolis os meum. Quoniam enim patres ad vtilitatem posterorum reprehendit, parabolam hanc narrationem vocauit, quod ænigmatica esset, & occultam vtilitatem adferret. Adiecit autem & vetusta problemata, & vt doceret, vnde illa cognouerit, subiunxit, Quanta audiuius & cognouimus ea, &c.

*Et patres nostri annuntiauerunt nobis.*) Ab initio, inquit, qui miracula Dei oculis suis ipsi viderunt, filios suos ea docuerunt, & hi rursus doctrinam hanc ad filios suos transmiserunt. Hoc, inquit, fecerunt, diuinæ legi obediens. Hoc enim subiecit dicens, Et statuit testimonium in Iacob, &c.

*Et statuit testimonium in Iacob.*) Testimonium vocat tabernaculum in solitudine fixum, quod haberet tabulas testimonij. Legem enim, sicut prædiximus, & mandata vocat & testimonia & iudicia, & iustificationes. Et hæc nobis manifestius dicta sunt supra Psalmum 18.

*Et legem posuit in Israel.*) Hoc, inquit, per legis positionem illam præcepit, vt mirabilium suorum narrationem quasi quandam hæreditatem parentes transmitterent ad filios.

*Vt cognoscat generatio altera.*) Nam ad hunc modum illi quæ à patribus suis cognouerunt, rursus eandem doctrinam filijs suis proposuerunt, atque ita indelebilis conseruata est illorum memoria.

*Vt ponant in Deo spem suam.*) Cognita namque potentia Dei, & quomodo ipsis omnis generis bona suppeditet, facile firmam in illum spem obtinebunt, & legibus ab illo positus obediunt.

*Ne sicut patres eorum.*) Cum enim cognitam habeant ingrati patrum mentem, & quomodo Deum transgressionem legis exacerbant non ignorent, ne illorum imitationem retineant.

*Generatio praua & exasperans.*) Illi namque firmam in Deum fidem non sunt adepti, nec recto voluerunt itinere ingredi, sed mentem habuerunt diuinis legibus contrariam.

**A** Filij Ephraim.) Tribum Ephraim præcipuè incusat, vt quæ cultum idolorum plurimi fecerit. Hoc enim & Iudicum docet historia, & Regum tertius. Illi namque & vitulos statuerunt, & à cultu Dei qui secundum legem erat, nouem tribus abduxerunt, atque ita defectionis proximi fuerunt. Hoc potissimum gratia Spiritus sancti præuidens, peccatum reprehendit, quod nondum erat opere factum: conueniensque illis consilium adducit, haud quidem ignorans eos non recepturos adhortationem, at nihilo minus competentem adferens vtilitatem. Postquam autem eos robur & artem sagittandi docuit, timorem etiam illorum incusat. Conuersi enim sunt, inquit, in die belli. Cum enim admodum propter bellandi experientiam insolescerent, ad hostium apparitionem in fugam conuersi sunt.

**B** Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.) Rectè notat animi libertatem. Noluerunt, inquit, secundum legem viuere, nec legitimam completi politiam.

*Coram patribus eorum fecit mirabilia.*) Et vt ostenderet, quando ista perpetrarint, subiunxit, Coram patribus eorum, &c. Deinde & tempus & bellum dicit, & quod omnia mirabilia Dei in Aegypto facta, quorum patres ipsorum spectatores fuerunt, animo eiecerint.

**C** Interrupit mare & perduxit eos.) Breuiter miraculorum Dei narrationem insinuat, & hoc de maris disruptione tantquam reliquorum maximè & excellens præmittit. Naturam enim aquarum, quæ decliua petere solet, vtrinque consistere fecit Deus, verbo suo illam velut vtre quodam cohibens. Quoniam enim vtriusque structura humidam aquarum naturam continere potest, rectè hanc de diuiso mari imaginem, vt diuini verbi potentiam ostenderet, posuit.

*Et duxit eos nube diei.*) Nubes enim per diem radorum solarium molestiam repellerebat, nocturno vero ignis usum præbebat.

**D** Interrupit petram in solitudine.) Non enim breuem aliquam destillationem, sed fontem produxit multis myriadibus sufficientem. Et hoc manifestius per sequentia docuit: Scaturiens enim aqua in multos est diuisa torrentes, largam exhibens sitientibus gratiam.

*Et apposuerunt adhuc peccare ei.*) Veruntamen ne hoc quidem miraculum ingrati animi malitiam eiecit, sed etiam post tanta beneficia diuinæ virtutis experientiam capere voluerunt: & cum cibum peterent, non quod necessarium erat vt acciperent quaesierunt, sed Deum tanquam impotentem accularunt.

*Quoniam percussit petram.*) Est enim aquæ natura procliuus & facilis. Quod namque in lumbis terræ absconditum erat, in lucem est redditum. Cibum autem panis, qui tempore prouenerit, quomodo nobis simul præbebit?

**E** Ideo audiuit Dominus, & distulit.) Quapropter Dominus, inquit, indignatus, & terram illis patribus promissam dare distulit, & varijs eos pœnis tradidit. Non intulit autem illis compendiosum aliquod exitum patienter agens, vt filij eorum succrescerent. Per ignis autem supplicium & B. Moyfi syngrammatis meminit. Hanc enim passi sunt plagam, inquit, quia non crediderunt in Deo.

*Et mandauit nubibus desuper.)* Veruntamen etiam cum tales essent, cibum illis nulla productum agricultura præstitit. Hoc enim subiecta docent.

*Et ianuas celi aperuit.)* Non enim consuetos fœtus nubes exhibuerunt, sed pro pluuia mirabilem escam pepererunt. Ianuas autem, suppeditationem illam cælestem vocauit. Quemadmodum enim nos promptuariorum ianuas aliquid proferre volentes aperimus, ita hic sermo Deum quasi è penur quodam, manna suppeditasse ostendit.

*Et panem cali dedit eis, panem angelorum mandauit homo.)* Panem angelorum vocat, quod per angelos subministratus sit. Angeli namque, sicuti per diuinam scripturam edocti sumus, nutibus Dei subministrant. Dicit enim ad hunc modum Apostolus: An non omnes sunt administratorij spiritus, &c. Panem verò celi tanquam cælitus delatum vocat. Etenim & aues ærinas, volucres celi sacra scriptura appellat.

*Cibaria misit eis.)* Ad saturitatè vsque hunc illis cibum tradidit.

dit. Deinde & carniū suppeditationem narrat.

*Transiit austrum de celo.*) Per ventos enim auium genus coegit, vt circa tabernaculum illorum terram contingerent præcepit, obuiam illis venationem & capturam largitus.

*Et desiderium eorum attulit eis.*) Potiti sunt, inquit, quæ concupiuerant, & gastrimargiam replerunt, verum insatiabilis desiderij pœnas iuxta dederunt.

*Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum.*) Quoniam enim, cum multum diuinæ potentia cepissent experimentum, Deum non crediderunt escam suppeditare posse: castigationem illis intulit, vt se vtraque præstare, & bona exhibere, & pœnas inferre posse ostenderet: veruntamen nihilo minus in delinquendi pernicacia permanerunt. Hoc enim est quod subiunxit.

*In omnibus his peccauerunt adhuc.*) Peccantes enim nullam profectus earum rerum quæ prodesse poterant rationem habuerunt: vanis verò studijs intenti, illaque omni cum diligentia exercentes, ex hac vita excesserunt.

*Cum occideret eos.*) Castigationem illis non frustra intulit. Haud parum enim vtilitatis ex ea reportarunt. Cum enim bonis fruerentur, non senferunt: puniti verò, diuinam benignitatem orantes accesserunt.

*Et dilexerunt eum in ore suo.*) Pollicebantur autem illum se dilecturos, mendacibus vsi verbis. Sermonibus enim cogitata contradicebant, contraria diuinis legibus consulentia, nec verbis Dei credere sustinentia.

*Ipsè autem est misericors.*) Attamen ipse bonitate sua vsus, non sustinuit illos omnimodæ dare perditioni.

*Et abundauit vt auertat iram suam.*) Symmachus sic, Et diu auertit iram suam, & non excitauit exitium, furorem suum. Non intulit eis, inquit, dignum delictis supplicium.

*Et recordatus est quod caro sunt.*) Vidit enim naturæ eorum imbecillitatem, & quòd haud procul abesset, quem accepturi erant, vitæ finem.

*Quoties exacerbauerunt eum in deserto.*) Per hæc omnia diuinam docet patientiam, sicut & ex historia cognosci potest. Nam aliquando vitulum erexerunt & coluerunt, aliquando Beelphegor initiati sunt. Præterea & contra Mosen tyrannidem meditati sunt: & cum manna consequuti essent, ingrati fuerunt. Cum terram promissam occupare iussi essent, timorem prætexerunt: & præter ista innumera alia commiserunt, quæ ne prolixi simus, intacta relinquemus.

*Non sunt recordati manus eius.*) Noluerunt, inquit, prioris beneficij Dei reputare virtutem, per quam seruitute fuerant liberati. Deinceps perpetrata miracula recenset.

*Sicut posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.*) Tanes vrbs regiam Pharaonis sedem habebat. Illic autem Moses pœnas Aegyptijs intulit.

*Et conuertit in sanguinem flumina eorum.*) Et fluuiales & ex pluijs collectas aquas in sanguinis naturam mutauit, sicut contradicentes affligens.

*Misit in eos cynomyiam.*) Cynomyia verò & ranis itæ suæ ministris vsus, acerbos illis dolores intulit: ærugine autem & locustis fructus terræ disperdidit.

*Occidit in grandine vineas eorum.*) Grandine & pruina ipsas etiam arborum radices enecauit: *συκομύρος* sanè alij interpretes *συκομύρος*, id est ficus reddiderunt. Illud, Et tradidit in grandinem iumenta eorum, &c. Symmachus sic vertit, Qui exposuit pesti iumenta eorum, & possessiones eorum alitibus. Subita siquidem morte comprehensi, conuiuium carniuoris facti sunt alitibus.

*Misit in eos iram.*) Furorem, iram & tribulationem acerba supplicia: Angelos verò malos supplicij ministros vocauit. Quod autem malos eos vocat, nec naturæ illorum nec voluntatis nequitiam, sed pœnarum supplicia respicit. Symmachus autem, Angelos affligentes dixit.

*Viam scit semitæ iræ suæ.*) Benignitas eius supplicium non cohibuit, sed locum iustæ castigationi dedit. Hoc autem & per sequentia declarauit.

*Non pepercit à morte animabus eorum.*) Cum enim aduersariam eorum mentem vidisset, sine miseratione supplicia illis intulit. Tabernacula verò Cham, Aegyptum appellauit. Est enim Merom, filius Cham, Merom verò Aegyptus est.

*Et abstulit sicut oues populum suum.*) Postquam eos ad hunc

**A** modum castigauit, in solitudinem populum suum duxit, pastorem gregem minantem imitatus.

*Et deduxit eos in spe.*) Cum enim multa illis potentia sua pignora exhibuisset, iussit eos confidentes esse, nec quicquam metuere. Hoc quidem ab omnium Deo factum est, illi verò potentia Dei confidere noluerunt.

*Et adduxit eos ad montem.*) Illinc igitur liberatis terram dedit quam promiserat. Per montem enim Sion, vniuersam terram significauit.

*Et eiecit à facie eorum gentes.*) Terram enim hanc ab illis qui iam olim in ea habitabant, liberauit, ac dominium eius filijs Israel iuxta promissiones suas dedit. Hoc enim significat quòd dicit, In funiculo distributionis. Habitationem enim nacti solent eam metiri. Sortes verò ac distributiones terræ huius exactius historia Iesu Naue docet.

*Et habitare fecit in tabernaculis eorum.*) Terram enim iuxta tribus diuisit. Posteaquam ad hunc modum incredulitatem eorum quam in solitudine ostenderunt commemorauit, iam etiam præuaricationes eorum in terra promissionis narrat.

*Et tentauerunt & exacerbauerunt Deum excessum.*) Post tanta ac talia beneficia in præuaricatione manserunt.

*Et auerterunt se & non seruauerunt pactum quemadmodum patres eorum.*) Patrum præuaricationem imitati sunt, quorum supplicium viderant, nihilo inde meliores facti. Arcus enim, si quid auersi & obliqui receperit, tela quæ mittuntur recta dirigere nequit. Sic & illi, quoniam mentis rectitudinem corruperant, non sunt diuinis beneficijs, vt oportebat, vsi: sed & vtilitatis occasiones, in causas nocimenti mutarunt.

*Et in sculptilibus suis.*) Cum bona accepissent à Deo, seruiuerunt idolis.

*Auduit Deus & spreuit.*) Hoc est, Cum opus haberent prouidentia ipsius, hac illos non est dignatus. Hæc autem clarius Iudicum historia tradit. Tradidit enim eos nunc Ammonitis, nunc Madianitis, pœnas impietatis de illis sumens.

*Et ad nihilum redegit valde Israel.*) Populum enim hunc nominatum ac celebrem vicinæ gentes facile debellarunt.

*Et repulit tabernaculum Silom.*) Hæc deinceps initium Regum docet, de Heli principe sacerdotum ac filiorum illius præuaricatione commemorans.

*Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum.*) Virtutem & pulchritudinem eorum, arcum dicit. Cum enim hanc Ophni & Phinees ad auxiliandum cognatas tribus in castra extulissent, præuaricationis suæ pœnas dederunt. Arcam verò Philistæi nacti, Dagon Deo suo velut spoliū quoddam obtulerunt. Erat autem Dagon idolon, quod colebant & adorabant.

**E** *Et conclusit in gladio populum suum.*) Tradidit enim eos in manus hostium, propter præuaricationem excessum.

*Et hereditatem suam spreuit.*) Hereditatem eos nominauit, quòd maximè à Deo plurima semper potiti essent cura & prouidentia. Et Moses sic dicit, Funiculus enim hereditatis eius. Deinde & supplicij genera recenset.

*Iuuenes eorum comedit ignis.*) Hos quidem igni tradidit. Virginum verò non est solitus factus luctus, eo quòd suis ipsius quisque malis esset occupatus. Ophni & Phinees, sacerdotes eorum qui arcam ipsam attulerant, cæsi sunt. Docemur his gestis, non esse illis diuinæ confidendum prouidentia & gubernationi, qui iniquè viuunt.

*Et vidua eorum non plorabuntur.*) Veruntamen cum istis eos supplicijs subiecisset, etiam hostes eorum præstitas ab ipsis causas fuisse docuit.

*Et excitatus est tanquam dormiens Dominus.*) Patientia namque veluti somno quodam reiecta, Philistæis plagam intulit, propter quem coram omnibus facti sunt ignominiosissimi. Dicit autem de passione agni, quam & historia & prophetia tradit. Dicit enim, Percussit inimicos eorum in posteriora, pudoris partem plagam accepisse ostendens. Somnum verò, patientiam: crapulam ex vino, indignationem vocauit.

*Et repulit tabernaculum Ioseph.*) Iterum reliquis tribubus relictis, solius Ephraim meminit, futuram illius tyrannidem præuidens.

Angeli mali.

præuidens. Ex hac enim Hieroboam ortus est, qui decem A  
tribus à regno Dauidico abscidit: Ioseph verò & Ephraim  
eandem tribum dicit. Filius enim Ioseph, Ephraim est. Re-  
pullum autem tabernaculum illius esse dicit, eo quòd arcæ  
gratia in Silo non mansit: sed Ierosolyma translata est, vbi  
postea & Salomon diuinum templum construxit.

Tribus Iu-  
da.

Et elegit tribum Iuda.) Tribum Iuda propter virgam quæ  
ex Iesse floritura expectabatur, elegit. De hoc verò germine  
& Iacob cum Iudam benediceret, vaticinatus est. Meminit  
autem eius & Paulus dicens, Manifestum autem est, ex Iuda  
ortum esse Dominum nostrum Iesum Christum: propter  
hunc igitur tribum Iuda præ alijs elegit. Quoniam myste-  
rium hoc reliquis admodum erat ignotum, admodum dilu-  
cidè subiunxit, Montem Sion quem dilexit, vti aliarum tri-  
buum liuorem extingueret, tantùm non dicens, Nullam  
proflus zelotypiæ causam concipiatis. Propter montem  
Sion enim tribum Iuda elegit. Aliàs & ob eam causam mon-  
tem hunc venerabilem esse ostendere volunt, quòd con-  
struendum esset in eo templum.

Vnicornis.

Et edificauit sicut vnicornis.) Vnicornem vno cornu arma-  
tum esse dicit. Vnum autem adorandum esse Deum, & lex  
docuit. Rectè igitur vnicorni, vnicum illud templum vni  
Deo consecratum comparauit.

In terra fundauit eam in secula.) Symmachus sic, In terram  
quam fundauit in seculum. Consimiliter & alij interpretes.  
Quemadmodum enim, inquit, vnam condidit terram: ita &  
Iudæis vnum construere templum præcepit.

Et elegit David seruum suum.) Simul & Dauidis virtutem,  
cum eum seruum Dei nominauit, & magnificentiam Dei  
his verbis declarauit, Sequentem fœtas, inquit. Non enim  
perfectus pastor, sed minister pastoris fuerat, fœtas oues se-  
quutus.

Pascere Iacob seruum suum.) Ex hoc diuinæ gubernationis  
excellentiam ostendit. Non enim eum quibusuis ouibus  
pastorem præfecit, sed posteros Israelis, qui aui sui cogno-  
mentum acceperunt, quos sibi ipsi velut hæreditatem attri-  
buit. Neque enim ille erga diuinum beneficium ingratus  
fuit, sed simplicitate, prudentia mixta, secundum normam  
diuinarum legum eos direxit & gubernauit.

Et pauit eos in innocentia cordis sui.) Simile est istis præceptum  
Domini, quo dicit, Estote prudentes sicut serpentes, & sim-  
plices, sicut columbæ. Etenim vtraque exterminata malicia,  
illinc serpentis versutia, hinc columbæ ad obsequendum incau-  
ta facilitate, laudabilem commiscuit virtutem.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXXVIII.

De Antiochi cognomento illustri, contra populum Iudæorum furore,  
propheticus hic sermo vaticinatur. Oraculum autem in formam orationis  
figuratur, quasi illa à pijs tunc futuris, nondum quidem victis, verùm  
adhuc calamitatibus adobrutis, fuerit proferenda.

#### Scholia in eundem Psalmum.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.) Perspicuè illos  
Spiritus sancti gratia docuit, ne suas passiones pri-  
mùm narrarent: sed impietatem illam quæ in sanctum tem-  
plum audacter erat perpetrata, quòd templum illud nihil  
contra diuinam legem deliquisset. Gentes, inquit, impiè &  
iniquè viuentes, hæreditatem tuam obtinuerunt. Ausæ sunt  
enim adyta templi inuadere, & aris dæmonum sancta tua  
polluere.

Posuerunt Ierusalem.) Proflus enim totam urbem populati,  
effecerunt vt Ierusalem veluti custodia pomorum facta, ni-  
hil differat à tabernaculo.

Carnes sanctorum tuorum.) Tanta namque sunt feritate ad-  
uersum cultores tuos vsi.

Effuderunt sanguinem ipsorum.) Animum ad homicidia propen-  
sum habentes, ista sunt ausi, & ne sepulchris quidem  
dignati sunt occisos.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris.) His de causis irrisio-  
facti sumus obnoxij apud finitimos. Vicinos autem Philis-  
tæos, Idumæos & alias finitimas gentes vocat, quæ perpetuò  
Iudæis aduersæ & hostiles erant.

Vsq; quòd Domine irascaris, in sinem accendetur velut ignis zelus

tuus?) Cum legem daret Deus præcepit ne quem alium  
Deum adorarent. Quoniam, inquit, ego Dominus Deus  
tuus zelotes sum, ignis consumens. Horum hic & prophe-  
ticus sermo meminit. Accendetur, inquit, velut ignis zelus  
tuus: quasi dicat, Ne plurimùm irascaris Domine, neue zelum  
tuum contra nos, propter delicta nostra instar ignis ac-  
cendas.

Effunde iram tuam in Gentes.) Quoniam de hominibus pec-  
catorum pœnas exigis, oro iram tuam in eos transferas, qui  
nomen tuum omnino cognoscere nolunt, sed extrema impietati seruiunt.

Quia comederunt Iacob.) Est & hoc manifestum iniquitatis  
illorum indicium. Cum enim, inquit, nihil sint mali à nobis  
passi, & nos & ciuitatem & agros perdidimus. Illud verò,  
& locum eius desolauerunt: Aquila reddidit, Et speciem  
eius: Symmachus, Et pulchritudinem eius Theodotion, Et  
decorem eius, quibus potissimùm diuina domus significata  
est. Rectè autem populum hunc Iacob vocauit, vt patriar-  
chæ huius mentione Deum ad misericordiam excitaret.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.) Pij erant  
qui hanc orationem offerebant. Est enim celebris Ma-  
chabæorum virtus, Rectè igitur orant, ne priorum pec-  
catorum pœnas de populo exigat. Hoc autem multam il-  
lorum virtutem ostendit, quòd orant, nullam fieri præterito-  
rum peccatorum memoriam, & præsentem abscondi impietatem.

Citò anticipent nos miserationes tue.) Quàm citissimè opem  
tuam inexpugnabilem porrige Domine. Sumus enim pro-  
uidentia destituti. Te verò solum adiutorem habemus ac  
seruatorem.

Propter gloriam nominis tui.) Nusquam suæ ipsorum vir-  
tutis recordantur, sed propter nomen Dei orant, vt diui-  
no potiantur auxilio. Nam blasphemia eorum qui mali-  
ciosè contra nomen tuum agunt, progreditur & augetur.  
Oramus igitur vt neglectis nostris delictis calamitates istas  
transferas, & potentiam tuam illam non agnoscentibus  
ostendas.

Ne quando dicant Gentes.) Alij interpretes, quasi hoc iam  
tum factum sit, dixerunt, Quare dicunt gentes, Vbi est  
Deus eorum? Hoc est, inquit, quod me cruciat, quòd  
gentes blasphemiam contra te spargere, & subannando  
dicere audent. Vbi est Deus vester, quem Ægyptum flagel-  
lassè, & reliqua omnia vulgata illa & decantata perpetrassè  
dicitis?

Et innotescat Gentibus.) Oramus igitur, vt & ab illis ho-  
miciij pœna sumatur, & reliqui omnes iustam tuam sen-  
tentiam nobiscum, & propter occisos tuos cultores iram  
videant.

Introeat in conspectu tuo.) Obsecro vt adspicias eos qui adhuc  
superstitibus quidem, vinculis tantùm subiecti sunt, ac mor-  
tem expectant: nec velis omnimodum contra genus no-  
strum exitum decernere, sed occisorum filios quasi tene-  
ram ex illis segetem conseruare.

Redde vicinis nostris septuplum.) Non significauit his verbis  
certum quandam numerum, sed orauit vt maximum de fi-  
nitimis propter blasphemiam sumeretur supplicium. Tale  
est & illud, Quoniam sterilis peperit septem, hoc est, mul-  
tos. Sinum verò, ex eorum metaphora dixit, qui in sinu ali-  
quid cautè retinent, ne quid excidat: quasi dicat, Imple illos  
calamitatibus sine intermissione vrgentibus.

Nos autem populus tuus.) Nos autem, inquit, populus tuus  
appellati, & grex tuus nominati, assidue tibi hymnos offerem-  
us: & gratias istas conscriptas pro accepto beneficio refe-  
rètes, ad posteros narrationem istorum proferemus. Quod  
verò dicit, Confitebimur tibi, gratiarum actionè significat.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXXIX.

Quarundam rerum mutationem præsens hic psalmus dicit. Hoc enim  
significat & restatur mutationis verbum, in epigrapha positum: Qua-  
propter & testimonium præmissum est. Vaticinatur autem Spiritus  
sancti gratia Iudæorum in Babilone captiuitatem & seruitutem. Figu-  
ratus est verò in orationem ad Deum hic psalmus, tanquam ab illis ipsis  
oblatus. Docet enim eos prophetica gratia, qualibus oportet ad Deum ver-  
bis placari, & ad misericordiam excitari. Prædicat autem & salutem,  
qua mortalibus erat per Christum aduentura.

Scholia in eundem Psalmum.

**Q**ui regis Israel intende.) Te Domine, qui populo tuo pastoris in morem prouides, precationem meam fulcias oro.

**Qui ducis velut ouem Ioseph.)** Cum Ioseph in fratres veluti lupos quosdam incidisset, ex illorum manibus eum liberasti. Duxisti eum in Ægyptum, atque superiorem insidiatoribus suis reddidisti. Postquam ita curam Dei erga illos declaratam exposuit, ad generaliore potestatem ac prouidentiam transit.

**Qui sedes super Cherubim.)** Quoniam hos solos Moses vasculis quibusdam in sancto sanctorum suspenderat, & inter illos propitiatorium collocauerat, perque illud diuina quædam sacerdotibus apparitio fiebat: rectè hoc loco & Cherubim meminit, eumque; qui illis infidebat, vt appareret orauit.

**Coram Ephraim.)** Vt populo tuo appareas oro. Per dictas enim tribus totum populum significauit. Meminit autem harum tribuum, eo quod & Iosephi mentionem fecit, cuius Ephraim ac Manasse filij: Benjamin verò, vterinus frater fuit.

**Excita potentiam tuam & veni.)** Deum velut patientem ac lenem excitat. Omnem, inquit, potentiam tuam exere, vt salutem nostram astruas.

**Deus virtutum conuerte nos.)** Libera nos à seruitute, ac reditum largire. Deinde & rei huius facilitatem docet.

**Et ostende faciem tuam, & salui erimus.)** Poteris enim, inquit, calamitates istas abundè satis dissoluere, si tantum compares.

**Domine Deus virtutum.)** Quousque, inquit, orationes meas negligis, peccatis meis iratus: Seruum autem eius, populum nominat. Alij siquidem interpretes, Super orationem populi tui: pro, Serui tui posuerunt.

**Cibabis nos pane lachrymarum.)** Tempus hic mutatum est. Nam alij interpretes, Cibasti nos pane lachrymarum, dixerunt, & potasti nos lachrymis in mensura. Dicit autem, Et cibum & potum nostrum lachrymis miscuisti. Plorantes enim, necessarium cibum sumpsimus. Posuit autem hoc, pro, Supplicium peccatis nostris admensurasti. Ita & Dominus, Qua mensura, inquit, mensi fueritis, mensurabitur & vobis. Et Zacharias cum hanc mensuram vidisset, de Babylonis exito vaticinatus est. Dicit enim se duas vidisse mulieres, alas habentes vpupæ, & amphoram portantes, illamque in Babylonem deferre iussas. Docemus his, quæ sit diuini iudicij æquitas.

**Posuisti nos in contradictionem.)** Probrum facti sumus vicinis gentibus, quæ inimico erga nos sunt animo.

**Deus virtutum conuerte nos.)** Apparitione tua nebulam calamitatum dispelle & reditum largire. Es enim potens ac Dominus virtutum. Deinde vetera beneficia recenset, orans vt consimili prouidentia potiatur.

**Vineam ex Ægypto transfulisti.)** Tu Domine potentatum Ægyptiorum iniuste agentium destruxisti, tu Cananæorum gentes omnimodo excidio tradidisti: ac populum tuum, quasi quandam vineam, ex Ægypto translatum, omnem illi itineris successum largitus, in ipsa Cananæorū terra plāstasti.

**Operuit montes vmbra eius.)** Quoniam populum tropicè vineam nominauit, in eodem tropo pergit, & vicinarum gentium robur montes: potentiam Israelis illis imminentem, vmbra: sublimes principes, qui principatus à Deo sortiti fuerant, cedros Dei: arbuta verò, cedros contegentia, Israeliticum regnum, illustrius illis factum vocat. Hoc autem sub Dauide & Salomone factum esse nouimus. Nam Dauid quidem non solum à Philistæis ac Iudæis, sed & à Syris vtrisque tributum accepit. Ad Salomonem verò etiam Æthiopia regina profecta est, ita factus erat ille coram omnibus nominatus ac celebris. Palmites vineæ, multitudinem populi: propagines verò, profelytos qui ex gētibus accesserāt, cognitioneq; Dei amplexi fuerāt, dicit. His autè priorè huius populi prosperitatè declarauit.

**Vt quid destruxisti maceriam eius?)** Maceriam securitatem vocauit. Quod enim vineæ est maceria, hoc prouidentia Dei illis est, qui ea digni habentur. Viam autem prætergredientes, hostes dicit. Quemadmodum enim viatores vineam incustoditam pro arbitrio vindemiant: ita & qui diuina destitutus est custodia, lædere volentibus redditur expositus.

**A** Vastauit eam aper de flua.) Præcipuos Allyriorum incurfus his verbis significauit. Salmanasar enim & Sennacherib alias ciuitates depopulati sunt: Nabuchodonosor verò obsessa Ierusalem, eos qui mortem fugiebant, captiuitati tradidit. Et quoniam Ierusalem vineam appellauit; rectè aprum syluestrem, hostem illius nominauit. Est autem ea bestia insidiosa vineæ. Vocat eam singularem feram, eo quod singulariter ac separatim agat, & reliquis sit ferocior; ac consuetudinem illarum auerictur. Quoniam igitur & Nabuchodonosor ferocior erat alijs regibus, rectè illum singularem feram nominauit.

**Deus virtutum conuerte.)** Obsecro igitur te potentem Dominum, vt cælitus vineæ huius læsionem videas, ac quod passa est curare digneris. Tua siquidem prouidentia priorè illi prosperitatem dedit. Dexteram autem, prouidentiam vocat. Quam plantauit, inquit, dextera tua.

**Et super filium, quem confirmasti tibi.)** Docet hic progernationem seruatoris Christi. Orat enim, vt cura digna habeatur hæc vinea, propter eum qui vinū erat ex ea sumpturus, quem manifestè filium hominis appellauit. Et Dominus in Euangelij, Deus simul & homo existens, se ipse filiū hominis nominat, appellatione à visibilinatura sumpta. Docet igitur eos qui captiui erant facti, vt Deū orent, quo clementiam aliquam ostendat erga hanc vineam, propter nascituram ex ea salutis radicem. Et Dominus, Ego sum, inquit, vitis vera. Vt homo siquidem, vinea: vt Deus verò, agricola est. Quoniam enim ex hac vinea germinauit, quæ inutilis erat facta, vera ipse factus est vitis: & palmites maximos, credentium in se multitudinem, produxit. Horum vmbra, reuera montes operuit, & arbuta cedros: hæc est vera vinea. Extendit palmites suos vsque ad mare, & ad flumen vsque propagines suas. Propter hanc orant, vt & illa clementia potiatur, varias illius afflictiones recensentes.

**Incensigni.)** Hinc potissimum liquet, quod de illis vaticinetur, sicuti nonnullis videtur, quæ Israeli abs Babylonio & Antiocho acciderunt. Babylonius quippe & templum incendit, & maximam vrbs partem igni tradidit. Ita & hic dicit, Non solum vindemiato fructu abierunt: sed & vineam ipsam subruerunt, ac radicibus euulserunt, igneque consumpserunt.

**Fiat manus tua super virum dextera tua.)** His enim ex nobis sumptis primitijs vniuersa mortalium natura verum Deum agnosceret, & exhibitam sibi benignitatem laudabit.

**Viuificabis nos.)** Hoc autem modo mors quoque destruetur, ac nos æternam vitam adipiscemur, te Deum seruatore adorantes.

**Domine Deus virtutum.)** Propter salutem itaque quæ propter nos est futura: afflictiones nostras solue, reditumque largire. Nam si modò apparueris, salutem consequemur.

Scholia in Psalm. LXXX.

**E**xultate Deo adiutori nostro.) Symmachus, Celebrate dixit: Aquila, Laudate, Offeret, inquit, Deo hymnum gratiarum actionis, qui nobis prouidentiam suam impertiuit.

**Iubilate Deo Iacob.)** Triumphalis est iubilus, sicuti sæpe numero diximus. Hortantur itaque se mutuo vt Deo, qui victoriam dedit, hymnodiam adornent.

**Sumite psalmum, & date tympanum.)** Varijs instrumentis vsi diuinam melodiam concinebant, sicut historia Paralipomenon docet. Denunciat igitur hic sermo choris illis, vt mutuo inter se suauissimum organorum illorum sonitum reddant: & alij lyris, alij tympanis, alij citharis Deum laudent. Psalterium verò, Symmachus lyram vocauit.

**Buccinate in neomenia tuba.)** Præceperat Deus sacerdotibus, vt tubis vterentur. His autem populū de tubis, quæ in monte claxerunt, admonebant. Cum enim Deus in monte Sina illis loqueretur, Vox, inquit, tubæ insonuit vehementer. Et isti igitur reditum consequuti, diuinoq; auxilio potiti, merito cum alijs organis & tubis vti iubent.

**Testimonium in Ioseph posuit illud.)** Ioseph hic totum populum vocat. Quoniam enim Ioseph illis author ingressus in Ægyptum fuit, ob eam causam populum ex eo nominauit,

Zach. 5.

Vinea Domini.

Maceria.

Hoc autem est quod dicit, quod hanc isti populo legem dederit Dominus, cum eos ex Aegypto liberaisset. Dein exhibita beneficia recenset.

*Linguam quam non noverat audiuit.*) Haec enim tanquam diuinam vocem perceperat: sed hanc primum in solitudine, cum legem acciperet, audiuit.

*Diuerit ab oneribus dorsum eius.*) Labores in Aegypto, acerbam seruitutem, & operam conficiendorum laterum his verbis significauit. Hinc personam Dei inducit, ipsis loquentem: ac quod primum reliquorum beneficiorum fuit, rememorat. Dein admonitionem & consilium adfert.

*In tribulatione inuocasti me, & liberaui te.*) Ingemiscebas in Aegypto laboribus miserè afflictus, ubi te confestim benignitate mea dignatus sum. Hoc & historia docet. Ingemiscebant, inquit, filij Israel, propter operum duriciem.

*Exaudiui te in abscondito tempestatis.*) Symmachus sic, Exaudiui te per absconditum tonitruum. Et alij similiter tonitruum posuerunt. Declarat autem his verbis, quod cum natura sit inuisibilis, omnibus tamen manifestam salutem velut tonitruum quoddam, per plagas quibus Aegyptios percussit, operatus sit: omnibus significans, quanta Israel cura prouideat.

*Probaui te apud aquam contradictionis.*) Cum in Maran uenissent, atque aquam amaram reperissent, uociferati sunt contra Moysen, murmurantque contra Deum. Igitur ob hanc causam hoc nominis locus iste accepit. Dicit itaque, Reprehendi apud aquam illam animi tui ingratitude. Qualitatem autem eius facile mutauit, & ex acerbitate dulcedinem reddidi.

*Audi popule meus, & contestabor te.*) Cum igitur experimentum potentiae meae ceperis, accipe quas tibi leges propono. Est enim haec contestatio, qua tibi tam inobedientiae poenam, quam obedientiae uilitatem praedico.

*Non erit in te Deus recens.*) Habet ista & prooemium legis. Ego enim, inquit, sum Dominus Deus tuus. Et hic igitur praecipit dicens, Alienum ac recentem Deum non adorabis, Redarguant ista & Arrij & Eunomij insaniam. Si enim unigenitus patri non est homioousus, utique rectè uocabitur alienus. Et si fuit tempus aliquod, quando non erat: ergo recens est, & non sempiternus. Diuinam ergo legem manifestè, alienum ac recentem Deum adorantes transgrediuntur. Verum non est commodum hic illorum arguere deliria. Sufficenter tamen & ista praeruaricationem eorum redarguunt.

*Dilata os tuum, & implebo illud.*) Exhibe, inquit, per obedientiam te ipsum morigerum, & accipe bonorum abundantiam. Sermonem autem hic ad reprehensionem transfert.

*Et non audiuit populus meus.*) Ego quidem hoc illi consilium obtuli: ipse uero neque audire, neque attendere dictis meis sustinuit.

*Et dimisit eos secundum desideria.*) Symmachus sic, Dimisit igitur eos placito cordis eorum, ut ambularent in suis ipsorum consilijs: Aquila uero, Eieci eum, inquit, in tortuositate cordis eius, ibunt in consilijs suis. Cum enim, inquit, immorigerum eum esse uiderem, gubernatione mea illum priuauit, permisi que, ut suis ipsius feratur cogitationibus. Exposita est autem ob oculos ad contemplandum uolentibus, prophetiae huius ueritas. Destituti siquidem ope diuina Iudaei, uilibet dispersi, ac serui pro liberis facti sunt, diuinationibusque & daemoneum incantationibus utentes, Deum adorare nolunt.

*Si populus meus audisset me.*) Si uero adhortationibus meis acquiescisset, & praecipis meis obediisset, in instanti & momento (hoc enim est quod dicit, In nihilo) inimicos eius dissipasset.

*Inimici Domini mentiti sunt ei.*) Aquila sic, Qui Dominum odio habent, negabunt. Christum enim negando seipsi hostes Domini constituerunt, mentientes ei, & imita foedera transgredientes. Postquam enim lata esset lex, respondit, inquit, omnis populus, Omnia quaecumque dixit Dominus Deus faciemus & audiemus. Et promissiones quidem illorum tales fuerunt, facta uero contraria. Dominum quippe apparentem crucifixerunt. Verum acceperunt impietatis praemium, perpetuum uidelicet excidium. Hoc autè & prophetia expressit.

**A** *Et erit tempus eorum.*) Clarius Symmachus. Cum enim dixisset, Qui Dominum odio habent, mentientur ei: subiunxit, Sed erit tempus eorum in seculum. Tempus autem uocat calamitates. Dicit igitur, In has calamitates Iudaei non ad certum aliquod tempus incident: sed in seculum in illis diuina prouidentia destituti, permanebunt.

*Et cibauit eos ex adipe frumenti.*) Multa, inquit, ingratitude laborantes, non sunt eorum recordati bonorum, quae iam ipsis fuerant exhibita. In solitudine namque iucundissimam illis aquam ex petra produxerat, quam sitientes mellis instar dulcem esse arbitrabantur. In terra uero promissionis, abundanter illis quos ea terra proferebat, fructus largitus fuerat. Per frumentum autem, & aliorum fructuum suppeditationem significauit.

### Scholium in Psalm. LXXXI.

**D** *Eus stetit in synagoga deorum.*) Iudaeorum principes deos nominauit, ut quibus iudicandi potestas esset concredita. Ita eos & Lex ipsa uocat: Dijs tuis, inquit, non maledices, & principi populi tui ne detrahas. Quoniam enim Deus uerè iudex est: homines uero & ipsi administrationem iudicij usurparunt: appellati sunt dij, tanquam Deum hac in re imitati. Verum eos qui non iuste iudicant, nec iudicij lancem immotam retinent, iustus hic iudex reprehendit, & de iusto iudicio, quo ipse sit iudicaturus, praedicit.

**C** *Usquequo iudicatis iniquitatem.*) Usquequo non profertis sententiam, quae muneribus non sit corrupta: sed potentium iniustitiam redarguere detrectatis, & pauperes ab illis iniuria affectos contemnitis?

*Iudicate egeno & pupillo.*) Uterque siquidem auxilio opus habet. Cum igitur ad hoc deputatus sis, ut istis manum porrigas, noli acceptum munus negligere.

**D** *Humilem & pauperem iustificate.*) Ne sit pauper iniuste agentibus expositus, cum uobis sit iudicandi concredita potestas.

*Nescierunt neque intellexerunt.*) Verum uerborum meorum luce illustrari noluerunt, quapropter uelut in nocte ac caligine agentes, republicam administrant.

*Moueuntur omnia fundamenta terrae.*) Propter hanc iniustitiam uita eorum perturbatione repleta est.

*Ego dixi, Dj estis.*) Ego quidem uobis dedi ut eodem quo ego nomine appellemini, ac filios meos uos uocauit.

*Vos autem sicut homines moriemini.*) Symmachus sic, Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus principum cadetis. Honorem enim uestrum ignorantibus, idem uobis accidit, quod diabolo: qui cum principatum à me accepisset, nec illo uellet competenter uti, honore illo excidit. Eandem autem cum alijs hominibus sortem subijstis, nullam omnino gloriam post mortem habentes. Vbi ad hunc modum hic sermo, iustorum iudicium reprehensionem exequutus est, uerum & iustum iudicem orat, ut ipse orbem iudicet.

*Surge Deus, iudica terram.*) Hoc autem manifestè Christi iudicium significat. Ad ipsum enim secundum humanitatem dixit Pater: Pete à me, &c. Etenim tale quid Propheta orat, ut uelociter compareat, & iuste iudicet, ac iniusti iudices cessent: Iudaeorumque haereditatem relinquat, & in huius locum Gentes suscipiat, atque uniuersis mortalibus salutem suppediter.

### ARGUMENTVM PSAL. LXXXI.

*Post reditum à Babylone, cum Gentes urbi Ierusalem uicine templi renouationem uiderent, contra Israellem congregati sunt, ac reliquas Barbaras nationes collegerunt, bellumque contra Iudaeos mouerunt. Et haec Joel & Ezechiel, Micheas & Zacharias praedixerunt. Vicerunt autem Israelitae hos omnes, sub duce Zorobabel, calutis auxiliante Deo, ac hostium audaciam confringente. Et haec quidem psalmus iste praedixit. Est autem propheta Spiritus sancti, in formam orationis figurata, docens eos, qui tum impugnantur, quomodo Deum placare oporteat.*

## Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus quis similis erit tibi.) Ne vn̄uersa quidem cūm angelorum tum hominum natura potentia tuā quicquam damni inferre poterit. Habet enim illa incomparabilem virtutem. Illud autem, Quis, pro Nullus posuit.

Ne taceās.) Precamur ne consueta lenitate vtare. Hoc enim est quod dicit, Ne placidē agas. Sic enim Symmachus reddidit, Ne mansuetē agas. Docet autem & interpellationis huius causam.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.) Maris, inquit, in morem contra nos, arrogantia vsi, insonant: qui propterea quod tibi sunt inimici, bellum hoc contra nos orti sunt. Contra te si quidem inimicitiam exercentes, populum tibi dicatum obdident.

Consilium cogitauerunt aduersus sanctos tuos.) Symmachus pro Aduersus sanctos tuos, Aduersus, inquit, absconditos tuos. Aquila, Aduersus absconditum tuum, ita & Theodotion. Quoniam ex illis Christus secundum carnem nasciturus erat, venissent autem Gentes hoc animo, vt Iudæorum gentem radiciter extirparent: hanc eos orationem Spiritus sanctus Deo offerre docet, vt dicant, Non solum in nos infidijs istis sunt vsi, sed & aduersus absconditum tuum, qui in nobis est absconditus, quem ex tribu Iuda oriturum prædixisti. Hoc autem Deus & per Esaiam significauit, dicens, Quemadmodum si inueniatur acinus in racemo, dicunt, Ne disperdas eum (est enim in illo benedictio Domini) ita faciam propter eum qui seruiuit mihi. Propterea non perdam omnes, & educam ex Iacob, & ex Iuda: Semen & tunc, inquit, quod reliquum est, tradam. Igitur propter vnum acinum totus racemus, imò magis, tota vinea diuinam est prouidentiam consequuta. Hoc sanè & hic orantes dicunt, Quoniam non solum contra nos, sed & contra absconditum tuum insanire audent. Huic autem & sequentia consonant.

Et non memoretur nomen Israel ultra.) Omnimodo excidio & obliuioni Israelem tradere volunt. Dein recenset finitimas Gentes, cum quibus & aliæ nationes vocatæ ad bellum uenerunt.

Aduersum te testamentum.) Qui uerò bellum contra te concorditer susceperunt, sunt isti, Tabernacula Idumæorum, &c. Idumæi genus suum traxerunt ab Esäu. Edom enim Esäu nominatus fuit: Ismaelita uerò, sunt Ismaelis posterii. Moab, fuit filius Loth. Et ex hoc gens quædam constitit, Agareni. At tribus Ismaelis ab Agar est nominata. Fuit autem illa Ismaelis mater. Gebal uerò & Ammon & Amalec, & ipsi sunt posterii Esäu. Et ab his sanè gens quædam orta est, Ammon fuit filius Loth. Sunt autem isti portio Arabia. Gebaleni uerò vicini sunt Iudææ. Allophylos uerò alij interpretes Philistæos interpretantur, quos nos Palestinos nominamus. Nam hi soli è gente Cananæorum in terra relictæ, & iuxta Israelem habitantes, rectè Allophyli, id est, alienigenæ, discriminandi gratia sunt uocati.

Etenim & Assur.) Assyrij non regnabant amplius eo tempore. Innuit ergo hic sermo, Samaritas, exules Assyriorum, qui post captiuitatem decem tribuum in ciuitatibus illarum habitauerunt.

Fac illis.) Priorum beneficiorum recordantur, idem quæ denuò grati existentes, auxilium petunt. Hos duces Barac & Debora prophetissa disperdidit.

Pone principes eorum, sicut Oreb & Zeb, &c.) Et horum historia Iudicum meminit. Intererunt autem eos Gedeon, qui diuina gratia dux belli erat. Orant igitur, vt ad horum exemplum sui quoque hostes dissipentur, ac causam huius docent.

Qui dixerunt, Hereditate possideamus sanctuarium Dei.) Fero-ciant enim confidenter, & templum tibi dicatum occupant. Hoc enim est quod hic sanctuarium uocat, Symmachus pro sanctuario *ἱερατεῖον*, id est, aulam dixit. Ex hoc loco totum argumentum psalmi dilucidum est factum. Quoniam enim reuersi templum reedificauerunt, propter hoc autem non omnis perfectus erat legalis cultus, cuius gratia secundum legem non licebat duplicem habere cultum:

**A** propter legalem autem cultum, Gentes illæ urbi vicinæ Iudæis erant inimicæ, ideoque totum belli impetum uertebant aduersus templum, vt cum illo simul & gentem & legalem cultum è medio tollerent.

Deus meus pone illos vt rotam.) Hoc est, iube illos varijs calamitatibus circumuolutari ac subuerri.

Sicut stipulam ante faciem venti.) Disperde eos instar stipulæ à vento agitata.

Sicut ignis qui comburit syluam.) Sicut in syluis nonnunquam flamma arboribus à uementiore vento agitatis & inuicem attritis, attritioneque calorem efficientibus, ac paulatim sese incenditibus, ultro exurgit, confimili modo orant, vt & isti inter se mutuo consumantur, suæque iniquitati tradantur, secundum prophetiam quæ dicit, Ite in luce ignis uestri, & in flamma quam incendistis.

Imple facies eorum ignominia.) Spe namque eorum quæ uoluerunt frustrari, ac ignominia repleti, potentiam tuam cognoscent.

Erubescant & conturbentur in seculum seculi.) Apprecantur inimicis bona, etiam impugnat. Orant enim vt pro audacia & ignominia diuinæ cognitionis fructum reportent, atque simulacris liberati per experientiam discant, quòd ipse solus fit & Deus & Dominus.

## ARGUMENTVM PSAL. LXXXIII.

**C** Duplex est psalmi huius propheta. Prædicit enim non solum Iudæorum reuocationem, sed & totius orbis salutem, torcularia uerò, sicut iam prædiximus, Ecclesias uocat. In his enim spiritalis uinea fructum suum profert, & salutaris uinum nobis comparamus.

## Scholia in eundem Psalmum.

**Q**uam dilecta tabernacula tua, Domine uirtutum.) Docti sunt ista etiam illi qui in Babylone fuerunt, vt reditum desiderarent, & cultum qui secundum legem erat concupiscerent. Quanquam & nos ex diuinis adytis fructum reportamus. Competit autem nobis hæc propheta bifariam. Prædicit enim multa futura tabernacula, ac multa torcularia, & multorum quoque altarium consimiliter meminit, Iudæi uerò vnum habebant templum, & vnum similiter altare. Vnaquæque sanè prædictorum dictio ad diuinum amorem animum inflamat. Dicit enim, dilecta esse tabernacula Dei: neque se simpliciter illa desiderare, sed & deficere in atria Domini. Consonant autem istis & sequentia.

Cor meum, & caro mea.) Non solum anima, sed & corpus incunditatis huius spem resurrectionis adeptum particeps factum est. Hoc enim innuit hic sermo. Quapropter & Deum uiuum appellauit, quod uita sit suppetitor.

Etenim passer inuenit sibi domum.) Aquila sic, Etenim auicula inuenit sibi ipsi domum, & passer nidum sibi ubi reposuit pullos suos. Quemadmodum enim passeres oberrant, nidum non habentes: ubi autem hunc fixerunt, in eo commorantur, ac pullos suos nutriunt: ita & nos olim quidem oberrauimus, nunc uerò à gratia tua uocati, & tabernacula tua adepti, iuxta altaria tua pullos nostros instituiimus, illis cum pueris nostris assidentes spiritalisque cibum abs te reportantes.

Altaria tua Domine uirtutum.) Nidus enim noster ac pulli bonorumque fruitio, sancta sunt tua altaria.

Beati qui habitant in domo tua.) Singula istorum typicè quidem illis acciderunt, qui in Babylone fuerunt: nobis uerò secundum ueritatem competunt. Nam & illi quia procul absunt à sancto templo, beatos ducunt eos, qui consolatione ex illo potiuntur: & nos gustata diuina dulcedine, zelotas eos uocamus, qui assidue Deo adherent.

Beatus uir cuius auxilium abs te.) Beatum eum esse dicit, qui diuina semper prouidentia potitur, & mentem habet gratia Dei illuminatam, piæque semper in illa cogitationes uolurat. Siquidem ascensiones Dei, factas in cordibus, piæ de Deo cogitationes nominauit. Qui namque ascensiones istas in corde suo obtinuerit, seipsum risui non dabit, sed lachrymis, cupiens ex hæc uita dissolui. Audiuit enim illud, Beati qui nunc flent, quoniam ridebunt. Vallis enim lachrymarum typicè quidem, is locus est, in quo angelus apparens præuaticæ

præuaticationem populi redarguit, multitudinemque ad fletum permouit (nam ita locus ille ex eo facto appellatus est) propriè verò præfens hæc vita, in qua Adam, vt in sudore vultus sui panem comedit: & Eua, vt in doloribus liberis pariat, condemnati sunt. In hacigitur qui diuinas ascensionis accipiunt, & lachrymas profundunt, & laboriosam vitam complectuntur, ac Legislatoris benedictionem expectant.

*Ibunt de virtute in virtutem.*) Virtutem enim augent quotidie, qui vitam pietatis exercitio deditam amplexi sunt. A precatione ad hymnodiam erunt, ab hymnodia ad supplicationem, ab hac ad diuinorum oraculorum lectionem. A virtute igitur ad virtutem transeuntes singulis diebus diuitias suas auctiores reddunt.

*Videbitur Deus deorum in Sion.*) Hanc igitur rerum operatus est immutationem, Deus verbum, incarnatione suscepta, primamque suam apparitionem in Sion exequutus est.

*Domine Deus virtutum.*) Hæc optat Propheta procul humanam salutem contemplatus, Deumque orat, vt precatione hac suscepta, diuina sua prouidentia populum seruatum dignetur. Hoc enim faciem Christi appellauit. Vos enim estis, inquit Apostolus, corpus Christi, & membra ex membro. Et iterum: Non potest oculus dicere capiti, Non es mihi necessarium: aut rursus caput pedibus, Opus vobis non habeo.

*Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis.*) Populus enim tuus cura tua positus, templo tuo perpetuò adhæret, ac multum inde vtilitatis reportat. *Quæ* namque quis vna die ex eo retulerit, aliunde illa non colliget, etiamsi multa dierum millia impendat. Hæc autem & ab illis competenter dici potuerunt, qui in Babylone fuerunt.

*Elegi abiectus esse in domo Dei mei.*) Confimiliter & ista cum illis qui in Babylone fuerunt, tum & nobis apta sunt & comoda. Illos enim Spiritus sancti gratia docuit, ne domus Dei solitudinem contemnerent: & nos instruimur, vt adyta illa Deo consecrata concupiscamus.

*Quia misericordiam & veritatem diligit Deus.*) Qui namque hoc sunt erga Deum animi affectu, omnibus istis bonis potientur, siquidem misericordia & veritas, ex diuinis illis adytis progerminant. Nam illinc bonorum dogmatum doctrinam accipimus: & vt summam dicam, omnium illinc bonorum fruitionem, à malicia & versutia liberati: simpliciter verò, & cum veritate vivere volentes, acquirimus.

*Domine Deus virtutum.*) Omnino extrema hæc pars psalmo competit. Beatum enim eum dicit, qui quamuis temporariam prosperitatem contemnit, ac sola spe in Deum fiduciam habet.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXXXIII.

*Et umbram & veritatem pariter prædicit hic psalmus. Adumbravit enim Deus, per ea que Israeli acciderunt, omnium mortalium salutem. Illos enim iam Aegyptiaca, iam Babylonica seruitute: omnium vero mortalium naturam ex acerba diaboli, tyrannide & perditione liberavit. Prædicit igitur hic psalmus cum Iudeorum à Babylone reditum, tum orbis vniuersi salutem.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**B**enedixisti Domine terram tuam.) Alij habent, Fauisti. Faue- re autem, est boni aliquid velle. Per fauorem igitur, rerum tristium abiectio- nem sermo propheticus significauit.

*Aueristi captiuitatem Iacob.*) Soluisti acerba seruitutis eorū vincula, libertatemque captiuis largitus es, ac peccatis eorum ignoscere voluisti. Quod autem vniuersa mortalium natura captiua fuerit, libertatemque à Domino accepit, ipse testis est, per Esaiam clamans, Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me, &c. Cum enim prophetiam hanc in Synagoga Dominus legisset, dixit ad Iudæos, Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.

*Mitigasti omnem iram tuam.*) Soluisti inquit, indignationem tuam contra nos, prosperitatemque restituiisti.

*Conuerte nos Deus salutaris noster.*) Videtur & hi & illi Euangelia quidem libertatis accipere, ipsam verò libertatem nõdum esse assequuti. Quapropter & orant, vt perfectè benignitate Dei potiantur.

**A** Nunquid in æternum irasceris nobis.) Addecet eos qui calamitatibus sunt liberati, hisce verbis vt, nec confidentes esse propter peccatorum remissionem: sed in timore constitutos Iudicem mitigare. Obsecrant igitur & isti Deum, ne iram suam ita extendat, vt & in sequentem generationem duret, sed hanc velociter soluat.

*Deus tu conuersus.*) Benignitatem tuam scimus, confidimusque præstiturum te nobis & reditum & vitam. Nos verò, vbi istis potiti fuerimus, hymnum tibi cum gaudio offeremus.

*Ostende nobis Domine misericordiam tuam.*) Cum Cyrus rex Perlarum regnaret, & secundum Esaiæ prophetiam, redeundi facultatem daret, urgebat, vt patriam repeterent. Quapropter Deum orant, vt velocem ipsis salutem benignitate sua suppeditet. Quam velocissimè, inquit, o Domine, libertatem ex hac seruitute consequamur. Postquam orationem hanc Propheta ad hunc modum in illorum persona protulit, responsum Dei recipit, ac dicit.

*Audiam quid loquatur.*) Obsecrationem, inquit, audiuit benignus Dominus, ac pacis sententiam protulit: illamque his largitus est, qui respicientia vtuntur, ac cogitationes suas instruxerunt, vt Deo auscultent. Cordis enim ad Deum conuersio, est à peccandi procliuitate liberatio, & iustitiæ principium. His & sequentia concordant.

*Veruntamen propè timentes eum.*) Salus enim illis appropinquat, qui Deum timent: & hanc consequuntur, quorum propositum est diuinas implere leges. Intellego eum, inquit, quod nobis reditum dederit, quem cum gloria prosequemur, ac priorem patriæ nostræ splendorem videbimus.

*Misericordia & veritas.*) Etenim illis qui peccant, & respicientia vtuntur, misericordiam benignitatis torrentes suppeditant: veritatem verò complexos misericordiæ fluentia alluunt. Quapropter dixit, Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Iudæi siquidem & omnis humana natura, attribuunt Deo veritatis cognitionem: misericordiam verò benignus Deus vicissim reddidit. Rursus confimili modo, quando illi iustitiam offerunt, ipse illis vicissim pacem ac reconciliationem largitur, prioremque inimicitiam dissoluit, & adhæret iustitiæ pax, & veritati misericordia. Et hoc clarius per subiecta expressit.

*Iustitia & pax osculate sunt.*) Cum veritatem essent homines amplexi, iustorum Deus curam egit, ac diabolium tyrannide sua eiecit.

*Veritas de terra orta est.*) Eadem iterum coniunctione vsus est. Dicit enim, Deum quidem misericordia vt: illos verò competentem adferre fructum. Non enim terrenam his verbis fertilitatem, sed virtutis feracitatem & copiam significauit.

*Iustitia ante eum ambulabit.*) Manifestè nos potissimum psalmi finis docet, quod de communi salute proposita propheta vaticinetur. Dicit enim, quod iustitia vsus Dominus, quasi quisquam peregrinorum dux, miseræ nostræ semitam terens, viam virtutis suis ipsis quoque vestigijs manifestam reddidit: & nunc quidem ad Ioannem, Sine modò, inquit, nunc verò ad discipulos, Discite à me, quia mitis sum, &c. Ipse igitur primus iustitiæ viam ambulauit, & obliqua mutauit in recta, viaque nobis factus est: sicut ipse dicit, Ego sum via, &c. Et, Nemo venit ad patrem, nisi per me.

#### ARGUMENTVM PSAL. LXXXV.

**F** In epigrapha quidem B. David orationem ad Deum proposuit, orans vt auxilio aliquo potiretur. Vaticinatur vero & de Assyriorum aduersus Ierusalem irruptione, & de spe Ezechia, quam ille ad Deum esse habiturus. Prædicit autem & Gentium vocationem ac salutem.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**I**nclina Domine aurem tuam, & exaudi me.) Submissi animi precatione habet hoc proœmium. Quamuis enim uterque & David & Ezechias, opulenti iustitiæ adepti essent, haud tamen in hanc, sed in naturæ paupertatem respicientes Deum orarunt, vt huius cum egestate coniunctæ misereretur. Illud verò, Inclina Domine aurem tuam, ex meta-



ex metaphora ægroti alicuius posuit: qui quòd clariore voce loqui nequeat, medicum adigere solet, vt aurem dicentis ori propius adhibeat.

*Quoniam inops & pauper sum ego.*) Non est Propheta per id contraria loquutus, quod se simul & inopem & sanctum nominauit: sed quoniam & hic & illic hostes habuerunt, & se & Ezechiam, sanctos nominauit, vt qui nullam dederit hostibus causam. Quòd autem dicit, tale est, Inops quidem sum & pauper, si in me ipso æstimer, nec vllam habeo virtutis facultatem, hostibus verò collatus, sanctus iudicabor. Illi namque impij sunt & iniqui, ego verò cognitionem tui habeo. Et illi quidem iniuste me inuadunt, ego verò iniustam illorum irruptionem sustineo.

*Miserere mei Domine, &c.*) Benignitatem tuam mihi exhibe, continue namque misericordiam tuam deprædico. Illud enim, Tota die: Symmachus posuit, Singulis diebus.

*Letifica animam serui tui.*) Eximè tristitiam ei qui animum tibi seruendi est amplexus, & exhibe latitiam animæ ad te propendenti.

*Quoniam tu Dominus suauis & mitis.*) Illud Mitis: Aquila & Theodotion, Propitius dixerunt. Et mansuetudo hæc sanè, patientiam & lenitatem significat.

*Auribus percipe Domine orationem meam.*) Cum itaque tanta bonitate vtare, deprecationem meam placidè suscipe.

*In die tribulationis meæ clamauit ad te.*) Quoniam mansuetudinis tuæ experimentum habeo, offero hanc tibi obsecrationem. Etenim cum adhuc obsecrarem, quæ petebam dediisti.

*Non est similis tibi in dijs Domine.*) Quoniam Rapses impius arrogantibus verbis vsus dixit, Non potuerunt dii Gentium suum quisque locum è manibus meis eripere, & eripiet Dominus Ierusalem? Ideo Ezechiam propheta clamare docet, Non est similis tibi in dijs Domine. Nam illi nomen habent reipsa destitutum, quod & per rapinam vsurparunt, tu verò appellationem habes ipsi rei conuenientem. Admodum enim competenter diuino nomini opera ipsa coniunxisti.

*Omnes gentes quas cunq; fecisti venient.*) Hoc sub Dauide quidem nusquam factum esse cognouimus. Sub Ezechia autem verò simile est fuisse aliquos, qui propter Assyriorum occisionem stupefacti sint, &c. Veritatem verò prophetiæ huius tempus illud quod incarnationi Seruatoris successit, ostendit. Post crucis enim passionem missi sunt discipuli ad omnes Gentes, quas & instruxerunt, vt seruatorem Deum adorarent.

*Et glorificabunt nomen tuum.*) Hymnum, inquit, offerent tibi, te solum esse Deum edocti. Mirabilium enim tuorum magnificentia, hanc illis cognitionem suppeditabit.

*Duc me Domine.*) Postquam Gentibus liberationem ab errore prædixit, orat vt & ipse in via veritatis ingredi valeat.

*Et ingrediar in veritate tua.*) Religiosam erga Deum mentem essequitur, legitimam vitæ conuersationem amplectitur. Est autem vita mater latitiæ. Rectè itaque Propheta, cor suum timore Dei exhilarati orauit. Sic enim & alibi dicit, Lætetur cor quærentium Dominum. Et iterum. Memor fui Dei, & lætatus sum.

*Confitebor tibi Domine.*) Noui, inquit, quòd præstiturus sis quæ peto, ac res tristes soluturus, effecturusque vt gratiarum actionis hymnodiam tibi; pro declarata tua in me benignitate offeram.

*Et eruisi animam meam ex inferno infimo.*) Magnitudinem periculorum his verbis ostendit. Talia namque & David sæpenumero sustinuit, & à Saüle, & à filio Absalomo impugnatus, & Assyriorum impetus manifestum intentabat exitium. Quapropter huiusmodi pericula, extremam mortem, & infernum infimum nominauit.

*Deus iniqui insurrexerunt super me.*) Et Davidis hostes impij, & Assyrij impietatis operatores fuerunt. Et isti sanè & illi potentiam habuerunt animi malitiæ opitulantes, atque ex eo duplex timor iniuria oppressis obortus est: quapropter ad Deum confugiunt, & ab illo opem & auxilium petunt.

*Et non propofuerunt te.*) Prouidentiam tuam inquit, animo suo expendendam non admiserunt.

**A** *Et tu Domine Deus meus, miserator & misericors.*) Quoniam fons es benignitatis, & miserationis ac misericordiæ fluentis profundis, adiunctam autem habes & veritatem, eosque punis qui maliciosè viuunt: stillulas bonitatis tuæ largire, victoremque me hostium declara.

*Da imperium tuum.*) Sum enim & seruus tuus, & ancillæ tuæ filius, hoc est, iam olim & à maioribus meis dominationi tuæ consecratus sum, quapropter vt seruus salutem abs te peto.

*Fac mecum signum in bonum.*) Signorum alia supplicij sunt, vt quæ in Aegyptios: alia salutis, vt quæ in Hebræis declarata sunt. Quapropter & hac est determinatione vsus, dicens, In bonum, hoc est, Fac mihi signum quod salutem adferat, & mirabili operatione bonorum mihi prouentum parat.

*Et videant, qui oderunt me.*) Prouidentiam enim tuam erga me inimici considerantes confusione replebuntur.

ARGUMENTVM PSAL. LXXXVI.

Et hic Psalmus de Gentium salute vaticinatur, piamq; vitæ conuersationem prædicat, quam Dominus Christus homo factus docuit.

Scholia in eundem Psalmum.

**F**undamenta eius in montibus sanctis.) Fundamenta diuinæ pietatis institutiones: sancti montes, in quibus locata sunt hæc fundamenta, Seruatoris sunt discipuli. De istis enim Paulus, Superstructi, inquit, supra fundamentum Apostolorum. Et Dominus ad Petrum, Tu es, inquit, Petrus, & supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Super his sanctis montibus Christus pietatis fundamenta locauit.

*Diligit Dominus portas Sion.*) Quæ illa sit, Paulus indicat, dicens, Accessistis ad montem ac ciuitatem Dei viuientis Hierusalem caelestem. Et iterum, Quæ verò in cælis est Ierusalem, libera est: quæ quidem est mater nostra. Et de patriarcha Abraham, Accepit enim ciuitatem fundamenta habentem, cuius opifex & conditor Deus est. Docemur itaque esse quandam caelestem ciuitatem Sion & Ierusalem nominatam, non lapidum splendoribus reluentem, sed choris sanctorum illustrem. Portæ huius, sanctæ sunt Ecclesiæ. Per has enim in illam ingredi poterimus. Ista portæ Deo dilectas, ac Iudaicis tabernaculis præpositas esse dicit.

*Gloriosa dicta sunt de te.*) Admiranda quædam & humanam expectationem superantia de te prædicta sunt. Quod autem ista nequaquam Sioni conueniant, sequentia testantur.

*Memor ero Raab.*) Hæc sunt, inquit, ô diuina ciuitas dicta de te, quòd qui olim impiè vixerunt, tuam sint conuersationem adepturi, & ob hæc causam dictarum gentium meminit. Ista sanè gentes cum Iudæis Ierosolymis non sunt congregatæ, neque legalem conuersationem amplexæ. Post incarnationem verò Seruatoris, & hanc Ierusalem inhabitat, & Ecclesias replent, atque ad caelestem Sion transeunt, ac foelicem illam conuersationem fortiuntur.

*Nunquid (vel mater) Sion.*) Sion autem quisque matrem vocat: & omnis homo, matrem esse Sion dicit.

*Et homo natus est in ea.*) Quod dicit, Homo natus est in ea, simul & præcedentem particulam isti coniungit. Qui namque Sion matrem nominat, confitebitur & hominis eius generationem qui in ea natus est. Et ne suspiceris hunc nudum esse hominem, subiungit, Et ipse fundauit eam altissimus. Etenim homo ille qui in ea natus est, & conditor est & opifex, altissimus & Deus existens.

*Dominus narrabit.*) Symmachus sic, Dominus numerabit scribens populos, Hic natus est illic. Qui namq; comorantes in ea populos conscribere dignatur, secundum humanam naturam in illa natus est, Dominus existens & Deus. Hanc connumerationem etiam Dominus tradidit, vbi ad Apostolos dixit, Vestri etiam capitibus capilli numerati sunt. Et hanc quoque conscriptionem discipulis manifesta-uit dicens, Nolite gaudere, quòd dæmonia vobis subiiciuntur: sed magis in hoc gaudete, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.

*Sicut lætantiu.*) Conuersatio enim illa quæ in cælis est, ab omni separata mœstitia puram habet latitiam. In hac autem

Signa vèria.

Ephes. 2.

Ciuitas sancta.

Suspitor legèdum esse. Est autem timor mater latitiæ.

autem non peregrini, sed habitatores in sempiternum erunt, qui pietatis sunt alumni.

ARGUMENTVM PSAL. LXXXVII.

*Symmachus, Omni super Maeleth choro diuiso: Aquila, Tripudium dixit. Aeman choro cuidam canenti, ac Deum Laudanti presuit. Responso verò ordines chororum inter se ex opposito respondentes significat. Prophetia quidem de calamitatibus Iudeorum, ac de seruitute Babylonica vaticinatur: verum simul & qui vniuersa natura humana sunt post peccatum dolores docet. Figurata est autem Psalmi huius prophetia in forma orationis, cum ab illis tum cõmuniter ab omnibus Deo oblata. Conuenit autem hac oratio illis qui reliquis pij magis sunt.*

Scholia in eundem Psalmum.

**D**omine Deus salutis meae.) Te noui salutis meae Dominum & Deum. Quapropter noctes ac dies oro, ut precationem meam suscipias.

*Quia repleta est malis anima mea.*) Cum videas multitudinem malorum, qui me quasi quadam indagine cingunt, (in ipso namque mortis sum periculo) obsecro auxilium tuum porrigere.

*AEstimatus sum.*) Incidi in quasdam calamitates haud obseruatas, similisq; factus sum in lacum prolapsus, nec emergere valentibus.

*Factus sum sicut homo sine adiutorio.*) Omni destitutus sum praesentia & gubernatione.

*Inter mortuos liber.*) Cum nõdum mortis seruituti per obitum factus sim obnoxius, me ipse mortuis connumero.

*Sicut vulnerati dormientes in sepulchris.*) Ei quod dixit, Factus sum sicut homo, &c. etiam ista coniuncta sunt, Factus sum sicut homo sine adiutorio, & mortis seruituti nondum obnoxius: factus sum sicut vulneratus in bello confusus, ac sepulchro traditus. Nam ad hunc modum & Symmachus, sicut filij vulnerati, iacentes in sepulchro, quorum non recordaris amplius, qui à manu tua exiisti sunt.

*Posuerunt me in lacu.*) Hæc uerba captiuus in Babylone, & omni humanæ naturæ conueniunt. Illi siquidem maliciosis hominibus seruientes dolorosam vitam vixerunt, & isti post peccatum in mille calamitates, tenebras etiam uiuentibus inducentes, inciderunt.

*Super me confirmatus est.*) Symmachus sic, Ingrauatus est super me furor tuus, & tempestatibus tuis afflixisti me. Perseueras, inquit, puniendo, & omnis generis mihi calamitatum impulsus inferis. Et metaphora est nauigantium, & multos fluctuum insultus sustinentium.

*Longè fecisti notos meos à me.*) Destitutus sum cum familiaribus, tum cognatis. Qui namque in Babylone captiuus fuerunt, his omnibus destituti, quæ ex illis esse poterat, consolationem non habebant. Et omnes homines impietiuentes, angelica cura non sunt potiti.

*Traditus sum, & non egrediebar.*) Nullam profus liberationem ab imminentibus mihi malis inuenio.

*Oculi mei languerunt præ inopia.*) Symmachus sic, Oculi mei effluxit propter afflictionem. Oculos enim meos lachrymando præ dolore flere coactus consumpsi.

*Clamaui ad te Domine tota die.*) Acerbum animæ dolorem hoc schema exprimit. Penuria namque coactus, maiore, ad hunc modum, serio eum precati solet, qui dare poterit.

*Nunquid mortuis.*) Admirabilem tuam operationem mihi adhuc uiuenti ostende, mortuus enim illam non uidebo. Neque enim medicus quisquam est, neque pharmacum aliquod, quod à morte liberare queat.

*Nunquid narrabit aliquis in sepulchro, &c.*) Num possibile est, inquit, ut mortui, qui in cinerem sunt soluti, obliuioni traditi benignitatem tuam sentiant, & miraculorum tuorum spectatores constituentur.

*Et ego ad te Domine clamaui.*) Fletus autem meus ad te est Domine, & diluculo oratio mea præueniet te. Cupiens namque in hac vita ab uigentibus me liberari malis, plorans supplico, ac precatione mea diluculo præuenio.

*Ve quid Domine repellis.*) Quamobrem reijcis me Domine, & benignitatem tuam non impertis?

*Pauper sum ego, & in laboribus, &c.*) Israelis quidem iuuenus, exitus fuit ex Aegypto: omnium uerò mortalium, uita

A illa, quæ extra paradysum post mandati transgressionem electos exceptit. Et isti uerò & illi uniuersum medium tempus in miseria egerunt. Iudæi siquidem post apparationem in seruitutem inciderunt: & humana natura, cum ad imaginem Dei facta esset, & uita quæ in paradiso ageretur digna habita, maiora concupiscens, etiam quæ data erant amisit.

*In me transferunt.*) Omnem, inquit, iram tuam contra me mouisti, & horrendissimis me supplicijs perturbasti: itaque illis quasi aqua quadam submersum reddidisti. Ab his igitur singulis diebus inuoluo.

*Tota die circumdederunt me simul.*) Hæc non solum Iudæis conuenit dicere, nõque omnibus hominibus ante Seruatoris aduentum: sed & illis qui etiamnum familia patiuntur, accommoda & correspondens est hæc oratio. Etenim quæcunque præscripta sunt, secundum Apostolum, ad nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.

ARGUMENTVM PSAL. LXXXVIII.

*Cum falsos deos B. David, templis honorari, arcam uero Dei solum honore destitui cerneret, pollicitus est illi se templum edificaturum. Hunc animum Deus cum probaret, bona promissione recompensauit, pollicitusque est, quod spiritale illi templum parare, ac per hoc mortaliu persicere salutem, immortalique regnum præstare uellet. Ista uerò illi per prophetam Nathan promisit, sicut historia Paralipom. docet: Aethan uero, & ipse concredidit sibi canentium, ac Deum laudantium chororum habuit.*

Scholia in eundem Psalmum.

**M**isericordias Domini.) Diuinam appetentes misericordiam, misericordiam laudant, & promissionum Dauidi factarum ueritatem uidere cupientes, vnamquamque generationem docturos se pollicentur.

*Quoniam dixisti.*) Sermo hic Dei est ad Dauidem dictus, quod in æternum misericordiam femini promissionis sit custoditurus. Recordantur ita & huius, Tu, inquit, dixisti, quod aucturus esses. Hoc enim est quod dicunt, quod in æternum misericordia edificabitur. Firmabitur dixit Symmachus. Præsta hoc inquit, opere ipso uerborum tuorum ueritatem confirmans.

*Disposui testamentum.*) Ei quod dixit, tu dixisti, & hæc conuexa sunt. Quoniam, inquit, hæc ad electos testamenta disposui. Electos uerò Abrahamum & hunc sequentes Patriarchas uocat. His se iurasse dicit, & quod semen Dauidis, ne intereat, custodire: & sedem huius in omnem generationem collocare uelit. Vbi ad hunc modum promissiones Dei recensuerunt, quamuis nondum rerum istarum effectum & finem uidebant: nihil tamen absurdi calamitatibus preffi dicunt, sed laudibus etiam omnium gubernatorem celebrant.

*Constrebuuntur caeli.*) Theodotus: Et fidem tuam in ecclesiis Sanctorum. Tenamque ab omnibus, neque minus etiam ab illis qui cælum inhabitant, qui mirabilia tua exactius contemplantur, laudari decet. Cælestis huius Ecclesiæ Paulus quoque meminit, Accessisti enim, inquit, ad montem Sion, & ad ciuitatem Dei uiuentis Ierusalem cælestem, & Ecclesiam primogenitorum qui scripti sunt in cælis.

*Quoniam quis in nubibus.*) Symmachus sic, Quis enim in æthere comparabitur Domino, æquabitur Domino in filiis Dei. Filios autem Dei uocat eos, qui apud incredulos putantur esse dii: quomodo filij hominum, homines dicuntur. Dicit itaque. Quoniam incomparabilis es & super cælestes & sper omnes: nec quisquam ex illis qui sunt, conferri tibi poterit. Redarguit enim hoc loco mendaciam eorum, qui ab hominibus pro dijs habentur: potentia uerò tua perennis & inextinguibilis est. Hæc enim alibi dicit, Et Dominus noster præ omnibus dijs. Faciunt autem hanc Prophetæ comparisonem, haud ignorantes excellentiam differentie huius, sed commensuratum incredulorum infirmitati doctrinam proferentes.

*Deus qui glorificatur.*) Quoniam eorum meminit qui dii non sunt, ignorabatur autem ab impijs is qui Deus est: rectè sanctos adduxit, à quibus uerus Deus laudatur, quibus & metuendus

metuendus est, vt qui illi & appropinquant, & virtutem eius cognoscunt. Consilium autem sanctorum hoc loco, cœtum sanctorum dicit.

*Domine Deus virtutum.*) Continue veritatis mentionem faciunt, promissionum certitudinem videre desiderantes. Dicunt ad Deum. Quis tibi Domine ex iis qui sunt, comparari poterit? virtutum es Dominus & Deus. Virtutem habes voluntati tuæ coniunctam. Apud te sunt omnia vera & firma. Dein virtutis illius iudicia recensent.

*Tu dominaris.*) Tu es omnium opifex ac Dominus, & facile tibi est excitare mare, & rursus tranquillum reddere. Maris vero recidatus, etiam eorum quæ in illo sunt facta, meminit. Superbum enim Pharaonem vocat, & inimicos, Ægyptios, quos mari tradidit: vaticinatur autem simul & de doctoris arrogantiae exitio. Et hunc enim, inquit, cum malo exercitu in sacro Baptismate destrues.

*Tui sunt celi.*) Non enim terræ duntaxat & maris, sed & cælorum tu es conditor. Tua namque sunt omnia: nec solum visibile hoc cælum, sed & quod illo est sublimius. Sunt enim omnia serua tua.

*Orbem terræ & plenitudinem eius.*) Theodotion, Aquilonem & Austrum tu creasti. Et venti, inquit, & orbis climata, tua sunt opificia. Non autem simpliciter duorum istorum climatum meminit, sed quoniam Hierosolymis ad Austrum erant Ægyptij, & ad Aquilonem Assyrij, destructaque Dominus Ægyptiorum audacia, Israeli libertatem dederat: Tam facile tibi est, inquit, vt & istos destruas, sicut illos disperdidisti.

*Tabor & Hermon.*) Per hos montes totam promissionis terram significauit. Sunt enim isti terræ huius montes. Illud, Exultabunt: Aquila, Laudabunt: Symmachus, Celebrabunt, dixit. Non autem montes ipsos, sed homines illorum habitatores, hoc facturos dicit.

*Brachium tuum cum potentia.*) Tibi proprium est, vt cum virtute facias omnia. Brachium enim pro operatione, potentiam vero pro virtute accepit. Etenim & Aquila pro potentia virtutem posuit.

*Firmetur manus tua.*) Symmachus sic, Inuicta est manus tua, sublimis dextera tua. Sæpe diximus, quod per manum, operationem: per dexteram, bonam operationem significet. Cum ergo duplici operatione opus haberent, vtriusque meminerunt. Et hostes enim destructos videre quærebant, & se salute potiri desiderabant. Quapropter & inuictam vocant manum Dei, sublimem vero illius dexteram, vt quæ & illos punire, & ipsos liberare valeat. Et hæc per sequentia declarat.

*Iustitia & iudicium.*) Deum enim orantes, vt inter ipsos & Babylonios iudicet, precantur vt & sententiam contra illos proferat, & ipsis misericordiam impendat, ac promissionis veritatem ostendat. Quapropter & iudiciariū thronum iustitia & iudicio ornatum esse: misericordiam vero & veritatem, quod ante multa secula facta esset promissio, Deum præcedere dicunt.

*Beatus populus qui sit iubilationem.*) Iubilus, sicuti sæpe diximus, victorum vox est. Quoniam igitur victi in captiuitatem erant abducti, beatos dicunt victores. Vaticinatur autem hic sermo & de illis populis, qui in omni terra & mari mysticum Deo erant iubulum oblaturi, & victorialem hymnum cantaturi: huic vero sententiæ, sequentia quoque consonant.

*Domine in lumine.*) Iubilant & plaudunt contra inimicos, & tibi victoriæ datori hymnum offerunt tua apparitione illuminati: & lucem quæ abs te est adepti, continuaque lætitiâ potiti, ac legitimam iustitiam exequuti, atque ex ea illustres facti.

*Quoniam gloria virtutis eorum.*) Magna de tua virtute præsumunt. Hanc enim abs te acceperunt. Nos, inquit, hanc spem habemus, & auxilium expectamus. Per hanc siquidē hostes vincemus. Cornu enim, virtutem & robur vocauit ex metaphora cornutorum animalantium, quæ cornibus armata illis aduersus imminentes vtuntur.

*Quia Domini est assumptio.*) Hac autem spe nutrimur, te regem habentes, & gubernationi tuæ consecrati.

*Tunc loquutus es.*) Symmachus, Per visionem filiis tuis. Noimus enim promissiones tuas per Prophetas factas. Hos

A enim & videntes & speculatores nominamus.

*Et dixisti, Posui adiutorium.*) Tu seruo tuo David testificatus es, eumque quem potentem in virtutis operibus reperisti, auxilio tuo dignatus es, & elegisti & vnixisti, atque regem constituisti.

*Manus enim mea.*) Dixisti enim, quod præstiturus esses illi virtutem, & tuam prouidentiam impetiturus.

*Non proficiet amicus.*) Pollicitus es, declaraturum te vanas esse inimicorum insidias, illumque victorem eorum qui nocere conantur, constitutum.

*Et concidam à facie ipsius inimicos eius.*) Promisit autem quod destructurus etiam esset omnes illius hostes, firmamque tuam illi benignitatem exhibiturus, illustremque eum facturus.

*Et ponam in mari.*) Dabo illi in mari & in Epiro imperium. Per flumina siquidem Epirum significauit.

*Ipsè inuocabit me.*) Ista neque sub Dauide neque sub Salomone effectum sortita sunt. Neque enim mari dominatus tam David quam Solomon, neque primogenitus Dei est nominatus, nec regum omnium potestatem accepit. Ita namque & Aquila interpretatus est, Excelsum regibus terræ. Si vero nec Dauide nec Salomoni verba ista conueniunt, nequit vero mendax esse promissio Dei: cæci sunt Iudæi, quod eum qui ex Dauide secundum carnem ortus est, adorare nolunt, qui & terræ & maris habet imperium, & regibus omnibus est superior: spontaneos quidem habens adoratores, contradicentium vero imbecillitatem redarguens. Licet enim innumeris vsi sint machinis, legū tamen quas ipse posuit, victores esse non poterunt. Primogenitum

autem eum etiam B. Paulus nominat dicens, Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et, Primogenitus omnis creaturæ. Est enim, vt Deus, vnigenitus (solus namque ex patre genitus est) primogenitus vero, vt homo. Habet enim fratres, in se credentes. In ipso igitur adimpleta est hæc propheta. Testantur autem hoc & sequentia.

*Et ponam in seculum seculi.*) Ostendat igitur Iudæi regiū Davidis thronum, vel ad hodiernum vsque diem perdurasse, quæ se in æternum custoditurum pollicitus est Deus. Ostendant & semen illius regio decoratum honore. Si vero ne vnum quidem istorum ostendere possunt, duorum istorum alterutrum relinquunt. Aut, vt promissionē Dei mendacem vocent, vel vt hanc veracem esse confitentur, rerum ipsarum testimonium recipiant. Christus enim qui ex Dauide est, secundum carnem, sedit à dextris magnificentiæ in excelsis. Et cuius angelorum dixit, Filius meus es tu: Et iterum Dauid, Sede à dextris meis. Per Christum itaque semen Davidis in æternum permanet, & thronus illius diuturnitatem habet. De Christo ad hunc modum sermo hic vaticinatus, ad reges eos transit, qui medijs temporibus vixerunt.

*Si dereliquerint.*) Etiam si, inquit, innumeras præuaricationes commiserint, qui genus à Dauide ducunt, ipsos quidem supplicij subijciam, promissionem vero ad Dauidem factam firmam custodiam. Illud vero, Ab ipso, idem est atq; à Dauide. Neq; omnimodo nocebo: Symmachus, Non transibo, dixit. Aquila, Non mentiar. Haud, inquit, mendaces faciam promissiones meas. Non transgrediar pacta, sed promissionum veritatem ostendam.

*Semel iuravi.*) Firmam enim reddam promissionem meā ad illum factam. Imponam illi finem & effectum. Illud enim. Semel iuravi, confirmationis gratia posuit: sicut qui pollicentur iuramento promissiones suas confirmant.

*Semen eius in æternum permanebit.*) In 71. quoque Psalmo de Christo dicit, Ante solem permanet nomen eius. Et iterum, Et permanebit cum sole. Quoniam enim sol ad temporis mensurationem seruit, ortu & occasu suo diem efficiens & noctem: per solem vero indissolubilitas exprimi non potuit, semen autem Davidis in æternum duraturum promisit: qui vero ista pollicitus ac testificatus est, in celo est, ac veracibus & fidelibus verbis vitur, ob id ita est loquutus. Posteaquam hoc pacto de promissionibus Dauide factis loquuti sunt, calamitates quæ ipsis accidebant, deplorant.

*Tu vero repulisti.*) Symmachus sic, Tu ipse vero reiecisti ac reprobasti, iratus aduersus Christum tuum.

*Auertisti testamentum.*) In maledictionem dedisti pacta feruorum tuorum. Tu ipse, inquit, qui illis praestitutum te pollicitus es, repulisti Dauidis posteros: ac uiles reddidisti, inque seruitutem tradidisti. Destruixisti autem & regnum eius, & pacta cum illo inita dissoluisti. Christum enim hic regem uocat. Captiui autem abducti sunt duo Dauidis posteri, Ieconias & Sedechias. In illis uero desit regnum Dauidis. Zorobabel siquidem, qui post captiuitatem principatum gessit, populi dux fuit, non rex.

*Prophanasti in terra.*) Sanctuarium templum uocat, quod Dauid quidem aedificare uolebat, struxit autem id Salomon post Dauidem. Hoc prophanatum per impetum Babyloniorum, terramque factum esse dicit. Destruatum enim est, ac terra uasta assimilatum.

*Destruixisti omnes sepes eius.*) Omni enim munitione nudasti. Urbium enim quondam munitionibus confusus, confidentia illa excidit, & timore circumdatus est.

*Diripuerunt eum.*) Moabitæ scilicet, Ammonitæ, Assyrij, Philistæi, Iudæi & Babylonij.

*Factus est opprobrium.*) Gaudij materia, & ignominiosus factus est finitimis.

*Exaltasti dexteram.*) Hoc est, Hostes eius potentiores reddidisti.

*Letificasti omnes.*) Hoc est, Irridendum eum inimicis exposuisti.

*Auertisti adiutorium.*) Etiam arma illi, gubernatione tua destituta, inutilia facta sunt.

*Destruixisti eum.*) Symmachus sic, Celsare fecisti puritatem eius. Neque enim asperisionibus purgari poterit, qui & captiuus est, & procul a templo tuo degit.

*Sedem eius in terram.*) Hoc est, Vniuersum regnum eius destruxisti.

*Minorasti dies.*) Cum te regnum eius in æternum custoditurum promiseris, exiguo illud tempore circumscriptisti.

*Persudisti eum confusione.*) Probrosus, inquit, factus est, & ignominia repletus. Sedechias quippe, effossis oculis uniuerso residuo uitæ suæ tempore pistino datus est. Iechonias quoque & ipse seruiuit. Narratis hoc modo calamitatibus, ad orandum hortatur.

*Vsq̄quo Domine.*) Symmachus sic, Quousque Domine abconderis in finem? Accendetur sicut ignis furor tuus? Quousque, inquit, Domine, non vis nostros videre dolores? neque appares, ut calamitates nostras dissoluas, sed furorem tuum, memoria peccatorum nostrorum, uelut ignem accendis?

*Memorare, quæ mea.*) Tu conditor es, & uirtutis meæ memoram nosti.

*Nunquid enim uane.*) Non uane homines finxisti, sed opificio isti bonitas tua præfuit. Ne contemnas igitur tantis malis occupatum.

*Quis est homo.*) Cuiusque hominis finis mors est. Impossibile namque est ut mortem vincat: uiuentibus itaque benignitatem tuam impetias. Dei rursus promissionum meminit.

*Vbi sunt misericordia tue?*) Recte uero ubique ueritatis testimonium profert, ad confirmandum promissiones, Deum qui pollicitus erat, excitans. Proæmium uero ex misericordia conflatum est. Et in fine iterum misericordiæ recordatur. Nam hac potissimum opus habebant.

*Memor esto Domine.*) Symmachus sic, Et portauit in sinu meo quam plurimas gentes. Ne contemnas me, inquit, probis affectum, non ab vna tantum gente, sed ab innumeris, Assyrijs inquam, & finitimis. Non autem me tantum inuadunt, sed & contra te linguam exerunt, ac blasphemis uerbis uentur, meam fortitudinem tuam arbitantes esse imbecillitatem. Hoc enim sequentibus declarat.

*Quod exprobrauerunt.*) Symmachus & Theodotion, Quo exprobrauerunt, inquit, uestigia Christi tui. Vestigia autem Christi, illius temporis Reges appellat, quos sermo de regno Christi factus percurrit. Septuaginta uero illos ἀνταγωνιστὰς, id est commutationem nominarunt, tanquam secundum carnem illius factos maiores & qui Regnum uelut in umbra quadam administrarunt. Itaque propter Christum tuum, cuius illi uestigia sunt & commutatio, nostra Domine opprobria tolle.

Matth. 1.

*Benedictus Dominus.*) Bonæ spei est hymnodia. Credentes enim petitiones suas esse susceptas, hunc Deo hymnum offerunt.

ARGUMENTVM PSAL. LXXXIX.

*Commentatorum alij magnum Moysen hanc fecisse orationem, alij B. Dauidem eam conscripsisse, ac Moysi adaptasse dixerunt. Habet autem hic Psalmus duplex oraculum. Non solum enim Iudeorum calamitates, sed & uniuersæ naturæ humanæ pariter & illorum ad meliorem mutationem docet ac prædicit.*

## Scolia in eundem Psalmum.

*Domine refugium factus es nobis.*) Iudæorum quidem refugium factus est, non solum in Ægypto, sed & in solitudine. Et sub Iudicibus, & Dauide, & per prophetas omne illis auxilium impertiuit. Ueritur autem his uerbis etiam omnis humana natura, multiuariatiorum beneficiorum Deum admonens, quemadmodum Enoch transtulerit, & Noe seminarium humani generis custodierit, quomodo susceptam Abrahamo benedictionem omnibus gentibus promiserit. Non enim, ut incredulorum nonnulli dicere audent, pœnitentia ductus ad hoc peruenit ut Gentibus benefaceret: sed perpetuo in hoc perseverauit, ut omnibus mortalibus prouideret. Et hoc nos propheta ista docuit, ut dicamus, Domine refugium factus es nobis. Semper enim spe tua potiti sumus Domine. Deinde dicit, Priusquam montes fierent, &c. hoc est, Omnia quæ sunt præcedis. Es enim sempiternus, sine principio & sine fine. Quod enim dicit, Tu es: adiungendum est ei quod dixit, Priusquam montes fierent.

*Ne auertas hominem.*) Obsecro te omnibus modis, ne contemnas nos tantis malis adobrutos. Quoniam enim ipse contra Adam sudores ac labores decreuit, dicens, In sudore uultus tui, &c. competenter propheticus sermo orare docet, ne omnino auertat in humilitatem, etenim & Iudæi seruire cogebantur. Hanc autem orationem & captiuitatem & seruitutem deplorans profert.

*Et dixisti, Conuertimini.*) Aquila sic, Et dices, Conuertimini filij hominum. Non frustra oramus, sed scientes, quod suscepturus sit preces nostras, & præsentia nostra mala mutaturus, hortans ut conuertamur, & priorem nostram malitiam relinquamus.

*Quoniam mille anni.*) Quod autem dicit, tale est. Quoniam exigua est hominum uita, tibi uero æterno ac perpetuo etiam mille annorum numerus vni diei similis est. Nocturnam uero custodiam, quartam noctis partem uocauit. In quatuor enim partes illam, quibus custodia munus concredutum est, diuiserunt. Et Dominus quarta custodia ad Apostolos uenit.

*Quæ pro nihilo habentur.*) Plurimum autem eos hac miseria coniunxit. Significat simul & Iudæorū immutationem post Seruatoris passionem, & post multum temporis futuram diuinæ prouidentia priuationem.

*Mane sicut herba.*) Iudæi siquidem mox atque diuina cura digni sunt habiti, floruerunt & germinarunt, multumque splendoris consecuti sunt: cum uero tempestiuum fructū agricolæ reddere nollent, corde obturato prorsus exaruerunt. Manè uero, principium Iudaicæ dispensationis: & uesperam, diuinæ prouidentia cessationem uocat. Sunt autem illa post crucem priuati.

*Quia defecimus.*) Et Iudæis ista, & omnibus sunt conuenientia. Humana siquidem natura præuaricationis pœnas luēs, omnis generis supplicij inuoluitur. Et Iudæi propter malitiam suam animi libertate exciderunt.

*Posuisti iniquitates nostras.*) Symmachus sic, Proposuisti iniustitias nostras ante te, ut iniquitates nostræ appareant, ante uultum tuum. His nos supplicij tradidisti, cum uideres nos diuinarum negligentem esse legum, & ad hoc propensos, ut iniquitati uiueremus.

*Quoniam omnes dies nostri.*) Peccatum, inquit, iram contra nos excitauit, ira supplicium induxit, supplicium dolores inculsit. In doloribus enim breuem hanc uitam nostram consummauimus.

*Anni nostri sicut aranea.*) Nihil firmi habet humana natura, facile quippe in morem aranæ dirumpitur.

*Dies annorum nostrorum.*) Sunt hæc illis similia quæ à Jacob dicta sunt: Dies, inquit, mei pauci sunt, & mali. Non perueniunt ad dies patrum meorum. Sunt quidem, qui plus aliquanto temporis viuunt: verum hoc paucis contingit. Communem vero conditionem, & quæ potissimum obtineat hic docet. Quemadmodum enim eorum qui præmatura morte moriuntur, non meminit: ita & annosam eorum vitam non attingit, qui vehementer facti sunt senes. Veruntamen, inquit, etiam breuis hæc vita dolore est referta.

*Quoniam superuenit mansuetudo.*) Vide namque quantis malis propter modicam iram tuam adobruamur. Mansuetudinem quippe super eos venientem supplicium vocauit.

*Quis nouit potestatem ira tue?*) Symmachus sic, *Quis nouit robur furoris tui, & secundum timorem tuum ira tua.* Si moderata indignatio tantam nobis correptionem intulit, quis considerare valebit quanta sit pœna ab ira tua illata? Notat autem hic sermo sempiternam pœnam.

*Dexteram tuam.*) Oro, inquit, vt beneficentia tua potiar, & dona dexteræ tuæ deprædicem, eosque imiter, qui per gratiam tuam sapientes facti, alios vt te cognoscant dirigunt.

*Conuertere Domine.*) Ne diutius Domine dolentes contemnas, sed benignitate seruos tuos prosequi dignare.

*Repleti sumus mane.*) Tempus à Septuaginta mutatum est. Aquila enim & alij sic dixerunt. Reple nos mane misericordia tua, & laudabimus & lætabimur omnibus diebus nostris. Mane ac diluculum calamitatum mutationem vocant, & orant vt caligo illa dispellatur, ac lux ipsis oriatur: non propter virtutem ipsorum, sed propter misericordiam Dei. Etenim si hæc contingat, inquit, omni gaudio repleti competentem hymnodiam offeremus.

*In omnibus diebus nostris.*) Et hoc loco tempus est mutatum. Symmachus enim & reliqui, Exhilara nos dixerunt. Præsta, inquit, lætitiæ pro mœstitia, vrgentisque infelicitatis mutationem largire.

*Et respice in seruos tuos.*) Ex hoc loco patet, quod ista non tanquam facta iam, sed tanquam tum adhuc futura dixerunt. Non enim dicit, Respexisti super seruos tuos. Tuum, inquit, figmentum fumus, & dominationis tuæ domesticus, propterea oramus vt prouidentia tua potiamur.

*Et dirige filios eorum.*) Hoc est seruos tuos. Qui namque in Babylone fuerunt, mortuis seruis illius, Deum orarunt vt filios eorum reduceret. Et humana natura obsecrat, vt homines illi qui tempore aduentus Seruatoris nostri futuri erant, ad veritatem ducantur.

*Et sit splendor Domini.*) Et nos lux diuinæ cognitionis illustris reddidit, & Iudæi post reditum è Babylone spectati denouo sunt facti.

*Et opera manuum nostrarum.*) Recte illud super nos, adiectum est. Nostrum enim est iustitiæ emolumentum. Et Deus quidem cooperatur, fructum vero horum metunt qui seminarunt. Nulla enim re Deus opus habet, veruntamen hominum felicitate gaudet.

ARGVMENTVM PSAL. XC.

*Epigrapha caret hic Psalmus. Docet autem quam inexpugnabilis sit spes illa que in Deum collocatur. B. enim Dauid, cum spiritualibus oculis quæ sub præclaro Ezechia futura erant cerneret, præuideretque, quomodo ille spe in Deum posita Assyriorum dissipatus esset exercitum, hunc Psalmum composuit: docens omnes homines, quantum ferat emolumentum, si quisquam Deo confidat.*

Scholia in eundem Psalmum.

**Q**ui habitat.) Qui diuina, inquit, prouidentia nititur, Dei cæli custodia potietur, & hunc mirifice habebit.

*Dicit Domino, Adiator.*) Firmam in illum spem habens, & patronum eum & gubernatorem ac murum indissolubilem vocabit.

*Deus meus, sperabo in eum.*) Iam deinceps sermonem ad ipsum credentem vertit, ac cum fiducia loquitur: ita vt non

**A** solum manifeste illum hostium, sed & insidiatorum, & occulte insectantium ac calumniatorum fore victorem ostendat. Per laqueum enim, occultas insidias significauit. Illud vero, A verbo turbulento, Symmachus, A contumelia dixit. Tales autem sunt calumniatores. Attamen & horum multi sunt per spem in Deum facti victores, vt pote magnus Ioseph, & Susanna, & alij quotquot in calumniam inciderunt, coronatique sunt.

*Scapulis suis.*) Erit enim propugnator tuus, protegetque te, vbi impugnaberis. Posuit autem hoc ex eorum metaphora, qui in bellis primi stant in acie, ac scapulis suis eos qui à tergo sunt protegent. Alas diuinæ prouidentie operationes vocat. Posuit vero hoc gallinarum imagine vsus.

**B** Alis enim illæ pullos suos obtegit. Sic & Christus ciuitati Ierusalem dixit, Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos, &c.

*Scuto circundabit te.*) Quoniam supra verbi turbulenti & mendacis meminit, conuenienter hic veritatem illius armaturam fore pollicitus est.

*Non timebis à timore.*) Non solum sensibilem, sed & spiritalium inimicorum victor eris, perque spem confidentiam habens, tanquam à Deo custoditus, timorem excuties: & neque medio die laborabis, sed demonum insidias effugies. Dæmonium vero meridianum, iuxta opinionem quæ apud multos obtinuit, posuit. Verisimile autem est, mortalium aliquos post cibum & saturitatem, velut ad paratam prædam insidiosè currere, vt hi qui diuina gubernatione destituti sunt, facile seruituti subiiciantur.

*Cadent à latere tuo mille.*) Symmachus & Aquila, Ex transverso dixerunt. Dicit autem, Etiam si à dextris & sinistris infinita te multitudo inuaserit, nihil tamen profusus tibi damni accidet. Videbis vero illos diuina plaga prosterni. Hoc autem & sub Ezechia factum est. Etenim decem & octo myriades & millia quinque Assyriorum sine hostilibus armis interfecti sunt. Ita & sub Gedeone & sub Ionathan, quinetiam & sub Iosaphat & sub Propheta Elifæo.

*Quoniam tu es Domine spes mea.*) Hac, inquit, diuina prouidentia spe in Deum vsus illoque refugij loco electo poteris. Deficit autem sermonis compolitio, per id quod dicit, Tu es Domine spes mea. Est enim hoc prophetice scripturæ peculiare, præsertim in Psalmis. atramen amphibolum hoc sequentium serie declaratur. Quoniam enim, inquit, in Deum speras, illiusque auxilium imploras, confestim prouidentie illius particeps redderis.

*Non accedent ad te mala.*) Diabolics insultus vinces, nec damni quicquam ex illis patieris. Ad hunc modum domus Iob diuina gratia obsepit. Et testis huius est hostis ipse clamans, Numquid tu obuallasti interiora & exteriora eius? Vt verò Deus permisit, mox & Satan malitiam suam ostendit, & athletam iustus iudex victoriam consequutum coronauit.

*Quoniam Angelus suis.*) Hoc & Psalmus 33. dixit, Castrametatur Angelus Domini, &c. Audimus & Iacob dicentem, Angelus qui eripuit me ex omnibus malis. Et magnus Abraham, vt seruum animaret dicebat, Deus mittet Angelum suum ante faciem tuam, accipiesque vxorem Isaac filio meo ex eo loco. Ex omnibus igitur hisce locis hoc discimus, quod per Angelos quoque Deus in se sperantes custodiat.

*In manibus portabunt te.*) Omnis generis prouidentiam ab illo consequeris, ita vt ne modicum quidem detrimenti aliunde tibi inferatur. Modicum enim detrimentum per id significat, quod dicit, Ne vnquam impingas ad lapidem pedem tuum. Illud verò, In manibus portabunt te: idem est atque, Deducent te, dirigent te.

**F** *Super aspidem.*) Sæuissimarum acerbissimarumque bestiarum meminit: in vnoquoque bestiarum genere excellentiam exprimere volens. Per leonem enim & draconem, robur significauit: per alias vero bestias, extremam malitiam notauit. Nam aspidi mortiferum virus inest, basiliscus vero etiam visu læsionem infert. Et harum quoque bestiarum multi in Deum credentes, victores facti sunt. Sic Daniel, sic Paulus quoque nihil læsionis à vipera accepit.

*Protegam eum.*) Hæc deinceps Deus loquitur, docens quis sit spei fructus. Eripiam eum, inquit ex visibilibus & inuisibilibus insidijs, qui spe in me oblectus fuerit. Quapropter

Dæmonium meridianum.

illum custodiam & protegam, & orantem iterum audiam, precationemque illius suscipiam.

*Cum ipso sum.*) Etsi incidit in periculum aliquod, adero: nec solum tristibus liberabo, sed & illustrem efficiam.

*Longitudine dierum.*) Præstabo autem illi etiam hoc, vt ad longævam senectutem pertingat, ac salutem ei, quam in futura vita habiturus est, præmonstrabo. Hoc & B. Ezechias consequutus est, cum enim vitæ suæ aliquid addi pereret, quindecim annorum numerum accepit. Multum autem celebritatis ex Assyriorum quoque interitu nactus est. Et huic conuenit illud, Eripiam eum, &c. Imo & omnes quotquot in Deum sperant, omnis generis bonis potentur.

#### ARGUMENTVM PSAL. XCI.

*Sabbatum propter ocium quidem lege sancitum est, verum non propter quoduis ocium. Spiritalem namque ac multiuariam operationem sacerdos sabbatis exequutus est. Etenim vt assiduis precationibus & hymnis opera daretur, Deoque geminis hostiis sacrificaretur curauit. Lex itaque vt à corporalibus laboribus die Sabbati cessaretur recepit. Quoniam igitur hic Psalmus honorem ac premium iustorum & iniustorum supplicium prædicat, vtrique vero ista in futura reque administrantur, rectè hanc epigrapham consequutus est.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**B**onum est confiteri Domino.) Vtile est, inquit, te benefactorem noctes atque dies laudare, ac beneficia tua, benignitatem videlicet erga nos, & veritatem contra eos qui iniuste agunt celebrare. Hos enim, veritate vsus, legitime punis: nos vero cognitione tui præditos prouidentia tua dignaris.

*In decachordo psalterio.*) Talibus organis Deum laudare solebant. Dicit itaque, Æquum est vt tibi cum legalibus organis, tum linguæ melodia hymnum gratiarum actionis offeramus.

*Quoniam delectasti me Domine.*) Siquidem vbi opificia tua & inenarrabilem dispensationem video, exulto & tripudio, præque animi iucunditate linguam ad laudandum te relaxo.

*Quam magnificata sunt opera.*) Symmachus, Admodum profundæ sunt cogitationes tuæ, inquit. Siquidem opera tua magna sunt & præclara. Illud enim, Quamquam magnificata sunt, per intentionem posuit. Sapientia vero tua incomprehensibilem profunditatem habet. At nos hoc quidem ignorantes docemus. Amentes vero neque considerare hoc, neque ab aliis discere sustinent. Hæc enim subiicit, ista quæ? Vir insipiens, inquit, non cognoscet, & stultus non intelliget ista.

*Vir insipiens.*) Notanter ista dixit, quod qui mente captus, intelligentiaque destitutus est, nihil horum cognoscit, imo ne audire quidem quicquam horum sustinet.

*Cum exorti fuerint.*) Aquila & Symmachus, Et floruerint omnes, dixerunt. Noluerunt, inquit, stulti intelligere, quod in morem fœni floruerent: & operarij iniquitatis, quod velut herba è terra promicaret, ac æternum exitium post præsentis vitæ prosperitatem reportaturi essent, sed se ipsi zelotas ac fœlices vocarunt. Videbunt autem ter miserum suum ipsorum finem.

*Tu autem altissimus.*) Illi quidem perinde atque fœnum arêscunt, tu vero imperium habes in omnes omnium sublimior existens, supplicioque eos qui amentia tenentur, subiiciens.

*Et dispergentur omnes.*) Nos vero, tui cognitionem habentes, inimicorum dissipationem videbimus, vt pote multorum deorum errore liberati, ac te vere Deum existentem adorantes. Vnicornem siquidem iterum adduxit, vt per vnicum cornu eos significaret, qui pietatis alumni facti, vnum Deum adorant.

*Et senectus mea.*) Symmachus sic, Vetustas mea sicut oliua florida. Florebo namque, senectutemque deponam, & oliuam fœcundam imitabor. Et iuxta Septuaginta, Quasi oliua, sic animi iucunditate vbertim florebo.

*Et despexit oculus meus.*) Symmachus & Theodotus ipse quoque Hebræus, Despiciet, dixerunt. Sunt enim quæ di-

**A** cuntur futurorum vaticinium. Verum Septuaginta suo more quæ futura sunt, tanquam præterita interpretati sunt, etiam hoc loco vaticinij certitudinem, cui contradici nequeat significantes. Quemadmodum enim impossibile est non fieri quæ facta sunt, ita impossibile est vt vaticinium Spiritus sancti sine effectu suo ac sine permaneat. Dicit itaque, Non solum videbo futurum iniustorum finem, sed & audiam omnes de illo annunciantes, suppliciiisque æquitatem admirantes. Idcirco ad hunc modum est hic versiculus distinguendus, Et de insurgentibus in me maligne agentibus, & hic subdiuidendum est: ac dein subiungendum, Audiet auris mea. Exitium enim maliciose viuentium, & innumera mihi mala machinantium, multis narrantibus

**B** audiam.

*Iustus vt palma florebit.*) Peccatores fœno similes sunt, iusti vero, quod in cedro densum, calidum ac continuè decerpitioni paratum: in palma vero alticomum ac frugiferum est, imitantur. Sunt autem vtraque arbores diuturnæ, ac longo tempore durantes. Quin palma folia sua nunquam abijcit, sicut reliquæ arbores, ne sensim quidem ac latèter, sicut quædam solent. Tempore autem ambæ opus habent, vt crescant. Talis vero est & virtutis plantatio, quæ multo cum labore tum tempore nascitur: verum vbi in sublimem sublata fuerit, maturum ac iucundissimum fructum adfert, & possessores suos abundè satis protegit.

*Plantati in domo Domini.*) Qui arboribus, inquit, istis comparati sunt, plantatorem Deum, paradysum vero sacrum templum habent.

*Adhuc multiplicabuntur.*) Symmachus, Adhuc fructificabunt, inquit. Senes, pingues ac floridi erunt, annuntiantes ac dicentes: Quoniam rectus Dominus, muniens me, nec est iniustitia in eo. In futura namque vita promissam perfectionem adepti (hanc enim senectutem hic vocauit) plures ac pingues Deo fructus adherent, iustum illius iudicium laudantes. Dispensationem enim illius, quæ nunc est abscondita, tunc manifestatam videntes, & sapientiam illius admirabuntur, & iustitiam laudabunt.

#### ARGUMENTVM PSAL. XCII.

*Quid in epigrapha est. Psalmum hunc sine inscriptione esse apud Hebræos neque in Hexaplo est, neque apud Eusebium. Vaticinatur autem hic Psalmus de mutatione hominum. Deus enim immutabilis & expers alterationis, perpetuus & eodem modo permanet. Non enim iam regnat, iam verò regnum non habet: sed semper quidem natura rex est, non autem semper id manifestatum est hominibus. Plurimo siquidem tempore plures eorum ignorantes ipsum, simulacra coluerunt: post incarnationem vero cognitio Dei lucis instar totum orbem peruasit.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**D**ominus regnauit.) Quoniam passionis tempore tristi & inamæno vultu illis qui timorem ex eo natum experti sunt, apparuit, ita vt Propheta clamauerit, Et vidimus eum, & speciem non habuit, neque decorem, &c. Post reditum vero in cælos, Deo competentes radios emittit: merito Propheta vociferatur dicens, Dominus regnauit. Non enim tum demum quæ non habuerit accepit, sed quæ habuit ostendit.

*Indutus est Dominus fortitudinem.*) Christum esse Dei virtutem & Dei sapientiam, perspicuè nos diuinus Paulus docuit. Non igitur aliunde aurariam virtutem ostendit, nisi quam prius habuit: figurat autem eum Propheticus sermo quasi quandam Regem, regalibus armis indutum, & contra hostes pugnantem. Deinde egregia facta eo veluti procinctu gesta ostendit.

*Etenim firmavit orbem.*) Firmum, inquit, reddidit orbem, veritatis robur habentem. Non enim amplius homines nunc hos nunc illos deos adorant, sed vero Deo debitum honorem exhibent.

*Pavata sedes tua.*) Non, inquit, iam primum regni inaugurationem accepisti, sed æternum habes imperium ac regnum sempiternum.

*Eleuauerunt flumina Domine.*) Flumina vocat Apostolos, & eos qui Apostolis in prædicatione successerunt. Hæc itaque

Virtutis  
plantatio.

que flumina vocem suam eleuauerunt, diuina prædicantia dogmata, iterque suum expedientia, fluctus enim hic, semitas vocauit. Hi namque quibus primum verbum Euangelij concredidit esse, viam successfulibus suis præparauerunt, & expeditam illis doctrinam reddiderunt.

Simil.

*Mirabiles elationes maris.*) Quemadmodum enim, cum magna flumina in mare illabuntur, fluctuumque contra litoris arenam irruentium impetum cohibent, fluctus maris fluminum illapsui repugnantes plurimum eleuantur in altum: ita cum dulcis ac porabilis Apostolorum doctrina, in falsum orbis huius mare illaberetur, maris oriebatur commotio, ac fluctus crebri sese inuicem excipientes exurgebant. Nam & Dominus dixit, Non veni mittere pacem, &c. Verum initium quidem prædicationis procellas habuit, nunc vero maris Dominus tempestatem increpuit, sedataque est, ac reddita serenitas.

*Mirabilis in altis Dominus.*) Aquila sic, Maximus in sublimi Dominus. Est enim maximus & altissimus Dominus, & virtutem habens, neque lingua enarrabilem, neque mente comprehensibilem.

*Testimonia tua.*) Hæc autem omnia quidem iam olim prædixisti, ac per sanctos Prophetas veluti præconio quodam prædicasti, at veritas illorum re ipsa tandem est demonstrata.

*Domum tuam decet.*) Hoc autem pulcherrimum est omnium bonorum, quod eorum quæ dono data sunt, non est temporaria tantum fruitio, neque cultus Dei ad certa quædam tempora, sicuti Iudæorum erat deputatus, sed diuturnus est ac sempiternus. Domum vero Dei, omnium credentium congregationem vocauit Paulus.

ARGUMENTVM PSAL. XCIII.

Perpicuum est, quod epigrammam hanc alij quidam, & non propheta ipse, neque qui hunc principio sunt interpretati, posuerint. Argumentum autem Psalmi, hoc est, multi Iudæorum principes ac reges præuaticationem iustitiæ complectebantur, atque ab iniuste iudicantibus sententias extorquebant, homicidiaque perpetrabant, ac sanguinem innoxium venundabant. Hæc cum longe antea Dauid olim futura præuideret, hunc Psalmum scripsit, vt per melodiam quæ in templo Dei exercebatur, aliquando qui tum temporis viuerent, emendationis fructum reportarent. Docet igitur de prouidentia Dei, deque iusto supplicio eorum qui maliciose viuunt, figurat autem Psalmum in persona eorum qui pie educati, ab impiis hanc iniuriam passuri erant.

Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus vltionum Dominus.) Illud, Confidenter egit, Aquila & alij reddiderunt, Appare. Te, inquit, oro omnium Deum, qui creaturam gubernas, ac dignum supplicium iniustis inferis, exaudi preceationemque hanc suscipe.

*Redde retributionem.*) Ostende omnibus dominationis tuæ sublimitatem, ac factum arrogantium destrue, ipsa eos experientia, te esse iudicem orbis, docens.

*Vsquequo peccatores Domine.*) Non orat, vt exitium patiantur præuaticatores: sed ne dominentur, ac potestatem ad iustitiam promptam & expeditam habeant.

*Populum tuum Domine.*) Nullum est malitiæ genus Domine, quod non per audaciam exerceat. Aduenas eos dicit, qui ex gentibus accedebant, & secundum diuinas leges viuere cupiebant.

*Et dixerunt, Non videbit Dominus.*) Hæc est impietatis epitaphis. Hæc, inquit, audent, putantes te res humanas nec videre nec curare. Illud vero, Nec intelliget Deus Iacob: non est simpliciter ac temere, sed ad exaggerandam accusationem adiectum. Cum enim exaltam esse Dei populum suum prouidentiam & curam, cum ex prophetis, tum ex sacerdotibus, ex bello quoque & ex pace didicissent: non tamen omnium Deum tanquam cuncta intuentem, reueriti sunt. Dein consilium & admonitionem illis adfert.

*Intelligite insipientes.*) Vel fero tandem ô insipientes, rerum naturam cognoscere velitis.

*Qui plantauit aurem.*) Syllogisticum hoc est, Qui ex luto, inquit, oculum finxit, videndum energiam illi indidit, & aurem similiter condidit, an ille nec videt nec audit: sed

**A** cum ista fecerit, energia illorum quam aliis est largitus, destitutus est?

*Qui corripit gentes.*) Gentes, inquit, quæ neque legem, neque propheticam disciplinam consequutæ sunt, castigationibus subiicit, & vestram præuaticationem non corripit?

*Qui docet hominem scientiam.*) Atqui hominum naturam ipse rationalem condidit, & præterea per ea quæ in creaturis videntur, ampliolem scientiam suppeditat.

*Dominus scit cogitationes hominum.*) Imo non solum videt & audit, sed & cogitationes nostras nouit, quibus falso de prouidentia ipsius coniecturamus. Postquam ad hunc modum competentem iniustus in melam posuit, sufficientem illis qui per iniuriam premuntur, consolationem adfert.

**B**

*Beatus homo quem tu erudieris Domine.*) Multi namque miseros eos vocare solent, qui pietati student, & diuinæ legis vtilitatem reportant. Etenim qui vel modicam correptionem in præsentia hac vita tolerat, mitius futurum tribunal sentiet. Malum enim diem, sempiternum supplicium vocauit.

Malus dies.

*Donec sodiatur peccatori fouea.*) Qui namque iniquitatem complectuntur, irremisso supplicio tradentur. Quemadmodum enim impossibile est, vt qui in profundam foueam incidit, ex illa ascendat, nisi sit qui opem ferat: ita fieri non potest, vt sempiternas pœnas quisquam euadat, nisi hoc benignitas Dei velit.

Simile.

**C**

*Quia non repellet Dominus.*) Etiam in præsentia vita prouidentia Dei potietur, vt pote hæreditas eius appellatur.

*Quo ad vsque iustitia conuertatur.*) Hac prouidentia Dei potietur, si quando iustitia Dei de omnibus mortalibus iudicatura apparuerit. Significat autem hic sermo Seruatoris incarnationem, & Iudæorum negationem. Recte itaque subiecit, Donec iustitia, &c. Donec enim non fuerit iustitiæ apparitio negata, cælesti prouidentia potietur.

*Et qui iuxta illam omnes.*) Aquila vero & Theodotion, Et post ipsum omnes, dixerunt. Hanc enim salutem, quæ iustitia nominata est, sequentur qui mentem habent ab incredulitate repurgatam, rectisque cogitationibus vtuntur. Conueniunt autem cum iam dictis etiam verba Domini, dicens, Venite post me, &c. Itaque Iudæorum, inquit, curam habet, vsque ad negationem. Quod autem rectos corde, adherentes ei vocat, id est incumbentes, & derelinquere non sustinentes, competenter & appositè factum est.

**D**

*Quis consurget mihi.*) Symmachus sic, Quis resistet pro me facinorosis? Quis contendet pro me contra operatores iniustitiæ? Omni, inquit, humano destitutus sum auxilio. Verum habeo magnum auxiliatorem, qui facile aduersariorum factum disperdere poterit. Hæc enim per subiecta significauit.

**E**

*Nisi quia Dominus adiuuauit me.*) Hoc est, Omnino me morti tradidissent.

*Misericordia tua Domine.*) Accessi enim, & prouidentiam tuam imploravi: atque vbi meam ostendi infirmitatem, benignitate tua sum potitus.

*Secundum multitudinem dolorum meorum.*) Conuenientem, inquit, doloribus meis bonitatis tuæ consolationem adeptus sum. Et Paulus, In omnibus, inquit, tribulati, sed non angustati, &c.

*Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis.*) Nunquid coniungetur tibi sedes violentiæ, qui fingis miseriam iuxta præceptum? Non patieris, inquit, vt consors iniustitiæ sis cum illis qui inique iudicant. Qui vero sententiam præceptis tuis contrariam ferunt, supplicium sibi quod inde nascitur, accersunt. Sedem enim violentiæ & iniquitatis iniustos iudices vocauit, qui laborem & miseriam, iniustitiæ fructum metunt.

Sedes violentiæ.

*Capti abutunt in animam iusti.*) Iniquis istis iudicibus hoc operis est, vt quauis machina contra iustos vtantur, & mortis sententiam contra innocentes & infantes ferant.

*Et factus est mihi Dominus in refugium.*) Ego vero Domini potitus sum prouidentia, ipsumque murum habeo firmum ac robustum.

*Et reddet illis.*) Illivero laborum suorum fructus vindemiabunt, ac digna malitiæ suæ præmia recipient. Hæc

non illis tantum, sed & omnibus mortalibus sunt conscripta. Deus enim omnibus prouidens, omnibus competentem curam adhibet.

## ARGUMENTVM PSAL. XCIII.

Iosias rex admodum pius erat. Hic cum maximam populi partem simulachrorum cultum amplexam esse videret, omnes simulachrorum sacerdotes occidi, & aras eorum funditus eueri præcepit. Effossis vero mortuorum sacerdotum monumentis, ossa illorum in ipsis demonum aris combussit. Deinde vniuersum populum collectum penitentiam agere, Deumque placare, atque ita exitium, quod minatus erat Dominus, effugere hortatus est. Siquidem Olda prophetissa grauius & acerba mala omni populo vaticinata fuerat. Cum hac igitur propheta Dauid præuideret, hunc Psalmum cum ad illorum vtilitatem, tum ad mortaliū omnium doctrinam conscripsit: figuratus est autem hic Psalmus velut ex persona Iosia & sacerdotum Dei.

## Scholia in eundem Psalmum.

**V**enite exultemus.) In communi, inquit, triumphalem hymnum Deo destinemus. Iubilus enim vincientium vox est. Vicit autem piorum chorus, impiorum factum: merito igitur triumphalem odam Deo offerunt.

**Præoccupemus faciem eius.**) Antequam tempus supplicij veniat, agamus penitentiam: & priuquam feratur contra nos sententia, Dominum mitigemus. Offeramus autem illi & competentem hymnodiam. Deinde docet, quomodo vice-rit Deus, & simulachra prostrata sint.

**Quoniam Deus magnus Dominus.**) Est enim inenarrabilis Domini nostri potentia. Hic verus Deus est, & falsam nominatorum deorum appellationem arguit. Dein, quantum humanæ naturæ possibile est, indicia huius ostendit.

**Quia in manu eius.**) Omnium est conditor, creaturam suam in manu continet, & montium vertices ipsius opus sunt, vtut dæmones insipientibus mortalibus persuaserint, vt sibi in illis delubra extruerent.

**Venite adoremus.**) Concurramus igitur alacriter, & decentem illi honorem offeramus, plorantesque ac lachrymantes misericordiam expetamus. Historia vero & de Iosia & de populi lachrymis docet, quas lecto Deuteronomio profuderint.

**Quoniam ipse est Dominus Deus noster.**) Noster, inquit, Dominus est, & noster præcipue Deus existit: vocat enim nos populum suum, & tanquam proprias oves in curam suam assumpsit. Deinceps pœnas inobedientibus minantur, & patrum eos memoria territantes, & illorum accusatione vtilitatem eorum procurantes.

**Hodie si vocem eius.**) Quoniam priori nostræ impietati Dominus propter benignitatem suam conueniendi pepercit, vel nunc saltem adhortantem audite, & nolite rebellantem patrum animum imitari. Exacerbationem enim, contradictionem sæpenumero in solitudine factam dicit. Ad hunc modum & in alio Psalmo, Quoties, inquit, exacerbauerunt eum in solitudine. Ostendit autem & animi libertatem. Non enim dixit, Ne obduremini: sed, Nolite obdurare corda vestra, vt doceat, eos ipsos huiusmodi cordis esse opifices. Dein manifestius inobedienciæ patrum meminit.

**Vbi tentauerunt me patres vestri.**) Quoniam enim promissam terram ingredi volebant, vt pote stultum timorem prætextentes, ac dicentes, & se fore occidendos, & liberos suos mancipia futuros: quadraginta annorum tempus eos in solitudine degere fecit, donec consumerentur. Quapropter, inquit, Offensus fui generationi illi, &c.

**Quadragesima annis offensus sui.**) Aquila & Symmachus pro προσωθησα, reddiderunt εὐσεβεισθησα, id est abominatus sum. Ob hanc causam, inquit, generationem hanc detestatus sum, cum animi illius leuitatem & inconstantiam viderem.

**Ipsi vero non cognouerunt.** Illi vero comminationibus, iureiurando quoque prolatis attendere, & minas per resipiscenciam soluere noluerunt: & propter hanc causam terra patribus promissa potiti non sunt. Terram enim illam, requiem suam appellauit. Quoniam enim in solitudine

A celebris \* migrationibus tabernaculo præcedente, in quo Deus habitare putabatur, profecti fuerant, in terra vero promissionis, & ipsi à professione quiescebant, & tabernaculum locis deputatis figebatur: merito terram promissionis requiem vocauit, vias vero, Dei dispensationes dixit.

## ARGUMENTVM PSAL. XCV.

Neque Dauid, neque qui primi prophetiam hanc interpretati sunt, epigrammam istam scripserunt: sed alius quisquam qui mentem Psalmi superficie tenus aspexit, illam posuit. Conuenit autem literæ superficies illis qui è Babylone redierunt, ac templum reedificauerunt: siquidem in illis omnium est mortalium salus adumbrata. Vaticinatur autem hic sermo, iam de priore, quam de secundo Christi aduentu iudicij, futuro, deq; exhibita iam gentibus salute.

## Scholia in eundem Psalmum.

**C**antate Domino.) In rebus siquidem communibus communi etiam hymnodia opus est.

**Cantate Domino & benedicite nomini eius.**) Conueniunt hæc Iudæis, ab omnibus hominibus impugnatis. Non enim iucundum illis fuit, cum libertatem eorum viderent: sed in contrarium abrepti molestè tulerunt, omnisque generis addictionibus eos subijcere conati sunt. Propheticus autem sermo vniuersum orbem ad tripudium vocat.

**Annuntiate de die.**) Singulis, inquit, diebus exhibitum beneficium deprædicate. Deinde docet etiam quibus sit ista proponenda narratio.

**Annuntiate inter gentes.**) Omne genus hominum hac doctrina potiatur, diuinamque & admirabilem operationem cognoscat.

**Quoniam magnus Dominus.**) Inenarrabilem enim magnitudinem habes, & contra falso nominatos eos potentiam tuam declarasti, & omnia illorum redarguisti. Hoc enim per sequentia declarauit.

**Terribilis est super omnes deos.**) Qui namque dij vocabantur, dæmones esse apparuerunt. Dominus verò cælorum conditor declaratus est.

**Confessio & pulchritudo.**) Per naturam enim humanam hominibus apparens magnificentia suæ radios emittit, & omnes ad adorationem sui attrahit. Sanctuarium siquidem templum quod assumpsit, appellauit: pulchritudinis verò etiam in 44. Psalmo meminit, cum dicit, Speciosus, inquit, pulchritudine, &c.

**Afferre Domino patria gentium.**) Accurrite igitur omnes homines ad Dominum saluare volentem, ac nomini eius hymnodiam offerre.

**Tollite hostias.**) Rationales hostias dicit, quas à pijs offerri, & à sacerdotibus sacrificari videmus. Atria verò, Ecclesias dicit. Alioqui neque Iudæis hoc præcipit, vt quisquam legales hostias restituat, sed familijs Gentium, quæ noui Testamenti hostias in Ecclesijs offerunt. De hoc autem & per alium prophetam vaticinatus est Deus, ad Iudæos differens ac dicens. Non est mihi voluntas in vobis, nec hostias recipiam de manibus vestris. Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco incensum mihi & sacrificium mundum offertur.

**Adorate Dominum in atrio sancto eius.**) Aquila, Parturite, inquit, & à sacerdotibus sacrificari videmus. Atria verò, Ecclesias dicit. Alioqui neque Iudæis hoc præcipit, vt quisquam legales hostias restituat, sed familijs Gentium, quæ noui Testamenti hostias in Ecclesijs offerunt. De hoc autem & per alium prophetam vaticinatus est Deus, ad Iudæos differens ac dicens. Non est mihi voluntas in vobis, nec hostias recipiam de manibus vestris. Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco incensum mihi & sacrificium mundum offertur.

**Dicite in gentibus.**) Prædicate igitur regnum Dei, quod orbem errantem olim & iam conuersum, firmum reddidit. Ita & Symmachus, Dominus regnavit, & firmavit orbem. Immutabile igitur est, tanquam æternum regnum Dei. Demonstratum vero aliquando est per rerum mutationem.

**Iudicabit populos.**) Quoniam Deus regem esse ostendit, recte iudiciorum quoque meminit, æquitatem & iustitiam illorum prædicans.



*Latentur cali.*) Tam cælestia quam terrena læticia replemini. Si enim propter vnum peccatorem respicientem gaudent angeli, maiorem vtique læticiam ex eo habent, quod omnes homines immutantur.

*Commoueat mare.*) Theodotion verò & Symmachus sic, Sonabit mare cum plenitudine sua. Siquidem vniuersa mortalium vita maris inuitata commotione, diuinarum prædicationum fonitum accipiet. Vaticinatur simul & de incredulorum rebellionibus, contra præcones veritatis.

*Gaudebunt campi.*) Gloriabitur ager, inquit Symmachus, & omnia quæ sunt in illo. Dominus verò zizaniorum parabolam exponens, agrum mundum vocauit. Dicit itaque, omnia fore gaudio repleta.

*Tunc exultabunt.*) Aquila verò, Tunc laudabunt, inquit, illum quæ præcipuè Deo laudem conciliabunt. Sciendum autem est, prosopopœia vsum esse propheticum hunc sermonem. Neque enim terra, neque mare, neque ligna, rationalia sunt aut animata: sed ij qui in illis sunt, hymnodiam Deo offerunt. Mare siquidem insulani: terram, epirotæ: cælum Angeli inhabitant. Qui vero saltus à simulachrorum cultu liberatos esse vident, hymnum Deo offerunt. Ad hunc modum Propheta, etiam vbi professionem filiorum Israël ex Ægypto docet, prosopopœia vitur dicens. Mare vidit & fugit, infertque interrogationem, & responsum accipit, læticiam eorum qui seruati erant hoc pacto exprimens.

*A facie Domini.*) Rectè duo hæc posuit, quod venerit & quod venturus sit. Primus siquidem aduentus cognitionem Dei mortalibus dedit, secundus vero discretionem rerum faciet.

*Iudicabit orbem terræ.*) Tunc enim, tunc inquit, iustum iudicium faciet, non amplius priore patientia vsurus: sed rerum veritatem exquisiturus, rectamque sententiam prolaturus.

## ARGUMENTVM PSAL. XCVI.

*Et qui hanc epigrammam posuit, confessus est, quod eam apud Hebræos non inuenierit, sed ipse illam posuerit. Igitur nec ipsa prophetica est, nec sensus Psalmi conuenit. Non enim Iudæe tantum, sed vniuersa quoque terræ restitutionem Propheta prædicit. Vaticinatur autem Psalmus etiam de primo & secundo Seruatoris aduentu, & de Gentibus cognitionem Dei apprehensuris, ac de futuro tribunali.*

## Scholia in eundem Psalmum.

**D**ominus regnauit.) Dominum regnare dicit, non quod regnum aliquando acceperit: sed quod illud aliquando mortalibus ostenderit. Et ne eadem dicamus cum illis qui Psalmos ante nos exposuerunt, admonemus, vt illos legant, si qui exactiora scire cupiunt.

*Nubes & caligo.*) Per caliginem & nubem, inuisibilem esse diuinam naturam docuit. Admonet autem simul, eum ipsum esse, qui in monte Sina apparitionem sui per nebulam & nubem ostenderit: docetque, quod etiam si impossibile sit diuinam videre naturam, per operationem tamen virtutem illius contemplari liceat. Iustitia siquidem mortales erudiuit, & eos qui omnia sine iudicio agebant, recto viuere iudicio docuit. Hæc thronus ac regnum eius effecit.

*Ignis ante ipsum.*) Sunt hæc secundi aduentus Domini vaticinia. Et Daniel ista vidit.

*Illuxerunt fulgura eius.*) Fulgetris Dominus aduentum suum comparauit. Sicut enim fulgur exit, inquit, &c.

*Vidit & commota est terra.*) Quis enim terribile illud tribunal non metuat?

*Montes sicut cera fluxerunt.*) Non enim subditi tantum, sed & hi qui regno potiuntur, appropinquantes illi in modum ceræ, timore dissoluentur. Quanto namque plurium rerum dispensationem acceperunt, tanto pluribus etiam penis subiacebunt.

*Annunciauerunt cali.*) Hoc & factum est, & fiet. Cum enim natus esset Christus, Chorus Angelorum Deum glorificantium apparuit. Hos enim cælos vocat, sicut & terram sæpenumero homines vocat, qui terram inhabitant. Viderunt autem & populi per orbem virtutem Seruatoris

**A** per suam ipsorum immutationem: secundus verò aduentus vniuersos mortales manifestè Seruatoris regnum docebit. Tunc omnes angelorum quoque hymnodiam audiemus.

*Confundantur omnes.*) Vera itaque luce oriente, cedunt tenebræ. Erubescant igitur, qui simulachra adorant.

*Adorate eum omnes angeli eius.*) Vbi ostendit confundendos eos qui simulachra adorant, subostendit etiam innumerabiles esse angelorum myriades, Deum nostrum adorantes.

*Audiuit & lætata est Sion.*) Et hîc Sion, piorum politiam vocat: filias verò Iudæ, Ecclesias per orbem. Ex Iudæis enim genus suum dixerunt, Apostoli qui illas plantarunt & genuerunt, sicut & Paulus dicit, Ego vos in Christo Iesu genui, per Euangelium. Quoniam igitur & vna est Seruatoris Ecclesia (sunt enim omnes credentes in vnum corpus initiati) & rursus multæ sunt illius Ecclesiæ (multa nãque sunt vnius corporis membra) per Sion, communem piorum cætum: per filias verò Iudæ, conuentus credentiũ, qui in ciuitatibus & vicis & solitudinibus degunt, vocauit. Dicit autem & illos & istos læticia esse propter iusta iudicia repletos.

*Quoniam tu Dominus altissimus.*) Gaudent autem omnes qui veri Dei notitiam consequuti sunt, & eorum qui dij non sunt, reprehensionem videntur. Nam illorum quidem reprehensa est vanitas, tua verò declarata celsitudo. Quoniam vero nobis non fide modo, sed & bonis actibus opus est, necessario & hoc consilium protulit.

*Qui diligitis Dominum, odite.*) Si quod bonum est, desiderabile vobis habetur: quod illi contrarium est, auerfamini. Per malitiam vero, omnia nequitia genera appellauit.

*Custodit Dominus.*) Qui rectam & iustam vitæ conuersionem exercetis, Dominum habetis gubernatorem & custodem, inimicosque contra vos insurgentes superabit.

*Lux orta est iusto.*) Non enim omnes homines luce potiri voluerunt. Ipse quidem iustitiæ Sol omnibus salutis radios emisit: verum sunt qui oculos clausurunt, lucemque videre noluerunt.

*Lætamini iusti in Domino.*) Quotquot igitur lucem consequuti, virtutisque sortem amplexi estis, exultate, ac Deum multitudinem beneficiorum eius recensentes, laudate. Confessionem enim hîc gratiarum actionem vocauit.

Confessio.

## Scholia in Psalm. XCVII.

**C**antate Domino.) Et hic Psalmus eandem habet cum priore sententiam: de vtroque siquidem Seruatoris aduentu vaticinatur. verum plura de priore narrat. Quoniam priscarum rerum mutationem prædicat, & nouam politiam prædicit, rectè nouum Deo canticum offerre iubet.

*Saluauit sibi.*) Sæpe diximus, quod manum, operationem: dexteram vero, bonam operationem: & brachium, virtutem vocet. Hominum salutem autem virtutis ipsius opus esse dicit. Immensa vero benignitate vsus, mortalium vitæ suam ducit esse emolumentum. Propterea non dixit, Saluauit eos: sed, Saluauit sibi. Ab errore siquidem simulachrorum eos liberauit, salutisque suæ sublimitatem ostendit, ac salutem illis tribuit. Et hoc in sequentibus manifestius declarauit.

*Notam fecit Dominus.*) Omnibus hominibus salutaria flueta attulit, ac regnum suum gentibus ostendit.

*In conspectu gentium.*) Sunt hæc Esaiæ vaticinijs similia. Per hunc enim Deus ad Christum Dominum dixit, Dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, vt sis salus vsque ad extremum terræ. Quoniam enim & patriarchis Deus & Dauidi pollicitus est, excitaturum se ex semine eius Christum secundum carnem, & per hunc omnibus salutem daturum: promissionem ad patres factam testamentum vocauit. Testamentum enim alij interpretes fædus dixerunt: genus vero ipsius Israel vocauit, eo quod ex Iuda sit Christus secundum carnem, sicut dicit Apostolus, Itaque dedi te in testamentum generis, vt fœdera cum Iudæis inita

impleas: in lucem vero non Iudeis, sed gentibus. Nam gentes salutem per fidem sortitæ sunt, Iudæi vero incredulitatis caliginem dilexerunt. Hoc & Dauid hic dicit, Recordatus est misericordiarum suarum, &c. Cum enim promissiones ad Iudæos factas adimpleuit, vniuersi fines terræ salutem Dei nostri viderunt. Non enim Iudeis duntaxat, sed & vniuersis mortalibus lux veritatis illuxit.

*Iubilare Deo omnis terra.*) Quoniam igitur omnes à diabolo liberati estis, triumphalem hymnum Seruatori offerre. Quapropter implemus, quod iussi sumus. Hunc enim hymnum iubilantes & cantantes mysterij tempore offerre conuenimus Deo canentes, & cum omni alacritate animi tripidantes.

*Psallite Domino.*) Et hanc legem continuè in Ecclesijs impleri videre est. Spirituali namque cithara diuinam melodiam sonamus, facinus autem & nos ora nostra spirituales citharas, ac dentibus vice chordarum: labijs vero pro aramento utimur, lingua autem quouis plectro sonorius commota consonantem perficit pullationum sonitum: mens vero ista mouet, quasi quidam musicus arte flexuram hanc & transitionem efficiens. Est autem hæc cithara Deo quauis inanimata gratior.

*Et tubis ductilibus.*) Et clamorem sæpenumero Scriptura tubam vocat. Ita & Dominus dicit, Quando elemosynam facis, ne tuba canas ante te, hoc est, Ne prædices elemosynam tuam. Et hic igitur tubam doctrinam vocat, per quam & beneficia à Deo nobis exhibita discimus, & in legibus Dei erudimur. Ductiles vero tubas, æneas dicit: corneas, eas quæ è cornu fiebant. His autem solebant vti Iudæi. Nostra vero tubæ sunt Apostoli, & illorum successores.

*Moueatur mare.*) Præcipuè in frequentibus ciuitatibus videre est hanc impleri prophetiam. Multitudo siquidè piorum in Ecclesijs exundans mare imitatur. Talis autem est & Psalmorum sonitus.

*Flumina plaudent manu simul.*) Iterum flumina eos vocat, qui docendi gratiam sortiti sunt, & instar fluminum diuinam miracula profundunt: quos hic plaudere, Deumque laudare dicit.

*Montes exultabunt.*) Montes eos appellauit, qui animo sunt sublimi, in quibus edificata est ciuitas Dei. Hos dicit exultaturos, cognito Seruatoris nostri aduentu. Expectantes enim laborum retributiones, iudicisque iustitiam scientes, exultabunt.

*Quoniam venit ad iudicandam terram.*) Prior namque aduentus multum habet misericordie, posterior iustitiam habebit. Omnes enim sistemur tribunali Christi, &c.

ARGUMENTVM PSAL. XCIII.

Vaticinatur hic Psalmus de reditu Iudeorum à Babylone, prædicatque Seruatoris aduentum, & Iudeorum incredulitatem.

Scholia in eundem Psalmum.

**D**ominus regnauit.) Tam Iudæi quam Græci audito Christi regno insanierunt. Et cum Iudæi libertate potiti essent, vniuersæ vicinæ gentes, admirabilem & inopinum eorum reditum videntes dirumpabantur. Declarauit autem hoc virtutem eius, quem adorabant.

*Qui sedes super Cherubin.*) Hic, inquit, qui à nobis prædicatur, & supernarum virtutum Deus existit. Illud vero, *Qui sedes*, tanquam ad ipsum loquens dixit. Incorporea siquidem & incircumscripta natura, sessione opus non habet. Figuratur autem omnino Deum, velut regis in morè super Cherubin inequntantem, vt audientes obstupesciat.

*Dominus in Sion magnus.*) Iudeis reuerfis, ac sanctum templum restaurantibus potentia Dei declarabatur omnibus. Præcipuè vero crucem perpeffus, orbis Dominus apparuit, cum sancti Apostoli prædicationem salutis gentibus attulerunt.

*Constituantur nomini tuo magno.*) Competit itaque omnibus vt te laudent, ac beneficia tua recenseant, inenarrabilem vero naturam tuam curiosè non scrutentur. Quod vero honos offertur nomini tuo terribili & sanctissimo, sanctifi-

cat quidem credentes, incredulos vero perterrefacit.

*Et honor regis iudicium diligit.*) Hoc est, Honorabilem hoc regem reddit, quod iustitiam diligit. Id vero, & quod subiungitur, declarat.

*Iudicium & iustitiam.*) Rectam enim & iustam sententiam, tanquam rex iustus protulit: & Israelem à potentatu eorum, qui illum seruituti subiecerant, liberauit. Quod ad aliam vero prophetiam attinet, ita sentiendum est, Promissionis tuæ veritatè declarasti, vbi quæ maioribus Israelis pollicitus fueras, adimplesti, ac salutem per semen Israelis exhibuisti.

*Exaltate Dominum Deum nostrum.*) Vicem igitur benefactori, quibus modis poteritis rependite. Exaltate Dominum, inquit, hoc est, exaltatum illum prædicate. Scabellum pedum Dei, olim templum Ierosolymitanum reputatum est: nunc vero Ecclesiæ per vniuersam terram & mare disperse, in quibus Deo adorationem offerimus.

*Moyfes & Aaron.*) Non temerè alijs Prophetis omissis horum tantum meminit, sed ita cognatam Iudæorum rabiem & tyrannidem docere voluit. Sub Mose namque & Aarone sacerdotium rapere conabantur, & sub Samuele diuinum regnum dehonestantes, humanum sunt complexi. Docet itaque hic sermo, quod nihil noui commiserint, contra Seruatorè insanientes. Iam olim enim illis consueta erat hæc insania.

*Inuocabant Dominum.*) Multum enim fiducia erga Deum habebant. Nam illi obsecrabant, ipse exaudiebat: & cum illis videntibus omnibus, apparitionem suam per nebulam ostendens, loquebatur. Deinde docet, quod hanc illis gratiam haud immerito largitus sit. etenim secundum præcepta ipsius viuentibus hanc gratiam contulit.

*Domine Deus noster.*) Tu es, inquit, Domine, qui à nobis prædicaris, qui tantam illis fiduciam tribuisti, & multo eos es fauore ac benevolentia dignatus.

*Et vlciscens.*) Symmachus sic, Et vlciscens super calumnias eorum. Eos enim qui tyrannidem contra magnum Moysen exercebant, igni tradidisti: & eos qui flammam euaserant, viuentes in apertam foueam tellure hiare iussa demidisti, ac tyrannidis locum, vltro neum illis sepulchrum reddidisti: atque eos qui mare transierant, in terra admirandis vndis vsus, submergi fecisti. Eos verò qui contra Samuelem insurgabant, Saulis potentatui tradidisti, ac multiarijs calamitatibus adobruisti.

*Exaltate Dominum Deum nostrum.*) Horum itaque præclarorum virorum pietatem imitati, competentem Deo honorem offerre. Mons verò sanctus olim Sion vocabatur nunc verò diuinæ cognitionis celsitudo. Itaque iussi sumus, secundum datam nobis à Deo scientiam, vt adorationem illi offeramus.

ARGUMENTVM PSAL. XCIX.

Omnes homines Propheta ad hymnodiam vocat, adhortans vs per omnia Deum colant.

Scholia in eundem Psalmum.

**I**ubilare Deo omnis terra.) Triumphalem hymnum Deo omnes homines offerite. Terram enim eos vocat, qui terram incolunt.

*Seruite Domino.*) Seruatoris enim regnum non est acerbæ diaboli tyrannidi conforme, sed dominatus illius placidus est ac benignus. Lætantes itaque ad seruendum illi accedite.

*Introite in conspectu eius.*) illud, In exultatione, Symmachus, Cum bona acclamatione, Aquila verò, Cum laude dixit. Est autem hymnus exultantium ac lætantium.

*Scitote quoniam Dominus.*) Re ipsa cognoscite, quod Dominus noster omnium Deus est. Hanc instructionem & gentibus Apostolorum chorus proposuit, sicuti Actorum historia docet.

*Ipse fecit nos.*) Non sumus nos nostri ipsorum opifices constituti, sed per ipsum formati sumus. Ad hunc modum & Paulus Athenienses docuit dicens, Deus qui mundum & omnia

& omnia quæ in illo sunt fecit, hic cum cæli & terræ Dominus sit, &c. Idem & Propheta hic docet, Ipse inquit, fecit nos, & non nos ipsi. Symmachus sic, Ipse fecit nos, cum nondum effemus.

Nos autem populus.) His non solum dominatum, sed & gubernationem ac protectionem significauit. Non modo Dominus, sed & pastor noster est, bona nobis pascua adhibens.

Introite in atria eius.) Ecclesias dicit. Hæ siquidem nobis ingressum ad Dominum exhibent.

Confremini illi.) Quomodo namque dignum non fuerit eum laudare, qui inenarrabili benignitate vsus est, & bonis promissionibus finem & effectum imposuit? Quæ namque in maiorum nostrum generatione pollicitus est, ea in hac nostra adimpleuit: & quam illis salutem promisit, hanc nobis præstitit.

## ARGUMENTVM PSAL. C.

Psalmi huius argumentū tale est. Iosias rex funditus simulachrorum aras subuertit, & sacerdotes illorum interemit, populum verò ad priorem pietatem reduxit. Non solum autem doctrina sana curam gessit, sed & de virtutis operibus sollicitus fuit, quod iustum erat iudicans. Cum hæc longè antea Dauid vidisset, Psalmum hunc conscripsit, vt & illius virtutem deprecaret, & omnibus mortalibus perfectionis characterem proponeret.

## Scholia in eundem Psalmum.

Misericordiam & iudicium.) Quoniam enim afflictorum misertus est præclarus Iosias, eos vero qui iniuriam inferebant condemnauit, narrationem de illo misericordiæ & iudicij celebrationem appellauit.

Psallam & intelligam.) Symmachus, Canam, & intelligam viam immaculatum. Quam per gratiam patris immaculatam esse viam, & Deo gratam considerauit: hanc nunc per melodiam proponam.

Pærambulabam in innocentia.) Tantum enim præclarus hic vir puritatis acquisierat, vt confiderent ad Deum clamarit. Quando venies ad me? hoc est, Conuenientem tibi regiam constitui, desidero aduentum tuum ô Domine, da quod desidero.

Non proponebam ante oculos meos.) In simplicitate perseueranter vixi, & non alius extraneis apparui, in domo vero contraria facere sustinui: sed quæ absconditè gessi, cum manifestis & apparentibus conuenierunt.

Facientes præuaticationes odiui.) Non solum autem facta iniqua abominatus sum, sed & horum cogitationes expuli, cogitationem præ alijs componens ac dirigens. Aueratus verò sum eos, qui diuinas leges contemnebant.

Non adbasit mihi.) Familiares autem mihi erant, quibus quod iustum est, charum erat.

Declinarem à me.) Si vero quisquam malitia sodalium vsus, & conuictu meo deficere voluit, ne putauit quidem discessionem esse huiusmodi hominis discessionem, vsque adeo mihi contemptui erat, quisquis malitiam esset amplexus.

Detrahentem.) Delationes occultè factas non admittebam, sed qui illas moliebantur abigebam.

Oculi mei ad fideles terræ.) Confessus & consiliorum meorum consortes erant, qui fide ornati erant, & res diuinas plurimi faciebant.

Ambulans in via.) Non solum autem amicorum & consiliariorum, sed & ministrorum magnam curam gessi: famulis enim vsus sum, virtutem colentibus.

Non habitabit in medio.) Neminem autem superbia vsum, domesticum habere volui: si vero quisquam iniusta consuluisset, aut exquisiuisset, spe sua frustratus discessit.

In matutino interficiebam.) Hoc clarè ex historia cognouimus. Vniuersos enim impios sacerdotes morti tradidit, & sacram ciuitatè repurgauit. Si quisquam vero viri huius virtutem exactius cognoscere voluerit, cognoscat eam ex secundo Paralipomenon, & ex quarto Regum libro. Per hoc verò quod dicit, In matutino, celeritatem iusti iudicij significauit.

## ARGUMENTVM PSAL. CI.

Habet quidem hic Psalmus vaticinium de miseria populi Iudeorum in Babylone, deq; illius reditu: simul tamen & gentium vocationem ac salutem prædicit. Competit autem & cuius cum quacunque calamitate luctanti, & vt diuinam opem consequatur oranti. Pauperes enim vocat, prouidentia diuina egentes.

## Scholia in eundem Psalmum.

Domine exaudi.) Suscipe orationem meam Domine, & auxilium tuum desideranti potrige. Clamorem enim Symmachus fletum dixit.

Non auertas faciem.) Sis mihi placidus, indignationemq; tuam remitte.

In quacunque die tribulor.) Et hæc Psalmi verba manifestum faciunt, quod hic Psalmus non præteritorum narratio, sed futurorum sit vaticinium. Quoniam in multa prosperitate & splendore fuit hic populus, sub Dauidis doctrina constitutus, meritò propheta illorum vsus persona orationem profert: oratque vt diuina gubernatione potiatur, vbi calamitatis huius tempus aduenerit.

Quia defecerunt sicut fumus.) Recenset hoc loco futuras eternas suo more, perinde ac si tum præteritæ fuissent, ac vitæ suæ tempus haud secus quam fumum quendam, consumptum, & corpus suum aridum, velut vlionem factum, & quasi ignis cuiusdam impulsu conflagratum esse dicit. Sic enim Aquila reddidit, Et ossa mea sicut combustio quædam exaruerunt. Imo sicut fœnum extinctus sum, & priorem florem perdi.

Quia oblitus sum.) Omnem edendi appetitum abieci, & priore prosperitate omnino priuatus sum. Corpore namque tæbe sum, ex tristitia contracta, consumpto: ossibus vero nudatis, vinculis sum subiectus.

Similis factus sum pellicano.) Multis vitæ parabolis, dignè volens suas exprimere calamitates. Per singulas vero diætas hæc aures metum suum, & diuinæ curæ destitutionem significat. Passer siquidem præ anxietate somnium abigit, & nycticorax loca habitata fugiens, pro domibus ad solitudines auolat. Illud enim, In domicilio, Symmachus, In ruinosis reddidit. Ita & altera avis in locis solitarijs versatur.

Tota die exprobrabant.) Irrisioni factus sum inimicis, & qui aliquando zelotes erant, nunc iuramentum factus sum illis qui me olim admirabantur. Iurat enim per ærumnas meas, ne patiantur quod quidam sunt perpeffi.

Quia cinerem.) Hoc & 79. Psalmo dixit, Cibabis nos pane lacrymarum, &c. Doloris verò excellentiam his verbis significat. Si namque cibi tempus dolore plenum fuit, ægrè videlicet reliqua dolore libera fuerunt. His, inquit, malis velut vndis adobruor, quoniam furorem tuum commouisti.

Quia eleuans.) Sublimem me & spectabilem reddidisti, & confestim fregisti: Illud enim, Allististi me, ex eorum metaphora posuit, qui in sublimem quid extollunt, & mox ad pauimentum deiectum confringunt.

Dies mei.) Ad ipsos, inquit, vitæ meæ occasus perueni, ac vmbra inclinanti ac desinenti similis effectus sum. Cæterum & fœni ariditatem mentium manus prouocans imitor.

Tu autem Domine in æternum permanes.) Verum ego quidem huiusmodi naturam habeo, tantisq; coniunctus sum ærumnis: tu vero sempiternus & æternus existens, facile mihi præsentium malorum mutationem quandam largieris. Hoc enim est quod subiungit.

Et memoriale tuum.) Da, inquit, ad meliora calamitatis huius immutationem. Ipsum enim tempus misericordiam efflagitat. Innuit autem his verbis, tempus illud septuaginta annorum, ad calamitatis Babylonicæ finem determinatum. Et Daniel ad hunc modum captiuitatis tempus dimensus orationem profert. Huic autem spiritualis melodice verba consonant.

Tu exurgens.) Sion enim vobis desideratissima est, etiam vehementer vastata. Sunt autem & lapides illius dispersi desiderabiles, & acervi illorum ex depopulatione reliqui, ad memoriam reuocati commiserationem nobis incutiunt.

*Et timebunt Gentes.*) Reditum enim nostrum, & ciuitatis A  
restauracionem videntes, qui priorem nostram calamitatē, siue reges siue subditi, conspicati fuerant, potentiam tuam admirabuntur: teque metuentes solum esse Deum credent. Hoc vero proprie post Seruatoris incarnationem factum est. Post Iudæorum enim reuocacionem vicini quidam admirati sunt, quod factum erat: verum tantum abfuit vt ideo Deo crediderint, vt bellum etiam contra eos mouerint. Hic vero & Gentium omnium & regum commutationem sermo iste prædicit, cuius vaticinij quædam facta videmus, quædam vero futura speramus. Dicit enim Apostolus, Nōdum enim illi omnia subiecta videmus. Verum idem docuit, quod illi omne genu flectetur, &c.

*Quia edificauit Dominus Sion.*) Quoniam enim qui diuinam dispensacionum ignari erant, Iudæorum seruitutem, ac Ierosolymorum vastacionem Dei arbitrantur esse infirmitatem: recte ciuitatis huius restauracionem, Dei gloriam vocauit.

*Respexit in orationem humilium.*) Non enim captiuos ac seruos despexit, sed orationem eorum suscepit, ad libertatem dedit.

*Scribantur hac.*) Hoc autem beneficium sempiternū conscriptum ad posteros transmittam: populum vero creandum, ex gentibus congregandos dixit. de quo & Apostolus, Si qua in Christo noua creatura est, inquit. Et ipse David Psalmo 21. dicit, Annunciabitur Domino generatio ventura. Hic populus & vetera & noua edoctus, conuenientem Deo hymnum offert.

*Qui prospexit de excelsis.*) Deus enim omnia videns & gubernans, lamentantes audiuit, & libertatis sententiam tulit, vt qui vinceti fuerant loco occisorum redirent, ac patriam ciuitatem ædificarent, atque in illa consuetum cultum secundum legis præscriptum offerrent.

*In conueniendo populos.*) Vbi reditu potiti fuerimus, & populi & reges congregati potentiam tuam admirabuntur. Tunc igitur tanta perfundemur lætitia, vt bonitatem tuam precaturi simus, quo annorum nobis augmentum largiaris, nec medio nos tempore morti tradas. Viam vero virtutis, reditum virtute Dei præstitum vocat.

*In generatione & generationem.*) Quid enim omnium est opifici impossibile? Cum hæc itaque mutationem accipiant, tu permanes immutabilis. Per exposita autem hæc elementa, quæ nominat etiam reliquorum illum factorem esse significat.

*Et omnes sicut vestimentum.*) Symmachus sic, Et omnia sicut vestimentum veterascent, & sicut indumentum mutabis eos, & mutabuntur. Omnia siquidem visibilia veterascent, & vestium vetustate imitabuntur: tu vero illa mutabis ac renouabis, reddesque incorruptibilia pro corruptis. Simile autem & illud est, Tu autem idem es, & anni tui non deficient. Creaturam enim, inquit, disponis Domine, sicuti vis, tu verò naturam habes immutabilem, & alterationem superiorem. Hæc autem D. Apostolus in epistola ad Hebræos Domino Iesu appropriauit. Verum in filio patrem contemplanur. Quæ namque ille facit, eadem similiter & filius facit, & eadem in vtroque natura cognoscitur.

*Filius seruorum tuorum.*) Illud, In seculum dirigeret, Symmachus habet. Permanet. Significat autem quod Iudæi quidem seruitute liberati Ierusalem ædificaturi erant, semen vero illorum in sempiternum permanens sit. De hoc semine Apostolus, Donec, inquit, veniret semen, quod promissum erat. Et Abrahæ dictæ erant promissiones, & semini eius. Non dicit, Seminibus, quasi de multis: sed tanquam de vno, Et semini tuo, inquit, qui est Christus. Hoc semen in æternum permanet.

#### ARGVMENTVM PSAL. CII.

Videtur quidem hic Psalmus præcedentem ordine, idē in eodem argumento, consequi. In illo namq, qui propter Babylonicas erummas lamentabantur, Deum vt reditu potirentur, orarunt: hic vero, iam que petierant consequuti, benefactorem laudant. Ego vero hymnodiam hanc omnibus conuenire mortalibus arbitror, cum propter liberationem à seruitute acerbiorē, tum propter maiorem acquisitam libertatem. Et ipse verborum sensus quod dico manifestabit, vt hoc verius sit Psalmi huius argumentum.

#### Scholia in eundem Psalmum.

*Benedic anima mea Domino.*) Qui circa diuina beneficia grato animo sunt affecti, seiplos ad hymnodiam excitant, vt benefactori, quantum fieri potest, gratitudinem rependant. Hi omnia interiora ad hoc consecrant, & omnem cogitatum ad laudem Dei mouent. Interiora siquidē, cogitationes, & affectus, & omnes animæ motus, vocauit.

*Benedic anima mea.*) Iterum animam ad eadem excitandam, & obliuionis nebulam dispellendam, beneficiorumque Dei memoriam renouandam esse docetur. Symmachus, pro retributionibus, beneficia dixit. Deinde ista per partes recenset.

*Qui propiciatur.*) Hic enim tibi peccatorum remissionem largitus est, hic tibi passionum curationem præstitit. Eos quidem qui captiui in Babyloniā abducti fuerant, seruitute liberauit, vita vero corruptibili non liberauit: nobis vero per resurrectionem suam vtramque largitus est.

*Qui coronat te.*) Gratia enim, vt D. Apostolus inquit, saluati estis, & hoc non ex nobis. Dei donum est. Et itaque corona hæc gratiæ ac benignitatis diuinæ. Ita & Esaias, ex persona sponsæ clamat, Exulter anima mea Domino. Induit enim me vestimento salutis. Hæc autem omnia dona sunt, ac dona sponsi. Solam enim fidem sponsa attulit.

*Qui replet in bonis.*) Quoniam etiam malum est desiderium, recte posuit illud, In bonis. Bona namque desideria nostra Dominus seruat. Petite, inquit, & dabitur vobis, &c.

*Renouabitur vt aquila inuentus.*) Hæc nobis Dominus per baptismam largitus est. Consona istis Deus & per Esaiam dicit, Qui expectant me, mutabunt fortitudinem, pennas asument sicut aquilæ. Quoniam enim cum primum conderemur, diuinos & regios characteres acceperamus, illos vero postea peccati studijs corrupimus: pollicetur nobis hic sermo regni recuperacionem. Regia siquidem hæc auis est, ac regnum inter volucres adepta. Docet autem nos & diuinæ munificentiæ ingenium.

*Faciens misericordias Dominus.*) Non enim propter iustitias, inquit Diuus Apostolus, quas fecerimus nos: sed secundum magnam misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, ac renouacionis Spiritus sancti. Cum videret nos per iniuriam ab hoste veritatis pressos, nobis quidem misericordiæ suæ fontes aperuit, contra illum vero iustam sententiam protulit.

*Notas fecit vias suas.*) Salutem hanc nobis non ex pœnitentia parauit, sed hæc olim per prophetas suos prædixit, & per Diuum Moysen salutem nostram adumbravit. Mare aspersiois typum accepit, petra sempiternorum fluentium vmbra facta est. Ita & reliqua, ne singula recenscam, ab illis adumbrata esse inuenire licet.

*Miseratur & misericors Dominus.*) Bonorum istorum causa est, inquit, diuinæ bonitatis abyssus, immensa misericordia, ac benignitatis pelagus.

*Neque secundum iniquitates nostras.*) Non est passus, vt secundum mensuram peccatorum nostrorum pœnas de nobis sumeret, neque in immensum indignationem suam contra nos extendit.

*Quoniam secundum altitudinem cali.*) Si remotiora inter se spacia & interualla, quam hæc sunt, reperisset, omnino illa in medium adduxisset, contendens ad hoc, vt diuinæ bonitatis infinitam amplitudinem ac latitudinem ostenderet.

*Quomodo miseretur pater filiorum.*) Cum conditor & opifex sit, eandem erga seruos suos amoris beneuolentiam ostendit, quam pater erga liberos suos habet.

*Quoniam ipse cognouit signum nostrum.*) Nouit enim naturæ nostræ imbecillitatem, nouit etiam vnde formati sumus, & in quid iterum desinamus.

*Homo, sicut fœnum dies eius.*) Homo nihil differt à fœno ac flore.

*Quoniam spiritus.*) Symmachus sic, Quoniam spiritus pertransit eum: deinde animam non subsistere dicit, qua præsentē, corpus & viuit & operatur, auolante vero

corruptitur, ita vt ne cognosci quidem priores caracteres possint: sicut in sepulchris est videre. Spiritus igitur ad hunc modum, locum suum non cognosceret, corpus videlicet tum non corruptibile, sed incorruptibile resumpturus.

*Misericordia autem Domini ab aeterno.*) Natura quidem nostra fragilis est, diuina vero benignitas hoc largitur, vt prolixo saeculo viuamus, & ad nepotes vsque iustitiae retributionem maioribus debitam conferuamus. Ita regnum Iudaeorum ad quartam vsque generationem conseruauit, cum tamen perfectam pietatem haud essent assequuti, sed mox initio regni aemulationem ostendissent. Ita Dauidi inextinguibilem generis scintillam seruaui, sicut multi impij medijs temporibus ex illo prodierint. Hanc autem misericordiam, inquit, testamentum suum seruauit, & non simpliciter mandatorum suorum recordantibus, sed verbis ipsa quoque opera coniungentibus praestabit.

*Domini in caelo.*) Simile est hoc illis quae in alio Psalmo dicuntur, nempe, Qui in altis habitat, &c. Docet enim nos hoc loco propheticus sermo, Dominum in caelo quidem habere sedem suam: verum despiciere ac gubernare creaturam, tanquam omnium quae sunt & Conditor & Rex & Dominus.

*Benedicite Domino.*) Merito inuisibiles virtutes ad communicationem hymnodiae vocauit. Non enim sufficiens ad hoc est humana natura, vt benefactorem digno praeconio celebret. Incorporeae vero ac sanctae naturae, vt pote vitam passionibus liberam habentes diuina praeccepta seruare possunt.

*Benedicite Domino.*) Multi sunt & varij caelestes ordines, vt pote principatus & potestates, & quae alia nomina nobis huius creationis diuus Apostolus proponit: verum omnia illa propheticus hic sermo duobus istis nominibus complexus est.

*Benedicite Domino omnia opera eius.*) Neque hoc Iudaeis conuenit. Illi enim cum ab illis qui ipsos captiuos tenebant, aliquid ex canticis Sion cantare iuberentur, legitime facientes: respondebant, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? nobis vero Apostolus denunciat, vt in quouis loco constituti puras manus orantes extollamus.

*Benedic anima mea Domino.*) Finis cum principio Psalmsi consonat. Cum enim ad hymnodiae communionem, spirituales essentias vocauit; docet & nos, vt quantum fieri possit factorem honoremus, & gratiarum actionem viribus parem cum hymno offeramus.

#### ARGUMENTVM PSAL. CIII.

*Spiritus sancti gratia, non solum ethicam & dogmaticam doctrinam mortalibus profert: sed etiam quomodo Deum laudare conueniat, instruit. Quapropter & hunc Psalmum Dauid ministro vsa conscripsit, discant omnes, quibus hymnis benefactori sit rependendum: cuius hic communia beneficia recenset, quemq; omnium factorem ac gubernatorem esse ostendit.*

#### Scholia in eundem Psalmum.

**B**enedic anima mea Domino.) Vnumquemuis pietatis alumnus Deum laudare docet.

*Domine Deus meus magnificatus es.*) Illud, magnificatus es, non auxesum & incrementum Dei: sed immensam illius amplitudinem significat. Ita namque & Symmachus dixit, Deus meus magnus es vehementer. Non enim cum paruus esset, magnus est factus: sed natura magnus est.

*Confessionem & decorem.*) Symmachus sic, Hymnum & glorificationem proferam. Non enim adhuc ignorant te, qui bonis tuis sunt potiti: neque simulachris honorem deferunt, sed te laudant, & tibi glorificationis debitum reddunt.

*Amicus lumine sicut.*) His consona & Apostolus habet, Qui solus habet immortalitatem, inquit, & lucem inhabi-

**A**rat inaccessam. Tanta siquidem est lux illa, vt ne appropinquare quidem quisquam ausit. Est igitur & ipse quidem lux vera: amicitur vero luce sicut vestimento.

*Extendens caelum.*) Opificij facilitatem his verbis significauit.

*Qui regis aquas.*) Hoc & Moyses docuit dicens, Fiat firmamentum in medio aquae, & diuidat inter aquas & aquas, quae sunt supra firmamentum.

*Qui ponis nubem.*) Prouidentiam Dei omnia penetrantem his verbis significauit. Imminet enim, inquit, & ventis ac nubibus, & ipse gubernat & moderatur ea. Docet autem simul, diuinam vbique praesentem esse naturam, & omnibus imperare. Quoniam vero velociorem naturam in rebus sensibilibus quam sit venti, non reperit, Deum super pennis ventorum vehi dicit.

*Qui facis angelos tuos.*) Non visibilium modo, sed & inuisibilium Deum opificem esse ostendit. Eisdem autem & spiritus & ignem appellauit, vtrisque dictionibus potentiam ac velocitatem illorum docens. Velox enim est spiritus natura, & potens est ignis operatio. Angelis autem Deus ministris vtens, & dignis benefacit, & aduersarios punit. Quapropter & ignis meminit, aptam ad puniendum energiam significans.

**C***Qui fundauit terram super stabilitatem suam.*) Aquila & Symmachus, Super Basium suam dixerunt.

*Non inclinabitur.*) Non auertetur, non cadet: fundauit enim eam super eam ipsam, deditque illi vt sit immota: & hoc modo permaneat, quandiu ipse voler. Sic & alibi dixit, Qui suspendit terram in nihilo.

*Abyssus sicut vestimentum.*) *ἀβύσσος* posuit pro *ἀδύτης*. Sic *Abyssus*.

enim & Aquila & Theodotion reddiderunt. Induisti eam abyssus sicut vestimento. Abyssum autem humidam essentiam D. scriptura vocat. Ita & initio creationis D. Moyses dixit, Terra autem erat inuisibilis & indisposita, & tenebrae erant super Abyssum. Quoniam igitur aquis terra vndique circundatur, & magna quidem & innaugabilia maria fines illius sunt: mediam vero alia nauigabilia diuidunt, recte abyssum terram velut vestimentum circumplecti dixit.

*Super montes.*) Vbique prouidentiam Dei creaturae praesse docet. Hac enim ratione mare montium imitatum vertices continentem vndis suis non inuoluit, sed sicut nos tonitruum horremus, ita illud praefixum terminum timer. Illud vero, Supra montes stabunt aquae: idem est atque, Sicut montes stant aquae. Illud, Ascendunt montes: pro, Ascendunt in montes, positum est.

**E***Terminum posuisti.*) Arenam mare reueretur, & ad illam vsque furens, quasi freno quodam termino diuino cohibetur, ac rursus coeretur, retroque cedit.

*Qui emittis fontes.*) Deinde necessitatem huius indicat.

*Inter medium montium.*) Et hoc maximum est diuina dispensationis & prouidentiae signum, quod non hominum modo, sed & irrationalium necessitati satisfacit. Quapropter montes diuisit, vndisque peruios reddidit, vt non homines tantum, sed & brutorum genera fluentorum copia potiantur. Illud vero, Vsurpabunt onagri ad sitim suam: Symmachus, Recreabit onager sitim suam, reddidit.

*Rigans montes.*) Non enim inferne solum, sed & supernae per nubes irrigationem adfert. Deinde & vilitatem quae ex eo est indicat.

**F***De fructu operum tuorum.*) Nascitur enim herba, & nutrit iumenta, ad usum mortalium condita. Aluntur autem & imbribus fructus, hominibusque proferuntur: veruntamen propter hominum necessitatem, & iumenta hac prouidentia potiuntur.

*Et herbam seruituti hominum.*) Clarius Symmachus ad huc modum reddidit, Qui germinare facis foenum iumentis, & herbam seruituti hominum, vt alimentum ex terra nascatur. Et vinum, vt lactificet eor hominis, & vt facies oleo niteat, & panis vt cor hominis confirmet. Ad hoc enim, inquit, imbres terrae suppeditat, vt fructus germinent, & corpus pane confirmetur ac nutriatur, oleoque externe niteat.

*Saturabuntur ligna campi.*) Hebraeus & reliqui posuerunt, Saturabuntur ligna Domini. Posteaquam de frugiferis disse-

differuit, necessario & de infrugiferis mentionem facit, quod & illa necessarium mortalibus usum exhibeant. Quapropter & Domini illa appellauit tanquam sponte nascentia, & non manu confita, sed diuini verbi virtute germinantia.

*Cedri Libani.*) Neque enim hortulani aliqui illas plantarunt, sed diuinum verbum ingentes illos montium vertices constituit. Libani autem tanquam insignis montis, cedrorumque illius mentionem faciens, reliquos etiam montes atque arbores eorum significauit.

*Illic passeris.*) Aquila sic, Ibi volucres nificabunt: herodij, abietes domus eorum. Arbores enim illæ mortalium ædibus ad struendum sunt accommodæ, auium vero nidus recipiunt.

*Montes excelsi ceruis.*) Ne minimum quidem animantium abs te neglectum est, sed ceruis quidem montium vertices commorandi gratia, minoribus vero animalculis petrarum lustra dediti.

*Fecit Lunam in tempora.*) Postquam omnia recensuit tam visibilia quam inuisibilia, luminarium etiam mentionem facit, quæ quarto sunt die facta. Dicit autem lunæ officium ad docendum tempora factum esse. Huius enim variationes temporis mensurationem efficiunt. Ipsa siquidem mensuram mensis, totidem diebus crescens ac decrescens constituit.

*Sol cognouit occasum suum.*) Non quod animatus sit aut ratione utatur, sed quod iuxta terminum, diuinitus præscriptum ingrediens, diem illustrem reddit, & nocte absconditur: semperque eundem cursum seruat, ac mensuras suas custodit, & lucis subductione cohibitus refocillationem mortalibus suppeditat.

*In ipsa pertransibunt.*) Nox enim requiem quidem hominibus, bestijs vero securitatem & confidentiam exhibet, ut famelicos ventres repleant. Illud vero, ut quærant à Deo escam sibi: idem est atque, Et illis diuina prouidentia quæ necessaria sunt præstat. Siquidem à Deo petere, rationaliū: quærete vero, etiam irrationalium est.

*Ortus est Sol.*) Sole autem oriente, bestię quidem ad lustra sua secedunt, homines vero laborem præterito die repositum alacriter denuo diurno labore prosequuntur.

*Quam magnificata sunt opera tua Domine.*) Vbi Propheta singula quæ recensuit recogitat, multamque Dei prouidentiam agnoscit, in medio narrationis hymnodiam Deo destinat. Reperit enim & noctem, vehementer vilem, & infrugifera ligna, aliam vtilitatem adferentia: bestiarumque genera, ad multa mortalibus accommoda, ab impijs quibusdam traduci & damnari.

*Implet a est terra possessione tua.*) Creatura: hoc est, Omniuarius bonis illam replesti. A terra autem ad vicinum mare transit.

*Illic reptilia.*) Et hoc diuinę gubernationis indicium habet, quod minuta animantia magnis commorari fecit, & tamen ab illis prorsus consumuntur.

*Illic naues.*) Et hic est maximus mortalium usus.

*Dracon iste.*) Per draconem cete grandia significauit, quæ in magno mari frequenter commorantur. Illud vero, ad illudendum ei, de mari dictum est. Nam & Hebræus & Syrus mare in masculino genere usurpat, Ita magnum est, inquit, ut & innumera piscium genera complectatur, & maxima cete securè in illo natent. Si vero quisquam draconem hunc & allegoricè sumendum putauerit, propterea quod in Esaia gladio magno, sancto & forti draconem ac serpentem & vermem in mari vulneratum legimus: neque nos reculabimus eam sententiam, quandoquidem & in Iob hanc bestiam S. Angelis illudentem reperimus, & Dominus potestatem supra serpentes & scorpiones calcandi dedit.

*Omnia ad te spectant.*) Abs te, inquit, omnia suo tempore quæ necessaria sunt, reportant. Irrationalia namque cibum quidem quærunt, suppeditatorem vero illius ignorant, nihil tamen minus illum à factore suo recipiunt.

*Dante te ipsis.* Te copiam illorum exhibente, vnumquodque sibi accommoda reportat.

*Aperiente te manum.*) Facilitatem largiendi hac particula expressit. Quemadmodum enim in promptu est, digitos

A introrsum vergentes extendere, ita facile Deo est vberem omnium bonorum dare prouentum.

*Auertente autem te.*) Quemadmodum autem par est, ut omni lætitia replentur, qui bonis tuis fruuntur: ita te auerfo omnia turbabuntur, metuque replebuntur.

*Auferes spiritum eorum.*) Te siquidem volente, anima & corpus separantur, & corpus in patrium ac primitiuum puluerem resoluitur. Spiritum verò, animam dicit.

*Emitte spiritum.*) Resurrectionem nobis hic & vitæ restitutionem per Spiritum sanctum perspicuè prædixit. Ita & Helias filium viduæ resuscitauit, postquam puero inspirasset, & per gratiam Spiritus sancti, quam habebat ad vitam reduxit. Ad hunc modum & Elifæus, Postquam & hanc diuinæ virtutis energiam ostendit, sermonem ad hymnodiam transfert.

*Sit gloria Domini in secula.*) Dignum est, inquit, ut perpetuo laudetur ab omnibus.

*Lætabitur Dominus.*) His verbis futuram inter homines cogitationem Dei significauit, eos videlicet, qui ab errore demoniorum liberati, cogitationem Dei acquirunt. Lætatur autem Dominus, non ob id quod adoratur, sed quod mortales seruantur.

*Qui respicit terram.*) Rectè ista adiecit, ut diuinam naturam nullius rei indigam esse doceat. Non enim velut egenus in eo delectatur, quod adoratur: sed tanquam seruari volens, veritatem ostendit, & cum punire possit, pœnas tamen non infert, licet sola apparitione terram concutiat, & montes igne & fumo repleat. Hoc autem & in monte Sina fecit. Cum enim apparitionem suam ostenderet, totum montem fumigantem reddidit.

*Cantabo Domino.*) Rectè adiecit, In vita mea. Non enim est in morte qui memor sit Dei.

*Iucundum sit.*) Symmachus, Sermocinationem: Aquila, Homiliam, reddidit. Opto autem, hymnodiam hanc meam iucundissimam & suauissimam videri. Si hoc sit, ego lætiam inde reportabo.

*Deficiant peccatores.*) Postquam diuinam pulchritudinem, quantum humanæ nature licet, exposuit, & omnes homines eandem scientiam sortiri cupiunt: precatur ut in vniuersum peccatorum multitudinem deficiat, non ut pereant orans, sed ut conuertantur, & fastus illorum cesset, ac immutati diuina cognoscant. Si vero quisquam hæc verba aliter intelligere voluerit, quasi eos Propheta qui impiè viuunt, maledictionibus subijciat, etiam hoc sensu prophetiam hanc Apostolica doctrinæ consonā reperiet. Nam & Paulus Corinthijs scribens, talem conclusionem posuit. Si quis non diligit Dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit. Est enim hoc proprium eorum, qui feruenter Dominum diligunt.

*Benedic anima mea Domino.* Itaque qui in sanire ac desipere volunt, quæ dixi patiantur: tu verò, ô anima mea, lauda conditorem ac seruatorem tuum.

#### ARGUMENTVM PSAL. CIII.

Et hic Psalmus hortatur, ut Dominum laudemus, sicut & epigrapha illius declarat. Alleluia siquidem si interpretaris, idem sonat atque, laudate Deum. Memorat autem & promissiones Patriarchis à Deo factas, & bona quæ maioribus ab illo propter eos erant data. Potens enim cum horum tum illorum memoria ad hoc est, ut tantis beneficijs potitos ad paternæ virtutis zelum excitet. Simul autem & pios docet, quod non iniuria Deus ingratum illum populum gubernatione ac protectione sua priuauit. Quoniam enim populus Dei appellatus, ac diuina prouidentia potitus fuerat, tandem vero illa prorsus priuatus erat: proposito hoc Psalmo mortales omnes docet, quibus & quantis eos beneficijs affecerit, & quomodo tantæ beneficentiæ ingrati fuerint: ut simul & prolata contra eos sententiæ iustitiam & equitatem cognoscant vniuersi, ne & ipsi, quæ sunt ingratitudinis præmia videntes, eandem cum illis, sed Dei viam ingrediantur.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**C**onsternimini Domino.) Illud, Inuocate: Symmachus, Prædicare, reddidit. Hortatur autem hic sermo, gratitudinis hymnum offerre, diuinæque beneficia prædicare.

Annuncia -

Luna docet tempora.

Dracon.

*Annunciate inter gentes.*) Manifestum est, quod non solum A Iudæis, sed & gentibus prodesse satagat.

*Cantate ei.*) Hymnis illis ac concentibus rependite, & miracula ab illo facta ignorantes docete.

*Laudamini.*) Illud, *ἐραυείθε*, id est, laudamini: Aquila reddidit, *καυχᾶσθε*, id est, gloriamini. Admonet autem hic sermo, neque in diuitiis, neque in robore, neque in potentatu, sed in scientia Dei gloriandum esse: sicut & Apostolus dicit: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur.*

*Lætetur cor.*) Lætitia namque spei in Deum fructus est.

*Quærite Dominum.*) Et vt doceat, quomodo hoc sit faciendum, subiungit, non semel atque iterum: sed per omnem vitam cæleste conuenit auxilium quærere, vtilitatemque illius reportare. Erunt enim qui hoc quærunt in expugnabiles & inuicti. *Quærite*, inquit, & inuenietis, &c.

*Mementote mirabilem eius.*) Nolite obliuioni tradere miracula quæ iusto iudicio ornata Dominus est operatus. Iudicia autem hic miracula illa appellat, quæ iuste sunt à Deo facta. Quoniam enim ea narrat quæ in Ægypto sunt facta, primum supplicij Ægyptiorum iustitiam & æquitatem docet.

*Semen Abraham.*) Eisdem & Abrahamæ semen & filios Iacob vocat, vt pote illius nepotes, & huius filios appellatos: electos verò ob id dicit, quod præ omnibus gentibus populus Dei vocati essent. Hoc & sequentibus declarauit.

*Ipse Dominus Deus noster.*) Cum enim ipse sit omnium Deus ac Dominus, hos tamen populum sibi peculiarem appellauit.

*Memor fuit.*) Stabilitatem ac diurnitatem promissionum Abrahamæ factarum his verbis docet. Non enim hic sermo, vt quidam putant, hyperbolicus, sed verus ac diuinus est. Pollicitus enim est Deus, benedicturum se in semine Abrahamæ omnes gentes. Est autem semen eius Christus, secundum carnem, qui sempiternum habet imperium, & regnum, nulli perditioni obnoxium. Hoc autem & mille generationum mentio significat. Non enim numerum aliquem, sed diurnitatem & æternitatem multitudo ista generationum innuit.

*Quod disposuit ad Abraham.*) Huius iuramenti & Moyse meminit. Dixit enim Deus ad Abraham, Per memetipsum iuravi, nisi benedicens benedixero te, &c. De hoc iuramento & Isaacum admonuit & confirmauit, & fœdera sua cum Iacob renouauit. Et hæc sanè adimpleuit, per Moysen quidem posteros eorum ex Ægyptiorum seruitute liberans: per Iesum verò Naue terram promissam tradens, ac tandem promissionem hanc per Dominum Christum concludens & absolvens.

*Funiculum hereditatis vestræ.*) Terræ dominatum, funiculum vocauit. Terram enim mensurationi eorum qui hanc acquiserant, propriam subiecit.

*Cum essent numero breui.*) Hæc autem patribus etiamnum paucis existentibus pollicitus fuerat. Declarat autem hoc pacto promittentis potentiam, quod tam paucis tantæ terræ dominatum largiri potuit.

*Paucissimi, & incolæ eius.*) Incolæ namque & peregrini Patriarchæ permanserunt, idque non vno tantum loco, sed nunc illo nunc alio tabernacula sua transfulerunt.

*Non reliquit hominem.*) Victores enim eos nocere conantium reddidit.

*Et corripuit pro eis reges.* Ita in Pharaonem inquisiuit inquisitionibus magnis & horrendis. Ita propter Saram vxorem Abrahamæ noctu Abimelech perterrefecit, dicens: Ecce moriturus es propter Saram vxorem Abrahamæ. Habet enim maritum. Ita Isaacum illis qui tum Palestinam inhabitabant, verendum reddidit. Ita Laban homicidium medianti comminatus est, dicens: Vide ne duri quicquam contra Iacob seruum meum loquaris. Vocat autem eos Christos, non quod oleo vncti, sed quod electi essent. Prophetam verò Abrahamum & Deus ipse appellauit: Redde inquit, vxorem viro isti. Est enim Propheta, & orabit pro te, & seruaberis.

*Et vocauit famem.*) Peccatum castigationem accersit, castigatio verò vitam bestialem reprehendit, reprehensio vitæ conuersionem operatur. Famem itaque induxit propter iniquam mortalium tum temporis viuentium vitam. Veruntamen etiam sic colentium ferationem habuit.

*Et omne firmanentum.*) Hoc est, Quicquid alere poterat, rarum & carum reddidit.

*Misit ante eos virum.*) Vtraque significauit, & fratrum nequitiam, & Iosephi sapientiam. Malitia namque eorum competenter vsus est.

*In seruum.*) Non enim ipse eos ad hoc coegit, vt fratrem venderent: sed id malitiæ eorum concessit. Ipse verò conuenienter illa vsus ex seruo regem effecit, & descensum in Ægyptum moderatus est. Oportebat enim eos, qui populus Dei appellandi erant, miraculis ab ipso factis illustres reddi. Cura namque & protectio erga eos declarata Deum ipsorum prædicauit, & audientes luce cognitionis Dei illuminauit.

*Humiliauerunt.*) Post adulterij namque calumniam in carcere moratus, & ferreis vinculis innexus est. Hoc autem Symmachus sic dixit: Ad ferrum tranfuit anima eius: pro eo quod est. Ad cædis vsque periculum peruenit.

*Eloquium Domini.*) Hæc omnia auri in morem probatus pertulit, non vt adulationem virtutis Ioseph cognosceret: sed vt philosophiam illius aliis hominibus ostenderet, & veritatis archetypum proponeret.

*Misit rex.*) Et vt dispensationis huius vtilitatem ostenderet, subiecit, Vt erudiret principes eius, &c.

*Constituit eum dominum.*) Inclutus enim coram rege, propter somniorum expositionem factus, potestatemque adeptus ad diuinam cognitionem & reliquos adduxit: & non verbis modò, sed & ipsis operibus ad eandem pietatem attraxit.

*Et Intrauit Israël.*) Hæc, inquit, erat Patriarchæ occasio in Ægyptum commigrandi. Terram Cham, Ægyptum nominat. Quoniam Messem alter filius Cham fuit. Cham, enim, inquit, genuit, Chus primogenitum, & Messem fratrem eius. Chus verò Æthiopiã S. scriptura vocat: Messem verò Ægyptum. Iacob verò & Israël eundem appellat. Illud enim nomen ex patribus sortitus est, hoc verò illi Deus ipsi imposuit.

*Et auxit populum suum.*) Hoc & Exodi historia docet. Quanto enim magis illos, inquit, affligebant Ægyptij, tanto plures reddebantur, & multiplicabat eos terra.

*Conuertit cor eorum.*) Mentem Ægyptiorum ipse non mutauit, sed libertatem illis arbitrij permisit: & insidias non prohibuit, Israëlitas tamen insidiatorum victores constituit.

*Et dolum facerent.*) Nunc enim obstetricibus Ægyptij præceperunt vt Hæbræorum infantes masculos interimerent, nunc vero illos in fluuium abijci mandarunt: veruntamen etiam hoc pacto Israëliticum genus mortis machinamenta euasit.

*Misit Moysen.*) Cum enim istos ministros & seruos liberandorum cognatorum elegeret, miraculorum etiam virtutem illis commendauit.

*Misit tenebras.*) Non enim diuinis mandatis beati ministri contradicebant, sed quæ iussi erant faciebant: prolixissimamque Ægyptiis & triduanam noctem, imo caliginosiores etiam nocte tenebras inducebant. Nox enim, etiam si sine luna sit, aëtorum tamen splendorem non nihil temperatur: illas vero tenebras Scriptura palpabiles vocat.

*Conuertit aquas.*) Non enim colorem aquarum tantum, sed & ipsam gustus qualitatem mutauit, vt omnia piscium genera perderentur.

*Et dedit terra.*) Quoniam enim Hæbræorum scetus fluuiò tradiderant, fluuij aquam in sanguinem mutauit, factum illo homicidium arguens. Ranas vero illic ebullire fecit, in morem occisorum infantium repentes, ac domus eorum infestantes, & vsque ad ipsos regios thalamos penetrantes.

*Dixit & venit cynomyia.*) Verba sequi sunt opera, & confestim Deo iubente ac Mose dicente, & cynomyia & scinifas terram replerunt, non aliis hominibus perniciem inferentes, sed aduersarijs Dei castigationem inducentes. Hoc significat cum dicit: In omnibus finibus eorum: hoc est, extra terminos Ægyptiorum nihil tale fieri videre licebat.

*Posuit pluuias eorum.*) Nubes enim consuetos partus suos mutabant, & pro pluuijs grandinem generabant. Flumina autem & flammæ cum grandine ferebantur, & contrariæ inter se naturæ aqua & ignis: sese mutuo non extinguiebant: sed naturali pugna posita, concordem castigationem Ægyptijs inferebant. Et ob eam causam vniuersa ab illis plantarum genera funditus perdebantur.

*Dixit, & venit locusta.*) Per grandinem quidem & ignem, arbores perdidit: per locustam verò & bruchum, hortos, prata & legetes. Non enim fructum modò, sed & fenum illorum consumpsit.

*Et percussit omne primogenitum.* Hanc postremam plagam Ægyptijs infligit, postquam Iudæos ad egrediendum vrsit. Erat enim vnaquæque domus threnis referta. Plagam siquidem desideratoribus intulit, acerbis eos pungens, qui erga priores glagas stupidi fuerant.

*Et eduxit eos.*) Quoniam enim Hebræis Ægyptij non permisit, vt res suas asportarent, cum suis illi etiam Ægyptiorum opes, quasi quandam seruitutis mercedem, absumpserunt. Non enim hoc iniuste Deus fieri præcepit, sed & iniurias corripuit, & iniuria affectos refocillauit.

*Et non erat in tribubus eorum infirmus.* Plagarum enim, quæ Ægyptijs inferebantur, expertes fuerunt.

*Letata est Ægyptus.*) Variis enim Ægyptij supplicij perterrefacti, Hebræorum libertatem beneficij in se collati loco ducebant.

*Expandit nubem.*) Nubes enim eadem per diem illis tabernaculi vice erat, & Solis molestiam cohibebat: noctu verò ignea facta, lucis vsum suppedibat.

*Petierunt, & venit coturnix.*) Quoniam enim carnes concupierant, exhibuit illis auium istarum capturam: & panem petentibus, cælitus per nubes non pluuiam, sed escam suppeditauit. Et sitim illorum, admirandis petræ parturitionibus curauit: fluuios autem, riuos aquarum, perenniter è petra promanantes vocat.

*Quoniam memor fuit.*) Hæc omnia illis ob eam causam tradidit, vt promissiones Abrahæ factas adimpleret.

*Et dedit eis regiones gentium.*) Non solum enim eos Ægyptiaca seruitute liberauit, sed & terram Cananæorum dedit, atque alienorum laborum dominos reddidit: & illos iuste puniens, & promissiones suas stabiliens. Quod autem haud inmerito eos qui terram Palestinam inhabitabant eiecerit, per ea quidem docuit, quæ Iudæis in lege præcepit, vbi eos cauere iussit, ne politiam illorum imitarentur: docuit verò & eo loco vbi Abrahæ possessionem huius tetrae pollicitus est, quam ratione non statim dominatum illius dederit, sed longo tempore peregrinari permisit. Nondum enim (inquit) impleta sunt Antiorum peccata ad hoc vsque temporis, hoc est, Nondum designarunt, quod omnimodo dignum sit exitio, nec iustum est vt supplicium illis inferatur, nec conuenit vt propter maioris peccati præscientiam sententiæ condemnationis subijciantur, sed expectandus est rerum finis. Mensura namque & pondere vsus omnia gubernat. Quapropter & trium annorum periodum expecto. Ita & illos eiecit, & istis quæ promiserat reddidit.

*Et legem eius.*) Dedit autem illis & terram promissam, & legem quoque, ac secundum hanc eos viuere iussit.

#### ARGUMENT. PSAL. CV.

Præcedenti quidem Psalmo diuina beneficia propheticus sermo recensuit, in hoc verò & beneficiorum meminit, & supplicia illis illata præcipue docet. Figuratus autem est hic Psalmus velut in persona priorum communes æriumnas deplorantium, & vt misericordiam consequantur orantium.

#### Scholia in eundem Psalmum.

**C** *Onfitemini Domino.*) Et propter priora beneficia Dominum laudate, & spes meliores expectate. Bonus & benignus est Dominus. Deinde, quomodo humanam naturam miraculorum Dei narratio excellat, docet.

*Quis loquetur.*) Sermo non sufficit ad laudandum Dei omnium opificium.

*Beati qui custodiunt.*) Sensum peccati virtutis beatificatio excipit. Qui namque penas peccati dat, beatos eos prædicat, qui illo sunt liberati, & vitam suam iustitia ornauerunt: beatum autem non eum dicit, qui semel vsus sit iustitia, sed qui semper vestigijs illius adhæret.

*Memento nostri Domine.*) Nouum populum significat, & Ecclesiam ex Gentibus, quam salute dignatus est Dominus, cuius communionem multitudo Iudæorum arripere docetur. Conuenientem autem huic sententiæ, & quæ sequuntur.

*Ad videndum.*) Oramus, inquit, vt nouæ gentis tuæ lætiam fortiamur, ac bonitatis illi concessæ consortes redamur.

*Peccauimus.*) Quandam enim veluti sortem transgressionis legum tuarum à patribus accipimus. Patres autem vocat, non sanctos Patriarchas, sed eos qui illis successerunt. Hoc enim per sequentia declarat.

*Patres nostri.*) Cum tanta propter illos miracula facta sint in Ægypto, potentiam tamen tuam considerare noluerunt.

*Non fuerunt memores.*) Cum enim Ægyptios videret insectantes, & mare fugæ obistere, auxilium tuum expectare nolebant, sed contra Moysen vociferabantur, dicentes: Quasi non sint monumenta in Ægypto, eduxisti nos, vt occidas nos in hac solitudine. Veruntamen eos etiam cum ingrati apparerent, salute dignatus es. Hoc enim subiecit.

*Et saluauit eos.*) Verbo namque mare nudatum, spaciosum & planum reddidit. Quoniam enim in solitudine multa est currentibus facilitas, eo quod neque plantæ sint aut arbuta, quæ transeundi copiam negent: per solitudinis comparationem hanc transeundi maris facilitatem expressit.

*Operuit aqua.*) Eadem enim vnda Hebræis salutem, & Ægyptijs supplicium attulit.

*Et crediderunt verbo eius.*) Viris Deum laudantibus Moses, mulierum verò choro Maria prophetissa præfuit. Est autem scripta oda illa.

*Cito defecerunt.*) Cum tanta ac talia haberent diuinæ potentie pignora, non petierunt vt quæ necessaria erant acciperent: neque diuinum munus expectarunt, sed conuicijs contra sanctos ministros Dei vsi sunt.

*Et dedit eis petitionem ipsorum.*) Petitionem hic concupiscentiam vocauit. Non enim petierunt, sed obloquuti sunt. Et tamen nihilominus illis abundanter ad cibum omnia dedit.

*Et irritauerunt Moysen.*) Core siquidem & cætus illius, sacerdotium ad se rapere conabantur: Dathan verò & Abiron aliam meditabantur tyrannidem.

*Aperta est terra.*) Dathan namque & Abiron, cum vniuerso suo exercitu submersi sunt: Core verò & qui cum illo erant, cælesti igne conflagratur. Has autem penas de istis sumpsit Deus, vt reliquos rectè sapere cogeret: verum nihil emendationis ex eo admittere voluerunt. Et hoc narratio eorum quæ audi sunt, declarat.

*Et fecerunt vitulum.*) Non simpliciter montis huius meminit, sed vt impietatis excessum doceret. In hoc enim monte Dominus apparuerat, in hoc monte terroribus eos, post plurimam ignis ostentationem tubis etiam vsus, ac tonitruis grauiter insonando, & cum tantis ostentis legem ferendo repleuerat.

*Et mutauerunt gloriam suam.*) Adorauerunt sculpsile. Et hoc alterius stultitiæ accusationem habet. Admodum conuenienter insipientiam eorum reprehendit. Loco enim eius, qui tanta miracula ediderat, honorarunt imaginem vituli, cuius archetypus cibo opus habet. Cibus autem vituli non panis est, sed herba & fœnum.



*Obliti sunt Deum.*) Sic enim memores erant propriæ salutis, sic supplicij de Ægyptiis sumpti, sic magni maris rubri miraculi: verum omnia simul respuerant.

*Et dixit vt disperderet eos.*) Cum enim dixisset Deus, sine me, & ira accensus conteram eos, teque faciam in gentem magnam: respondit Moyses, siquidem remittis illis, hoc peccatum remitte: sin minus, dele me de libro quem scripsisti. Vide confidentiam viri. Vsq̄ adeo scilicet familiaris est Deo, quæ erga ipsum est virtus.

*Et pro nihilo habuerunt terram.*) Alterius inobedienciæ recordatur. Deo namque præcipiente, vt potissimum terram ingrederentur, timoris passionem offendentes contra reluctati sunt, Cananæos dicentes esse viros fortes, se ipsos verò contra illorum aciem nulla præditos esse virtute. Erat autem hoc manifestum incredulitatis indicium. Debebant enim tantorum ac talium miraculorum spectatores aduersum omnia de Seruatoris sui virtute confidere.

*Non audierunt vocem Domini.*) Volebat de illis incredulitatis pænes sumere pœnas, verum consueta benignitate vsus patricularum duntaxat pœnam illis inflixit.

*Et vt deieceret semen eorum.*) Iterum ad intemperantiam exorbitant, Moabitum mulieribus commixti, illatimque impietatem edocti. Est autem Beelphegor simulacrum ab illis cultum, & Phegor simulacri huius locus vocatur: Baal verò ipsum simulacrum. Dicunt hoc quidam, Græcorum lingua Saturnum vocari. Sacrificia verò mortuorum vocat, inferias apud Græcos dictas, quas mortuis offerre solebant. Nec aberrauerit quisquam, si etiam eos qui dii vocabantur, mortuos appellet.

*Et multiplicata est in eis ruina.*) Rursus enim mortem illis immiserat.

*Et stetit Phinees.*) Quassationem Symmachus plagam dixit. Docet autem hoc ipsa historia. Phinees enim Zambri cum Madianide muliere manifestè sese commiscere ausum, arrepta hastâ cum muliere interemit. Huius autem zelo approbato Deus, & ipsum prædicauit, & supplicium quod reliquis intulerat, mutata sententia abrogauit.

*Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis.*) Mosen enim cum propter sororis mortem lugeret, accedentes, multa cum importunitate, quæ necessaria erant, requisierunt. Ille verò abiecta luctus mœstitia, conspectaque istorum intemperantia, furore & oblivione occupatus, non vt antea solita conuenientia diuino præcepto ministravit: sed hæsitacione quadam verbis immixta petram percussit, & aquam eduxit. Hoc enim ipsa percunctatio declarabat.

Dixit enim, inquit, Moses ad eos, Num ex hac petra aquam vobis educam? Et ob hanc causam indignatus Deus, terram illi patribus promissam non dedit: sed hunc mori iussit, & per Iesum Naue promissionem suam præstitit. Non autem hoc ideo fecit, vt Mosen puniret, sicuti quibusdam videtur: sed vt alia quædam dispensaret. Primum enim, cum Iudæorum insipientiam sciret, ne hunc Deum esse putarent. Qui namque vituli imaginem crexerunt, quem non cultum ei exhibuissent, qui tantorum miraculorum administer fuerat? Quapropter & hoc Deus curauit, vt monumentum eius latèret. Et præterea legem temporariam esse per ea quæ ipsi acciderant legislatori, ostendere volebat. Si enim ipse legislator promissa terra non est potitus, facile poterat ex eo confiderari, quòd neque reliqui diu essent diuina illa prouidentia vsuri. Postquam ad hunc modum ea quæ in solitudine acciderant narrauit, consequenter & eam illorum maliciam, quam in ipsa terra promissionis ostenderunt, reprehendit. Commixtionem enim gentium Deus, propter impietatis communicationem, prohibuerat cum principio finem complectens, & cum radice fructum destruens, atque ante minus malum quod peius erat cohibens. Illi verò etiam hic diuinam legem transgredientes, neque impias gentes exterminarunt, neque commercium illarum vitarunt, sed peruersam earum politiã imitati sunt.

*Et immolauerunt filios suos.*) Colophonem impietatis eorum postremo loco reseruauit, nempe quòd tetram sanguinibus filiorum & filiarum polluerunt, illorumque

A sacrificia cruentis dæmonibus obtulerunt. Deo namque ne legitima quidem, simulachris verò etiam liberorum mactationes obtulerunt.

*Et fornicati sunt.*) Scortationem hic non modò lasciuiam, sed & simulacrorum cultum vocat. Quoniam enim Deo coniuncti, cultum illorum dilexerunt, superstitionem hanc rellè scortationem vocauit.

*Et tradidit eos in manus gentium.*) Hæc ipsa quoque Iudicum historia, imò & Regum commentarius docet. Nam aliquando eos Moabitibus, aliquando & Amalechitis, nonnunquam & Madianitis, sæpenumero Philistæis tradidit, vt hac castigatione emendationem eorum procuraret.

*Sæpe liberauit eos.*) Postquam enim eos castigauerat, rursus benignum se exhibuit: ipsi verò illi contraria rependerunt.

*Et vidit cum tribularentur.*) Hoc & historiæ docent, quòd & Deum necessitate adacti, precati: & quòd precantes auditi sint.

*Et memor fuit testamenti sui.*) Propter promissiones enim ad patres factas, misericordiam illis impendit: pœnitentiam verò, castigationis cessationem vocat. Deus enim pœnitentiæ passioni non est obnoxius.

*Et dedit eos in misericordias.*) Ita Dominum mitigauerant, & ad misericordiam flexerant, atque vt captiuus libertatem daret permouerant.

*Saluos nos fac Domine Deus noster.*) Et hæc declarant propheticum sermonem eos docere, quomodo placandus sit Deus. Et Paulus futuram Iudæorum salutem per Eliam Thesbitem prædixit, Veniet enim, inquit lex, & auertet impietatem à Iacob, & hoc ipsis testamentum à me est, cum abfulerò peccata eorum. Veruntamen expectandum non est, vt Ierusalem denuò secundum insipientium fabulas restauretur, & cultus legalis, & irracionales victimæ, & circuncisio, & sabbata, & vmbatilis asperisio, post sacrum baptismum restituantur (hæc enim animum ac temulentorum hominum deliramenta sunt) sed vocatio, & veritatis cognitio, & fides in Dominum Christum, & noui Testamenti politia.

*Benedictus Dominus Deus Israël.*) Laudatus enim in omnibus est Dominus, qui Deus Israël appellatus, tantamque mortalium gratia salutem operatus est. Conuenit autem vt omnis populus ad laudantium vocem, Amen succinat. Illud enim Fiat, Hebræus Amen vocat: vnde & consuetudo hæc in Ecclesia permansit, vt sacerdotis doxologiæ, populus per Amen astipuletur.

ARGVMENT. PSAL. CVI.

*Sæpenumero vetus Testamentum noui vmbra quamdam esse ostendimus. Nihil tamen minus illud ex hoc quoque Psalmo facile cognosci poterit. Et Iudæorum enim liberationem, & omnium mortalium salutem prædicit. Multum autem consequentia ad præcedentes habet. Centesimus enim quartus narrationem promissionum ad Patriarchas à Deo factarum, & posteris illorum exhibiturum habuit. Hunc sequens, præter beneficiorum commemorationem etiam de Iudæorum ingratitude, & de suppliciis illis propter hanc illatis docuit. Hic præsens de liberatione à captiuitate per enarrabilem Dei benignitatem facta vaticinatur. Quoniam verò in illis, que nos concernunt adumbrata sunt, videamus in hoc Psalmo nostra salutis vaticinia. Maxima namque prophetiæ huius portio nobis magis quam illis conuenit.*

Scholia in eundem Psalmum.

*Constitremini.*) Iterum ad laudandum Deum hortatur, causam vero hymnodicæ huius benignitatem Dei esse dicit.

*Dicant qui redempti sunt.*) Et Iudæos Babylonica seruitute, & nos diabólica tyrannide liberatos, Deum semper laudare conuenit.

*Et de regionibus.*) De Iudæis quidem hoc ad istum modum factum non cognoui. Per orbem enim vniuersum dispersi agunt, Ecclesiam verò ex gentibus in

Moyse confidit.

Beelphegor. Baal.

Moyse hastam.

Quare Moyse terram promissionis non ingressus.

Amen quare succinat in Ecclesia.

omnibus orbis regionibus vocauit & congregauit, & cuius A  
congregationes vbique terrarum & marium cernere  
licet.

*Errauerunt in solitudine.*) Neque enim Iudæi potentiam  
eorum à quibus captiui detinentur effugere, & patriam suã  
recuperare: neque qui ex gentibus crediderunt, ante Ser-  
uatoris incarnationem, piã politiam inuenire potue-  
runt.

*Fames verbi Dei.* *Esiurientes & sitientes.*) Diuinã doctrinã fames & hõs &  
illos afflixit. Iudæi siquidem in Babylone seruientes &  
sacerdotibus destituebantur, & cultum legitimũ serua-  
re nequibant: gentes verò neque legem Dei acceperant,  
neque spiritualem doctrinã, per quam aluntur animã,  
consequiebantur. Hanc sanè famem Iudæis Deus commi-  
natus est. Adducam enim, inquit, super terram, non famem  
panis, neque sitim aquã, sed famem audiendi verbum  
Domini.

*Et clamauerunt ad Dominum.*) Qui reliquos inter Iudæos  
pietate excelebant, orationem hanc Deo obtulerunt. Et  
hoc nos prophetia Danielis docet. Ipse namque & tres  
pueri pro omnibus Deo supplicantes misericordiam qua-  
sierunt: gentes verò cum ærumnis conflctantes ingemue-  
runt, ac ploratibus insolabilibus resurrectionis spem non  
habentes vsi sunt. Solutionem quidem vrgentium malo-  
rum apud Deum omnium non quaesierunt, attamen gemes-  
centes vidit benignus Deus, misericordiamque exhibuit.

*Et deduxit eos in viam rectam.*) Iudæis quidem per Cýrum  
Persarum regem reditum largitus est, gentes verò per  
sanctos Apostolos direxit, supernamque ciuitatem ostendit,  
cuius fabricator & conditor ipse est.

*Constitantur Domino.*) Illud, Et mirabilia eius, &c. sic  
reddidit Symmachus, Portenta eius, quã in filios homi-  
num, &c. Gratitude hymnum nec misericordia, nec  
mirabilia Dei: sed qui tantis bonis potiti sunt, Deo offer-  
runt. Admirabilis quidem erat Iudæorum liberatio, ad-  
mirabilior verò est totius orbis salus, & ad meliora con-  
uersio. Horum autem omnium conciliatrix est miseri-  
cordia. Non enim propter iustitias hostas quas perfeceri-  
mus nos, inquit Apostolus: sed secundum multam miseri-  
cordiam seruauit nos, &c.

*Quia satiãuit animam.*) Et Iudæos fame & afflictione im-  
plicatos, ac tabefactos etiam fame, malis quibus preme-  
bantur, liberauit, & vniuersam mortalium naturam diuinis  
doctrinis aluit, caligineque ignorantie exemptam luce  
cognitionis suã illuminauit, ac resurrectionis spem dedit,  
deinde & fortia peccatorum vincula distupit. Catenis  
enim suorum quique peccatorum constringitur. Et vã  
illis qui peccatum suum attrahunt velut fune longa, & ini-  
quitates suas quasi loro iugalis vituli.

*Et clamauerunt ad Dominum.*) Harum omnium molestia-  
rum cum Iudæis tum omnibus mortalibus causa pecca-  
tum est. Illi namque pœnas dantes Babylonicã traditi sunt  
seruituti, & vniuersi mortales post mandati transgressio-  
nem laborum subiecti sunt miseriã. Tantis autem calami-  
tatis conclusi, cum nullam omnino vrgentium malo-  
rum solutionem inuenirent, ipse idem qui eos illis deputa-  
uerat, etiam liberationem ab illis largitus est.

*Et eduxit eos è tenebris.* Et horum & illorum misertus,  
hos quidem vrgentibus ærumnis, illos verò ignorantia  
tenebris liberauit, ac seruitutis vinculum dirupit.

*Quia contriuit portas.*) Portas areas & vestes ferreos de  
eo posuit, quod mala ista euadi nequirent. Quemadmo-  
dum enim impossibile est, vt qui intra tales portas & ve-  
stes conclusi tenetur effugiat: ita & Iudæis impossibile  
erat Babylonicam seruitutem, & omnibus mortalibus  
mortis euadere potentiam. Sola misericordia Dei & huius  
& illius imperium destruere, ac tristium solutionem largi-  
ri valuit.

*Propter iniustitias enim suas.*) Neque Iudæi neque omnis  
humana natura in tristia immerito inciderunt, sed & illi  
& isti delictorum pœnas dederunt. Attamen vtroque  
Deus salute dignatus est.

*Omnem escam.*) Iudæi namque multitudine malorum  
comprehensi, ipsam quoque escam auerfabantur. Obli-

tus enim sum, inquit, comedere panem meum: gentes  
verò neque philosophorum suorum doctrinis attendere  
voluerunt. Quapropter & alij Socratem morte condem-  
narunt, alij Anaxarchum insolentis supplicij formam po-  
suerunt, alij Pythagorã successores flagellarunt, imma-  
turamque mortem illis intulerunt. Veruntamen & istis  
Deus immortalem cibum tradi curauit, persuasitque vt  
ad hanc animo propenso accurrerent, & è portis mortis  
illos liberauit.

*Misit verbum suum.*) Deinde & modum salutis docet.  
Deus enim verbum, homo factus & missus, vt homo (vt  
Deus enim incircumscriptus est) omnis generis anima-  
rum vulnere sanauit, & corruptas cogitationes incolumes  
reddidit.

*Constitantur Domino misericordia eius.*) Pro his omnibus  
vtique æquum est Deum laudare, tanta vsũ misericor-  
dia, & inopiam nobis salutem largitum: deinde & igno-  
rantes docere, & quosuis ad hymnodiam excitare. Sacri-  
ficiũ verò laudis Deo offerre præcepit, & non irratio-  
nialium animalium victimas. Nam & hoc loco legalem  
cultum rejicit. Hoc verò sacrificium, gratiarum actio-  
nem reddidit Aquila.

*Qui descendunt mare.*) Parabolicè ista posuit. Dicit au-  
tem, quòd quemadmodum nauigantes præcipuè diui-  
nam magnificentiam in periculosos quidem fluctus inci-  
dentes vident, præter omnem verò humanam spem salute  
potiuntur: ita & Iudæi in illas suas calamitates incide-  
runt, libertatemque diuinitus consequuti sunt, atque ita  
potentiam Dei cognouerunt. Quanquam & omnes ho-  
mines inopinam rerum mutationem, & pristini erroris  
oblationem, animarum tranquillitatem, ac resurrex-  
tionis portum conspicati, mortis principem admirati  
sunt.

*Dixit & stetit.*) Per hæc docet, quòd nutu Dei & tristia  
& iucunda accidant.

*Ascendunt vsque ad caelos.*) Manet in tropo, & videtur qui-  
dem de nauigantibus loqui: significat autem per hæc mul-  
titudinas naturã ærumnas, quas nemo humana sapientia  
vsus dissoluere valeat. Neque enim naucleri iam hac iam  
illac temulentorum in morem iactati, quando fluctus su-  
pereminent, etiam si vniuersam nauigandi artem adferant,  
pericula illa superare valent.

*Et clamauerunt ad Dominum.*) Et illis qui nauigantes se in-  
uocant, auxilium suum porrigit & annuit, & confestim  
tempesta in tranquillam auram conuertitur, & pelagus  
procellis liberatur: & qui rebus tristibus conflictabantur,  
per ipsius gratiam malorum mutationem, sicut & Iudæi  
seruitutis inueniunt.

*Et deduxit eos ad portum.*) Voluit, & solutio facta est ma-  
lorum, & pro fluctibus portus apparuit. Hoc autem no-  
bis magis congruit, quam illis. Diuinam enim nobis scien-  
tiam dedit.

*Constitantur Domino misericordia eius.*) Et hoc à gentibus fi-  
delibus fieri cernere licet. In omnibus enim per orbem  
Ecclesiis sacro confidente cœtu, vniuersus populus bene-  
factorem admiranda diuinã benignitatis opera recensens,  
laudat.

*Posuit flumina in desertum.*) Laudant autem eum, qui sa-  
lutem consequuti inopinam mutationem vident. Qui  
namque olim multis propheticis fluijjs irrigabantur, ac  
fructum tempestiuum Deo proferebant, iam ne modica  
quidem humiditate potiuntur.

*Posuit desertum in stagna aquarum.*) Gentes autem olim  
desertæ, & ne exiguam quidem guttam habentes, doctrinẽ  
iam vndis alluunt, vt rationalia fluenta plus quàm necesse  
est consequantur.

*Et collocauit illic esurientes.*) Eos enim qui olim fame spi-  
ritualis cibi contabescebant, in fluuijs illis habitare fecit, &  
piã illis politiam constituit.

*Et seminauerunt agros.*) Et hæc omnia tropicè dixit Pro-  
pheta: & Dominus talibus est parabolis vsus, & nunc qui-  
dem Apostolos melliflora vocauit, nunc verò seipsum se-  
minatorem & agricolam: & terram bonam, eos qui  
verbum haud magno negotio suscipiunt, fluenta dicta  
sunt, & semina. Et Apostolus dicit: Ego plantavi, Apollo  
rigauit,

Nota de can-  
tu populi in  
Ecclesia.

rigavit, Deus incrementum dedit. Et iterum, Dei agricultura estis, Dei aedificatio estis. Seminarunt itaque D. Apostoli diuinas prae-dicationes ac rationales Deo plantauerunt hortos, illique tempestiuum iustitiae fructum attulerunt. Similiter & quotquot post illos docendi munus acceperunt, eadem perseveranter fecerunt.

*Et benedixit eis.*) Qui namque in benedictionibus seminat, in benedictionibus & meret, sicut D. Apostolus dicit. Iumenta vero eos vocat, qui ab ipsis sunt pasti, quos & ipse Dominus virtute patrandorum miraculorum subministrata, crescere fecit. Et Lucas in Actis testis est dicens: Dominus vero Ecclesiae quotidie addebat qui saluabantur. Deinde iterum de malis illis vaticinatur, quae Iudaeis acciderunt.

*Et pauci facti sunt.*) Itaque qui olim desertum & arida loca inhabitauerunt, tanta potiti sunt felicitate & benedictione: qui vero propheticorum fluminum irrigationem consequuti fuerant, postea illa propter animi malitiam destituti in multiuarias aeternas inciderunt, & per orbem vniuersum dispersi sunt, ita ut populosissima illorum ciuitas a paucis inhabitetur.

*Effusa est contentio.*) Testantur de hoc vaticinio res ipsae. Etenim qui videbantur ipsis principes esse & doctores, hos nullius fecit esse momenti.

*Et errare fecit eos.*) Symmachus sic, Et errare faciet eos in vanitate mentis. Deus errorem non inducit, sed immeritos gubernatione sua destitutos ferri finit. Illi autem inermes & inanes hac illac iactati oberrant, Hoc & Iudaeis accidit. Rectam namque vitam deferentes, suas ipsorum cogitationes sequuntur.

*Et adiuuat pauperem.*) Gentes enim olim pauperes, nunc spirituales possident diuitias.

*Et posuit sicut oues.*) Aquila sic, Et leuabit pauperem ex inopia, & ponet sicut gregem cognationes. Curam enim eorum, sicut ouium suarum gerit, & illis tanquam cognatis secundum carnem prouidet.

*Videbunt recti.*) Haec enim videntes, qui recta praedicti sunt mente, laetitia replentur. Qui vero impie & inique viuere volunt, ad terram despiciere silereque iusto iudicio refrenati coguntur.

*Quis sapiens.*) Non enim cuiusuis est benignas Seruatoris intelligere & cognoscere dispensationes, sed eius qui sapientia & intellectu vitur, & ad Dominum clamat, Illumina oculos meos, & considera mirabilia tua.

ARGUMENT. PSAL. CVII.

Et hic Psalmus similiter de Iudaeorum à Babylone reditu, & Gentium salute vaticinatur. Multum autem cognationis habet cum 55. & 56. Psalmis.

Scholia in eundem Psalmum.

**P**aratam cor meum Deus.) Iam antea diximus, Prophetam gloriam suam vocare prophetiam gratiam. Prophetica melodia vsus, inquit, dicam tibi Domine, quam firmo sim corde, & ad suscipiendam D. gratiam tuam parato.

*Exurge Psalterium & cithara.*) Psalterium & citharam Prophetia seipsum vocat. velut enim musico quodam organo, in seipso prophetica melodia sonabat: seipsum itaque ad hymnodiam excitans, pollicetur se hoc diluculo facturum, tanquam aliquando non ipse solus hymnum hunc oblaturus, sed cum innumeris gentibus & populis diuinam odam sonaturus. Diluculum autem Seruatoris incarnationem vocat. Illinc enim orta est lux veritatis, ex eo tempore Beatus Dauid per totum orbem Deo canit.

*Quia magna est super caelos.*) Omnia misericordiae tuae magnitudo vincit. Iam antea diximus quod nubes vocet Prophetas, Apostolos, & quotquot docendi gratiam sunt consequuti. Per hos enim Deus, velut quasdam nubes spiritalem irrogationem hominibus profert.

*Exaltare super caelos Deus.*) Hoc & Abacuc dixit: Operuit caelos virtus eius. & Dauid, Quoniam exaltata est, inquit, magnificentia tua super caelos. Illud itaque, Exaltare,

A idem est atque, Ostende te exaltatum & omnibus superiorem, & omnis terra cognoscat gloriam tuam.

*Vt liberentur dilecti tui.*) Ostende potentiam tuam mortalibus omnibus, quos tibi coniunctos & charos facere dignatus es. Suscipe igitur orationem meam, ad dexteram tuam, id est, bonam operationem porrige.

*Deus loquutus est.*) Hoc est, Loquutus est per gratiam Spiritus sancti.

*Exaltabor, & diuidam Sicimam.*) Quod petijt Propheta, id consequutus est. Quoniam dixit, Exaltare: respondet iam Dominus dicens: Exaltabor. Deinde & modum exaltationis ostendit, dicens: Diuidam Sicimam. Sicima ciuitas erat Iosepho peculiariter tradita, quin & conuallem, quae pastorum tabernacula habet, ab integro habitatoribus replebo, redeuntibusque ipsis diuidi curabo.

*Mens est Galaad.*) Appropriabo mihi non solum Manasse, sed & regionem eius. Galaad enim nomen est loci Manasse: Manasse vero appellatio tribus est. Sed & Ephraim priorem reddam potentiam: Iudam vero inter omnes tribus regnare faciam. Post reditum enim à Babylone tribus indiuisa manserunt. Zorobabel autem & harum & illarum princeps fuit: proprie vero Dominus Christus, qui ex Iuda secundum carnem ortus est, omnis creaturae rex est.

*Moab lebes spei meae.*) Tantum autem virtutis populo meo praestabo, ut & Philistaeis domitetur, & Moabitas & Idumaeos subiectos habeat. Exactius autem ista in Psalm. 59. exposuimus, quapropter hic prolixi non sumus.

*Quis deducet me.*) Animi iucunditate Propheta ex bonorum vaticinio repletus, destructam urbem restitutam, & Idumaeos Iudaeis subiectos videre cupit. Haec autem, inquit, exhibere nemo poterit, nisi tu solus qui nos iam repositi, seruireque iussisti.

*Et non exiibis Deus in virtutibus nostris.*) Symmachus sic, Nec prodire volens cum exercitibus nostris. Neque enim vquam te duce victi essemus.

*Da nobis auxilium.*) Fac igitur, ut cessent tristitia. Vanum est enim, & inutile & nullius momenti, quodcumque humanum auxilium, si tu cooperatus non fueris.

*In Deo faciemus virtutem.*) Quapropter prouidentiam tuam imploramus. Per hanc enim solam inimicos vincere poterimus.

ARGUMENT. PSAL. CVIII.

De aliquo dictus est hic Psalmus, Spiritu sancto de Iuda quaedam per Dauidem: reliqua vero, de alijs prophetante. Est enim hic prophetiae modus, & multis illum locis ad hunc modum constitutum reperimus. Et proemia quidem in alium, reliqua vero rursus in alium sunt dicta.

E Scholia in eundem Psalmum.

**D**eus laudem meam.) Ne negligas, inquit, supplicium. Quae facta sunt ad iudicium vota. Tu namque magnus es, & ista corrigere potes.

*Loquuti sunt aduersum me.*) Hoc enim potissimum Deum exacerbat, quando quae praua sunt, multa circumspeditione faciunt, qui illa exercent. Aliud enim est, si quisquam occupatus seducatur, ut opus malum faciat; & aliud, si quis maligne contra beneficientem agat. Quod enim dicit, Pro eo quod ego diligebam, detrahebant mihi: nihil aliud innuit, quam quod beneficienti contraria rependerint. Deinde dicit: Ego vero orabam. Cum haec mihi, inquit, ab hunc modum accidant, auxilium & opem abs te peto.

*Cum iudicatur.*) Hoc est, Accusationi subijciatur à malis hominibus & insidiatoribus, nec victor illorum eadat. Hoc enim est, quod dicit: Cum iudicatur, exeat condemnatus. Deinde postquam de Iuda dixit, quomodo se ipse condemnauerit, quomodo strangulatus sit, quomodo mortis sententiam contra seipsum tulerit, quomodo Apostolatus eius ad alium translatus sit: rursus prior materiae inhaeret. Adumbrata est autem haec propheta propter ingratitude Iudaeorum. Innuitur autem, quod

Diluculum.

Nubes qui sunt.

initio dixi, quendam sacerdotio post tempora reditus è Babylone infidiaturum fuisse: quod norunt intelligentiores, qui historiam præsciunt. Et tali magna mala prædicit, priuationemque præfulatus, & omnia illi noxia accumulati, & vt nullam fortiatur nec patientiam nec benignitatem nec veniam, precatur.

*Pro eo quod non est recordatus.*) Extremæ hoc crudelitatis est, & multæ inhumanitatis. Quem enim misereri & ferre ac dirigere oportebat, hunc repulit & subuertit.

*Et dilexit maledictionem.*) Posteaquam multas illi æumnas imprecatus est, ostendit principium & causam harum non ex loco, sed ex illo esse, qui ipsi operibus opem Dei respuerit, ac diuinam plagam sibi ipsi accerferit.

*Et noluit benedictionem.*) Hoc loco & vehementiam plagæ, & stabilitatem supplicij ostendit, declarans omnia mala mortalibus ex ipsis & proprij animi vicio accidere, quod videlicet per opera & actus proprios bona à se pellant, seque ipsi pœnis subijciant.

*Et induit maledictionem.*) Hoc autem, inquit, inenarrabilem iram Dei ostendit, quod tales mala ita occupant ac detinent, vt nec mutationem aliquam accipiant, sed corroborentur & firma in illis permaneant.

*Hoc opus eorum.*) Hoc est, Istud sit supplicium, hæc sit pœna eorum, qui in me insurgunt, & mihi insidiantur.

*Et qui loquuntur mala.*) Ergo & verborum acerbissima danda est ratio & pœna luenda.

*Et tu Domine Domine.*) Vide animi gratitudinem. Est enim hoc multis videre Scripturarum locis, quod iniuste ab hominibus affliguntur, multam fiduciæ occasionem habeant, ad acquirendum à Deo auxilium. Verum hic illa neglecta, ad solam benignitatem Dei confugit: Fac mecum, inquit, propter nomen tuum: non quod dignus sum, sed propter metipsum, eo quod benignus es & misericors. Quapropter & subijcit, Quoniam bona est misericordia tua. Hominum enim misericordia talis non est: fit enim aliquando, vt & noxia sit & perniciofa: Dei verò vbique ad utilitatem facit.

*Libera me, quoniam egenus.*) Non tanquam, dignum aut iustum, sed vt subuerfum & innumera mala perpeffum. Talis enim est calamitatum potentia, vt non corpus modò, sed & animus perturbet.

*Sicut umbra.*) Insidiarum vehementiam dicit, & se per iniuriam affligentium indicendam maliciam, & simul quam ipse in talibus sedulitate præfiterit.

*Et ego factus sum opprobrium illis.*) Tales enim sunt malorum animi, vt non solum non reuerentur, quando iustum pietatem intendere vident: sed & probriis afficiant, perstringant & insultent.

*Et sciant quod hæc sit manus tua.*) Quid est, quod hæc sit manus tua? Quod auxilium hoc tuum sit, quod tuum sit adiutorium. Non enim seruari tantum cupio, sed & illos cognoscere, à quo sim seruatus.

*Maledicent illi.*) Quandam hic philosophiam docet, quod etiam si mille modis maledictis petant, Deo benedicente non solum nihil ab illis sit damni, sed & confusio ad eos ipsos auertatur.

*Qui insurgunt in me.*) Nihil me molestiarum perturbare poterit, læticia nobis quæ abs te est, syncera permanente.

*Induuntur, qui detrahunt mihi.*) Petit vt non solum supplicio tradantur, sed & confusionem & pudorem induant.

*Confitebor Domino.*) Pro his omnibus gratitudinis loco hymnologiam Deo, & gratiarum actionem offert, & in medio se theatri coram illis qui adsint, præconem illius futurum pollicetur.

#### ARGVMENT. PSAL. CIX.

Non vnus tantum persone meminit in hoc Psalmo, sed vnus ad alteram loquentis. Aliquando autem thronus regni symbolum est, illic verò regni est identitas.

#### Scholia in eundem Psalmo.

**D**ixit Dominus.) Quando audis patrem ponere quosdam sub pedes filij, nihil inde turberis. Non enim hæc ita sunt dicta, quasi imbecillis sit filius. Quando igitur audis quod pater subiecit, ne putes filium extrahere

opus esse seclusum: & sicubi audieris filium subiecisse, hæc dicas patrem alienum esse ab eo opere. Sunt enim communia illorum opera.

*Virgam virtutis.*) Virtutem eius dicit, & Sionis meminit, quoniam ex illa principium facta Christi sumpserit. Illic & legem dedit, illic miracula operatus est, illic prædicatione sumptis initijs per vniuersum orbem obtinuit.

*Et dominare.*) In medijs, inquit, Græcis, in medijs Iudeis. Ita namque Ecclesia: in medijs plantata sunt Græcis, in medijs Iudeis.

*Tecum principium.*) Non quod nouissimè accesserit, sed quod semper in te sit. Diem verò virtutis dixerit quisquam eam quæ fuit, nempe resurrectionis, siue nouissimè futuram. Vtraque maximæ virtutis demonstrationem habet. Indicium enim maximæ virtutis est, quod morte mors euacuata est, & quæ alia sunt similia.

*In splendoribus.*) Etiam hoc de die illo & aduentu Domini futuro differit. Splendorem verò hic, pulchritudinem sanctorum dicit, qui splendore suo Solem excelluerunt, & adhuc excellent.

*Ex vtero.*) Veram hic & minimè fucam filij Dei generationem exprimit. Quemadmodum enim manum dicit, nõ vt ego Deum manum esse suspicer, sed vt opificij virtutem intelligam: ita & vteri meminit, vt exprimat generationis huius veritatem. Illud, Ante Luciferum, non ante ortum, sed ante naturam Luciferi dicit, antequam fieret Lucifer.

*Iurauit Dominus.*) Quemadmodum ira non est in Deo, sed operatio supplicij, & non passio: ita nec iuramentum. Non enim iurat Deus, sed quod omnino futurum est dicit. Quid est autem illud, Secundum ordinem Melchisedech, nisi propter mysteria, quod & ille Abraham panem & vinum attulit, & quod sacerdotium illius fuerit à lege liberum, & propterea quod nec finem, sicut & Paulus dicit, nec principium habuit?

*Dominus à dextris tuis.*) Quoniam dispensationem attigit, sermonem ad humiliora demittit, carni inditum esse auxilium dicens. Visa est enim carnis natura sudorem & guttas sanguinis emisisse, & confortationem accepisse.

*Iudicabit in nationibus.*) Non aberrauerit quisquam, si hoc de illis dicat, qui contra Ecclesiam insurgunt, & de illis qui factorum suorum pœnas daturi sunt. Vel de Iudeis loquitur, quos funditus multa cum vehementia perdidit.

*De torrente in via bibit.*) Hoc dicit, Nec cum fastu ingreditur, nec satellites habebit, cum aduenerit: sed tenui ac frugali vitæ seipse tradet, ac tali vt de torrente sit bibiturus. Qualis enim mensa illius fuit, talis fuit & potus.

*Propterea exaltabit caput.*) Non solum nihil illi tenuitas ista nocuit, sed & eum ad inenarrabilem sublimitatem euexit.

#### Scholia in Psalmum cx.

**C**onfitebor tibi Domine.) Quid est, quod dicit, In toto corde meo? vt breuiter dicam, Cum omni animi propensione. Cor autem dixit, tanquam non simpliciter verbo, aut lingua aut ore tantum: sed & ex animo Domino confellurus.

*In concilio iustorum.*) Itaque iudice syncero & concilio incorrupto opus est. Et manifesta erunt opera Dei, & multa admiratione referta.

*Exquisita in omnes voluntates eius.*) Exactè considerata, sufficientia & potentia ad faciendum voluntates eius, nec mutila nec deficientia. Et aliter, Quoniam ita sunt perfecta, vt attendentibus exactissimam rerum scientiam adferant.

*Confessio & magnificentia.*) Singula, inquit, opera Dei visibilia, sufficiunt ad hoc vt spectatorem ad gratiarum actionem, laudandumque & glorificandum opificem permoneant.

*Et iustitia eius.*) Neque qui iniuriam infert, neque qui quæuis rapit, neque avarus vitam suam in pace finient. Omnium enim actorum suorum Deo rationem reddent. Deus enim est semper existens, & perpetuam iustitiam habens.

*Memoriam fecit.*) Non defecit, inquit, sine intermissione mirabili

mirabilia patrando. Hoc enim est quod dicit, Memoriam fecit mirabilitum suorum, id est, Non cessavit, non destitit per omnes generationes mirabilia operari, & crassiores per portenta excitare.

*Misericors & miserator Dominus.*) Annunciat illis mirabilia sua, & providentiam suam ipsis operibus ostendit, quod hoc non sui commodi gratia, sed per misericordiam & philanthropian faciat.

*Escam dedit.*) Quam ratione timentes hic posuit? Non enim hos solos pascit. Solem quippe suum producit ac pluit super iustos & iniustos. Escam mihi hoc loco non corporalem, sed spiritualem dicere videtur. Hæc enim solis est timentibus ipsum destinata.

*Memor erit in saculum.*) Si namque civitates splendidas ædificaveris, non dices, hoc tibi propter tuam accidisse iustitiam: sed propter testamentum cum patribus tuis erectum, hæc Moses dicit.

*Virtutem operum suorum.*) Tropæa namque inter eos erecta, abundè prædicationis loco sunt illis qui animum advertunt. Acciderunt enim illa non humana consequentia, sed supra rationis captum. Cum enim dicit, Virtutem operum suorum annūciabit populo suo: idem est atque. Ostendit illis potentiam suam, non solum gentes eiiciendo, sed tali modo, per quem potissimum potentiam Dei perspicuè cognoscere poterant.

*Opera manuum eius.*) Quoniam de potentia eius disseruit, disserit & de iusto illius iudicio, quod non solum potentiam in factis, sed & multam philanthropian ostenderit. Est enim in consueto sanctæ Scripturæ, ut veritatem pro philanthropia vsurpet. Si namque iustitiæ tantum ratione vsus esset, omnia perijissent.

*Fidelis.*) Postquam de portentis, miraculis & operibus eius loquutus est, sermonem iam ad materiam præceptorum eius transfert. Non autem simpliciter, omnia mandata dixit, sed ut multa esse mandatorum genera admo- neat, utpote creationis, quæ naturæ ab initio sunt indita, scripta quoque & non scripta, propterea dictionem hanc posuit.

*Facta in veritate.*) Nihil hic obliqui, nihil tortuosi, nihil obscuri, non sicut humanæ leges multum habent in se incommodi & obscuri, sed omnia ad commoditatem sunt instituta. Illæ namque mendaces, Dei verò veraces.

*Redemptionem.*) Secundum historiam quidem Iudeorum, secundum anagogen verò totius orbis liberationem dicit, quod & sequentia declarant.

*Mandavit.*) Nouum Testamentum dicit. Quoniam enim mandatorum ac legis meminit, illa verò transgressionem & iram operata est, dixit Dominum liberationem populo suo per legem gratiæ misisse, ut vitæ conuersationem gratia dignam ostendamus.

*Sanctum & terribile nomen eius.*) Quoniam enim virtutem eius consideravit, numine quodam afflatur, & attonitus magnificentiæ illius consideratione redditus, in glorificationem definit.

*Initium sapientiæ.*) Initium hic, fons, radix & argumentum est. Quoniam enim tanta de Domino orbis dixit: iam consequenter subdit, eum qui hunc timet, omni adimpleri sapientiæ. Deinde ne dicat quisquam, sapientiæ hanc in sola consistere scientia, subijcit.

*Intellectus bonus.*) Non enim satis est fides, nisi & vitæ conuersatio fidei conueniens accedat.

Scholia in Psalmum cxj.

**B**eatu vir qui timet Dominum.) Præcedenti psalmo timentem Domini sapientem, hic illum beatum esse dixit, eo quod reliqua omnia vanitas, & res viles sunt. Deinde quoniam & demones Deum timent, ne solum timorem ad salutem sufficere putes, adjicit dicens.

*In mandatis eius.*) Hoc autem ideo dicit, ut vitam & politiam exactè institutam exigat. Et non simpliciter dicit, Mandata eius faciet, sed cum animi propensione & intentione, ita ut qui tales sunt, vehementer mandata Dei affectent.

*Potens in terra erit semen eius.*) De Iudæis hoc dictum est,

**A** sicuti res ipsa declarat (cum enim illi pleni sunt maledictione, quomodo alijs causa benedictionis essent) sed & Ecclesia, quæ propter fidei communicationem semen eius hic appellatur. In terra verò, dicit, quod virtus in seipsa etiam antequam ex hac vita migremus, sicut dixi, retributionem habet.

*Generatio rectorum benedictur.*) Vide hanc splendens, & innumeros præcones ac celebratores habentem: idque non simpliciter quosuis, sed prudentes. Non enim poterit eam quisquam eorum hominum videre, qui adhuc humi repunt.

*Gloria & diuitiæ.*) Gloriam & diuitias Scriptura bonorum operum possessionem vocare solet. Quod si quisquam defluxis opibus dixerit, ne sic quidem deficiemus. \* Quis enim erat Apostolis in pecunia ditior? Verum illi pecunia sublimiores erant.

*Et iustitia eius manet.*) Vniuersam virtutem dicit, siue iustitiam, siue philanthropian, quæ sanè perpetuò manent.

*Exortum est in tenebris.*) Quoniam beatum descripsit eum, qui Deum timet, & res eas dicit, quæ illi in hac vita contingunt, videlicet quod possessiones eius sint immortales, gloriaque potiturus, & in rebus molestis multam sit habiturus securitatem.

*Misericors & miserator.*) Si enim misericors est, & eos qui peccarunt venia dignatur: multò magis eos qui quæ recta sunt faciunt, non despiciet, nec coronis destituet. Si verò iustus est, ut est, quod dignum est cuique reddet, etiam si in hac vita non reddat.

*Incundus homo qui miseretur.*) Vide quomodo præmia benigno statuat, quod fructus eius perpetuo maneat, quod tentationibus liberandus, quod pro Deo zelaturus, quodque peccatorum suorum remissionem accepturus sit. Hoc enim quod dicit, Dispensabit sermones suos in iudicio, vel in futuro die fiet: vel idem est atque, Concinnæ & disposita erunt illius omnia, nec quicquam erit in verbis eius, quod sit confusum.

**D** *In memoria aterna erit iustus.*) Vide, quomodo non solum in præsentis vita sua, sed & post mortem multos doceat & instituat. Ut enim illi qui vehementer sunt increduli, cognoscant fructum iusti manere perpetuo, tradit hic illius experientiam: ostendens, quod sæpe dixi, virtutem ante futura præmia, etiam in se ipsa habere retributionem.

*Ab auditione mala non timebit.*) Quemadmodum supra non dixit, Quia in sæculum non tentabitur: sed quod etiam si tentetur, in sæculum tamen non moueatur: ita & hoc loco non dixit: Malum nuntium non audiet: sed, Non timebit, etiam si audiat.

*Paratum cor eius sperare in Domino.*) Nihil est, inquit, quod illum concutere, & præsentibus alligare valeat: sed totus per omnia Deo addictus est, & futuram spem solam præstolatur.

**E** *Confirmatum est cor eius.*) Qui Deum propitium habet, huic vtrinque, quæ securitatis sunt constant: nec quicquam est earum tribulationum, quæ in hac vita sunt, quod illum concutere possit.

*Donec desipiat inimicos suos.*) Quis autem tali homini inimicus est, nisi mali demones?

*Dispersit, dedit pauperibus.*) Quoniam multiplex est misericordiæ mensura [ alius enim plus, alius minus dat ] videamus qualem propheta misericordem describit: an talem qui de abundantia det, vel talem qui ea quæ habet euacuet. Manifestum est, quod euacuatum ea quæ habet, & rebus suis non parcè vrentem. Non enim dicit, Diuisit: sed, Dispersit, ut largitatem misericordiæ exprimat.

*Iustitia eius manet.*) Quod illum splendidum & inclytum esse dicit, hoc & in futuro illi sæculo accidet, & in præsentis multa cum abundantia contingeret. Nemo enim ita splendidus est & gloriosus atque misericors.

*Peccator videbit & in asectur.*) Vide peccatorem, ne interea quidem dum tabescit, reprehendere: & contra alacrem virtutis aspectum respicere audentem, sed & animo tabescentem, & conceptum dolorem dentibus significantem: verbum vero ne vllum quidem proferre audentem, sed tabescentem, ac seipsum consumentem.

*Desiderium peccatorum peribit.*) Quid est quod dicit, Nusquam

\* Suspicor legendum, Quis enim non erat Apostolus, &c.

Quis misericors.

quam conſiſtet: Sunt enim deſiderata illi fluxa ac tranſitoria, & deſiderium res ipſas imitatur, extinctum & perditum, & quod radicem ne vllam quidem habeat.

*Scholia in Pſalmum cxij.*

*Laus quid.*

**L**audate pueri Dominum.) Multa eſt in Scripturis laudum iſtarum commendatio. Laus enim res eſt non cuiuſuis, ſed quoddam ſacrificium & oblatio Deo accepta. Non hoc autem ſolum videndum eſt ex iſto pſalmo, ſed quod etiam ad conſonantiam inducat. Non enim vni aut duobus loquitur, ſed vniuerſo populo: & numero plurali vtitur, mandatque ſingulis, vt quiſque etiam apud ſe orans, orationem Deo pro fratribus offerat. Quid autem ſibi vult, quod adjicit. Laudate nomen Domini: Significat hæc particula poſſimum loquētis affectum. Innuit autē & aliud, nempe, vt nomen eius per nos glorificetur, & laudabile oſtendatur. Vult autem laudem eius per noſtram relucere conuerſationem.

*Sit nomen Domini benedictum.)* Largire nobis vt ſemper in virtute viuamus, quo nomen tuum benedictum ſit & per nos. Quemadmodum enim blaſphematur, ſi malē vixerimus; ita glorificatur, ſi virtutem amplexi fuerimus.

*A ſolis ortu vſque ad occaſum.)* Non iam in Palæſtina, neque in Iudæa tantum, ſed vbique per orbem. Quando vero: quando noſtra floruerunt, ita vt iam olim non ſolum non benedictum ſit nomen Domini in Palæſtina, ſed & blaſphematum.

*Excelfus ſuper omnes gentes Dominus.)* Quomodo excelfus? Quoniam magnificamus eum, non ita, vt addamus illi aliquam ſublimitatē, abſit: ſed dogmatibus, cultu, & reliquis modis omnibus, nihil de illo quod humile ſit, ſicut Iudæi ſentientes, ſed multo maiora & ſublimentiora.

*Et ſuper calos gloria eius.)* Noli eas duntaxat, quæ in terra ſunt, videre creaturas, ſed mente ſupra pulchritudinē illam ſpiritualem, ſupra illuſtrem angelorum politiam conſcende, ac tum ſcies quomodo in cælis ſit gloria eius.

*Quis ſicut Dominus.)* Quomodo in cælis habitat, qui cælum & terram implet: Quoniam ſermo illi ad Iudæos craſſiores exiſtentes erat, hoc vſus eſt verbo, mentem eorum ſtupidam, & deos locis ac templis incluſos adorantem, paulatim ad cæleſtia ſubuehens.

*Deus vbique eſt.*

*In calo & in terra.)* Vbique eſt, & illic & hic. Non enim perinde eſt ac ſi quiſquam in cælo incluſus, procul ea quæ in terra ſunt videat: ſed vbique præſens, & omnibus præſto exiſtens.

*Suſcitans à terra inopem.)* Magnæ admodum & indicendæ virtutis eſt, quæ exilia ſunt in altum extollere. Alibi contrarium etiam huius ponit, nempe quod magna reddat exilia.

*Et de ſtercore erigens pauperem.)* Vtilitatem hic dicit, & quæ ex illa ſubita ſit mutatio, oſtendens omnia illi eſſe leuia & facilia. Deinde vt oſtēdat, quod non ſolum res, ſed & ipſos naturæ fines tranſferre queat, ſubiungit.

*Vt collocet eum cum principibus.)* Ne diffidas homo tantam futuram eſſe mutationē. Non vides quæ quotidie fiunt: humiles exaltari, & cum principibus collocari, ipſam naturā immutari, & ſterilem matrem fieri. Hoc autem de Eccleſia quoque intelligendum eſt. Deo namque quæcunque vult, facilia ſunt.

*Scholia in Pſalmum cxij.*

**I**n exitu Iſrael de Aegypto.) Hoc eſt, In egreſſu, in liberatione ab Aegypto. Non ſimpliciter ex Aegypto dicens, ſed & e populo barbaro, poſito hoſtium nomine virtutem Dei oſtendit: quod populum tam barbarum eo adigit, vt nunc voluntarius, nunc coactus ſeruus ſuos dimiſerit.

*Facta eſt Iudæa.)* Nam antea ea regiā immunda erat, poſteaquam vero populus iſte redijt, facta eſt ciuitas iſta ſanctificatio eius, videlicet in Iudæa propter ſacrificia, & cultum, & reliquam ſanctimoniam.

*Iſrael poteſtas eius.)* Hoc eſt, ſub principatu eius. Quanta totus orbis ſub illius eſt principatu, iſti tamen alio proprietatis modō illi coniuncti erant, quoniā & prophe-

tas acceperunt, & reliqua cum ipſis maiora diſpenſata ſunt.

*Mare vidit & fugit.)* Quid, inquit, de barbaris, & gentibus dico, quando ipſa quoque creatura, ducem hunc verita, ſeſe ſubdlexerit ac ceſſerit? Non dixit, Ceſſit, aut ſeſe ſubdixit: ſed, Vidit & fugit, fugæ commemoratione velocitatem ceſſionis exprimere volens.

*Iordanis conuerſus eſt retrorſum.)* Vt enim diſcerent virtutem Dei, vbique eſſe extenſam, nec loco incluſam, ſed vbique præſentem ac miracula facientem, nunc in mari, nunc in fluminibus: & tum quidem ſub Moſe, poſtea vero ſub Ieſu Naue populum per flumen traducentem.

*Montes exultauerunt.)* Animi iucunditatem, ac miraculorū magnitudinem hyperbolicē exprimere volens, inanimata tantum non tripudiantia & latentia inducit.

*Quid eſt tibi mare quod fugiſti.)* Quemadmodum iſta non ideo dixit, vt ſenſum daret inanimatis, ſed vt hyperbolen oſtenderet: ita & interrogationē produxit, non vt elemēta reſponderent, ſed vt rei inſolentiam exprimeret. Vt enim nouum quid & inſolens eſſe factum, quod non ſecundum naturæ ſeriem contigerit, ſignificaret, interrogationem hanc induxit.

*A facie Domini mota eſt terra.)* Rurſus hic commotionem obſtupefactionem & ecſtaſim dicit, vt factorum magnitudinem oſtendat. Deinde vt ſignificet, quanta ſit vnus hominis virtus à ſeruo Dominum cognominat.

*Qui conuertit petram in ſtagna aquarum.)* Quam excuſationem habebunt duri ac pertinaces, quando petra dura, & egrē cedens præcepto Dei ceſſit? Rupem autem ideo dixit, quod nō facile ferro cedat, ſed egrē ſuperficietenus reſtingatur. Verum & illa in aliam eſt mutata naturam, & præcepto conditoris iuſſa fontes emiſit aquarum.

*Non nobis Domine.)* Non vt nos illuſtiores reddas, ſed vt ipſe potentiam tuam vbique manifeſtam facias. Alias: Oſtendē indignitatē eorum qui ſeruantur (ſumus enim innumeris malis digni) vt nomen tuum glorificetur.

*Super miſericordia tua.)* Oportebat quidem nos nomine tuo, cum vita, tum conuerſatione noſtra dare gloriam: verū quoniam hoc negleximus, adiuuādo nos ipſe hoc per miſericordiam & benignitatem tuam effice.

*Ne quando dicant.)* Audio etiamnum multos iſta orantes dicerē, at timendum erat, ne quando & alij dicant, Vbi eſt Deus eorum quando ipſi rapiunt, aſſigunt, & innumera mala faciunt? Deus vero interea patienter agit.

*Deus autem noſter in calo.)* Aut cæleſtes virtutes dicit, aut imperia quæ facillimē adimplent. Quod enim fortis ſit & potens, quæ in cælo fiunt oſtendunt. Si vero in terra non habet ad hunc modum, indignos ſeipſos conſtituunt, qui in culpa ſunt.

*Simulachra gentium.)* Supra de inſania illorum commemorans dixit, quod filios ſuos & filias dæmonijs ſacrificauerint: hic vero inſenſatam eorum ſtupiditatē notat, quod inanimatis materijs adharendo intabuērunt, & omnia illorum membra recenſet, vt ſugillationem eorum amplificet.

*Similes illis ſunt.)* Quanquam virtus ſit Deo eſſe equalem, hic vero maledictio eſt. Cogita igitur qualē ſiam ipſi ſunt, quando ſimilitudo illorum pro extrema maledictione traducitur.

*Et omnes qui conſidunt.)* At dicunt, Non eſt ſimulachrum ipſum Deus, ſed qui in ſimulachro habitat. Hoc autem nomine ridiculum eſt, ſtatū videlicet ad extremi dedecoris argumentum eſſe affixum Gentium Deum.

*Domus Iſrael ſperauit.)* Sermonem diuidit in Iſraelem & ſacerdotale genus, & eos qui ex gentibus acceſſerunt. Impares enim ſunt ſacerdos & idiota: ſed amplius quiddam ſacerdos habet, quocirca & diuiſionē facit. Maiores enim illis facti ſunt ſacerdotes.

*Dominus memor ſuit noſtri.)* Quomodo benedixit eis? Patrem eorum, aquam eorum, ingreſſus & exitus eorum, armenta eorum, & quod eos peculiarem regnumque ſacerdotale & alia innumera nominauit.

*Puſillus cum maioribus.)* Ne vnum quidem illorum genus ſine benedictione erat, ſed hæc ad omnes pertinuerunt.

*Adyciat Dominus ſuper vos.)* Hac benedictione etiam in Aegypto

Ægypto existentes potiti sunt, tamen innumera essent, quæ illam prohiberent, utpote ipsorum miseria, & præfectorum crudelitas: verum nihil horum verbum Dei amputauit. At in istis quidem tum erat benedictio, verum in nouo Testamento in multo prioribus existit.

*Benedicti vos à Domino.*) Recte adiecit Domino. Hoc enim potissimum est benedictio. Sunt enim quidam etiam apud homines benedicti. Verum humana est illorum benedictio. Hæc vero maxima est.

*Qui fecit cælum & terram.*) Verbo enim illius opera sunt. Nam & cælum verbo fecit. Hoc te verbo suo quod tanta efficere potest benedicat.

*Cælum celi Domino.*) Sermone se ad captum infirmorum demittit, Deum cælo non includens. Neque illud, Cælum & terram ego adimpleo, pro dignitate Dei, sed & ipsum ad captum imbecillum dictum est. Dicitur autem cælum domus eius, propterea quod is locus omni repurgatus est malitia.

*Non mortui laudabunt te Domine.*) Mortuos hic non eos dicit, qui simpliciter vita functi: sed qui in impietate mortui sunt. Illi namque ad infernum descendunt. Quapropter & propheta dixit, Nos qui viuimus, de illis similiter loquens, qui in virtute viuunt.

*Ex hoc nunc & vsque in seculum.*) Neque in seculum quidem ac præsentem vitam, nisi soli illi qui perpetuo & cum gloria viuunt.

### Scholia in Psalmum cxiiij.

**D**ilexi.) Non est quorumuis de hoc gaudere, quod Deus orantes exaudit, & quæ vitia sunt largitur. Sunt enim multi qui noxia volunt, illisque delectantur. Propheta vero non sic. Dilexit enim, quod se Deus exaudiuit, & quæ vitia erant dedit.

*Quia inclinauit.*) Iterum humanis verbis assensum Dei exprimit. Non eram, inquit, ego dignus qui exaudirer, & tamen ipse ad me descendit.

*Et in diebus meis.*) Non resiliam ab oratione, propterea quod exauditus sum: sed omnibus diebus meis hoc opus faciam.

*Circumdederunt me dolores.*) Satis, inquit, mihi ad id, ut à malis, quæ me premunt liberer, hoc solum est quod Deum inuoco.

*Tribulationem & dolorem inueni.*) Vnum hoc tantum quærit ut anima ipsi illæsa permaneat, nec quicquam vnde lætatur, patiat. Hac enim incolumi existente, nulla est reliqua infelicitas quæ nocitura: quemadmodum & nulla prosperitas est, quæ profutura sit.

*Misericors Dominus & iustus.*) Instruit auditorem, tantum non dicens, Ne respondeas animum (est enim Deus misericors) nec animo sis remisso ac supino: est enim & iustus. Atque ita huius quidem fœcordiam amputat, illius vero desperationem erigit, utriusque salutem querens.

*Et Deus noster miseretur.*) Rectè dixit, Deus noster, ad distinctionem gentium, quarum antea meminit: ut qui illos quidem mactare & occidere, erga hos vero misericors & benignus esse solitus sit.

*Custodiens.*) Quoniam enim rationem habemus, cum quæ custodienda, tum quæ abijcienda sint erudientem, illius vero institutiones inanes sunt: propterea vbique prouidentiam Dei ponit, qua nisi potiat homo, serpens utiq; infantem in cunabulis existentem occideret. Neque enim mater neque quisquam alius ad auxilium sufficeret, nisi superno potiretur adiutorio.

*Humiliatus sum.*) Gemina hic est gratiarum actio, cum quod in pericula incidere permisit, tum quod in illa prolapsum non deseruit. Vtrumque enim beneficij genus est, & prius posteriori non cedit.

*Conuertere.*) De migratione ex hac vita loquitur. Est enim ab omnibus malis quæ in terra accidunt, liberatio & rescillatio: nec ultra timori subiacebit, qui bona cum spe vitam hanc terminat. Licet enim mors ex peccato sit introducta, attamen ad hoc illa Deus vitur, ut nobis benefaciat.

*Oculos meos à lachrymis.*) Non enim est illic dolor, neque

A mœstitia, neque lamentatio: quoniam non solum dolore illinc liberati sumus, sed & subuersionis & insidiarum victores euasimus.

### Scholia in Psalmum cxv.

**C**redidi, propter quod loquutus sum.) Nondum loquutus est, sed hoc quod iam loquitur dicit. Quid est autem quod loquitur? Cum, inquit, de omnimoda Iudæorum vastatione cogitarem, non desperavi de mutatione illius in melius futura, sed hanc fide instructus & speravi & annuntiaui.

*Ego autem humilitatus sum.*) Ego quidem vehementer afflictus sum, animum vero non despondi.

*Ego dixi in excessu meo.*) Hoc est, In excessu calamitatis meæ, in magnitudine malorum. Tanta namque nos tentatio inuasit, ut ecstasim passus sim. Ecstasim autem hic, stuporem ex malis inditum dicit.

*Omnis homo mendax.*) Quemadmodum de segete dicimus, quod mentita sit ac fefellerit, hoc est, nihil attulerit, quod spei de se conceptæ respondeat: sic & homo nullius est momenti ac vilis. Quapropter & propheta considerata illius natura, quæ sit reprehensibilis, ut vilitatem eius ostendat, dicit, Omnis homo mendax, hoc est, Nihil refert homo, nisi mendacem existimationem.

*Quid retribuam Domino?*) Quod me hominem mendacem, & nullius momenti, ac vilem existentem tanto dono dignatus es.

*Pro omnibus quæ retribuit mihi.*) Hoc animi grati est, circumspicere ac querere, quod benefactori pro acceptis beneficijs rependat: & posteaquam omnia expenderit, nihil tanti iudicare, quod digne retribuatur.

*Calicem salutis accipiam.*) Calicem hic & victimas, hymnos gratiarum actionis vocat. Hoc igitur est quod dicit, Non habeo dignum aliquid quod rependam: quod vero habeo, hoc rependo, nempe victimam gratiarum actionis Deo, & propter salutem illum celebrabo.

*Vota mea Domino reddam.*) Promissa pollicitationes intelligit. In rebus enim malis ad Deum confugit, seque illi obligauit: pollicitus, si pericula effugisset, has se oblaturum hostias. Quoniam itaque soluta iam est calamitas, Vota, inquit, mea reddam.

*Preciosa in conspectu Domini.*) Et quæ est hic dictorum consequentia? Si diligenter inquisieris, inuenies admodum multam. Quoniam enim dixit, Quid retribuam Domino, ut beneficia ipsius ostendat: non solum vitam illi, sed & mortem sanctorum pretiosam esse dicit: idque non vulgariter utcunque, sed quando ipse illam dispensatione sua admittit.

*O Domine.*) Non loquitur de communi seruitute, sed de ea quam multa cum amoris affectione, desiderio seruens, id quod maxime coronæ est, exequatur.

*Ego seruus tuus.*) Hoc est, Iam olim ex progenitoribus meis seruituti tuæ sum addictus, quod maximi ornamenti loco posuit.

*Dirupisti vincula mea.*) Non dixit, Soluisti: sed, Dirupisti, ita ut inutilia sint facta. Vincula vero hic tribulationes dicit. Est enim vinculum aliquando bonum, ut cum Apostolus dicit, In vinculo dilectionis.

*Tibi sacrificabo.*) Supra quidem dixit, Calicem salutis accipiam: hic vero, Tibi sacrificabo hostiam laudis: hoc est, Agam tibi gratias, teque laudabo.

*Et in nomine Domini inuocabo.*) Hoc autem fecit, non ad ostentationem, neque ad magnificentia gloriæ: sed ut reliquos ad zelum suum sequendum induceret, & confortes gratiarum actionis reciperet.

### Scholia in Psalmum cxvj.

**L**audate Dominum.) Non enim vnam & alteram, siue tres gentes vocat: sed terram & mare in vniuersum. id quod per Christi factum est aduentum.

*Quoniam confirmata est super nos misericordia eius.*) Hoc est, Robusta facta est, & quauis petra solidior.

## Scholia in Psalmum cxvij.

**C**onfitemini Domino.) Quosuis ad gratiarum actionis suæ communionem propheta, maximam bonorum summam in medium proponens, vocat.

*Dicat nunc domus Israel.*) Quid dicit domus Israelis? quum mille captiuitates perpessa sit, & per orbem vniuersum ad feruendum dispersa. Etiam, inquit, hi namque testes sunt bonorum Dei, pluribusque potiti sunt quam alij.

*Dicat nunc domus Aaron.*) Iterum sacerdotes separata à reliquis ad hymnodiam vocat. Maiore etiam admodum illi fuerant honore potiti.

*Dicat nunc.*) Hi potissimum sunt, qui benignitatem Dei videre, & in omnibus bonitatē illius cognoscere possunt. Illud vero, In seculum, idem est atque continuè, non interruptum, sed per omnia splendidum & declaratum.

*De tribulatione inuocauit.*) Non dixit, Quia dignus eram: sed, Quia inuocauit tantum, & oratio tantum valuit, vt calamitatem solueret. Non solum autem tribulatione liberauit, sed & multam securitatem dedit. Hoc enim est quod dicit, Et exaudiuit me in latitudine.

*Dominus mihi adiutor.*) Vides sublimitatem animi. Non dixit, Nihil patiar: sed, Etiam si patiar, non timebo.

*Dominus mihi adiutor.*) Vides ipsum se non vlcentem, nec pœnas exigentem, sed Deo vltionem permittentem.

*Bonum est confidere in Domino.* Non dicit hoc per collationem. Est enim sacræ Scripturæ in consueto, tali loquendi modo uti: sed ad illorum captum sese demittit. Quid enim humana spe imbecillius? Spes vero, quæ in Deum est, non solum fortis est, sed & mutationem non habet. Non impugnabatur bello aliquo, neque per aduersarios directè aduersantes: sed internè correptus ac veluti sagena quadam conclusus erat, at tamen ope Dei hæc omnia perripit.

*Circumdederunt me sicut apes.*) Vides quomodo malorum magnitudinem per geminationem loquendo describat. Non enim simpliciter circumdederant, sed sicut apes, & velut ignis in spinis. Per apes inuuit, quam propensi fuerint inimici & cupidi ad infestandū: per ignem vero, quam intolerabilis fuerit illorum furor, & quam inextinguibilis.

*Impulsus, euersus sum vt caderem.*) Ita, inquit, inualuerūt hæc mala, atque ita impulsus euersus sum, vt propè casurus ac prolapsurus fuerim. Verum cum iam in genua inclinaturus essem, tum mihi auxilium suum Deus ostendit.

*Fortitudo mea & laus mea Dominus.*) Fortitudo eius, inquit, mea facta est: id est, auxilium meum. Quid est autem, Laus mea? Gloria mea, inquit, laus mea, illustratio mei. Non enim liberat tantum, sed & splendoros & illustres facit, & cum gloria salutem largitur.

*Vox exultationis & salutis.*) Quando namque Deus omnia perficit, exultant illi qui victorici potiūt: duplici nomine hilares, cum quod seruati sunt, tum quod per Deum seruati sunt. Deinde vt & auxiliij causam ostendat dicit, In tabernaculis iustorum. Non dicit, In domibus: sed in tabernaculis, vt vilem & extemporariam illorum habitationem exprimat.

*Dextera Domini fecit virtutem.*) Postquam dixit, Dextera Domini fecit virtutem: subiungit, Dextera Domini exaltauit me. Non solum enim me potentem, inquit, sed & gloriosum reddidit.

*Non moriar, sed viuam.*) Mortem minabantur pericula, ego vero per te ereptus non moriar, sed viuam. Quod si quis ista per anagogen intelligere voluerit, sunt & de resurrectione dicta. Illud enim, Non moriar, mortem non esse mortem ostendit. Qui enim, inquit, credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.

*Et narrabo opera Domini.*) Hoc potissimum viuentium est, vt & Deum laudent, & mirabilia eius omnibus annunciet. Opera Domini, inquit. Quæ opera Domini? dic quæso. Quæ narraturus est.

*Castigans castigauit me Dominus.*) Non solum ob id gratias agit, quod liberatus est à malis, sed & quod in illa incidit, maximam expertus gratiam, tentationis quoque utilitatem

**A** prædicat. Morti enim, inquit, non tradidit me. Totum enim in illius est potestate positum.

*Aperite mihi portas iustitiæ.*) Castigatis aperiuntur portæ, castigationem vero reicientibus peccata. Castigatus cum fiducia dicit, Aperite mihi portas iustitiæ. Secundum anagogen vero, per portas cælum intelligendum est, quæ malis sunt occlusæ, quæ per eleemosynam & iustitiam pulsare oportet.

*Hæc porta Domini.*) Sunt portæ perditionis, sunt portæ vitæ. Quoniam igitur multæ sunt, ideo insigne Dominicæ portæ dicit. Quapropter hæc est, inquit, porta Domini. Insigne huius est, quod castigati per eam ingrediuntur.

*Confitebor tibi, quoniam exaudiisti me.*) Non simpliciter exaudiisti, sed primum castigasti & emendasti. Quapropter & gratias agit, nō solum quod exaudiuit, sed & quod castigauit.

*Lapidem quem reprobauerunt edificantes.*) Edificantes Iudeos dicit, quoniam illi Christum reprobauerunt dicentes. Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Verum qui ab illis reprobatus est, vsque adeo probatus apparuit, vt caput sit anguli factus. Non enim quibus lapis angulo est accommodus, sed probatissimus, & qui vtroque latere parietem connectat. Hoc est, vtramque Gentem colligauit.

*A Domino factum est illud.*) Non erat humanum quod factum est, nec angelorum nec archangelorum, sed ipsius Dei opus. Istud, inquit, intellige de angulo.

*Est mirabile in oculis nostris.*) Credentium scilicet. Non enim omnibus innotuit. Et admirabilis est etiam anguli huius inopina synodus. Crucifixo enim in ignominia sunt, adoratores vero in gloria. Et doctrina hæc per orbem vniuersum cucurrit.

*Hæc est dies, quam fecit Dominus.*) Diem hic non solis cursum, sed quæ præclare in illa sunt gesta dicit: sicut diem malam, mala opera dicimus. Quod autem dicit tale est, Opera Dei in illa facta, Deus fecit. Solius enim manus illius erat, talia perficere. Exultemus autem, quod tanta bona consequuti sumus. Non enim & hæc opus exiguum est, beneficia Dei cum animi iucunditate completi.

*O Domine, saluum me fac.*) Serua, inquit, eos qui beneficia tua sunt consequuti, viam illis redde expeditam, vt postea quam illis potiti sunt, tantis bonis non excidant.

*Benedictus qui venit.*) Quæ nobis contigerunt, non in illis quæ facta sunt consistunt: sed ad alia plura progrediuntur, ad regnū & sortē cum Christo, &c. quæ omnia exprimere volens, dixit, Benedictus qui venit in nomine Domini.

*Benediximus vobis de domo Domini.*) Vniuersum populum fidelem dicit, benedictionem in domo Domini consequutum. Vnde cuius autem gratia dixit, Benediximus, & vnde est ista felicitas? Quoniam Deus Dominus est, inquit, & illuxit nobis: loquitur verò de incarnatione, quod cū Deus esset, per carnem mundo apparuit. Cum vero dicit, Et illuxit nobis, de dispensatione illius loquitur.

*Constituite diem solemnem.*) Ad historiam rursus relicta prophetia regreditur. Quid est igitur quod dicit, Constituite diem solemnem, &c. Secundum alium interpretem est, Sacrificate sacrificia: rursus secundum alium, Serta & ramos suspendite in templo: vtrum autem firmum sit, festum diem & panegyrim significat.

*Deus meus es tu, & confitebor tibi.*) Ostendit hic quod etiam absque beneficijs agenda sint Deo gratiæ. Quod autem dicit tale est, Quoniam, etiam sine bonis quæ consequutus sum, & gratias agam & confitebor, quoniam talem habeo Dominum ita magnum, ita sublimem. Illud vero, Exaltabo, idem est atque glorificabo. Deinde cum plures ad hanc vocat, Deique philanthropian vbique prædicat, perpetuitatem illius & immortalitatem canens. Quid enim dicit Confitemini, inquit, Domino, &c.

## ARGVMENT. PSAL. CXVIIII.

Multas ac varias D. David rerum mutationes habuit. Et hostes enim fugit, & præ mœstitia ingemuit. Rursus & iucundam vitam habuit, & diuino tramite cucurrit, ambulandoq; offendit, ac rursus D. legibus adhesit. Hæc igitur omnia simul præsentit hoc psalmo congestit, & preces quas singulis temporibus Deo obtulit, inter se concinnatas, tanquam vnā quandam mortalibus vtilem doctrinam proposuit: docetq; per ea quæ dicit, quomodo possibile sit practicam rectè exercere virtutem.



virtutem. Non negligit autem & dogmatum integritatem, sed moralibus documentis etiam horum doctrinam adiicit, ut sufficiat hic psalmus etiam eos qui perfectam virtutem aggrediuntur, perfectos in illa reddere: & ignauiter viuentes, ad diligentiam excitare, & abiectos recreare: & ut summam dicam, omnis generis medelam varijs mortalium passionibus adhibere.

*Scholia in eundem Psalmum.*

**Beati immaculati in via.** Beatos eos prædicat, qui regiam viam constanter ac rectè ingrediuntur, nec ad dexteram, nec ad sinistram à præceptis legis exorbitant. Qui vero illi sint, docet, Qui ambulant, inquit, in lege Domini. Qui namque ad normam huius vitæ conuersationem instituit, inculpatam vitam habent, viam enim vitam vocat. Hanc siquidem ab vtero ad sepulchrum vsque ambulamus omnes.

**Beati qui scrutantur.** Et decimum octauum Psalmum, exponentes diximus, quid discriminis sit inter legem & testimonia, & iustificationes & iudicia & mandatum: recordabimur tamen hic eorum summam, quæ illic sunt dicta. Legem vocat, quæ à Deo data est per Moysen: mandata & præcepta eandem intelligit, tanquam regia auctoritate mandata & præcepta: iustificationem, tanquam quæ se rectè seruantem iustificare valeat: iudicia, ut quæ sententias Dei & meritas retributiones, cum eorum qui legitime, tum eorum qui præuaricatè viuunt, ostendat. Testimonia, ut quæ contestetur, & ostendat quibus præuaricatores supplicij sint subiijciendi. Beatos itaque etiam hoc loco eos dicit, qui testimonia Dei sine intermissione scrutantur, & Deum toto corde exquirunt.

**Non enim qui operantur iniquitatem.** Hanc diuisionem & in primo Psalmo fecit. Nam & illic posteaquam eum, qui in lege Domini meditatur, beatum esse dixit, & meditationis huius fructum ostendit, subiunxit, Non sic impij, &c. & hic ubi immaculatos felices prædicauit, docet, quomodo iniquitatis operatores, relicta Dei via, aliam sibi ipsi adornent.

**Tu mandasti.** Per legem & prophetas & sacra quoque Euangelia hoc præcipit, & plena est tota sancta Scriptura huiusmodi mandato.

**Viam dirigantur.** Quapropter oro, inquit, ut via mea lege tua veluti canone quodam dirigatur, ut & iustificationes tuas custodiam. Et ut fructum huius ostendat, subiicit.

**Tunc non confundar.** Præuaricationis enim fructus est confusio. Sic & Apostolus dixit, Quem igitur fructum tunc in illis habuistis, de quibus nunc erubescitis? Qui vero mandata Dei impleat, bonæ conscientie fiduciam habent.

**Consitebor tibi in directione cordis.** De gratiarum actione loquitur. Tunc, inquit, illibatium hymnum offerre poterò, quando omnia iudicia tua cognouero, & iuxta illa vixero.

**Iustificationes tuas custodiam.** Fit sæpenumero, ut quosdam D. gratia ad breue tempus derelinquat, ipsorum ex eo comòdum procurans. Ita Elias derelictus, in timoris passionem incidit, & humanæ naturæ veritatem didicit: verum mox per diuinam restitutus est gratiam. Ad hunc modum & Petrus prolapsus est. Iudas veto D. prouidentia destitutus, parata est inimici præda factus. Rectè itaque propheta orat, ne vsque quaque derelinquatur, hoc est, ne omnibus modis D. prouidentie gratia destituatur, & alienus ab illa reddatur.

**In quo corrigit adolescentior.** Instabilis est iuuentus. Varijs enim affectionum fluctibus circumuoluitur. Opus itaque illi ductore est. Hoc vero est diuinorum eloquiorum proprium. Quodenim armentario pullo est frenum & domitor, hoc iuuenibus est verbum Dei.

**In toto corde meo.** Posuit hoc ad differentiam eorum, qui Deum non toto corde querunt, sed illud in curas seculares & concupiscentias absurdas partiuntur.

**In corde meo abscondi.** Qui terrenas diuitias possidet, non finit eas quibusuis esse expositas, sed interioribus penetralibus abdit, quo furum manus effugiant: ita & qui spirituales diuitias habet, in animo suo illas abscondit, ne has per inanem gloria maniarum deprædatores furentur.

**Benedictus es Domine.** Dignum est, inquit, ut ab omnibus

lauderis. Quapropter oro ut abs te discam, quæ me iustificare valeant.

*In labijs meis.* Quæ abs te didicero, ignorantes ea docebo.

*In via testimoniorum tuorum.* Laboriosa quidem est virtutis via, verum perfectis desideratissima. Iugum enim meum, inquit Dominus, suauis est, & onus meum leue. Hoc & propheticus sermo dicit, Diuitijs omnibus iucundior mihi est testimoniorum tuorum possessio. Illud, Sicut in omnibus diuitijs, non est temerè adiectum, sed omnis generis diuitias significat. Sicut enim multa diuitiarum genera, sed hæc omnia complexus propheta, cum diuinis testimonijs contulit: itaque sibi desiderata & iucunda esse testimonia Dei dixit, sicut opum amatoribus omnia diuitiarum genera.

*In mandatis tuis exercebor.* Huius, inquit, gratia continuam verborum tuorum meditationem habebò, & in vjs tuis iter faciam.

*In iustificationibus tuis.* Indelebilem eloquiorum tuorum memoriam, in me ipso seruaò.

*Retribue seruo tuo.* Auxilio tuo potitus mortem quam infert peccatum, effugiam, & vitam quæ ex verbis tuis est lucrifaciam.

*Reuela oculos meos.* Non omnes qui diuina eloquia legunt, quæ in illis admiranda sunt considerant, nisi illi qui cælesti splendore potiuntur. Ob quam causam & Paulus dicit, Quando conuersus fuerit ad Dominum, auferetur operculum. Dominus autem spiritus est. Ipse quidem diuina luce illustratus, meritò clamauit, dicens, Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplamur. Nos vero Dominum orare cõuenit, ut operculum à mentis nostræ oculis auferat, diuinorumq; nobis oraculorum virtutem ostendat.

*Incola ego sum.* Incolam se ipse nominat, oratque ne villo pacto diuina mandata in diuinis eruditus ignoret. Nouerat enim vitam hanc esse temporariam. At sunt qui presentibus bonis, quasi diuturnis, inflati insolescant.

*Concupiuit anima mea.* Qui diuinas leges contemnunt, in morbum superbiæ incidunt: verum iusto iudici pœnas dabunt. Accidit hoc Saùli, accidit Pharaoni, accidit Sennacheribus & alijs innumeris. Cum hoc sciret Propheta, tanquam propheta, subiecit.

*Increpasti superbos.* Hanc maledictionem & lex transgressoribus ponit. Maledictus enim, inquit, omnis homo, qui non manet in ijs quæ sunt in libro legis.

*Aufer à me.* Probros prophetam affecit Nabal, seruum illum fugitiuum vocans: probris illum affecerunt & Chetæi. Horum itaque gratia dolens propheta, orauit ut opprobria hæc abijcerentur, tanquam ab eo qui diuina testimonia exquirit. Non igitur congruunt presentia verba probris, quæ Semei in eum coniecit. Nam illa post peccatum: quæ vero Nabal intulit, ante illud facta sunt.

*Etenim sederunt.* Saul, & Abner, & Achitophel. Ego verò dominationem tuam confitendo, in iustificationibus tuis meditarar.

*Nam & testimonia tua.* Omni humana persuasione reiecta, tuis constitutionibus obedio.

*Adhæsit pauimento.* Excellentiam humilitatis his verbis significauit. Vitam autem perit nõ indefinitè: sed eam quæ secundum legem Deo non sit dedecori.

*Vias meas.* Acta mea tibi Domine manifestauit omnia, quapropter precationibus meis annue. Oro autem, ut iustificationes tuas exactè cognoscam.

*Viam iustificationum.* Diuina nobis opus est intelligentia, ut virtutem secundum legem Dei exerceamus: & qui philanthropia vitur, ad inanem gloriam non respiciat: & qui religiosus est, humanam laudem non venetur: & qui castus est, castitatem non propter impudicitie turpitudinem, sed propter castitatis amorem exerceat. Rectè itaque propheta orat, ut diuinam intelligentiam fortietur, quo quæ sit iustitie via cognoscat.

*Dormitauit anima mea.* Continuus peccati impulsus cogitationum vigorem sæpenumero dissoluit, & athletam, ut impudenter quid agat, adigit, & iniustitiam alios affligentem operatur. Anima autem dissoluta somnum admittit, somnus verò mortem infert. Quapropter orat propheta

vt con-

Lex, testimonia, iustificationes, iudicia, & mandatum.

yt confirmetur & corroboretur. Et in alio psalmo dicit, Illumina oculos meos, ne quando obdormiā in morte, &c.

*Viam iniquitatis.*) Et hæc deprecatio necessaria est. Conueniet enim vt auxiliū à Deo petamus, quo iniustitiā viam auersemur, & iter veritatis eligamus, indelebilemque testimoniū Dei memoriam adferamus.

*Adhæsi testimonijs.*) Non simpliciter dicit, Sequutus sum: sed, Adhæsi, hoc est, Ne modico quidem tempore cogitationem meam semoui. Querit autem & huiusmodi affectus fructum metere, nempe, vt nullam turpitudinis & confusiois experientiam capiat.

*Viam mandatorum.*) Vtriusque opus est, cum animi nostri proposito, tum prouidentia Dei. Neque enim diuina gratia bonorum non habentibus propositum datur, neque humana natura virtutem rectè poterit exercere, sine cælesti auxilio. Hoc & propheta docet, cum dicit, Viam mandatorum tuorum, accepta abs te currendi facultate, inoffensè cucurri. Latitudinem enim, facultatem vocauit. Et alibi dicit, In tribulatione dilatasti mihi, &c.

*Legem pone mihi Domine.*) Symmachus reddidit, Ostende, Aquila vero & Theodotion, Illumina. Perpetuò, inquit, illustratione ac legislatione tua opus habeo, vt & cognoscā viam iustificationum tuarum, & hanc obtemperanter ambulem.

*Da mihi.*) Et dominus dixit, Scrutamini Scripturas. Verum scrutantibus illas opus est cælesti splendore, vt quod quarunt inueniant.

*Declina me in.*) Ad decliua solet aquæ natura deferri: & si quos egressus nacla fuerit, illo se totam recipit. Ad hunc modum & humana natura, diabolo viam ad peccatum aperiente, ad id quod peius est sese auertit. Admodum itaque conuenienter orat propheta, vt cor suum ad diuina testimonia acclinetur, & vt effugere possit, ne ad vtramvis partem exorbitationem experiatur.

*Auerte oculos.*) Vanum est, quod inutile est ac nullius momenti. Et Salomon, Vanitas, inquit, vanitatum. Postquam autem de omnibus quæ iucunda sunt disseruit, subiunxit, Et ecce omnia vanitas, & præoccupatio spiritus. Orat igitur, vt animi ipsius oculi ad aliam contemplationem adiciantur, & præsentium vanitate non delectentur: sed vt iuxta leges tuas vitæ conuersationem, inquit, instituiam.

*Statue seruo tuo.*) Firmum me in verbis tuis, & immorūm redde. Custodi me in timore tuo, hoc est, Præsit mihi timor tuus, terrenus, nec sinens vt oraculis tuis excidam. Illud, Quod suspicatus sum, Aquila reddidit, Quod horruī, Symmachus vero, Quod vereor. Opprobrium autem hic vocat, quod à peccato acciderat. Hoc enim & horrebat & verebatur, & ob hoc suspectè vivebat. Et ideo causam non subiunxit, sicut solet: quia iudicia tua exquisiui, aut custodiui. Non solum enim peccantibus comminatur, sed & respicientibus salutem pollicetur. Iudicia quippe, iustas Dei sententias vocat. Cupienti, inquit, vitam, quæ sit in iustitia, largire. Omnes enim D. benignitate indigemus. Et qui extremum consequutus est virtutis verticem, hac indiget continuo.

*Et veniat.*) Salus tua, inquit, secundum verbum tuum. Quam oraculis tuis pollicitus es salutē, largire, vt illis qui me subannant confidenter loquar. Qui namque in erumnis est, opprobria cum silentio tolerat: qui vero pro voto suo viuit, malitiose opprobriantes redarguit.

*Et respondebo exprobrantibus.*) Quia speraui, inquit, in verbis tuis. Siquidem à promissione tua pependi, & hac spe ingredior.

*Et ne auferas.*) Veritatem nos propheta amare, & hanc à Deo multa cum animi propensione petere docet. Ita enim, inquit, ad legum tuarum custodiam propensior ero. Per secula autem, & futuram vitam significauit, in qua potissimum omnibus pura & sincera diuinarum legum custodia dabitur.

*Et ambulabam.*) Multa, inquit, cum facultate ambulans, & iuxta mandata tua viuens, ne regium quidem potentatum timui: sed multa cum fiducia coram illo loquutus sum. Legitima quippe vita, fiduciam procreat. Et testis huius est David: qui antequam peccasset, Sauli confidenter est loquutus. Et Eliasiustitia fretus impietate Achab redarguit.

A Et Paulus eadem vsus fiducia, ad Agrippam, & Festum & Felicem loquutus est. Sic & martyres.

*Et leuaui.*) Non enim in fermone est regnum Dei, sed in virtute. Et qui fecit & docuit, hic magnus vocabitur. Quapropter & propheta meditationi actionem quoque adiecit. Cum enim dixisset, Et meditabar in mandatis tuis: subiunxit, Et leuaui manus meas ad mandata tua, &c. Quæ namque per diuinas leges edoctus sum, ea & operibus exercui. Non enim auditores legis, sed factores, iusti sunt. Sine intermissione namque meditationem illius exerceo.

*Memor esto.*) Cum legem Deus poneret, benevolentiam suam legis seruantibus pollicitus, transgressoribus vero supplicium comminatus est. Orat itaque illum, vt promissionum suarum recorderetur. Docuisti enim me, inquit, vt in illas sperem. Et vt spei huius utilitatem ostendat, subiicit.

*Superbi iniquè.*) Superbos vocat Saulem, Absalom, regem Ammonitarum, qui tam iniqua in legatos ipsius designauit. Verumtamen illi quidem ad hunc modum comparati sunt, ego vero leges tuas sequutus sum. Possent ista victores martyres dicere.

*Memor fui.*) Cum enim recorderer quæ Abelo, quæ Abraham, quæ patriarchæ Iacob acciderunt, quomodo in varias tentationes inciderint, & quam illustres eos tandem reddideris, sufficientem inde consolationē lucrificabam.

*Defectio tenuit.*) Ego quidem, cum affligerer, memoria iudiciorum tuorum recollabar: verum multos, videns legis tuæ transgressores, contristabar.

*Cantabiles mihi.*) Incola erat David apud Philistæos, cum à Saule pulsus esset. Arbitror autem eum hoc loco non incolatus illius tempus, sed omnem vitam suam peregrinationem vocare. Transiegit enim illam non vt habitator, sed vt peregrinus, inque illa iustificationes Dei cantando ambulauit. Ad hunc enim modum & reliqui interpretati sunt, Cantica erant mihi præcepta tua in loco peregrinationis meæ.

*Memor fui in nocte.*) Hoc enim perpetuo sanctorum chorus facit. Opinor autem noctem hic, tentationum tempus nominari. Inuadunt enim homines noctis in morem. Hoc autem tempore præcipue opus est Dei omnium memoria, quæ animum recreat, & confidentem reddit, & contrarias cogitationes expellit.

*Hæc facta.*) Ita, inquit, vincere, & iustificationum tuarum possessionem eligere potui.

*Portio mea.*) Non omnium portio Deus est nisi eorum qui quæ sacra & eximia sunt amplectantur. Ita sacerdotum & leuitarum portio ac sors est factus. Filij enim Leui, inquit, non erit portio in medio fratrum ipsorum. ego dominus. Et Psal. 15. Dominus, inquit, portio est hæreditatis meæ, &c. Dicit igitur, & hoc loco, Quoniam reliquis omnibus contemptis, te habeo portionem & diuitias, quapropter & fatego, vt leges tuas custodiam.

*Precaus sum.*) Vbiq; illud, In toto corde meo: adiicit, Legi etiam in hoc obsequens. Ad hunc enim modum Deus præcepit dicens, Diliges Dominum Deum tuum, &c.

*Miserere mei.*) Non erat indefinitè, vt misericordiam intenuat, sed secundum verbum Dei. Hoc est, secundum iudicium tuum, inquit, secundum voluntatem tuam. Hoc & nos pacto misericordiam querere conuenit.

*Cogitavi vias.*) Hebræus habet, Vias meas: sicut & reliqui interpretes reddiderunt. Dicit autem, Cogitavi & expendi vias meas ad testimonia tua, direxiq; pedes meos.

*Paratus sum.*) Disposui enim me ac instrui aduersus malorum insultum, nec passus sum tempestatem ex inopino ac subito impulsu. Ita & martyres cum ante tam post Christum, &c.

*Funes peccatorum.*) Insidias siue demonum siue hominum, funes occasione à nexu sumpta vocauit. Ita & Esaias, Væ, inquit, qui peccatum suum velut fune longo trahit. Cum, inquit, funes isti me stringerent, diuina legis memoriam non excussi. Deinde & memoriæ huius causam reddit.

*Media nocte.*) Non enim per diem modo, sed & nocte, quæ maiore cum voluptate somnus mortalibus obrepat, in laude tua perseueraui, iustasque sententias tuas deprædicauit. Hoc & Paulus vna cum Sila fecit.

*Particeps ego sum.*) Symmachus, Coniunctus sum dixit, Syrus

Syrus vero dicit, Auerfatus enim eos qui quæ voluntati tuæ sunt contraria amplexantur, eos habui consortes, qui timorem tui plurimi faciunt, & in lege tua viuere volunt. Hoc & in alio Psalmo dicit, Mihi autem vehementer honorati sunt amici tui Deus.

*Misericordia tua.*) Super omnes, inquit, misericordiam largiter effundis, solemque vniuersis producis: nec iram singulis diebus infers, sed patienter eos toleras, qui iniqua sunt ausi. Cum itaque tanta benignitate vtaris, & me illa dignare, ac iustificationum tuarum scientiam largire.

*Bonitatem fecisti.*) Experientiam bonitatis tuæ præstitisti. Quapropter iterum oro, vt hac eadem potiar, & iuxta leges tuas viam.

*Bonitatem & disciplinam.*) Sciebat propheta disciplinæ utilitatem, quapropter illam acquirere petit. Bonitate namque vsus, disciplinam Deus infert: disciplina vero scientiam operatur. Ita & Ieremias, Castiga nos Domine, inquit, sed in iudicio: & non in furore, ne nos imminuas. Deinde vnde disciplinæ utilitatem cognouerit docet.

*Priusquam humiliarer.*) Ego, inquit, mihi ipse disciplinam hanc conciliaui. Sententia supplicij libera est ab iniustitia. Peccatum consequta est disciplina. Per disciplinam legum D. custodia perstat. Supplicio affectus sum, & reualui.

*Bonus es tu Domine.*) Reuera bonus es ac benignus. Quapropter sumpta fiducia peto, vt iustificationum tuarum abs te scientiam accipiam.

*Multiplicata est.*) Qui arrogantia vtuntur, omne genus infidiarum contra me confarcinantur: verum ego ad mandatorum tuorum normam dirigor.

*Coagulatum est.*) Conforme est hoc Prophetico dicto, Incrassatum est, inquit, cor populi huius, & auribus grauius audierunt, & obduratum est cor eorum. Igitur illi quidem, inquit, cor habuerunt rebelle, & teneritudinem eius in duriciem mutarunt ipsi, & sicut lac congelarunt & coagularunt. Ego vero legis tuæ meditationi intabui.

*Bonum mihi.*) Gratiam propheta petit, & sanitatem quæ ex austeris est medici pharmacis prædicat.

*Bona mihi lex oris tui.*) Tamet si per filium regno sum pulsus, per disciplinam tamen legem tuam possedi, quam omnibus diuitis preciosior æstimo.

### Statio secunda.

*Manus tua.*) Benevolentia erga humanam naturam factorem admonet. Quoniam enim omnia verbo fabricauit, humanam ipse naturam finxisse dicitur, non manibus vsus (est enim incorporeus) sed quod in hac factura hominis maiorem ostenderit animi propensionem. Orat igitur plasmatorum, vt & intellectum facturæ suæ suppeditet.

*Qui timent te.*) Occasio, inquit, lætitiæ futurus sum piis, qui in te speraui, & misericordiam consequutus sum spei correspondentem.

*Cognoui Domine.*) Scio, inquit, quod recte ac iuste contra me pronunciauisti, & ærumnis me subiecisti.

*Fiat misericordia.*) Verum consolationis iam & benignitatis tempus est. respicientibus enim benevolentiam tuam promissisti. Hoc & per Elaiam dicit, Quando conuersus ingemueris, tunc saluaberis. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos.

*Veniant mihi.*) Mortuum se, diuina benevolentia destitutus putat, quapropter orat, vt diuina benignitate veluti vitæ restitatur.

*Confundantur superbi.*) Non execratur inimicos, sed pro illis orat. Confusio namque salutem operatur. Quam igitur ipse consequutus erat medelam, eandem vt & illi acquirat, petit.

*Conuertantur ad.*) Tanquam procul à choro iustorum propter peccatum semotus, & ab omnibus perinde atque à Deo reiectus, orat iterum vt ipsis viuatur, & communionem eorum recipiat. Hoc enim Symmachus clarius significauit, dicens. Conuertentur mecum timentes te.

*Fiat cor meum.*) Cor enim macula liberum, liberum est ab omni confusione. Quapropter & mox initio psalmi immaculatos felices prædicauit.

*Defecit in salutare.*) Qui vehementer quod desiderant, si

illo priuentur, deficere dicuntur. Sic qui valde sitiunt, si aqua destituantur, sic qui notum aliquem è peregrinatione reuersurum prætolantur, sic qui cum calamitatibus lucentes diuinam benevolentiam expectant, si illa differatur, deficiunt.

*Defecerunt oculi.*) Oraculum & promissio diuina & à Deo inspirata, Scriptura vocatur. Deficit itaque non is modo, qui diuinam promissionem expectat, & solutionem vtgentium malorum prætolatur: sed & qui diuina oracula legens sensum eorum exactè cognoscere cupit, & si hunc inuenit, consolationis & refocillationis loco ducit.

*Quia factus sum.*) Vt tepe factus laxatur, & inflatus tumet, in pruina vero obduratur & congelatur: ita habet & corporis natura. Delitius laxatur & intumescit, & aduersus animam insurgit: religiosa vero afflictione & castigatione humiliatur & reprimitur. Et huius Paulus testis est clamans, Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quo pacto fiat, vt cum aliis prædicarim, ipse reprobos efficiar. Quin & ipse propheta, cum à Saule pelleretur, affectionum victor erat: pace vero potitus, deliciarum lasciuus labefactatus est. Humiliato itaque corpore diuinarum legum memoriam renouauit.

*Quot sunt.*) Exiguum est humanæ naturæ tempus. Dies enim annorum nostrorum in ipsis, sunt septuaginta anni. Quando igitur mihi iudicabis, meque ab inimicis liberabis.

*Narrauerunt mihi.*) Suadebant quidam propheta, vt inimicos suos interimeret, ipse vero diuinæ legi obediens, iudicium Dei expectabat. Et nobis utilissima est oraculorum iustorum doctrina. Conuenit enim vt fugiamus, non solum Græcorum fabulas, & Iudæorum incredulitatem, sed & blasphemia hæreticorum dogmata.

*Omnia mandata.*) Et ob eam causam mihi legem tuam elegi.

*Paulominus consummauerunt.*) Multa est, inquit, inimicorum iniustitia & potentia. Parum enim abfuit, quin ipsa me vita priuassent.

*Secundum misericordiam.*) Animi modestia sermonem ornauit. Vitam enim non vt retributionem iustitiæ, sed vt donum misericordiæ testimoniorum Dei custodiam pollicitus petit.

*In æternum.*) Præceptum tuum immota cæli conuexa conseruat. Hoc autem & Psal. 148. dicit, Statuit ea in sæculum, &c. Significat autem his verbis, angelorum cætus cælum inhabitantes diuinam custodire legem, esseque à traditione liberos.

*In generatione & generationem.*) Hanc enim & Iudæorum generatio, ei quæ post ipsam futura erat, conseruauit. Loquitur autem de populo Gentium, qui per Christum seruatorem salutem est consequutus.

*Fundasti terram.*) Terræ dedisti vt prolixissima diuturnitate perduret, mansitque sicuti præcepisti. Diuisisti diem à nocte, & illa secundum leges tuas certo itinere pergit. Omnia siquidem nutibus tuis obtemperant.

*Nisi quod lex.*) Dicat hæc quisque piorum, vbi in calamitates inciderit. Dauid autem illa merito dixit, à Saule pulsus, & apud Philistæos & impios homines agere coactus. Communicasset enim cum illorum impietate, nisi secum diuinam legum meditationem circumtulisset.

*In æternum non obliuiscar.*) Experientia siquidem edoctus iustificationes tuas producere vitam, inextinguibilem illarum memoriam seruo.

*Tuus sum.*) Non omnes hac voce possumus vt. Mentitur enim peccator existens, si se seruum Dei nominet. A quo enim quis victus est, illius est & seruituti subiectus. Itaque si peccatis liberati diuinas leges amplexi fuerimus, hac vtique voce poterimus.

*Me expectauerunt.*) Quod hic est ἐπεμεναι, id est sustinuerunt, Symmachus & Theodotus προσεδόκισαι, id est expectauerunt, reddiderunt. Illi quidem, inquit, se morti me tradituros esse sperarunt: ego vero testimoniis tuis attendens, vitam ex illis reportauit.

*Omnis consummationis.*) Symmachus sic, Omnis conatus vidi finem. Latum est mandatam valde. Omnia, inquit, humana finem, eumque velocem, habent. Mandatum

vero tuum latum est & indelebile, ac seruantibus se vitam illam quæ finem non habet & bona nullam mutationem admittentia conciliat.

*Quomodo dilexi.*) Non omnis qui diuinam legem adimplet, amando illam adimplet, sed alij timore ac fortitudine supplicij, alij vero gloriam quæ ab hominibus est venantes, alij sinceri virtutis amatores, & ad ea quæ bona sunt propensius, diuina præcepta adimplere satagunt.

*Super inimicos.*) Diuinam legem ardentem amare propheta confessus, totum hoc diuinæ gratiæ deputat. Abs te enim sapientiam, inquit, & scientiam adeptus, legem tuam dilexi. Ampliorem enim mihi scientiam, quam inimicis, es largitus. Quapropter illi me occidere satagunt, ego vero ne vitionem quidem de illis fumere sustineo. Æternum namque virtutis fructum contemplan.

*Super omnes.*) Proprium regum est, vt doceant: subditorum vero, vt doceamur. Rex erat Saul, & etate senior: verum nec regia potestas illum, nec ætatis tempus, ad sapientiam instruxerant, sed benefactores suos occidere conabatur. Magnus vero Dauid cum adhuc inter subditos constitutus, & etate iunior esset, amorem sapientiæ complexus erat, & iniuriam erga se neque laceffere manibus iniustis, neque vlcifici sustinuit.

*Ab omni via mala.*) Nequit enim fieri, vt duas quisquam vias simul ingrediat, iustitiæ videlicet & iniustitiæ: sed necesse est vt contrariam fugiat. Sic enim possibile est, vt diuinarum legum custodes reddamur.

*A iudiciis tuis.*) Cum enim horum te legislatorem esse sciam, cum omni illa animi propensione sum amplexus.

*Quam dulcia.*) Non enim ita oris mei gustum dulcedo mellis delectat, sicut animam meam eloquiorum tuorum meditatio lætificat. Gutturis namque mentionem fecit, tanquam organum vocis. Meditatio vero manifesta est. His vsus animus vtilitatem, quæ ex illis est reportat.

*A mandatis tuis.*) Cum enim intellexerim quibus delecteris, omnia malitiæ genera sum auerſatus.

*Lucerna pedibus.*) Non enim in tenebris ambulo; lege tua, veluti lucerna quadam illuminatus. Sciendum autem est, quod lucerna quidem nominata est lex, propterea quod ægre vnã gentem illuminauit, Seruator vero sol iustitiæ dictus est, vt qui totum orbem illustrarit. Ita & Ioannem Christus lucernam nominauit. Quoniam vero lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, orta iam erat, Apostolos quoque lucem appellauit: propterea quod lucis huius participes facti, cunctos mortales illuminaturi essent.

*Iurauit & statuit.*) Firmum animi sui iudicium, iuramentum nominauit, eo quod pleraque humanarum rerum iuramento firmanur.

*Humiliatum sum.*) Non simpliciter se, sed vehementer humiliatum esse dicit: idque cum rex esset & propheta, virtuteque & opulentiâ decoratus, & hostium domator: verum nullo horum vnquam considerare sustinuit, sed diuina hæc esse dona censuit. Vitam vero non simpliciter petiit: sed quæ secundum verbum Dei, & legitima sit.

*Voluntaria oris mei.*) Recte virtutis facta pleraque ipsæ leges edicunt, quadam vero & animus pius adiicit: & ita & sacrificiorum alia quidem legalia, alia vero voluntaria erant. Quæ pro peccatis erant, lege iubebantur offerri, & illa Deus veluti debitum quoddam recipiebat: quæ vero liberalitate quadam animi offerebantur, dona vocauit. Ita & nunc, respicientiam & iustitiam quidem Euangelica doctrina præcepit: virginitas vero & continentia post nuptias, & paupertas & vita solitaria, voluntatis sunt opera, vltra leges progredientia. Talia igitur propheta voluntaria vocauit. Quæ namque non sunt legum subiecta necessitati, sed fructus sunt animi amore Dei præditi, recte voluntaria appellauit.

*Anima mea.*) A prouidentia siquidem tua custoditus legum tuarum non obliuiscar.

*Posuerunt peccatores.*) Multas mihi cum homines tum demones insidias struunt, ego vero mandatorum tuorum viam erroris expertem ad ambulandum elegi.

*Hæreditate acquisiui.*) Testimonia tua hæreditatem ef-

se sempiternam credens, propter possessionem eorum exulto.

*Inclinaui cor meum.*) Animæ consilium lanci est simile. Continet autem lancem mens imperium naçta. In pijs cogitationibus necessitas accedit, vt lances ad ea quæ meliora sunt inclinent. Hoc se fecisse propheta dicit, Inclinaui, inquit, cor meum. Considerato namque fructu qui inde nascitur, cupidè illorum gratia certamina subiui. Et vt doceat, quomodo diuina elegerit, subiicit.

*Iniquos odio.*) Repulsis namque illis qui iniquè agere constituerunt, legem tuam elegi.

*Declinate à me.*) Hoc autem, inquit, non sine ope tua perfeci: sed auxilio tuo potitus, & spe in te collocata nutritus. Hæc absurdis cogitationibus, & illis qui malè consultabant dixi, ne quod mihi tale consilium suggererent. Mihi namque vitam quæ secundum leges tuas est, elegi: & illas omni diligentia scrutabor, ne me quicquam illarum fugiat.

*Adiuua me.*) Hunc itaque scopum spectantem prouidentia tua dignare, ne spe frustratus confusione replear.

*Adiuua me.*) Salutem quippe consequutus iustificationes tuas non negligam, sed eas perpetuo meditabor. Meditationem vero non eam quæ in verbis tantum, sed & eam quæ in operibus sit dicit.

*Spreuisti omnes.*) Hanc habeo erga mandata tua animi propensionem reprehensibiles eos & ignominiosos factos esse sciens, qui illa sunt transgressi.

*Præuariantes reputaui.*) Pro præuariantes, Theodotion, Pro nihilo, Symmachus vero, Scoriam dixit. Propheta autem perinde se atque Deum transgressores contemnere significauit. Omnem animi propensionem ad implendum diuina oracula attulit, vt gnarus quid damni præuariatio illorum adferat.

*Confige timore tuo.*) Anima mea legi tuæ incumbit: verum quoniam corpus aduersus hanc insurgit, oro vt membra illius timore tuo configantur, quo peccato mortua animæ ductui obsequantur. Similis est hæc particula Apostolico dicto, quo dicit, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, scortationem, immunditiam, affectionem, &c. Ex iterum, Crucifixus sum cum Christo: viuo autem iam non ego, sed viuat in me Christus.

*Feci iudicium.*) Quoniam tuis obtemperare legibus volo, ne fiat vt inimicis exponar. Quis autem hodie tanta præditus est animi puritate, vt cum fiducia verbis istis vti possit? Gloriatio enim nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.

*Suscipe seruum tuum.*) Aquila vero & Theodotion, Fideiube dixerunt, hoc est, vera dicens, non mentior, crede pollicenti seruo tuo, ipse fideiussor sis promissionis meæ: quoniam leges tuas adimplere satago.

*Non calumniantur me.*) Molesta res est calumnia, etiam si magnum adferat præmium. In hanc Ioseph præclarus incidit, & alij multi. Hortatur autem Dominus, vt oremus ne inducamur in tentationem. Nihil igitur absurdi ne propheta quidem hanc petitionem faciendo commisit.

*Oculi mei defecerunt.*) Iterum hoc versus eloquium promissionem vocauit. Sine intermissione, inquit, salutem abs te expecto, promissionisque tuæ finem præstolor. Defecerunt autem, dixit, vt desiderij vehementiam significet.

*Fac cum.*) Cum tantus esset virtutis operator, misericordiam tamen petiit: & vt salutem consequeretur, illam petiit: nec mercedem exegit, sed pro sola benignitate orauit.

*Seruus tuus.*) Omnes quidem homines natura sunt serui Dei: adoptione vero illi, qui dominationem Dei cupide sunt amplexi. Cum de numero istorum esset, se ipse seruum Dei nominauit, & vt intellectum ad cognoscendum testimonia Dei consequeretur orauit.

*Tempus faciendi.*) Omnia in statera gubernat Deus. Diu quidem fert mortalium peccata: vbi vero patientiæ ipsius intuitu augeri malitiam videt, tum pœnas sumit. Hoc igitur & hic dicit, Tempus est Domine, vt ad auxiliandum afflictis exurgas. Hostes enim legem tuam vehementer proculcarunt.

*Ideo dilexi.*) Illi quidem legem tuam spreuerunt, ego vero mandata tua auro & lapidibus preciosis desiderabilia iudico. Per Topasion quippe lapidem omnes reliquos

Guttur organum est vocis.

Lux qui appellatur.

Sacrificiorum differentia.

Opera voluntatis quæ sunt.

liquos significauit. Est etiam verisimile, hunc illis temporibus reliquis fuisse prælaturum.

*Propterea ad omnia.*) Desiderium enim animi propensionem operatur, animi vero propensio hoc efficit, vt via Dei ad finem perducat, & via iniustitiæ odio habeatur.

*Mirabilia testimonia.*) Ostendit his verbis, quod testimonia Dei non frustra dilexerit. Sunt enim, inquit, desiderabilia, & quæ illos qui considerare ipsa valeant, ad amorem excitare possunt. Et vnde virtutem illorum cognouisti?

*Declaratio sermonum.*) Luce, inquit, tua illustratus, hanc accepi scientiam. Et omnes eos, qui ignorantia tenentur, & infantibus similes sunt intellectu, lex tua replet. Et alibi dicit, Custodiens paruulos Dominus.

*Os meum aperui.*) Os hic animi propensionem vocat. Hæc enim gratiam spiritus sancti attrahit. Nam alio in loco dicit, Dilata os tuum, & implebo illud. Et Apostolus in apertione oris sermonem sibi dari orauit. Hoc etiam propheta dicit, Os meum hic aperui. Cum enim me mandata tua cupere vidisses, gratia tua dignatus es.

### Statio tertia.

*Affice in me.*) Orat vt diuina beneuolentia potiat, non simpliciter: sed sicut consueuisti, inquit, misericordiam illis impartiri, qui te diligunt. Quod enim dixit, Secundum iudicium: idem est atque, Oro vt æquali cum illis sententia potiar.

*Gressus meos.*) Si nos animi propensionem primum attulerimus, Deus vero opem suam exhibuerit, & iter direxerit, locum peccati dominium non habebit.

*Redime me.*) Et Christus eos qui probis afficiuntur, felices vocauit: verum præcepit etiam vt oremus, ne in tentationem intremus. Igitur & propheta oratio cum legibus Euangelicis conuenit.

*Faciem tuam illumina.*) Crassius de Deo S. Scriptura loquitur, sermones ad naturam hominum attemperans. Intelligenda est igitur diuina faciei illustratio, tristitiam esse solutionem, & bonorum suppeditationem.

*Exitus aquarum.*) Et hæc est Apostolica lex. Si enim, inquit, patitur vnum membrum, compatiuntur illi omnia membra. Euangelicam itaque propheta perfectionem exercet, dum aliorum præuaticiones deplorat. Exitus enim aquarum, multitudinem lacrymarum vocauit. Torrentis instar, inquit, lacrymas effudi, mortalium præuaticiones conspiciat.

*Iussus es Domine.*) Omnia iuste disponis Domine, & mortalium curam gerens: & operatores eos iustitiæ reddere volens, legem dedisti, ac transgressores contestatus es quas sint daturi penas, promissionesque tuas operibus confirmas. Hoc enim significat propheta, cum dicit, Et veritatem valde.

*Tabescere me fecit.*) Etiam eos propheta deplorat, qui inique viuunt, & legem contemptam videns legitime indignatur. Hic zelus & Phinees celebrem reddidit, & magnum Eliam. Hunc circumferens Paulus clamabat, Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c.

*Ignitum eloquium tuum.*) Probatum est, inquit, omni macula liberum verbum tuum, & ego ardenti erga illud amore præditus sum.

*Adolescentulus sum.*) Quando B. Samueli Deus vt filium Iesse regem constitueret præcepit, reliquis filiis omnibus reprobatis, Iesse patrem percontatus est, num omnes iam filios suos exhibuisset? quo respondente, Superesse adhuc puerum paruulum tanquam ineptum regno: iussit hunc propheta adduci, adductumque confestim inunxit. Muneris huius propheta iam recordatus dicit. Cum iunior, & parentibus quoque modici momenti æstimatus essem, tu me tanta dignatus es gratia. Quapropter cum omni animi propensione iustificationes tuas custodire cupio.

*Iniustitia tua.*) Qui humanis legibus obedit, ne in præsentem quidem vitam à legislatoribus honorem consequitur: qui vero diuinis obsequitur, laborum mercedem habet vitam æternam. Et homines non omnino omnes quod iustum est præcipiunt, lex vero Dei vt veritas splendescit. Rectè igitur dixit, Et lex tua veritas.

**A** *Tribulatio & angustia.*) Hæc enim coniuñcta sunt virtutis operatoribus. Ex horum enim doctrina animi fortitudinem addisco, ac tristitia fortiter fero.

*Aequitas testimonia tua.*) Hoc est, Sempiterna bona conciliant. Abs te namque illuminatus, veram vitam consequar.

*Clamauit in toto.*) Clamorem rursus animi vortum ac propensionem vocat. Quapropter & adjicit, In toto corde meo. Ita & Moyses silendo clamauit: ac Deus, Quid, inquit, clamas ad me?

**B** *Clamauit ad te.*) Etenim salute abs te accepta custos ero legum tuarum, idque cum rex sim, & innumeris curis adobrutus. Non solum per diem, sed & noctu orationes suas Deo obtulit, vsque adeo scilicet desiderio erga factorem suum Deum accensus erat. Non autem intempesta modo nocte, quo tempore iucundus solet esse somnus: sed & diluculo diuinas leges meditabatur.

*Vocem meam.*) Cum tantis esset bonis ornatus, vt misericordiam assequeretur orauit: nec simpliciter misericordiam petiit, sed secundum D. iudicij commoditatem.

*Appropinquauerunt.*) Procul enim sunt à diuinis legibus, qui iustum impugnare conantur. Qui namque vos reicit, inquit, me reicit. Et, Inimicus ero inimicis tuis, & aduersarius aduersariis tuis.

**C** *Prope es.*) Non enim absens es Domine, sed orbem terræ adimple, & veritate vsus creaturam gubernas. Et per prophetam Deus alibi dixit, Deus appropinquans ego sum, & non Deus procul constitutus. Et Apostolus, In illo enim viuimus (inquit) & mouemur & sumus.

*Initio cognoui.*) Testimonia cælum & terram vocat. Descendens enim (inquit) contestare cælum & terram. Quapropter & Moyses ait, Attende cælum, &c. In illis autem sine intermissione D. prouidentia cernitur. Multo enim ordine cuncta incedunt. Hinc, inquit, Exacte cognoui quod prope sis, & coram illis quæ fiunt, nec te res vlla lateat.

**D** *Vide humilitatem meam.*) Qui seipsum humiliat, iuxta Domini vocem exaltabitur. Et beati sunt pauperes spiritu. Hac virtute propheta reliquas exornauit, & hanc pollicitus diuinum auxilium implorauit.

*Iudica iudicium.*) Admonet Dominum promissionum, salutemque ab illo petit, & vt inter se inimicos iudicet, orat.

*Longe à peccatoribus.*) Salute quæ abs te est, seipsi qui inique viuunt, priuarunt, discere nolentes quæ facienda præceperis.

**E** *Misericordie tua.*) Multa est, inquit, benignitatis tuæ opulencia, iustum est iudicium tuum: ex illis ego salutem peto.

*Multi sunt.*) Ne multis quidem arum nis cinctus, aliquid eorum quæ tu statuisti, transgredi sustinui. Cum de argumento psalmi ageremus, diximus B. Dauidem omnia hoc psalmo congelsisse, quæ sibi acciderant: & alia illis competere, quæ à Saule tristitia iam fuerat perpeffus, alia vero iis quæ Absalom intulerat.

*Vidi præuaticantes.*) Manifestum est, quod ista à Saule pulsus, orando dixerit, tunc enim peccatum illud nondum fuerat expertus.

**F** *Vide quod mandata.*) Assidue mandatorum, legum, iustificationum & testimoniorum meminit, vt desiderium illorum ostendat.

*Principium verborum Dei.*) Principium verborum Dei, promissiones Abraham factas vocat. Ex hoc enim genus trahunt Iudæi. Verum quod promiserat, præstitit. Et populum hunc auxit, & in semine illius iuxta quod promiserat, Omnes Gentes benedixit. Cum enim propheta esset Dauid, sempiternam Christi potentiam vidit.

*Principes persecuti.*) Hostes, inquit, non timui, timui vero leges tuas: quapropter & hostem meum, cum dormientem illum ostenderem, non sum ausus occidere: & parricidam filium, Absalomum dico, miseratus, dicebam, Parcito puero meo. O animum generosissimum, & patientiam infinitam.

*Letabor ego.*) Quoniam hostium meminit, rectè meminit & spoliatorum. Dicit autem, Etiam si omnes hostes occidisset;

cidissem, & tantum abstulissem spoliolum, quantum illi congesissent: non tamen ita latarer, sicuti in legibus tuis exulto.

*Iniquitatem odio.*) Et hic sermo veritas est. Qui namque amore erga diuina feruet, contraria odio prosequitur.

*Septies in die.*) Illud, Septies, nonnulli sæpenumero, interpretati sunt. Et hoc autem & illud feruentem prophete amorem exprimit. Etenim laudando Deum saturare non potuit.

*Pax multa.*) Qui diuino amore velut igne quodam incensus, & pacem cum Deo per mandatorum eius custodiam adeptus est: is etiam si ab omnibus impugnetur hominibus, iucundam tamen vitam viuit. Et Paulus huius rei testis est, cum dicit, In omnibus tribulatus & tamen non angustiatus. Et Dominus ad Apostolos, cum in orbem eos veluti in medium luporum mitteret, Pacem meam, inquit, do vobis.

*Expecta abam salutare.*) Ne calamitatibus quidem circumdatus meliorum rerum spes amputauit: sed salutem tuam expectando, perseverauit, ac mandatis tuis adhæsi.

*Custodiuit anima mea.*) Sciens enim te videre omnia, non solum impleri mandata tua, sed & feruenti cum amore hoc feci.

*Appropinquet deprecatio.*) Posteaquam cunctam orationem suam Deo obtulit, orat ut deprecatio hæc suscipiatur: & obsecrat ut intellectum acquirit, non humanum illum, sed qui diuinorum oraculorum scientiam habeat.

*Iniret postulatio mea.*) Ἀξίωμα hic orationem vocat. Hoc enim & apud alios interpretes inueni. Variis enim verbis vsus, Dominum demulcet.

*Eruclabunt labia mea.*) Scripturæ conueniens est Eruclationis dictio. Iustificaciones enim tuas, inquit, edoctus, tibi talium doctori laudem offeram.

*Pronuntiabit lingua.*) Linguam meam meditationi oraculorum tuorum consecrabo, mandata tua omni iustitia ornata esse sciens.

*Fiat manus.*) Illud, Quia mandata tua dilexi, Symmachus, Complexus sum, Aquila, & Theodotion, Elegi, dixerunt. Manum vero, diuinam operationem vocat, per quam salutem consequi orat.

*Concupiui salutare.*) Salutem, inquit, abs te consequi cupio.

*Viuat anima.*) Scio, inquit, me non fraudandum esse hac spe: sed veram abs te vitam adepturum, teque datorem bonorum laudaturum.

*Erraui sicut.*) Hoc & prophete post peccatum & omni humanæ naturæ dicere conuenit.

*Quære seruum.*) Licet enim quædam mandatorum Dei transgressus est, omnimodam tamen illorum obliuionem non admisit: verum hanc quidem orationem Propheta obtulit, salutem vero vniuersam mortalium natura est adepta. Cucurrit enim bonus pastor ad ouem errantem, ac montes circumuentem inuenit (nam in illis dæmones colens errauit) & ad pascua recepit, & lætatus est super illa magis quam supra nonaginta nouem quæ non errauerunt.

#### ARGUMENTVM PSAL. CXIX.

Vnicuique psalmo propria & peculiaris quedam affixa est epigrapha, hic vero multi coniuncti, vnam sortiti sunt appellationem, nempe Cantica graduum dicti. Quapropter iuxta historiam quidem de ascensu è Babylone loquuntur, secundum anagogen vero eos de ascensu ad virtutem, protulerunt. Via namque ad virtutem tendens, paulatimque philosophum virum ad cælum subducens, gradibus quibusdam similis est.

#### Scholium in eundem Psalmum.

**A**D Dominum.) Vides quam sit parata Dei benignitas, quod se inuocantibus confestim annuit, sicut & in Ægypto fecit. Aliter vero, si ad cælestem conuersationem occurrere voles, fuge vitæ huius voluptates, & omnino audiet te. Si voles igitur gradus istos scandere, connecte te laboriosæ conuersationi, desiste à terrenis rebus. Hic enim primus est ascensus.

**A** Domine libera.) Vide hic illustre illud Apostolicum mandatum. Non enim malum aliquod isti simile est, si in dolosum quisquam hominem incidat. Quapropter hoc Deum assidue sursum ac deorsum versans orat. Si vero dolosi & infidiatore fugiendi sunt, multo magis seductores ea peruersa dogmata, quæ virtutis studium lædant, inducentes. Hoc est quod Apostolus dicit, Colloquia praua corrumpunt bonos mores. Adhærendum itaque nobis est, & conuersandum cum illis qui virtutem exercent.

*Quid detur tibi.*) Quodnam supplicium, inquit, hac dignum malicia inuenietur? Quod & Iudæis Elaias dixit, Quia in re adhuc percutiimini? Aliter vero, Quænam fuerit iusta pœna, inquit? Hic quidem nulla coram Deo vero plaga erit. **B** Homo quidem te nullus pro meritis punierit, Deus vero plagam inferet.

*Sagitta potentis.*) Supra multitudinem, hic vero vehementiam supplicij exprimit. Desolatoriis, inquit, id est, quæ desolationem faciant & consumant. Ab illis enim rebus quæ nobis sunt terribiles, supplicia diuina Scripturæ figurant, sagittas ea & ignem vocantes.

*Heu mihi.*) Hæc quidem illi propter Babylonicam captiuitatem lamentabantur, Paulus vero illa de conuersatione præsentis vitæ dicit. Etenim in tabernaculo hoc existentes ingemiscimus, inquit, grauati. Incolatus enim præsens hæc vita dicitur. Quapropter optima doctrina est, ut sciamus nos peregrinos esse in hac præsentis vita.

*Habitu cum habitantibus.*) Non hoc solum deplorant, quod inter alienos: sed & quod inter barbaros conuersantur. Nomen autem barbarorum est Cedar, qui in morem bestiarum animati, & tuguriis & tabernaculis vtuntur.

*Multum incolat.*) Vides quomodo molestiam conuersionis cum barbaris ostendat. Non dixit, Cum his qui pacem non habebant: sed, Cum iis qui oderunt pacem. Vide vtilitatem tribulationis, vide fructum captiuitatis. Odio namque contrariorum virtutem suam magis publicauit.

*Cum loquebar.*) In ipso, inquit, colloquij articulo, quando potissimum dilectionis specimen dabam, ferociebant, & dolos aduerfum me struebant: ego vero virtutem meam ostendebam.

#### Scholium in Psalm. CXX.

**L**Euati.) Vide animum perplexum & consilij inopem, utpote in malis constitutum. Quoniam enim in mediis hostibus derelicti erant, nec ciuitas illis erat, nec turris, neque murus, neque aliud huiusmodi quicquam: sed captiui ac serui inter dominos & hostes agebant. Propter hanc desolationem philosophari cœperunt, dicentes.

*Auxilium meum.*) Non simpliciter adiecit, Qui sicut cælum & terram. Si enim cælum, inquit, & terram ipse fecit, vbique, & inter alienos & barbaros opem ferre, ac manum porrigere potest. Etenim si omnia elementa solo verbo produxit, multo magis nos à barbaris liberare potest.

*Non det in commotionem.*) Ne pudeas, inquit, neque offendiculum patiari, & tunc Deum manum porrigentem habebis. Oportet itaque principia fieri à nobis. Sic enim Deus non ociosos, sed satagentes saluare constituit.

*Ecce non.*) Si ad hunc modum animatus est, inquit, non dormitabit: hoc est, non deferet, non omittet. Si enim hoc irremissum illius opus est, quo iam olim & à maioribus tuis securum te constituat, non deferet opus suum, nisi tu ipse dederis in commotionem pedem tuum.

*Dominus custodit te.*) Vide quomodo etiam hoc loco strenuum opus exigit, metaphora eorum vsus, qui in acie consistunt. Ad manum tuam dexteram stabit, inquit, ut inuictus sis, & strenuus. Est enim dextera manus, ea per quam potissimum omnia operamur. Non solum autem assistet, sed & protector & auxiliator erit. Vniuersam Dei custodiam, & præsentissimum auxilium per dexteram & protectionem exprimere voluit.

*Per diem sol.*) Hoc etiam cum ex Ægypto ascenderent, & in solitudine agerent factum est. Multam vero hic securitatem dicit. Verisimile autem est, eos etiam cum è Babylone redirent, huiusmodi admirabili potitos esse beneficio, idque

cio, idque alio quodam quàm illic modo. Ex abundantia igitur prouidentiam suam ostendere uoluit, quod non solum à grauioribus malis liberat, sed ne humana quidem pati permittit.

*Dominus custodit.*) Etenim qui ne modicis quidem istis molestijs contristari permisit, sed prouidentiam suam tantopere extendit, multo magis & in alijs te reddet inuictum.

*Dominus custodiat.* Quidnam hanc dilectionem adæquare poterit? Per introitum autem & exitum, totam vitam significat. In his enim illa consistit. Et ut hoc clarius exprimat, subiungit, A modo & vsque in seculum. Non uno tantum, inquit, aut altero aut tribus vel viginti vel centum diebus, sed perpetuo: quod inter homines fieri non potest.

### Scholia in Psalmum CXXI.

**L***Aetatus sum.*) Vnde sunt isti emendati, qui iam antea relicto templo Dei montibus ac locis syluosis sese dederunt? A captiuitate uidelicet, & molestijs quæ ex illa acciderunt. Quoniam enim in famem audiendi uerbi Domini coniecti fuerant, maiore cum desiderio ea iam exquirunt, quibus antea exciderant.

*Stantes erant.*) Quoniam enim tunc per totam eam urbem desolatio erat, utpote turribus deiectis ac muris prostratis: cum reuersi essent: eamque desolationem cernebant, veterem splendorem in memoriam reuocabant, atque encomia illius prædicabant dicentes, Quæ olim splendida erat & illustis, copiosamque concionem habebat, iam deformi est amictu schemate.

*Ierusalem quæ.*) Densitatem ac frequentiam ædificiorum eius significat, quod nihil desolationis in medio eius, sed omnia absoluta & probe concinnata fuerint.

*Cuius participatio.*) Hac re potissimum uerbs ista ornabatur. Non ita amplitudine ac monumentis decorabatur, atque per hoc quod omnes in ea congregabantur. Non enim licebat alibi panegyres celebrare, sed illic colligebantur. Hoc autem propter cognitionem Dei retinendam fiebat, ne uililiber errando ad cultum simulacrorum deflecerent.

*Tribus Domini.*) Hoc est, Maximum est prouidentia Dei testimonium, argumentum & demonstratio, ita ut resilientibus nulla profus excusatio relinquatur. Illic enim & lex legebatur, & innumera illis bona illinc ex eo parabantur, quod in templo conueniebant.

*Ad consistendum.*) Hoc est, Ad agendum gratias, ad colendum, & ad offerendum hostias, quæ illos ad religionem inducebant.

*Quia illic sederunt.*) Quia illic regia sedes erat. Hoc est quod dicit, Illic sederunt sedes in iudicio, sedes in domo Dauidis. Geminus enim principatus ille sacerdotum uidelicet ac regum, illic coniunctus erat: illic erant & iudices, ad quos quæ multitudinis captum excedebant, deferbantur.

*Rogate quæ ad pacem.*) Precamini & orate, ut multitudine hostium liberemur, & ad pristinam sælicitatem reuertamur. Aut hoc dicit, Pax eos apprehendet.

*Et abundantia.*) Multa est sælicitatis abundantia, quando bona in illa non consistunt: sed & his etiam ij potiuntur, qui eam diligunt. Qui sunt autem illi? Aut eos, qui cum illis erant habituri commercium, vel ipsos ciuitatis huius ciues dicit.

*Fiat pax in uirtute tua.*) Quid est quod dicit, In uirtute tua? In subsistentia tua, in illis qui te inhabitant. Quoniam perniciosa res est bellum, illudque hanc ciuitatem perdiderat, optat ut pax illi contingat.

*Et abundantia.*) Alius dicit, in aulis ac regijs tuis. Abundantia, sælicitas est & tranquillitas. Non enim liberationem tantum à malis, sed & innumerorum bonorum adiectionem prædicat.

*Propter fratres meos.*) Proximos eos dicit, qui propter ipsorum captiuitatem lætabantur. Pax, inquit, fiat, ut & illi humilientur: aut eos intelligit, qui in urbe habitabant. Pax, inquit, fiat, ut ciues tui ab arumnis recreentur.

*Propter domum Domini.*) Propter ipsius gloriam, ut cultus

A eius denuo reuocaretur, & plus esset doctrina. Ne putarent ob eam se causam quæ bona erant recepisse, quod dignas pœnas dedissent: sed propter gloriam Dei ad patriam se reductos esse scirent, subiunxit, Propter domum Domini Dei nostri, &c.

### Scholia in Psalmum CXXII.

**A***D te leuauit.*) Vide captiuitatis uilitatem ubique relictam. Qui namque murorum munitione, & pecuniarum copia confidentes fuerant, ab omnibus illis aulis ad Deum confugiunt. Et quoniam templum ipsorum hostes subuerterant, è caelo iam Deum aduocant. Dicitur autem in caelo habitare, non quod illo sit inclusus, absit (ipse enim omnia adimplet) sed quod in caelestibus uirtutibus potius inuiescit. Alioqui & in hominibus habitare dicitur, secundum illud, Habitabo in illis, & inambulabo, &c.

*Ecce sicut oculi seruorum.*) His uerbis significant, quod haudquaquam aliunde spem sibi adiutorij & auxiliij, quam à Deo conceperint, nec ad alium quemquam respexerint. Et ancilla quippe & seruus vnâ hanc occasionem per alimentum & amictum ac reliquam conuersationem habent, ut ad dominos suos respiciant: nec cessent, donec quod petunt, accipiant: & si acceperint, gratias agunt: atque etiam si non accipiant, nihilominus perseuerant. Quapropter non dixit, Donec mercedem reddat: sed, Donec miseretur nostri.

*Miserere nostri Domine.*) Per misericordiam saluari petit. Imo non per misericordiam tantum, sed & propterea, quod multum pœnarum, inquit, dedimus. Sicut & Daniel dicit, Quoniam imminuti sumus præ omnibus gentibus. Hoc & isti dicunt, Extremam calamitatem sustinimus, quapropter quiesce iam, ac miserere.

*Multum repleta est anima nostra.*) Ipsa, inquit, deficit ac dissoluitur. Fieri potest ut multi quæ graua sunt patiantur, idque animo forti: nos uero etiam hoc perdidimus. Defatigamur ac deijcimur. Quoniam enim supplicij non sunt decenter vsi, per contraria castigauit eos Deus.

*Opprobrium abundantibus.*) Quoniam ista in illos transfert, eadem, inquit, illis contingant, quæ fecerunt, fastusque & timor illorum deprimatur.

### Scholia in Psalmum CXXIII.

**N***isi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel.*) Magnus est captiuitatis fructus, & qui sufficiat ad philosophiam. Hi namque qui ad simulacrorum cultum cucurrerant, audi quid iam dicant, quomodo salutem suam Deo ascribant. Propheta uero sicut integer chori moderator, eadem cum illis sine intermissione orat. Postquam enim ipse primus dixit, illis etiam ut dicant præcipit, & quasi discipulis præceptor quid dicant præfatur dicens. Dicit nunc domus Israel, nisi Dominus fuisset in nobis, utique uiuos deglutissent nos. Erant enim inermes ac nudi, ciuitatemque muris destitutam habebant, atque ita omnibus uelut obuia quadam præda post reditum erant expositi: uerum Deus illis murorum ac turrium loco erat.

*Cum exsurgerent.*) Vides quomodo ferociam eorum à quibus impetebantur, exprimat? Erant enim tales homines, ut crudelitatem bestiarum exprimerent, imo illis etiam crudelius contribulibus suis uerentur.

*Torrentem pertransiuit.*) Torrentem hic & aquam, indicendam hostium iram dicit. Non autem calamitatem modo hic dicit, sed & transitum illius. Itaque ne deijciamur animo, si mala ingruant. Quodcumque namque malum dixeris, finem habet. Nisi enim finem habuisset, natura ad ferendum non suffecisset.

*Benedictus Dominus.*) Vides quomodo eos in talibus malis non sit submergi passus. Ob eam enim causam mala augeri permisit, non ut illa nos submergerent: sed ut nos probatiores redderet, & ampliores nobis ipse uirtutis suæ demonstrationem exhiberet. Superbos autem hic hostes fuisse dicit.

*Anima nostra sicut passer.*) Exprimit hoc loco & suam in-

firmitatem, & hostium potentiam. Illi enim in morem bestiarum & leonum, vt carnem horum vorarent, irrurunt: isti vero quouis passerculo imbecilliores erant. In hoc enim potissimum mirabilia Dei declarantur, quod imbecilles potentibus prævalent. Cum igitur vndique, inquit, afflictionibus cincti essemus, multa nos cum facultate liberavit.

*Laqueus contritus est.*) Vide & hoc loco defensionis excellentiam. Ipsas etiam, inquit, occasiones insidiarum sustulit. Poterit quis hunc locum etiam per anagogen de diabolo & humano genere intelligere, quomodo illum cruce ac morte sua deprædatus sit, insidias illius destruxerit, & laqueos contriuerit.

*Adiutorium nostrum in nomine Domini.*) Vides qualem ducem & qualem regem habeas, nempe vniuersi huius opificem, qui tot ac tanta corpora, tantamque magnitudinem verbo suo produxit. Persta igitur fortiter, nihil prohibebit quominus splendidum tropæum statuas.

### Scholia in Psalmum CXXIII.

**Q***ui confidunt in Domino, sicut mons Sion.* Quare non simpliciter, Mons dixit: sed Mons Sion? Vt instrueret, ne simus animo humili in ærumnis, sed vt spe à Deo pendeamus: quoniam & hic mons defolatus antea, ad priorem felicitatem reuersus est. Ostendit his verbis, quam sit spes in Deum immota. Quemadmodum enim, etiamsi quis innumeratas machinas adhibeat, nec conuere tamen, nec conuellere montem hunc poterit: ita & si quisquam eum impetat, qui spem in Deum collocauit, vacuis manibus abscedet.

*Montes in circuitu eius.*) Quid igitur, moti non sunt tres pueri & Daniel? Patria quidem exciderunt, & captiuitatem sustinuerunt, commotionem tamen nullam vnquam sunt perpessi: sed in tanta perturbatione ac tempestate, nihil illis accidit acerbi. Non aberrauerit autem quisquam, si quæ hic dicuntur per anagogen accipiat. Dicit quidem, Quid verbi isti fuerit subsidij ex ipsius loci situ: verum non permittit eam illi fidere, sed ad Deum, in expugnabile auxilium dirigit. Nam etiamsi montes eam obsepunt, inquit, hac tamen opus habet securitate. Hæc enim illam inexpugnabilem reddit.

*Quia non relinquet.*) Quod dicit tale est, Tentationibus castigati, & bonorum suppeditatione emendati, in virtute perseverant: nec maliciam contingent, aliunde eruditi, quod huius gratia totum hoc ipsis acciderit, vt animus ipsorum cum aduersis correctus, tum bonis alacris redditus emendaretur.

*Benefac Domine.*) Vides vbique posita esse principia, cum vt bonis potirentur, tum vt supplicia paterentur: verum licet à nobis sint horum principia, & sic tamen multus declaratur diuinæ philanthropiæ splendor. Multa namque abundantia retributionibus suis superat. Rectos autem corde hic eos vocat, qui dolo carent, ac supplices sunt. Talis enim est virtus, plena ac facilis: sicuti versutia varia est & peruersa.

*Declinantes autem.*) Tales sunt sanctorum animi. Post adhortationem ac consilium, orationem adiciunt, maximum iuuamen audientibus adferentem. Pacem autem non sensibilem illam dicit, sed hac sublimiorem: qua sit, vt animus non sit seditiosus.

### Scholia in Psalmum CXXV.

**I***n conuertendo.*) Captiuitatis nomen quidem simplex est, habet vero multos sensus. Est enim bona captiuitas, vt quando Paulus dicit, Captiuantes omnem intellectum in Christum. Est mala, vt cum dicit, Captiuantes mulierculas oneratas peccatis. Est etiam sensibilis captiuitas. Rursus est spiritalis, de qua præco dicit captiuus dimissionem. Sensibilis est apud hostes, qua prior est grauior: qua ludam captiuum nacla, proditorem etiam reddidit.

**A** *Facti sumus.*) Hoc est, Refocillatione, lætitia & iucunditate repleti sumus.

*Tunc repletum est.*) Haud exiguam mutationem ad meliora habent, quæ dicit: vt pote, quod super liberatione à captiuitate gaudent. Patres enim eorum ex Ægypto liberati murmurauerant: at nos, inquit, non murmuramus, sed gaudemus. Causam quoque iucunditatis huius dicit.

*Tunc dicent inter gentes.*) Non est temerè adiecta ingeminatio, sed multæ emphasis demonstrationem habet. Tunc dicent illi, Quia magnificauit Dominus, &c. Hoc Gentium est verbum: alterum vero quod subiungitur, ipsius Prophætæ. Non dixit, Erui: sed, Magnificauit, vt magnificæ di verbo insolentiam ac nouitatem miraculi exprimeret.

**B** *Conuerte Domine.*) Quomodo, cum initio dixerit, Dum conuerteret Dominus, iam, Conuerte, inquit, Domine captiuitatem nostram? Quoniam conuersio ista initium sortita fuerat, at non statim tota initio consummata erat: sed multæ factæ sunt illorum è Babylone ascensiones, prima scilicet, secunda & tertia. Orat igitur vt hæc liberatio tota perficiatur. Multi siquidem Iudæorum in Babylonis regione permanere volebant. Quapropter dicit, Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro: hoc est, multo cum impetu ac vehementia.

*Qui seminant.*) Hoc quidem de Iudæis dictum est, in multis tamen & alijs locum habet. Tale quidem virtus est. **C** Illustres habet laborum retributiones. Quod autem dicit, tale est, Non solum propter reditum gaudendum est, sed & in ipsa captiuitate, & de vtrisque gratia sunt agenda. Quæ admodum, inquit, qui seminarunt, reditibus potiuntur: ita & nos. Cum migraretis, seminatores imitabimini, lacrymas feminantes: at ecce iam laborum illorum præmia recepistis.

*Venientes autem venient.*) Instruit auditorem, ne in tribulationibus constitutus molestè ferat. Sicut igitur qui seminat, animo non concidit, etiamsi multum accidat molestia: ita nec is qui tribulatur, animo debet esse abiecto, etiamsi multa tristitia inferantur: sed messem expectare, gaudium videlicet, quod è tribulatione nascitur.

### Scholia in Psalmum CXXVI.

**N***isi Dominus adificauerit domum.*) Dicitur est hic Psalmus, post restaurationem rerum ad reditum. Quoniam enim captiuitate liberati, & è regione Barbarorum reuersi ruinofam ciuitatem & muros illius dissectos inuenerunt: restaurare eam conabantur, multumque temporis in restauratione illius ac templi infumebatur, instruens eos, vt ad Deum confugerent, dicit. Omnia in vanum & frustra fiunt, nisi opem Dei nobis conciliauerimus. Et quid de ædificatione ciuitatis dico? Etiam perfectam & absolutam nemo custodire poterit, si auxilio illius destituatur.

*Nisi Dominus custodierit.*) Etiamsi vigiletis, inquit, etiamsi manè surgatis, & tardius quieti vos tradatis, atque omne tempus laboribus infumatis: nisi cælesti auxilio potiamini, omnia humana in vanum abibunt, nec vllus erit studiorum ac sedulitatis finis.

*Surgite postquam sederitis.*) Laboriosam siquidem vitam agebant, & armati simul & ædificatores existentes. Quoniam enim vrbs muro carebat, subitos hostium incurfus metuentes, armati muros substruebant.

*Cum dederit dilectis suis.*) Quod dicit tale est, Nisi ipsi succurrerit, omnia inania erunt & frustra: si vero opem tulerit, tunc etiam somnus iucundus erit, tunc & requies erit.

**F** *Quando ipse irruruet hostes abegerit,* tunc non solum ædificabunt & custodient ciuitatem, sed multo etiam maiora recipient: patres multorum liberorum erunt, & quæ ad fecunditatem prolis pertinent ipse adijciat.

*Merces fructus ventris.*) Et hanc quoque mercedem accipient, liberorum scilicet fecunditatem, licet enim ea res naturæ sit opus: quando tamen ipse cooperatur, etiam hic maior erit successus. nam & hæc res diuino indiget subsidio.

*Sicut sagitta.*) Sicut sagittæ non simpliciter conspectæ, sed in manu potentis (in se quippe non sunt formidabiles sagittæ) sed quando à potente apprehensæ mortem occurrunt-

simile.

Recti corâ qui.

Captiuus.



rentibus minantur: ita isti, inquit, non solum securi intra mœnia, & fœcundi, sed & hostibus formidabiles erunt.

*Beatus vir qui implebit.*) Quid est quod dicit etiam hæc illis erunt, inquit, robor corporis, fœcunditas prolis in initio ciuitatis, tropœa in bellis. Quapropter & beatos eos dicit, qui fœlicitate hac potituri erant.

*Non confundetur.*) Haud pudefient, haud confundentur conspectis hostibus, sed multa illis cum alacritate occurrerit. Et hoc autem caput est bonorum, de auxilio Dei gloriari posse.

### Scholia in Psalmum CXXVII.

*Beati omnes.*) Hinc orditur, vnde præcedenti Psalmo delijit. Quemadmodum enim illic propterea eos beatos esse dixit, quod haud confundantur in eo, quod Deum adiutorem habent: ita & hic. Hinc itaque exortus est dicens, Beati omnes qui timent Dominum. Et rectè dixit, Omnes. Etiam si seruus, si Dominus, siue quisquis sis, nihil horum fœlicitatem hanc de qua loquitur, impedit.

*Qui ambulat in vijs eius.*) Ne scientiam tibi sufficere putes, propterea adiecit, Qui ambulat in vijs eius: hoc est, Qui timent & ambulat. Multi namque sunt, qui cum fide satis accurata corruptè viuunt, ideoque omnium sunt miserimi. Viæ vero Dei, conuersationes sunt secundum virtutem, quibus in cœlum tendimus.

*Beatus es.*) Qua de causâ fœlicitatem ingeminat? Quoniâ magnitudinem illius sciebat, & imaginatione rei huius oblectabatur. Et quid est quæso quod dicit, Et bene tibi erit, vxor tua sicut vitis abundans. Hæc fœlicitas est, & hoc emolumentum, proprijs frui laboribus, & liberorum habere multitudinem & vxorem fœcundam.

*Filij tui sicut nouella.*) Hoc est, Aderunt bona, opes, honestas, honores, securitas & pax. Hoc enim potissimum signum est, hæc à Deo esse data: & quod nulla subeunda mutatio, sed fœlicitas hæc perpetuo sit duratura.

*Ecce sic benedicetur homo.*) Multi timentes Dei sine liberis mortui sunt. Celebritas enim ista non est in præsentibus bonis sita, sed in eo si Deo probemur, deinde & in spe futurorum bonorum. In veteri quidem Testamento hæc erant præmia, iam verò cœlum, & quæ in cœlo sunt.

*Et videas filios filiorum tuorum.*) Caput bonorum subijcit, pacem videlicet, eamque perpetuam, quæ Dei opus est: vt illam & det, & ne concedat, conferuet. Quod si interrumpatur, non Dei est, sed maliciæ illorum culpa.

### Scholia in Psalm. CXXVIII.

*Sæpe expugnauerunt me.*) Cohæret hic præcedenti Psalmo. Quoniam enim ciuitatis restauratio interruppebatur, vt cœptum opus ad finem deducere nequirent, ducit eos Propheta in spem bonam, & vt confidenter agant hortatur, instruens eos, vt dicant: quod licet sæpenumero irruerint aduersarij, victores tamen euadere nequirent, neque consummatam victoriam abstulerint. Atqui captiuos eos abduxerunt, & in terram alienam transtulerunt. Verùm non sua ipsorum virtute, sed Iudæorum peccato vicerunt.

*Supra dorsum.*) Non solum consularunt, inquit, sed & multa sunt machinati. Illud enim, Supra dorsum meum fabricauerunt, aut dolum ac fraudem significat: aut idem est atque, Cum potentia & multa cum vehementia ipsam virtutem meam infringere conati sunt. Non enim cum vehementia modo irruerunt, sed & multa cum assiduitate, multumque temporis insistentes, insidias in opus perducere tentarunt, inque eo conatu constanter perdurarunt.

*Dominus iustus.*) Id est, insidias & machinas eorum non modo dissoluit, sed & amputauit, & consilia eorum ita reddidit inutilia, vt ad finem perducere nequirent.

*Confundantur.*) Non solum victi sunt, inquit, sed & turpiter & cum risu. Deinde dicit, Fiant sicut fœnum tecto-

rum. Atqui etiam fœnum campi cito corrumpitur, verum Propheta aduersariorum vilitatem magis per hoc ostendit, quod eos fœno tectorum comparat, vt facilem eorum casum vtrinque cum ab ipsa fœni natura, tum à loci conditione exprimat. Tales enim sunt, inquit, aduersariorum insultus, vt qui nec radicem nec subsistentiam habeant: sed breui quidem tempore florere videantur, tandem vero, infirmi & inualidi deprehendantur.

### Scholia in Psalm. CXXIX.

*De profundis.*) Quid est de profundis? Non simpliciter, inquit, ex ore & lingua, animo aberrante, effunduntur hæc verba: sed è corde profundissimo, ex imis animi sedibus, ex intimis & abditissimis cordis penetralibus. Duo autem hoc loco ponit, & quod è profundis, & quod clamauerit. Clamorem vero non vocis intentionem, sed animi affectum dicit.

*Domine exaudi vocem meam.*) Duo hinc discimus. Vnum quod quæ à Deo sunt, temerè acquiri nequeant, nisi quæ nos concernunt accedant. Primum enim dixit, De profundis clamaui ad te Domine, & tum demum subiecit, Domine exaudi vocem meam. Alterum quod oratio intensa & lacrymis plena multum habeat virtutis, ad hoc vt Deum ad annuendum petitis permoueat.

*Fiant aures tue.*) Aures potentiam Dei, ad audiendum: *Aures Dei.* & vocem, non spiritus sonum, sed concisum animi affectum dicit.

*Si iniquitates.* Quod dicit, Quis sustinebit? idem est quod, Nemo sustinebit. Nemo enim, nemo inquam, misericordiam ac benignitatem vnquam consequi poterit, si exacta factorum sit reddenda ratio. Quapropter & non temere adiecta est ingeminatio, sed cum admiratione & stupore propter multam benignitatis copiam. Non dixit autem, Quis effugiet, sed, Quis sustinebit? Ne stare quidem tunc quisquam poterit, inquit.

*Propter legem tuam.*) Propter benignitatem tuam, propter nomen tuum, & propter legem tuam salutem dedisti. Alioqui si meipsum considerassem, iam olim desperassem, iam olim animum despondissem: iam verò legi tuæ, ac verbo tuo attendens, spes bonas sum consequutus.

*Sustinuit anima mea.*) Hoc est, Propter promissiones tuas ac multa pollicita sacram benignitatis & bonitatis tuæ anchoram nactus sum, nec desperaui.

*A custodia matutina.*) Omnem vitam dicit: hoc est, noctem ac diem omnem. Nihil enim par huic esse poterit, si quis semper Deum diligat, & spe ab illo pendeat.

*Quia apud Dominum misericordia.*) Fons illic est, inquit, & thesaurus benignitatis semper scaturiens. Vbi vero misericordia est & redemptio, nec simplex quædam, sed multa redemptio, ibi animo concidendum non est, nec desperandum. Hic enim non exigetur accurata delictorum ratio, propter multam iudicis misericordiam.

*Et ipse redimet.*) Itaque si ad hunc modum vbique magnitudo benignitatis eius effusa est, manifestum est, quod populum suum non à pœnis modo, sed à peccatis liberabit.

### Scholia in Psalm. CXXX.

*Domine non est exaltatum cor meum.*) Paulus, etiam si necesse sit, seipsum prædicare, stultitiam esse dicit. Quomodo igitur Propheta hoc ignorauit, iamque gloriatur, atque id non coram vno & altero, aut decem, sed coram vniuerso mundo? Quanam ratione hoc facit? Quia res ista non vbique prohibita, sed alicubi necessaria etiam est, vbi & gloriando stulti reddimur. Nam qui in cruce & fide non gloriatur, omnium est miserrimus. Est etiam vbi malum est gloriari, vt in Phariseo videre est. Et non dicit, Exaltatus quidem sum, affectionem vero cohibui: sed quid? Malicia hæc, inquit, nec tetigit quidem cor meum.

*Neque elati sunt.*) Hoc est, Neque supercilia contraxi, neque ceruicem extendi.

*Neque ambulauit in magnis.*) Hoc est, Inter opulentos viros, inter arrogantes & superbos. Et non modo expers ipse morbi huius fuit, sed huiusmodi inflatos etiam fugi.

*Neque in mirabilibus.*) Hoc est, neque in illis quæ excellent.

*Si non humiliter sentiebam.*) Dicitur hoc hyperbaton habet.

*Si non humiliter sensi.*) Sicut quod ablactatum est: sed exaltati cor meum, ita retribuatur animæ meæ.

*Speret Israel.*) Etiam, inquit, si accidant ærumnæ, si mœstitiæ, si captiuitates, vel quicquid huiusmodi inopinorum malorum irruat: tu spe in Deum, & expectatione futurorum nitere, & omnino bono sine potieris.

### Scholia in Psalmum CXXXI.

**M**emento Domine.) Quid dicit? De mansuetudine loquutus, omittit ea quæ Saulem, deinde & fratres Dauidis, ac alia plura concernunt, & ad aliam causam quæ potissimum plena zeli erat, sermonem conuertit. Cuius igitur gratia hoc facit? Primum quidem quod hac potissimum delectatur Deus. Ad quem enim, inquit, adspiciam, nisi ad mansuetum ac quietum? Deinde vero maxime urgebat templi restauratio ac ciuitatis ædificatio, & prisca politia: reddidio.

*Si dedero somnum.*) Et quid hoc tua interest? Quoniam filius illius sum, inquit, cum illum susciperes, confirmaturum te genus ac regnum eius dixisti. Et hæc nunc testamenta expectauimus. Non dicit autem, Donec ædificauero: sed, Donec inuenero locum & tabernaculum. Deinde eum qui ædificauit præterit, & eum qui pollicitus erat, in medium adducit: ut discas, quantum situm in voluntate, & quomodo voluntati Deus perpetuo mercedem deputare consueuerit. Propterea iterum illius meminit, quoniam ipse magis ædificator est quam filius. Ipse namque promisit, ille vero præcipit.

*Ecce audiuiimus.*) Vetera nunc narrat, ac dicit, Ecce audiui eam in Ephrata. Hæc narrauerunt nobis patres nostri: hæc auditu percepimus. Quoniam & tunc ubique siue in campis, siue in agris præsto fuit, postea vero fundata & stabilita est. Hoc itaque & nunc fiat. Ephrata vero tribum Iuda dicit, in quam post longam periodum est inducta.

*Intrauimus in tabernaculum eius.*) Vide quanta dictionis crassitie, propter auditorum stupiditatem vtatur, tabernacula Dei dicens, & pedes & locum, ubi steterint. Hæc autem omnia de loco arca dicit, quoniam ex illa terribiles voces, quæ in Iudaicis rebus obscura erant soluentes, & de futuris prædicentes, ac peccata remittentes ferebantur.

*Surge Domine in requiem tuam.*) Multa illinc sanctitas data est, multæque res adiectæ erant, sanctitatis & virtutis effectrices. Per quas enim Deus multam virtutem ostendit, arca quoque semel atque iterum, ac sæpius à Philistæis intercepta. Quid est autem quod dicit, Surge Domine, fac nos, inquit, captiuos, certo loco consistere, & arcam oberrantem, vel sero tandem requiescere sinent.

*Sacerdotes tui.*) Alius interpres, Induantur, inquit, quod est manifestius. Dicitur enim hoc optantis est, non prædicentis. Iustitia vero hic sanctitatem, cultum, & simul exactam politiam dicit. Sunt enim ista potissimum à sacerdotibus exigenda.

*Propter Dauid seruum tuum.*) His factis, vide quomodo non quaerat ciuitatis ædificationem, nec aliud quicquam rerum sensibilem: sed arca constitutionem, sacerdotum ordinem ac cœtum, veteremque cultum & sacerdotium. Deinde quoniam ista petentes peccatis erant obnoxij, ad genitorem confugit dicens, Propter Dauid seruum tuum. Non solum propter virtutem illius, neque propter studium quod erigendo templo impenderat: sed propter testamentum, quod cum illo Deus erexerat.

*Ne auertas faciem Christi tui.*) Cuius Christi? Eius qui tunc vnctus erat, populumque moderabatur ac regebat.

*Intrauit Dominus Dauid.*) Quoniam enim Dauidis, virtutis

que ac studij illius circa templum meminit, & priscauram narrationem mentionem fecit: hoc quod maximum erat rei huius caput, testamentum scilicet Dei relegens, prætextit.

*Si custodierint filij tui.*) Testamenta non sunt simpliciter, sed cum determinatione quadam facta. Quæ est autem determinatio? Si custodierint filij tui testamentum meum, &c.

*Quoniam elegit Dominus Sion.*) Locum enim illum non homo elegit, sed Deus ipsum, ad illorum sese imbecillitatem demittens, determinauit. Hoc igitur dicit, Quem locum ipse determinasti, quem aptum esse iudicasti, ne maledictioni ac perditioni obnoxium esse sinas. Dixisti enim, Hic habitabo. Verum hæc dicta sunt post testamenta illa. Quænam illa? Si custodierint filij tui testamentum meum.

*Hæc requies mea.*) Rerum venalium abundantiam & copiam dicit, ita ut omnia illis velut ex fonte quodam affluant. Hoc igitur dicit. Pollicitus es te viduam eius benedicturum, hoc est, rerum necessariarum abundantiam illi, multa cum securitate largiturum.

*Pauperes eius.*) Vide felicitatem vndique coaceruatam, ab eo videlicet: quod nulla sint rerum necessariarum penuria laboraturi, ab eo quod sacerdotes in securitate sint, ab eo quod populus in latitia agat, ab eo quod rex in potentia sit. Lucernam enim regem dicit, aut auxilium, aut salutem vel lucem. Deinde quod potissimum est felicitatis genus, ab eo quod inimici sint confundendi, nec quisquam sit qui bona ista labefactare possit. Nec perditionem simpliciter dicit, sed confusionem, ut & viuentes confundantur ac pudentiant. Quid est autem quod dicit, Super ipsum vero effloret sanctificatio mea? Mihi videtur de prosperitate, de securitate, de potentia, de que regno loqui, ut quæ initio illi destinata sunt, florida & copiosa maneant, videlicet si custodiant filij tui testamentum meum, inquit.

Lucerna.

*Lucerna.*) Quod potissimum est felicitatis genus, ab eo quod inimici sint confundendi, nec quisquam sit qui bona ista labefactare possit. Nec perditionem simpliciter dicit, sed confusionem, ut & viuentes confundantur ac pudentiant. Quid est autem quod dicit, Super ipsum vero effloret sanctificatio mea? Mihi videtur de prosperitate, de securitate, de potentia, de que regno loqui, ut quæ initio illi destinata sunt, florida & copiosa maneant, videlicet si custodiant filij tui testamentum meum, inquit.

### Scholia in Psalm. CXXXII.

**E**cce quam bonum.) Multæ res bonæ quidem sunt, at iucundæ non sunt: aliæ verò bonam quidem iucunditatem habent, eo vero quod optimum est carent. At hæc in eo quod hic dicitur, vtraque concutitur, & iucundum & quod optimum est. Hoc enim potissimum dilectio possidet. Non enim simpliciter habitationem, nec eam quoque quæ iisdem est ædibus, sed quæ simul sit: hoc est, quæ cum concordia & dilectione fiat, dicit.

*Sicut vnguentum.*) Summus sacerdos hoc vngebatur vnguento, quo vndique stillabat, admodum gratus conspicientibus. Quemadmodum igitur ille vnguento hoc vnctus, splendidus erat aspectu conspicientibus: ita & hoc, inquit, animo iucunditatem indit. Oleum illud sacerdotale ex varijs condimentis constabat. Verum nullum illorum separatim tantam emittebat fragrantiam: verum mixtura illorum & inunctio maximam reddebat odoris redolentiam. Rectè igitur huic vnguento concordiam comparauit. Multarum enim virtutum coadunatio, perfectæ virtutis fragrantiam operatur. Dilectio isti vnguento similis est, quod quidem in caput Aaronis fundebatur: verum non solum in barbam defluebat, sed eam quoque tunicæ partem sanctificabat, quæ circa pectus erat. Oram enim vocat, quod nos vocamus peritrachelium, hoc Aquila os indumenti dicit. Quemadmodum igitur à capite vsque ad barbam & summitatem indumenti sacrum vnguentum decurrens, sacerdotem bona fragrantia replebat: ita à principe vsque ad subditos concordia: utilitas descendit.

*Sicut ros Hermon.*) Quoniam ante Babylonicam captiuitatem duodecim tribus dispersæ erant, etiam illud multa præuaricationi causam dedit, inque seditiones eos & contentiones coniecit. Ne denud ista fierent, admonuit & consuluit, ne amplius populus diuelleretur: sed simul habitaret & coniungeretur, & dilectio à capite ad calcem vsque deflueret, perinde atque ros omnia perfluit. Comparatur igitur concordiam hanc vnguento & fori: per illud boni odoris

Ephrata.

Iustitia pro sanctitate.

B

C

D

E

F

niodoris fragrantiam, per hunc vero refocillationem ac iucunditatem aspectus exprimere volens.

*Quoniam illic mandauit.*) Vbi? In tali cohabitatione, in tali concordia, in tali contubernio. Hæc enim benedictio est.

### Scholia in Psalm. CXXXIII.

**E***Cce nunc.*) Terminat hic Psalmos graduum, sermonem laude ac benedictione concludens. Vult autem eos esse seruos Domini, non solum ratione dogmatum, sed & accurata politia diligentia. Quapropter & adiecit, Qui statis in domo Domini. Immundum enim ac prophanum, ne ascendere quidem illuc fas est. Itaque si quisquam dignus est vt illuc ascendat, dignus est etiam vt benedicat: est enim domus Dei cælo similis.

*In noctibus.*) Quare dicit, In nocte? vt instruat nos, ne integram noctem somno infumamus: ac doceat, tunc puriores esse preces, quando alacrior mens est, & plus ocij.

*Benedicat te Dominus.*) Si hæc feceris, benedictionem à Deo consequeris: si vero dormiendo pernoctaueris, indignè orabis. Quid vero est quod dicit, Ex Sion? Desiderabile illis est nomen Domini in Sion, & hinc omnis est sanctificationis occasio. Quopropter apprecatur illis, vt priorem vitæ politiam recuperent, inque illa sint sanctificatione, & hac benedictione potiuntur. Deinde vt instruat eos, Deum, cum vbi que sit, propter ipsorum imbecillitatem templum illud ædificari præcepisse, oporteretque illum vbi que locorum inuocare, subiungit, Qui fecit cælum & terram.

### Scholia in Psalmum CXXXIV.

**L***Audate nomen Domini.*) Continuè domus & atriorum Dei meminit, loco illos affigens, nec resilire, neque ad cultum simulacrorum vagantes declinare permittens, sed vno loco congregans: vt vel inuiti sapiant, ac semper canât, Deumque laudent. Laudes enim pietatis ipsis argumenta, veterum gestorum narrationes habentes subministrant, Deumque celebrant, & doctrinæ materiam complectuntur.

*Laudate Dominum quia bonus Dominus.*) Quod potissimum auditoribus desiderabile est, hoc frequenter ponit, benignitatem videlicet, misericordiam & bonitatem Dei. Quid est autem quod dicit, Quia bonum est? Habet hæc res iucunditatem quandam cum vtilitate coniunctam. Emolumentum enim ex vsu psallendi est, quod animam repurgat. Habet autem præterea per melodiam & magnam iucunditatem & consolationem, canentem quoque pudicum reddit.

*Quoniam Iacob.*) Non loquitur de communibus beneficijs, quæ cum alijs à Deo accipiunt: sed de eo quod ipsis proprium erat & peculiare. Quodnam illud? Quod eos Deus in populum acceptauit, sibi que appropriauit, ac peculiarem quandam separatam ab alijs prouidentiam erga eos ostendit. Quid est autem quod dicit, In possessionem sibi? In diuitias, in opulentiam, in hæreditatem. Licet enim exigua hæc gens esset, hanc autem velut opes quasdam elegit, non paucitati attendens, sed ad virtutis studium eos inducere volens.

*Quia ego cognoui.*) Quid dicitis? Tu cognouisti, alij vero ignorant? Sciunt quidem, sed non vt ego. Est enim hoc eorum qui maxime contemplandi dono sunt præditi, magnificentiam Dei exactius, non quidem vniuersam, attamen reliquis, quenam sit dilucidius nosse. Illud vero, Et Dominus noster præ omnibus dijs: non ad illorum comparationem, sed ad imbecillum auditorum captum posuit.

*Omnia quacunque.*) Cælum & mare omisit, & quæ illis sunt posuit. Et neque hæc omnia, sed præteritis quæ in cælo sunt, licet admiranda, ea dicit quæ sub cælo sunt. Quæ de causa? Quia illa licet magna sint, obscura tamen sunt: hæc vero, vt vt modica, multos habent spectatores. Quoniam igitur ad homines loquitur, non ita in fide instructos, & inuisibilem amatores, sicut ab apparentibus institutos,

hinc sermonem contexit. Ostendit autem etiam hoc loco, non vnum modò esse mare, quod nobis est cognitum, sed multa ac varia.

*Educens nubes.*) Mirabile quidem est, quod aqua in aère continetur: multo vero mirabilius est, quod in leui elemento contenta fertur: & adhuc amplius, quod ab aère illo contenta, posteaquam è nube defluit, non amplius aère qui sub nube est detinetur, sed perfluit & ad terram fertur: id quod argumentum est, rem hanc non geri naturali consequentia. alias quippe oportebat eam à nube prolapsam in aère contineri.

*Fulgura in pluuiam fecit.*) Vide rursus aliud paradoxum, & contrarijs naturis conflatum. Neque enim fulgure ignitum magis, neque aqua frigidius quicquam est: & tamen ista commiscuntur, ita vt nec confundantur, nec alterum in alterius naturam transeat: sed suos quodque fines retineat, & nec aquam ignis exsiccet, neque ignem aqua extinguat.

*Qui producit.*) Quod dicit, De thesauris suis: non hoc significat, quod sint quidam ventorum thesauri, sed facultatem præcipientis dicit.

*Qui percussit.*) Posteaquam de illis loquutus est, quæ vniuersalia sunt, ac prouidentiam Dei in elementis mundi declaratam ostendit: iam ad particularia transit, quæ Iudæos concernunt. Qui percussit, inquit, primogenita Egypti. An non videntur ista propter Iudæos potissimum esse facta? Non solum propter illos, sed & propter alios hæc sunt facta, id quod maxime ipsa sententia Dei sufficienter declarat, cum dicit, Vt ostendam in te potentiam meam, & vt annuncietur nomen meum in omni terra. Ab homine, inquit, vsque ad pecus. Vt quid & pecora percussit? Quoniam illa propter homines sunt facta, propter homines & puniuntur, vt timor augeatur.

*Et misit signa.*) Quid est quod dicit, In medium tui Egypte? Aut locum, aut quod signa hæc & prodigia manifestè sint facta, significat. Quod enim in medium infertur, manifestum est. Sunt namque hæc signa ad correctionem & ad demonstrationem eorum quæ prodesse debebant, ita vt & percutiendo, & miraculosè percutiendo vtilitati occasio daretur.

*Qui percussit.*) Per omnem eam viam varijs modis potentia suæ illis pignora exhibuit, ostenditque, non ideo se ista in Egypto contra inimicos mouisse, quod elementis indigeret: sed quod varijs ac differentibus modis potentiam suam ostendere vellet, ideo existentibus ad manum ad eam rem esse vsurum.

*Seon regem Amorrhæorum.*) Non recenset ciuitates, neque vel paulisper aciei meminit: sed iterum magno animo innumeras miraculorum cateruas transit, cum immorari, & tragædiæ in morem ista amplificare posset. Habebat etiam iustam causam hoc bellum. Non enim ipsi Israelitæ primi irruerant, sed illi viam eis obstruxerant.

*Et dedit terram eorum hereditatem.*) Et hoc maximum erat miraculum, quod non solum Gentes hæc ei cedere, sed & terram earum occupare, & ciuitates distribuere potuit.

*Domine nomen tuum in saculum.*) Gloria tua, inquit, perennis manet, nihil hanc labefacit, nihil excidit, sed perpetuo immota manet. Similiter & memoria tui in generationem & generationem durans, finem non habet.

*Quia iudicabit Dominus.*) Aut hoc dicit, quod vltionem sit sumpturus, & denuo refocillaturus: aut vtraque vnum esse significat, quod & afflicturus sit & consolaturus: hoc est, vltionem ab hostibus populi sui gratia sumpturus. Quod autem dicit, Et pro seruis suis obsecrabitur: reconciliationem non ipsorum dignitati, sed diuinæ benignitati deberi ostendit.

*Simulacra Gentium.*) Simulacra, inquit, eorum non solum ex se habent, quod imbecillia sunt, ac vilia: sed etiam ex hominibus. Quapropter & adiecit, Opera manuum hominum. id quod & potissimum cultores eorum culpabiles reddit.

*Os habent & non loquuntur.*) Quoniam enim dæmones sæpenumero simulacra mouent, nudat illorum hypocritism ac fabulam dicens, Et non est spiritus in ore ipsorum. Et quanam ratione dæmon non sine illis loquitur? Quoniam simula-

simulacrorum columnæ scortationis, adulterij, ac plurimæ malitiæ typos habent: vt seductos ipso conspectu ad ea instituar, quorum figuræ sunt simulacra, affidet illis, eamque mouet & dirigit.

*Similes illis fiant.*) Deinde aliud reprehensionis genus mouet, dicens, Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vide hic, quales sint dii illi, quorum similitudo maledictioni subiecta est. Verum apud nos talia non sunt. Est enim hæc extrema virtutis meta, ad verticem bonorum ascendere, ac Deo, quantum licet, assimilari.

*Domus Israel benedicite Domino.*) Quare non simul omnes vocat, sed in ordines discriminat? Vt discas, multam esse benedictionis differentiam. Aliter sacerdos, aliter leuita, aliter laicus, & aliter multitudo populi Deo benedicunt. Quod vero dicit, Benedicite, beatam naturam esse ostendit. Benedicite enim, inquit, quod aduersarijs liberati, ac talibus bonis donati estis. Sionis autem meminit, eo quod illic quæ politiæ Israël sunt, congregata erant, & illinc dirigebantur. Agnominatio Dei loca illa angusta reddere conatur, vt verenda existentia maiore ab illis studio & religione colantur.

### Scholia in Psalmum CXXXV.

**C**onfitemini Domino, quoniam bonus.) Supra de beneficentia Dei loquutus, iam de quantitate eius differit: non vt illam metiatur (quod fieri nequit) sed vt amplitudinem eius exprimat. Et dicit, Confitemini, id est, gratias agite, & laudate eum. Quid est autem quod dicit, Quoniam in seculum misericordia eius? Non aliquando tantum miseretur, postea vero deserit, sed perpetuo miseretur, nec vquam deserit.

*Confitemini Deo deorum.*) Præcedenti Psalmo dixit, quod omnes deos excellat: hic vero amplius quiddam dicit, nempe quod & Dominus & Imperator eorum sit, siue de idolis, siue de dæmonibus dicas. Licet enim ignominiosi sint & rebelles, serui tamen sunt & subiecti. Quapropter dicit, Confitemini, quoniam Deum habetis omnium supremum, omnium Dominum & Imperatorem.

*Qui facit mirabilia.*) Multa illius miracula ponit, vt pote quod & faciat, & miranda ac magna faciat, & quod solus faciat. Hæc autem non ideo sunt dicta, vt filio ac spiritui derogetur, sed vt dæmones excludantur.

*Qui firmavit terram super aquas.*) Hæc enim & potentiam & intellectum eius declarat, imò & multam benignitatem ostendunt. Nam quod ita magna & diuturna facta sunt, potentiam ac sapientiam eius deprædicant, quod autem hæc nostri sunt gratia facta, benignitatem eius ac perennem bonitatem exprimit. Vides quomodo misericordia eius sit in seculum. Non enim ista ad determinatum aliquod tempus, sed per vniuersam nostram vitam extendit.

*Solem in potestatem dei.*) Vide & hoc loco benignitatem Dei. Quoniam enim mortales facti, & in multis necessitatibus constituti sumus, intermedium illud tempus in diuersorij morem dedit: ac tantis terram hanc benignitatis suæ declarationibus impleuit, vt ne sermone quidem exprimi queat.

*Qui percussit Aegyptum.*) Irremisse miraculum percussæ Aegypti verbat, propter multam Israëlitarum ingratitude: & propterea, quod cum de illo semper audierint, oblitum tamen eius sint. Deinde & aliud quidem hic innuit, nempe quod & post eam plagam, ipse sit potentia factum, vt molesta illa sint seruitute liberati.

*Qui diuisit mare rubrum.*) Sunt qui dicant, non vnam tantum fuisse diuisi maris viam, sed aquam singulis tribus seorsim fuisse interseptam, vt multi sint transitus facti. Verum hæc omnia licet multam potetiam Dei ostenderint, terribilemque illum & magnum reddiderint: multam tamen & benignitatem habuerunt, non modo illis qui hac sunt potiti, sed & aduersarijs, si animum aduertere voluissent.

*Et eduxit Israel per medium eius.*) Et hoc potetiam Dei argumentum habet. Non enim satis erat quod mare sub-

terlabebatur, facilemque transitoris viam dabat: sed & hoc ipsum eos conseruabat, quod post maris secessum, confidentiam accipiebant insolentem eam viam ingrediendi. Etenim aqua vtrinque in vertices erecta, fortis erat animi ad id spectaculi nullam concipere formidinem.

*Et excussit Pharaonem.*) Rectè hac dictione est vsus, vt subseruionis facilitate exprimeret.

*Qui traduxit populum suum.*) Non minoris virtutis est, quod per mare eos duxit, eo quod aquam è dura rupe eduxit. Licet enim terra sicca, & quæ exercitum ferre posset, sub pedibus eorum esset: multa tamen alia mortem ipsi minantia erant. Verum his omnibus priuati, ac necessarijs etiam destituti, quasi in medijs ciuitatibus in deserto proficiscebantur.

*Qui percussit reges magnos.*) Singulis particulis hoc adijcit, Quoniam in seculum misericordia eius. Hostes enim hostibus successerant, & tamen nemo eos ceperat: quapropter dicit, Quoniam in seculum misericordia eius, quasi dicat, Quoniam perpetuo benignitate eius potiti sunt.

*Seon regem Amorraorum.*) Gemina erat beneficentia: cum quod hostes vicerant, tum quod Domini eorum quæ habuerant, facti erant. Nam & hoc multæ virtutis erat, non solum eiecisse terræ illius habitatores, sed & alienam terram occupare potuisse.

*Quia in humilitate nostra.*) Non in virtutibus, non in reum prosperitate, sed in humilitate nostra, hoc est, ipsa calamitas quod malè afficiebamur, sufficiebat ad flectendum eum.

*Qui dat escam omni carni.*) Neque enim terræ, neque aëris, neque aquarum sunt fructuum prouentus: sed ipsius potentia. Aliter, Neque iustis, neque rectè facientibus tantum: sed & peccatoribus & impijs, & vniuersæ humanæ naturæ, prouidentiam ipsius potissimum prædicat.

*Confitemini Deo celi.*) Per hæc enim & illud significat, quod & supernè & infernè ipse Dominus est, & prouidentia eius vbique extensa est.

### Scholia in Psalmum CXXXVI.

**S**uper flumina Babylonis.) Multum erat viris istis ciuitatis huius desiderium. Donec enim bona possidebant, ingrati & contumeliosi manebant: posteaquam vero eieciti ex illis erant, tum demum concupiscentia illius tenebantur. Propterea namque eos eieciti etiam, vt maius desiderium induceret. Qua vero ratione ad flumina sederent? Tanquam captiui, & terra hostili detenti, extra muros & ciuitates commorabantur.

*In salicibus.*) Qua ratione organa in captiuitatem abeuntium secum asportarunt? Dispensatum hoc est ob eam causam, vt inter alienos constituti prioris conuersationis momentum haberent: & symbola cultus illius videntes amplius moderentur.

*Qui illic interrogauerunt nos.*) Et hinc haud parum emolumentum ceperunt, quod Barbari ipsos vrserunt, & cantica ex ipsis audire cupierunt. Vide & hinc quantam correctionem acceperint. Qui enim præuaricati fuerant, & de cultu suo resiliant, iam barbaris vrgentibus, & audire desiderantibus: desiderio illorum ne sic quidem vtuntur, sed legem præferunt, & accuratè custodiunt. Illud vero, Qui abduxerunt nos, hoc sensu dictum est, quasi dicat, Qui antea nobis insultauerant, vsque adeo facti sunt mites, vt & cantica nostra audire voluerint.

*Quomodo cantabimus.*) Qua ratione in terra aliena non cecinerunt? Non licebat prophanis arcana illa audire. Nam etiam si patria exciderant, legem tamen seruare debebant.

*Si oblitus fuero tui.*) Vide & hinc, quanta fuerit in istis immutatio. Qui namque antea singulis diebus audierant, quod vrbe essent eijsiendi, nec curauerant: iam seipsos diris deuouent, si illius obliuiscantur. Quid est autem quod dicit, Obluioni detur dextera mea? Fortitudo mea, inquit, & virtus mea, obliuioni detur: & mutus præ magnitudine malorum reddat, si tui oblitus fuero.

*Si non proposuero.*) Non simpliciter, inquit, Tui memor

ero: sed, Et in hymnis & canticis. Hoc enim est quod dicit, Si non propofuero: hoc est, Si non præcinero: id quod vehementer desiderantis & accensi erga illam erat.

*Memor esto Domine.*) Pœnas, inquit, de illis sume, qui nec captiuitate nec subuersione vrbi contenti esse volunt: sed instant & dicunt, Euertere, donec non sit fundamentum in ea, vt ne fundamenta quidem maneant, sed funditus evertantur.

*Filia Babylonis.*) Quæ vrbi Babel mala euentura erant; Propheta prædicit, & miseram eam propter mala quæ illam erant apprehensura vocat: vt & hoc pacto Iudæos erudiat, & potentiam Dei vbique esse extensam ostendat.

*Beatus qui retribuet tibi.*) Prophetæ multa quidem de suis loquuntur, multa vero & de aliorum passionibus differunt. Quod si mentem huius quæseris, audies eum dicentem, Si retribuere retribuendis mihi mala: quando vero aliorum passiones exponit, tunc iram & dolorem exprimit. Id quod & Iudæorum desiderium in medium adducens fecit, qui etiam ad immaturam vsque ætatem iram suam extenderunt.

Scholia in Psalmum CXXXVII.

**C**onfitebor tibi Domine.) Illud, In conspectu angelorum: alius, In conspectu Deorum, inquit, psallam tibi. Quid est igitur quod dicit: Si angelus dicit, cum ipsis, inquit, cælestibus virtutibus cantaturum me tibi, cumque illis etiam certaturum, ac vnà tripudiatum affirmo. Si vero alteram versionem receperimus, videtur mihi de Sacerdotibus loqui. Sacerdotem enim & Angelum & Deum vocat. Quasi dicat, Sacerdotibus præsentibus ac præcipientibus succinam, ac sublequutus eos tibi cantabo.

*Quoniam audisti.*) Non sicut inepti quidam iactatores ac dissoluti solent, qui antequam ordinantur, vehementes ac feduli sunt: posteaquam vero cœperunt, remissi redduntur: sed hic etiam antequam incipiat, sedulus est: & postquam cœpit, in gratiarum actione perdurat.

*Adorabo ad templum.*) Neque hæc virtus exigua est, puta cum conscientia in templum ascendere, & illic adorare. Non enim, quod hic quaritur, simpliciter est genua flectere, aut templum introgredi: sed animo feruente & composito, non corpore tantum, sed interno animi affectu.

*Et confitebor.*) Gratas, inquit, agam tibi, quod plurimum gubernatione tua sum adiutus. Non enim virtutum mearum meritis vrbe hanc & templum recepi, sed misericordia ac benignitate tua. Super his confitebor tibi, quod me, cum supplicio dignus essem, & merito inter alienos cômorarer, confestum reduxisti.

*Quoniam magnificasti.*) Non modo propter beneficia tua gratias agam, sed & propter indicendam illam gloriam. Magnificasti enim, inquit, super omnia nomen sanctum tuum. Siquidem per elementa, quæ vt nos iuuaremur, ad vltionem hostium nostrique defensionem conuertisti, nominis tui amplitudo deprædicatur.

*In quacunque die.*) Tales enim afflicti ac lugentes animi, quam velocissimè malis liberari cupiunt.

*Multiplicabis in anima mea virtutem.*) Hoc est, Implebis me lætitia, & animum meum sublimem reddes: nec permittes vt sublimitas & lætitia mea marcescant, sed firmam eâ, robustam & immotam reddes. Hoc enim est quod dicit, Multiplicabis in anima mea virtutem. Id est, Virtute tua exaltabis me.

*Confiteantur tibi Domine.* Non modo ipse gratias agit, sed & potentes omnes ad communionem gratiarum actionis vocat. Licet enim magna sit illorum potestas, tibi tamen, inquit, vniuersi gratiarum actionem debent, etiam pro illis quæ in alios sunt collata. Hoc enim est quod dicit, Quia audierunt omnia verba oris tui.

*Quoniam magna est gloria Domini.*) Hoc est, manifesta omnibus, clara per beneficia erga quosuis facta. Quod vero dicit, Quoniam excelsus Dominus: excelsus quidem est natura, excelsus essentia: verum hic sese ad captum Iudaici cultus demittendo loquitur, \* & magis acerbè. Illud vero

**A** quod sequitur, hoc quoque perficit, & humilem quoque auditorem magnanimum reddit.

*Et alta à longe cognoscit.*) De præscientia loquitur, quod videlicet alta non modo cognoscat, sed & ex multo interstitio antequam fiant, præuideat.

*Si ambulauero.*) Non dicit, Tribulationes repelles: sed, In ipsis etiam me afflictionibus constitutum seruare, & mortem expectantem viuificare poteris.

*Super iram inimicorum tuorum.*) Nos enim, inquit, etiam in medijs malis seruabis, illos vero infantes ac molestiam inferentes humiliabis: dexteram vero, potentiam dicit. Potest enim Deus etiam deploratos ad salutem reducere.

**B** Dominus retribuet.) Hoc est, vltionem sumet de hostibus. Nec dixit, Vlciscetur: sed retribuere pro me. Licet, inquit, ego subiectus sim, ipse tamen eos deiciet ac prosterneat. Est enim benignus. Nam ipse pro nobis retribuit.

*Domine misericordia tua.*) Duas hæc iustificationes ponit, quibus benignitas Dei acquiratur. Vnam, quod misericors ipse est & bonus: alteram, quod conditor ac factor est. Verum sicuti istis saluari petimus, ita & dignum quid misericordia ostendamus.

Scholia in Psalmum CXXXVIII.

**C** Domine probasti me.) Quid dicis? An posteaquam probauit, cognouit Deus, antea vero non cognouit? Absit. Quomodo enim tum demum cognosceret, quia omnia antequam fiant cognoscit? Sed quod dicit, Probasti me: idem est atque, Exacte scis, id est, cognoscis me.

*Tu cognouisti sessionem meam.*) Sessionem ac resurrectionem omnem vitam cum actibus suis dicit, eo quod illa nunquã in eodem consistit. Deinde quoniam exorsus dixit, Probasti me, & cognouisti me: ne quisquam illum ex probatione cognouisse putet, vide quid subiiciat.

*Intellexisti.*) Vides quod non probando demum, sed virtute præscientiæ cognouerit. Qui namque cogitationes in animo motas nouit, probatione quæ ex operibus est, non eget, sed illas etiam diu antea præcitat. Quare ergo probationem Deus quæ per opera est, inducit? Non vt ipse ex illa discat, sed vt sustinentes eam probatores reddantur.

*Semitam meam.*) Sicut sessionem ac resurrectionem actus, ita semitam & funiculum omnem suam vitam dicit. Illud enim, Inuestigasti, non inquirentis est ad hoc vt sciat, sed exactè scientis. Quapropter & subiicit, Et omnes vias meas præuidisti: hoc est, Antequam essent, nouisti omnes.

*Quia non est sermo.*) Non dicit, Dolum quem aliquando admiseram reieci: sed, Nunquam mihi fuit, neque ascendit in linguam meam hic morbus, sed hæc malicia mihi facta est inaccessa.

**E** Ecce Domine.) Non modo cogitata, neque facta tantum: sed omnia cum quæ fiunt, tum quæ futura sunt, cognoscis.

*Tu formasti.*) Non solum non existentes fecisti, sed factis etiam dominaris.

*Mirabilis facta est.*) Quod dicit, tale est, Tamet si prouidentia tua fruor, nouique quod omnia præcias, & quod me ex non existentibus feceris, exactam tamen omnem tui scientiam habere nequeo, sed illa admirabilis est facta: hoc est, excellet, & exaltata est supra me, potentior est facta, quam quæ cogitationibus meis intelligi queat.

*Quo ibo à spiritu tuo?*) Spiritum & faciem, Deum ipsum dicit: vt idem sit, atque, Quo à te ibo? Omnia imple, omnibus ades, non ex parte, sed omnibus simul totus. Et cum dixerit, superna, inferna, latitudinem, longinquitatem, profunda & sublimia, non dixit, Quocunque abiero audies me: sed, Quocunque abiero, illic es, illic te præuenientem me inuenio.

*Et dixit, Forsitan tenebra.*) Quod dicit, tale est, Cinctus eram malis, ac dixi in meipso, Opprimet me ista. Hoc est, quod dixit, Forsitan tenebræ operient me.

*Et nox illuminatio.*) Ego quidem ista à rerum natura sumptis argumentis dicebam: verum subito mala illa in bona sunt mutata. Imò manentibus etiã illis, multa sum bonitate

\* Et magis acerbè. Suspicio legendum esse uerborum, id est, minus, ac submissius.

nitare potuit. Non enim dixit, Abolita est nox: sed, Manens nox, id est, mala illa & calamitates, conculcare me nequiuit, sed facta est lux in nocte, id est, auxilium me circumdedit.

*Quia tenebrae.*) Recte dixit, Apud te. Si uolueris, inquit, tenebrae non sunt tenebrae, sed quae lucis sunt exhibebunt. Quapropter & subiunxit, Et nox sicut dies illuminabitur, ut priorem particulam clariorem redderet, quod quae dici sunt, & perinde quae dici atque quae sua sunt ipsius, praestitura sit nox.

*Sicut tenebrae illius.*) Haec quidem de elementis sunt dicta, metaphorice uero de rebus ipsis loquuntur, quod uidelicet in tribulationibus Deus tantum recreationis possit adferre his qui in eas incidunt, quantum illis tribulationis ac desperationis praefinire potest, qui quiete iam agunt.

*Quia tu possidisti.*) Non est haec modica encomij ac prouidentiae portio, possessionem esse Dei. Qui namque possidet, curam ac prouidentiam eius rei gerit, quam possidet. Unde & subiunxit, Suscepisti me ex utero matris meae. Semper, inquit, obsepisti, prouidisti ac munuisti me a primae aetate, & inde a cunabulis meis.

*Confitebor tibi.*) Hoc est, Admirabilis apparuisti. Et quid de te dico, cum etiam quae abs te fiunt, multum habeant admirationis? Et relicta omnium deprædicatione, sua ipsius cognitione contentus est dicens, Et anima mea admodum cognoscit. Non enim simpliciter illa, sed uehementer & admodum accurate cognoscit.

*Non est occultatum os meum.*) Iterum de praescientia Dei loquitur, aut omnia illius arcana esse dicit: aut aliud quid inuenit, opificium uidelicet & figurationem. Quoniam nihil, inquit, in me est quem fingebas, quod ignoraris: sed omnia cognouisti, licet in abscondito & uelut in inferioribus terrae factum sit naturae meae opificium. Quoniam formatum me exacte & particulatim, & secundum singula membra, & incrementum etiam cognouisti.

*Imperfectum meum.*) Aut idem denuo dicit, quoniam nondum formatum me uidisti, aut de actibus ipsis: quoniam, inquit, quod nondum factum est cognoscis. Quod dicit, tale est, ut cum priore consentiat, Informem me uiderunt oculi tui, inquit, cum nullam dum figuram accepissem, atque ita me clare uidisti, atque illum qui formatus & figuratus est: & ne uero quidem die ad absolutionem opus haberet, cum illis omnibus qui in libro tuo sunt scripti. Ac in diebus formati, cum illis me uidisti, inquit, qui formati sunt in diebus suis. Haec autem non ideo dicit, quod liber quicumque sit in caelis: sed ut libri mentione exactam scientiam significet.

*Mihi autem ualde.*) Praesciuit me, inquit. Cum nondum essem, adduxisti me. Et hoc ego uicissim rependo, ut diligentes te honore prosequar.

*Nimis confortatus est principatus eorum.*) Hoc est, Ipsi confortati sunt. Alius uero dicit, Plurimum multiplicati sunt.

*Dinumerabo eos.*) Ego quidem, inquit, honoro illos: tu uero eos multiplicas, & arena numerosiores reddis. Non solum autem ut multi; sed & ut fortes ac potentes sint facis. Hoc enim est quod dicit, Confortati sunt principatus eorum.

*Exsurrexi & adhuc sum tecum.*) Multi namque prosperitatem, qua uis fuerant, obliuioni tradiderunt: ego uero nequaquam, sed postquam surrexi, id est, malis liberatus sum, semper tecum ero.

*Si occideris.*) Non dicit, Si occideris, tunc ero tecum: sed illud quidem sine hoc commemorat, hoc uero fieri petit, non ut hominum essentiam aboleat, sed ut eos ad iustitiam conuertat. Non enim dixit, Si occideris homines: sed, Si occideris peccatores.

*Viri sanguinum.*) Viros sanguinum, truculentos ac caede gaudentes dicit. Non est autem & haec uia ad uirtutem exigua, si ab illorum commercio ac commemoratione refiliatur.

*Quia dicitis in cogitatione.* Vide quomodo non quae sua sunt quaerens, sed propter contumeliam aduersus Deum resiliat, & commercium illorum fugiat. Nam & hoc Iudaeis perditionis causa fuit, quod malis sunt commixti.

*Accipient in uanitate.*) Alius interpretat, Quoniam e-

leuati sunt in uanum æmuli tui. Quapropter fugit ac resiliat, eo quod illi contra gloriam Dei sunt eleuati.

*Nonne qui oderunt te.*) Nam & Deus ita praecipit ut inimici essent inimicis, & aduersarij aduersarijs ipsius. Haec enim potissimum sunt amicitiae indicia. Et ipse igitur Deo uicissim utroque pacto rependit, cum quod dicit, Admodum sunt mihi honorati amici tui Deus: tum quod iam subdit, Qui oderunt te Domine oderam. Et hic cum hyperbola non simpliciter oderam, inquit: sed & tabescebam.

*Proba me Deus.*) Atqui initio Psalmi dixit, Probaui me, & cognouisti me. Quomodo igitur hic rursus dicit, Proba me Deus? Vides, quod humanis loquutionum formulis utatur, ad hoc ut mentem Deo competentem adhibentes, ad sublimes sensus conscendamus. Quod enim hic dicit, Proba me Deus: idem est atque, Vide quod non sit in me uia iniquitatis, & deduc me in uiam aeternam. Quae est autem aeterna uia: Spiritalis, & finem non habens.

### Scholia in Psalmum CXXXIX.

*Ripe me Domine.*) Cum multae sunt super terram uenatae ac perniciosae, maliciaeque ostendentes bestiae, relictiis omnibus Propheta, ab homine malo eripi petit. Nam illae in natura quidem mansuetum quid habent, & facile vitari possunt: & quales sunt, tales apparent: homo uero malicia meditans, bestia quauis minus caeri potest. Generale uero maliciae nomen ponit. Non enim simpliciter eum qui in pecunijs, sed qui ubique iniustus est dicit.

*Qui cogitauerunt.*) Mala ex animo struunt, cogitauerunt enim, inquit, in malicia: nec cito proferunt, sed parturientes manent: non corripiuntur, sed rei huius meditationem instituunt. Hoc enim est quod dicit, Quia cogitauerunt, & caet.

*Tota die constituebant praelia.*) Non ea praelia dicit, quae armis & aciebus, sed quae insidijs struuntur, quibus homines cum in foro tum in domibus impugnant.

*Acuerunt.*) Vide maliciae ignobilitatem. Ex hominibus bestias, aspides ac serpentes reddit, & linguam ad illam ferociam adaptat. Quomodo autem supra dixit, Tota die constituerunt praelia: ita & hic, Venenum aspidum sub labijs eorum semper. Diapsalma siquidem hoc ubique significat. Quamuis breuis temporis malicia molesta res est: quando uero assidue illam exercent, quam ueniam habebunt.

*Qui cogitauerunt supplantare.*) Quidnam iniustius fieri poterit? Et alij calumniam struere moliantur. Cogitauerunt enim, inquit, subuerrere gressus meos. Quod uero cogitatio haec in opus non exiit, debetur hoc potentiae Dei. Et uide maliciam meditatione concinnatam. Et absconderunt, & iuxta uiam tenderunt: ut & longitudine, & occultatione, & propinqua intentione structores maliciae facti laqueos ubique extenderent, attraherentque & caperent.

*Dixi Domino, Deus meus es tu.*) Postquam de praelio & insidijs dixit, confugit deinceps ad inuictum auxilium, ope caelitus a Deo petens, qui mala ista dissoluere potest. Et uide quid dicat, Non dicit, Meritus sum: sed quid? Deus meus, inquit, es tu. Maximam iustificationem auxilio praerexit, nempe quod ad Dominum confugit. Quid est autem illud, Virtus salutis meae? Virtus apud te est & puniendi & saluandi, mihi uero uirtutem salutis exhibe.

*Obumbrasti super caput meum.*) Vide quomodo facultatem Dei ostendat. Non dicit, Ante bellum: sed, In ipso die belli. Quando sublata sunt mala, tunc in securitatem me constituisti. Deinde ut uictoria & securitatis excellentiam ostendat, non dicit, Seruasti me: sed quid? Obumbrasti super caput meum. Neque uulgarem me afflictionem, aut quantam feruoris aestus infert, sustinere fecisti: sed in tantam securitatem constituisti, ut uelut in umbra delicias. Loquitur autem de ereptione ac liberatione a malis. Quapropter & dicit, Obumbrasti, &c. ut auxiliij facultatem ostendat.

*Ne tradas me.)* Quod dicit, tale est, Ne des me, à concupiscentia quæ contra me est, id est, quæ concupiscit contra me, ea ne finas illum adimplere.

*Cogitauerunt contrame.)* Vide animi illius modestiam. Non enim dicit, Ne derelinquas me, quia dignus sum, aut propter vitæ virtutem: sed, Ne fortè exalcentur, ne arrogantiores fiant, & in maiorem contumaciam erigantur.

*Caput circuitus eorum.)* Circuitum hic, cœtum vocat, & confessum. Caput ipsum mali & peruersi animi, eos opprimat ac perdat. Laborem vero hic malitiam vocat. Talis enim est malitia. Ipsi possessori suo perniciosa redditur.

*Cadent super eos.)* Quod dicit, tale est, Sufficiens quidem etiam ipsa malitia propter circumdantes eam, ad hoc est, vt iram diuinitus illatam sustineat. Carbores vero ignis hic & ignem, supplicium cœlitus illatum dicit.

*Deijcias eos.)* Vnus quidem interpres, Ita, inquit, eos perdidit, vt amplius non surgant: alius vero, Multa, inquit, cum velocitate. Linguosum vero hic conuitiatorum, nugatorem, vituperatorem & continuè latrantem dicit. Quis fructus huius? Non prosperabitur, inquit, in terra, hoc est, deijcietur ac subuertetur.

*Virum iniustum.)* Vide iterum malitiam ad subuersionem habentis se sufficientem. Verum qua ratione capturæ nomen posuit, vt ostendat talem effugere non posse. Etiam si non subito in capturam hanc qui iniuste agis incideris, ne sis securus. Talis est enim hæc captura.

*Cognoui quod faciet Dominus iudicium.)* Quoniam dixit, Virum iniustum mala capient, &c. nec confessum supplicium illatum ostendit, ne quisquam crassioribus istis segnior fiat, subiungit dicens, Adhuc omnino hoc fiet. Non enim quæ iniuste sunt illata, inulta manent. Quapropter dicit, Noui hoc futurum prorsus. Pauperes vero hic non inopes, sed humiles ac corde contritos vocat.

*Verumtamen iusti.)* Quicquid, inquit, fiat, illi gratias agunt, etiam si humiles calumniam ferre, & reprobos laudari videant, pœnas tamen malefactorum non exigunt.

*Et habitabunt recti cum vultu tuo.)* Hoc est, Quicquid fiat, nunquam ægreferent: neque vnquam querentur de his quæ fiunt, sed tecum perpetuo erunt.

Scholia in Psalmum CXL.

*Domine clamau.)* Clamorem hic, internum illum dicit, quo & Moses clamauit, quem cor accensum, & animus contritus parit. Clamorem autem non solum talem querit, sed vt & ad ipsum oretur.

*Intende voci.)* Vide & aliam orationis virtutem. Non enim propterea tantum quod sedulo orat, audiri petit: sed & ob id, quod talem orationem exprimit, vt digna sit vigilantibus oculis. Ipsi namque Dei promissio est dicens, Adhuc loquente te, ecce adsum.

*Dirigatur oratio.)* Sacerdotibus ea lex erat, vt de suo, perque seiplos, etiam si alias nemo offerret, matutinum vnum, vespertinum alterum agnum sacrificarent: & illud quidem matutinum, hoc vero vespertinum sacrificium vocabatur, significante Deo, quod assiduo sit, & initio & fine diei colendus. Hoc igitur sacrificium acceptum erat. Petit itaque Propheta, vt talis sit ipsius oratio, quale erat illud sacrificium, quod nulla erat macula pollutum. Quare vero non dixit, Matutinum, sed vespertinum? Propterea quod matutinum imperfectum adhuc erat, vespertinum vero perfectum cultum habebat.

*Pone Domine.)* Vide intelligentiam ac sapientiam, vnde petitionem ordiatur: nempe à maxima virtutum, quæ quod omnium malorum causa est aspernatur, &

bonis studet. Linguae siquidem leuitas innumera mala operatur. Quoniam igitur rem hanc valde iniquam esse nouit, & preces adhibet, & Deum ad auxiliandum inuocat.

*Non declines cor meum.)* Non quod Deus declinet, absit: sed hoc dicit, Ne finas vt declinetur, ne finas vt subuertatur. Qua verò ratione relicto ore ad cor transit? vt radices malarum cogitationum euellat.

*Ad excusandas.)* Hæc potissimum perditionis via est, quando animus peccans timorem remittit ac prætextus quosdam comminiscitur. Etenim malum quidem est peccare, grauius verò peccatum ex eo redditur, si postquam delictum est negetur.

*Cum hominibus.)* Hoc potissimum est, quod illi prætexerunt ne pudeant. Quapropter & David continuè hoc virtutis loco præfert, tales fugere cœtus.

*Et non communicabo.)* Quod dicit, tale est, Cœtum eorum, qui ad gratiam & noxam loquuntur, nunquam particeps fuero: perstringentes verò ac corrigentes elegero, qui veritatis gratia reprehendant. Hoc enim potissimum misericordiæ opus est, si vulnera curentur.

*Corripiet me iustus.)* Iustorum quidem etiam increpationes perfert, præuaricatorum verò dicta etiam ad gratiam directa repellit. Quanam ratione? Quia illi sæpenumero etiam miserando perdidit, isti verò increpantes emendarunt. Si verò malos etiam cum miserentur auersari debemus, quando ad eos accedendum erit? Certè nunquam, etiam si omnia faciant, etiam si omnia exhibeant.

*Quoniam adhuc.)* Non modo gratiam eorum quæ noxia est fugiam, sed & contra illorum concupiscentias ad orandum stabo.

*Absorpti sunt.)* Ostendit hic, quàm facile peccatum capi possit, & quàm malitia prona sit ad præcipitium. Ipsi enim, inquit, potentes, & qui omnia egerunt ac tulerunt, perierunt: nec perierunt tantum, sed ita perierunt, vt ne vestigium quidem illorum appareat.

*Audient verba mea.)* Hoc est, Ipsa experientia rerum istarum adhortationis meæ ac consilij iucunditatem cognoscent. Quoniam licet extrema passi simus, ac veluti terra dirupta, & aratro scissa omnino dispersi perierimus, & ad ipsas mortis portas venerimus: etiam ad hunc tamen modum affecti, malumus à iustis corripì, quàm à peccatoribus misericordiam recipere.

*Quia ad te Domine.)* Etiam si innumera mala irruant, spei tamen in te collocatæ adhærebimus, & relictis omnibus ope tua liberari expectamus.

*Custodi me.)* (Non solum insidias hic, sed & occultas & absconditas dicit, quæ agrè vitantur, atque ob eam maximè causam diuino opus habent auxilio. Ad orationem hic conuersus sermonem terminat, orationem orsus, & rursus orationem finiens.

*Cadent in retiaculo eius.)* Eius, inquit, cuius? Dei hoc est: Capientur, cõprehendentur. Iustorum quidem afflictiones, ad correptionem, & ad philosophiæ illorum excitationem: peccatorum vero, qui incurabiliter agrotant, ad pœnas & supplicia tendunt. Illud vero, Singularis sum ego, donec transeam: idem est atque, Coadunatus, collectus, non dispersus, sed à malis liberatus, & ab illorum commercio, vt pote solus ac procul ab illorum cœtu habitans, purgatus sum.

Scholia in Psalmum CXLI.

*Voce mea.)* Audis quomodo hoc vbique adiiciat. Duplex est vox, & clamor ac vociferatio ad Deum. Duas enim hic virtutes discimus, vigorem scilicet voluntatis, & animi compositionem. Et præterea aliud quiddam, ipsius scilicet esse vocem. Neque enim omnes

Duplex vox.

Circuitus.  
Caput.  
Labor.

Linguosus.

Cognoui.

Lingua leuitas multorum malorum causa.

voce, nec omnes ad Deum, nec sua voce omnes clamant, A  
quæ omnia coire debent.

*Effundo.*) Non ad homines, sed ad inuictum auxilium, & cælestem opem confugit. Deinde & animi compositionem & feruorem internè reconditum hac dictione declarat, dicens, Effundo deprecationem meam, & tribulationem meam ante conspectum eius pronuncio. Non enim dicit, Virtutes meas: sed tribulationem meam, vt cuius etiam non sit modicum patrocini-um.

*In deficiendo.*) Tunc, inquit, ille potissimum sedulus erat.

*In via hac.*) In tentationem calamitatis hic & hostium insidias dicit, quomodo accesserint, ac viciniôres facti subuertere ipsum voluerint: quod & molestius erat, quomodo nec adiutores, nec auxiliares vlllos habuerit. Nec adiutores dicit: sed, nec erat, inquit, qui me cognosceret, propter desolationis vehementiam.

*Perijt fuga à me.*) Non solum quod laquei in vijs erant, nec tantum ob id quod non erat qui adiuuaret, immò qui vel cognosceret: sed quod nemo etiam erat, qui ad liberationem à malis fugam saltem exhibere posset, ita in medijs comprehensus eram perturbationibus.

*Clamauit ad te.*) Vide animum sobrium. Non submerserunt enim mala, sed alacriorem etiam reddiderunt. Etiam in malis istis existens potentiam Dei cognouit, dicens, Tu es spes mea. Humana omnia cesserunt: maior auxiliij spes euauit, nec vsquam salus comparet. attamen licet apud homines deplorata sint ista, tibi tamen omnia sunt facilia.

*Portio mea.*) Hoc est, Sors mea, thesaurus meus. Terram vero viuientium, patriam suam dicit. Sæpenumero enim Babylonicam captiuitatem infernum, & mortem vocare solet. Aliter vero, Quoniam cum in terra aliena esset, nullum cultum pro consuetudine præstabat: hic vero quæ sanctimoniam sunt, adimplebat, Portio mea es, inquit, in terra viuientium. Semper me defendis, tibi quæ appropriasti, multa quæ mihi tecum facta est communicatio.

*Intende.*) Vides quomodo quod supra dixit, etiam hoc loco patrociniij gratia ponat, nempe quod humiliatus sit, ac peccatorum pœnas abundè dederit. Illud verò, Admodum, non accusationem habet eorum quæ fiebant: sed ferentis illa dolorem & imbecillitatem exprimit.

*Libera me.*) Ecce rursus aliam causam, iuistas videlicet calumniatorum insidias, & quod ipse admodum imbecillus esset.

*Educ de custodia.*) Illud hic, Ad hoc consistendum, idem est atque, Ad gratias agendum, libera me, inquit, à malis (Custodiam enim malorum ambitum, ac veluti murum dicit) vt gratias agam nomini tuo.

*Me expectant.*) Quod dicit tale est, Proderit hoc & iustus. Nam & illi gaudebunt ac lætabuntur, malis me liberatum videntes.

### Scholia in Psalmum CXLII.

Oratio.

**D**omine exaudi.) Est quidem oratio, quæ verbis fit deprecation: est verò oratio & promissio. Propterea & dicit, Ne alteres verbum in oratione tua, non vt deuo non oremus (iubemur enim permanere in oratione) sed ne differamus, si quid Deo promiserimus, alioqui alteratores petitionum reddemur. Orationem verò hic supplicationem ac deprecationem dicit.

*Auribus percipe.*) Hoc est, Annue petitioni, & in effectum eam perducito, veritate tua vtere, vt hanc firmes, & quæ petis adimpleas.

Iustitia immixta misericordia.

*Exaudi me.)* Quid facis homo? Infra dicit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, & si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit? & hic secundum iustitiam

exaudiri petis? Quid est igitur quod dicit? Iustitiam hic benignitatem Dei dicit. Et hoc multis locis videri potest. Et valde merito. Apud homines enim iustitia misericordia caret, apud Deum vero non ita: sed iustitiæ immixta est misericordia, atque ita immixta, vt ipsa iustitia benignitas vocetur.

*Non intres.)* Quid de vno & alitero dico? Non est homo super terram, qui coram te iudicatus iustificari queat.

*Qui persequutus est.)* Potest hoc etiam de diabolo per analogiam dici. Persequitur enim ille nos sine intermissione.

*Humiliauit in terra.)* Geminam calamitatem dicit, quod in obscuris se collocarit, sicut mortuos seculi, captiuitatem innuens. Quoniam enim fieri potest vt & in obscuris quid luce adhibita agatur, vt malorum obfursionem significaret, mortuorum mentione tragœdiam amplificauit.

*Et anxietatus est.)* Multam tribulationis obiectionem, per animi perturbationem eam exprimes, ostendit. Quid est autem quod dicit, In me? Non datur, inquit, vt ad alios angustiam meam transferam, & aliquid consolationis inueniam.

*Memor sui dierum antiquorum.)* Non est exigua consolatio, priora & præsentia scire. Est enim magna consolatio in præsentibus præteritorum memoria. Non autem simpliciter illorum memor fui: sed, Meditatus sum, inquit, & hoc operis mei loco feci. Reuoluendo apud se quæ antea contigerant, multum sibi ex illorum historia consolationis peperit.

*Expandi ad te.)* Non dicit, Extendi: sed, Expandi, vt multam cordis propensionem ostendat, quæ tantum non ipsum corpus quoque exilire compulerit. Siquidem memoria gestorum Dei ac benignitatis illius vniuersæ contemplatione veluti numine afflatus ad te rursus confugi.

*Anima mea.)* Et in calamitatibus, inquit, & in prosperitatibus, & in quolibet temporum discrimine parem diligentiam ostendo. Quem admodum enim terra siticulosa pluuiam desiderat, ita ego continuo apud te esse cupio. Hoc verò desiderium grauitas tribulationum intendit.

*Velociter exaudi me.)* Quid dicit? Medicum vrget vt se sanet? Nequaquam. Sed hic mos est animis tribulatis, quem admodum & ægroti medicos obsecrare solent, etiam vbi tempus hoc non exigit, vt velociter mali solutionem adferant. Quapropter & causam dicit, Defecit, inquit, spiritus meus. Nouit quidem illi omnia esse facilia, verum dilationem non sustinet.

*Non auertas.)* Et vnde est auersio Dei? Ipse hoc dicit, Num inualida est manus mea? Sed peccata vestra diuidunt inter me, & vos. Quando igitur mali quid facimus, auertitur. Persequamur itaque virtutem, ne in barathra malitiæ incidamus, vbi nos multa caligo occipet.

*Auditam fac mihi.)* Vide animum tribulatum ac perturbatum. Vult enim audire antequam experiat, vt spe erigatur & expectatione. Erigè itaque me, inquit, promissione tua. Et addit, Quia in te speraui. Nihil enim Deus ita requirit, atque vt perpetuo ad se suspicemus.

*Notam fac mihi Domine.)* Quod dicit, tale est, Conscientia ipsius malitia erat occupata, ideoque orat vt illa renouetur. Aut viam hic multa hominibus incognita dicit. Non enim simpliciter dixit, Notam fac mihi Domine viam: sed quid? Quoniam ad te, inquit, leuaui animam meam.

*Eripe me.)* Non dixit simpliciter, Doce me voluntatem tuam: sed, Doce me facere voluntatem tuam, ad opera illam educto. Opus enim est cælesti auxilio, vt in via virtutis ambulemus, non vt nos otiemur: sed vt nostra quoque conferamus. Vide autem quis sit hic prophete affectus. Inimicorum perditionem non petit, neque aliud quid rerum humanarum, nisi vnum hoc, vt eripiat ab inimicis, & voluntatem Dei perspicuè discat.

Spiritus



Terra recta.

*Spiritus tuus.*) Vide rursus quomodo per spiritum sanctum iter hoc perficere doceamur. Terram vero rectam, ad litteram quidem patriam suam: per anagogen vero, viam virtutis vocat.

*Propter.*) Vide rursus ad Deum confugientem, non sui ipsius fiducia tumultuantem.

*In equitate tua.*) Vide quomodo, vt iam antea dixi, multis locis iustitiam benignitatem Dei vocet. Quid enim supra dixit? Exaudi me in iustitia tua. Et iam iterum, In iustitia tua, inquit, educes de tribulatione animam meam: benignitatem Dei, iustitiam vocans.

*Et in misericordia tua.*) Non quod ego dignus sim, sed propter benignitatem tuam libera me ab his qui me impugnant, largireque vt à tribulatione respirem.

*Quoniam ego seruus.*) Vide rursus positam causam. Non enim simpliciter impetrari petita possunt, sed conandum est, vt nos vndeunque dignos exhibeamus. Non enim satis est simpliciter orationem adferre, nisi simul etiam quæ nos concernunt adiunxerimus.

Scholia in Psalmum CXLIII.

Deum docet ad prælium.

**B***enedictus Dominus.*) Quid dicit? bellane Deus, & prælia docet? Maxime. Non aberrauerit quisquam, si etiam in istis Deo victoriam adscripserit. Hoc enim est quod dicit, Qui docet manus meas ad prælium, hoc est, Qui facit vt vincam & hostes superem.

*Misericordia mea.*) Vide rursus benignitate Dei saluari petentem. Immo & aliud quid hoc loco significat. Ne ipsa quidem misericordia, inquit, dignus essem, nisi ipse annuisset. Ipse enim est misericordia mea, non ego illam in operibus habeo. Consimili modo & hæc adijcit, Adiutor & liberator meus.

*Qui subdis populum.*) Etenim ad hanc quoque rem superno opus est auxilio, vt subditi obediant, & nec seditio-nem moueant nec rebellent. Itaque non solum in hostibus, sed in domesticis opus est subiectione.

*Domine quid.*) Oportet ergo magnum eum esse, cui debeat innoscere Deus, imò magis qui Deum cupiat innoscere. Non hunc solum, sed & illum magnum esse decet, cui Deus innoscere velit. Quapropter Septuaginta optimè dixerunt, ostendentes quod non ipsi nos Deum inuenimus, sed ipse nobis inuentus sit. Propterea non dixit, Quid est homo qui te innoscere fecit: sed quid est homo, quod innotuisti ei.

*Homo vanitati.*) Quid est illud, Vanitati similis factus est? fragilis est, breuis momenti, & temporarius. De corpore hic disserit. Vanitatem vero vocat, nullius esse momenti, propterea quod humana nec durant nec firma sunt.

*Dies eius.*) Et quæ est hic verborum consequentia? Multa & admodum cum præcedentibus cohærens. Quoniam enim de humana naturæ vilitate disseruit, quam nihil illa rursus hic expressit, vt elatorum arrogantiam restringat.

*Tange montes.*) Neque ijs quæ dicit opus habet Deus, ad hoc montes fumigare faciat, imò ne nutu quidem, cum sola hoc voluntate præstare queat.

*Fulgura.*) Supplicia ita vocat, prolapsam per ea quæ nota sunt tremere ac timere faciens. Si enim fulgur quis, tamen non puniendi gratia demissum, ferre nequit: si potentiam suam ad puniendum exerere voluerit, quis sustinebit?

De manu.

*Emitte manum tuam.*) Non enim ad puniendum modo, sed & ad seruandum potentiam habet. Manum vero hic adiutorium & auxilium dicit. Quapropter non dixit, Ex-tende: sed, Emitte manum tuam. Si vero etiam hoc alibi dicitur, idem significat. Et aquas iterum, confusum hostium impetum vocat, Quoniam enim non de aquis illi sermo est, subiungit, De manu filiorum alienorum. filios autem alienos vocat, qui procul absunt à veritate. Proprius enim & germanus est, qui eundem patrem exprimit, & eiusdem est mensæ particeps: alienus vero est, qui procul est ab istis remorus.

Filij alieni.

*De manu filiorum alienorum.*) Quos autem hic alienos fi-

**A**lios dicit? Eos qui in malitia viuiebant, iniustitiam diligebant, & qui dextera ad auxiliandum data ad infidias & iniustitiam abutebantur.

*Deus canticum.*) Quoniam enim dixit, Emitte manum tuam de alto, pollicetur se auxilio illius retributum retributionem: quæ tamen Deo nihil amplius adferat, rependenti tamen commoder.

*In psalterio decachordo psallam.*) Hoc est, Agam tibi gratias. Tunc quidem organa erant, quibus canebant, nunc vero pro organo vtendum est corpore nostro, quando membris eius (vt decet) vsi fuerimus.

*Qui das salutem.*) Neque enim exercitus, neq; militum multitudo, sed auxilium Dei seruare solet.

**B***Qui redemisti David.*) Postquam communia dixit, iam & quod se concernit, auxilium commemorat. Et non dicit, Qui redempturus est: sed, Qui redemisti, vt irremissam ac perpetuam illius providentiam exprimat.

*Quorum filij.*) Rerum hic mundanarum prosperitatem describit. Et diuitias ponit, quæ primæ sunt: deinde liberos vegetos ac floridos. Ex vtraque natura firmitudinem induxit, & cum iuuenture hic & opulentiam ostendit, & coronas eorû & muliebrem ornatum describit, qui quidem ex multa rerum prosperitate prouenit.

*Promptuaria.*) Hoc est, Angustiantur promptuaria, ita vt opes capere nequeant.

**C***Oues eorum.*) Et hæc felicitas non est visa modica. Nam in his apud veteres erant diuitiæ, in armentis videlicet, ac gregibus, &c.

*Non est ruina.*) Hoc est, multam consequuta est custodiam etiam agricultura ipsorum, vici, sepes & vinea circumquaque plantata. Deinde dicit, Neque clamor, in plateis eorum. Hoc est, Pax illis est libertas & securitas. Nemo est qui insidietur, nemo est qui impugnet, imò qui turbet aut inquietet.

*Beatum dixerunt populum.*) Postquam omnem opulentiam descripsit, non putauit illos ob eam causam quod diuites sunt, dignos quos quisquam æmuletur: sed præteritis his omnibus ad verum thesaurum facilitatem extendit. Alij quidem, inquit, beatos ducunt talia habentes: ego vero populum illum beatum iudico, cuius Dominus Deus est.

Scholia in Psalmum CXLIII.

**E***xaltabo te.*) Diligenter hunc psalmum consideremus. Is enim est qui verba illa habet, quorum si qui meminert, continuo succinent eadem dicentes, Si namque tu dixeris rex meus, & non modo dixeris, sed eadem quoque dilectionem ostenderit, & ipse idem de te dicit, seruus meus & minister meus: id quod de Moyse dictum est.

*Et benedicam.*) Vides quomodo futuræ vitæ præmia significet: Benedictionem autem hic dicit non eam, quæ verbis tantum, sed quæ & rebus ipsis constat. Sic enim exaltatur Deus, sic magnificatur. Hoc potissimum est religiosæ mentis, vt secularibus negotijs liberata, hymnis vacet.

Benedictio.

*Et laudabo.*) Quoniam dixit, Benedicam & laudabo, ostendit Deum nulla re ex nobis indigere, sed perfectam esse illius essentiam, vt nullius egeat.

*Magnus Dominus.*) Quid est quod dicit, Laudabilis? Dignus qui laudetur ac prædicetur. Nec simpliciter dicit, Laudabilis: sed adiecit, Admodum.

*Et magnitudinis eius.*) Cum dictione infinitam Dei magnitudinem exprimere non posset, subiunxit, Et magnitudinis eius non est finis.

*Generatio & generatio.*) Quod solet propheta hoc & nunc facit, quando magnificentiam & gloriam Dei admiratur, ad demonstrationem illius quæ per opera est, descendit. Neque enim illa vno tantum tempore facta transijt, sed per omnia secula extenditur, vt quæcumque generatio officium eius videat, ipsumque glorificet.

*Magnificentiam.*) Tam per beneficia quam per supplicia. Non enim cessat Deus quouis modo, quæ nostræ sunt naturæ dispensare.

*Et magnitudinem tuam.*) Quoniam enim virtutis D. meminit, ostendit eam cum excellentia: non quod simpliciter & vulgaria tantum operata sit, sed quod omnia mirabiliter supra humanæ naturæ captum fecerit.

*Memorian abundantie.*) Ad vtrumque siquidem perfecta est ipsius potentia, cum ad benefaciendum tum ad puniendum. Et horum vnumquodq; habent omnia quæ connumerata sunt.

*Miserator.* Quemadmodum illa recensuimus, ita necesse est, & eorum commemorare contraria, conuersiones dierum, paradisos, prata, placiditatem noctis: & inter bruta, ceruos, lepores, & quæ ad escam sunt accommodata. Etiam in ipsis videre est operibus, non solum punientia, sed & benefacientia, quod multo maius est, etiam indignis ne illa inducat quæ non vult.

*Suauius Dominus.*) Non enim fieri potest vt saluemur, nisi multa illi sit benignitas. Non enim miseretur tantum peccatorum, sed & aliud benignitatis genus haud exiguum ostendit. Bonus est, inquit, Dominus vniuersis, & peccatoribus, & ijs qui in præuicatione viuunt: non his verò tantum, sed & brutis. Quin & si quis ad ipsos angelos & archangelos conscenderit, bonitatem illius videbit. Vnumquodq; siquidem operum eius multa illius benignitate fruitur.

*Constituteantur tibi.*) Hoc est, agant tibi gratias, offerant tibi hymnos, cum qui sermonis dono sunt honorati, tum voce carentia. Nam & multa ita sunt singula condita, vt benedictionem Deo offerre queant.

*Et sancti tui benedicant tibi.*) Sanctos hic vocat, qui præcepta Dei adimplent.

*Gloriam regni tui.*) Hoc est, sufficientiã nullius indigam; benignitatem, gubernationem, & quod tantam erga ipsos prouidentiam ostendit.

*Et potentiam tuam.*) Potentiam, inquit, inuictam & inexpugnabilem. Non quod laudibus istis egeas, sed propter eos qui te laudant, & vt alios quoq; instituant, laudisque tuæ consortes reddant.

*Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam.*) Non solum præsentium, sed & futurorum. Est enim immortalis.

*Et gloriam.*) Vide & hic illius immortalitatem. Vbi que terrarum & per omnia tempora extenditur.

*Fidelis Dominus.*) Postquam regni Dei perennitatem dixit, etiam verborum eius soliditatem dicit. Quod enim dicit, Fidelis Dominus: idem est ac si dicat, Omnino futura sunt, quæ ab illo sunt dicta. Illud vero Sanctus, idem est atque irreprehensibilis ac rectus, nemini profus aliquid de quo queratur operibus suis adferens.

*Alleuat Dominus.*) Hic rursus de benignitate Dei dissertit, quæ & ipsa maxima est regni eius gloria: quod non solum stantes, sed & casuros conseruat ne prolabantur, & iacentes erigit: & quod mirabile est, non vnum aut alterum, sed vniuersos.

*Et tu das escam illorum in tempore opportuno.*) Non enim pluuia, inquit, neque terra neque aer: sed præceptum Dei fructus maturare ac crescere facit. Quid est autem quod dicit, Tempore opportuno: Quoniam temporibus omnia sunt discreta, & hoc potissimum sapientiam illius declarat. Verum singulis annis alimoniam distribuit, vt agricolam quoque recreet.

*Aperis tu manum tuam.*) Manum operationem & virtutem necessaria suppeditandi dicit, vt instruat nos non elementis frugum esse copiam, sed ex diuinæ benevolentia, placiditatis ac voluntatis prouidentia. Non enim simpliciter cibum, sed vnicuique commodum & vtilem largitur: nec largitur modo, sed ita cumulat, vt nulla sit penuria.

*Iustus Dominus in omnibus viis suis.*) Vias hic Dei, dispensationes prouidentiam & gubernationem dicit. Sanctam vero hic, veracem: nec quicquam exhibentem, quod reprehendi possit, vocat.

*Prope est Dominus.*) Postquam communia & quæ omnibus incredulis etiam ad cibum dantur dixit, & ea commemorat quæ fidelibus separatim exhibentur, nempe

quod prope illos sit Dominus: hoc est, quod adiuet, gubernet ac procuret, eo quod curam habeat eorum: quod in ulro est amplius quam quæ impijs largitur.

*Voluntatem timentium.*) Quoniam enim Paulus satanam, hoc est, tentationes auferri a se volebat: verum Deus hoc non fecit. Quoniam enim sciebat se non vtilia perijisse, rursus hoc voluit. Vnde & dixit, Placeo mihi in infirmitatibus meis, in tribulationibus. Sciens enim hoc Deo placere, & ipse idem volebat. Non enim est alia voluntas timentibus Deum. Si vero quid aliud tanquam homines aliquando volunt, tandem hoc corrigunt.

*Custodit Dominus.*) Et hæc est haud modica diuinæ prouidentia portio, quod eos quibus prouidet, munitos reddit. Peccatores vero eos dicit, qui incurabiliter languent, nec saluari volunt. Si vero quosdam diligentium se puniri sinit, est hoc animas eorum custodientis, illustrioresque reddentis, etiam si corpus intereat.

*Laudationem Domini.*) Non solum quibus beneficit, sed & qui puniuntur (est enim hoc prouidentia Dei) nec homines modo, sed & reliqua elementa Deum laudare debent. Sunt enim omnia bonitate eius referta.

### Scholium in Psalmum CXLV.

*Lauda anima.* Vbi desijt, illinc & denuò orditur, à laude videlicet ac celebratione Dei. Non enim parum hoc facit ad reparandam animam. Laudem vero dicit, quod crebro monuit, eam quæ ex operibus est. Sicut præcedenti psalmi dixit, Per singulos dies benedicam tibi: ita & hic, Donec, inquit, fuero.

*Nolite considerare.*) Docet hic vt relictis omnibus ad Deum confugiamus. Quid est autem quod dicit, Quibus non est salus? Hoc est, Ne suæ quidem ipsorum saluti præesse possunt.

*Exibat spiritus eius.*) Etiam si, inquit, omnia tibi secundum animi tui sententiam successerint, etiam si gratus illi fueris, etiam si in medijs promissionibus illius vitam finias, destituet te in varijs spebus, eo quod vita illius diuturna non est: sed ita effunditur ac perit, cum ne dominus quidem illius maneat. Reuertetur enim, inquit, in terram suam vnde sumptus est. Et nunc non solum in effectum non venient quæ præceperat, sed & promissio eius irrita abibit. Hoc enim est quod dicit, In die illa peribunt omnes cogitationes eius.

*Beatus cuius.*) Quando felicitatem dicit, omnia bona dicit. Et securitatem spei huius ostendit, & beatum eum iam dicit, qui talis est, & simul adiutoris Dei virtutem significat.

*Qui fecit calum.*) Si opera illius diuturna sunt, quanto magis ipse diuturnus est ac potens? Quid autem est quod potens est ac diuturnus, cum seruare nolit? Multi siquidem insipientium ista obijciunt. Sed vide quomodo & hanc suspicionem auferat.

*Qui custodit.*) Hoc, inquit, opus eius est, vt non negligat iniuria pressos, vt non despiciat calumnijs affectos, vt manum porrigat insidijs obnoxijs, idque sine intermissione. Quapropter & dicit, In seculum.

*Dominus soluit.*) Vides quomodo omnia illius declaret, prouidentiam, gubernationem, & quod hoc opus eius sit, vt varias calamitates soluat. Verum ista & homines ex parte possunt: Verum cæcos illuminare & prolapsos erigere, ipsius solius est potentia. Quoniam enim dixit, quod multos diligit, ostendit quod multis solius calamitatis gratia succurreret. Quos enim nutrit, propterea quod esuriunt nutrit, quod non est alienius virtutis: & compeditos soluit, quæ res sane calamitose sunt. Si vero in calamitatibus constitutos tanti facit, multo maioris eos facit, qui virtuti student.

*Regnabit Dominus.*) Itaque si perpetuò regnat, non est haudandum, sed etiam si non det temporariam retributionem, ad maiora tamen illam custodit.

Sancti qui  
hic fini.

Manum aper-  
tione.

Sanctus quis.

Peccatores  
qui.

B

C

D

E

F

## Scholia in Psalmum CXLVI.

**L**audate Dominum.) Supra dixit, Laudate, quoniam Deus ipse laudabilis est admodum: hic verò dicit, quod & laus ipsa sit bona, & psalmus innumera bona conciliet. Animum enim terræ adimit, & animam sublimem reddit.

*Domino nostro.*) Fiat illi, inquit, acceptabilis. Itaque non est satis psallere, ad hoc ut laus Deo placeat: sed opus est, ut per vitæ quoque mundiciem illi placeamus. Videtur autem mihi hic psalmus de reditu à Babylone loqui.

*Aedificans.*) Licet enim Cyrus eos dimiserit, non tamen voluntate illius, sed auxilio Dei totum hoc est factum. Dispersiones verò, repulso ac dispersos intelligit.

*Qui sanat.*) Quoniam nullam habebant vitæ rectæ actæ fiduciam, iterum calamitatem ac consuetudinem Dei prætexit. Etiam si indigni fumus, inquit, quoniam tamen opus ipsius sumus, facturam suam non derelinquet, nec consuetudinem suam deseret.

*Qui numerat.*) Quoniam de multitudine dispersa, & necdum apparere loquitur, rectè hypodigma hoc in medium adducit: nempe, quod & dispersos congregare queat, qui infinitam astrorum multitudinem nouit. Et nos igitur quibus pollicitus est, quod in morem astrorum multiplicandi sumus, accuratè congregabit.

*Et omnibus eis.*) Arbitror hoc de Israëlitis esse dictum, quod & Esaias alicubi dixit: Omnes eos, inquit, nominatim vocabit: id est, Nemo illorum desiderabitur, sed perinde atque ij solent, qui nominatim aliquos vocant, ita & ipse diligenter omnes congregabit.

*Magnus Dominus noster.*) Deinde quoniam rem maximam dixit, nempe quòd tot myriades vbique terrarum dispersas congregaturus esset Deus, de potentia eius differit, ut Iudæos vehementer turbatos ad fidem huius rei inducat.

*Et intelligentia eius.*) Ne queras igitur quomodo sit ista facturus. Magnificentia quidem eius non est finis, & intelligentia & iudicia eius abyssus multa. Etenim ne insipientium aliqui dicant, Quid nobis hoc conducit, quod altra exactè nouit: de prouidentia quoque illius erga homines loquitur. Et non dicit, Adiuuans mansuetos, sed suscipiens: hoc est, Sicut pater tenere amans, colligens ac possidens.

*Humilians.*) Vides iterum ad vtrumque absolutam illius potentiam, cum ad exaltandum humiles, tum ad humiliandum multa cum hyperbola in arrogantiam elatos.

*Præcise Domino.*) Hoc est. Gratias agam multa etiam diligentia. Etenim ne quis insensatorum illorum dicat, Quid ad me caelestia illa? festinim gratiam humanam subiicit. Ob hoc enim cælum nubibus operit, ut tibi pluuiam pareat. Et vide sapientiam, vniuersalia dicit, quæ omnibus largitur, ut ora illorum obstruat. Si enim erga incredulos tanta liberalitate vitur, ut & nubes creat, & pluuiam moueat: multo magis erga eos, qui populus ipsius peculiaris vocantur.

*Et parat terra.*) Vide iterum abundantiam prouidentia eius, quando non solum in conuallibus, sed & in montibus largam alimoniam, & pabulum iumentorum exhibet. Vnde & subiicit.

*Qui dat iumentis escam ipsorum.*) Rursus munificentia, quando non solum hominibus subservientibus & iumentis escam præbet: sed & reliquis brutis & pullis cœtorum inuocantibus ipsam. Si verò erga agrestia bruta & hominibus nihil seruientia tanta est eius prouidentia, multo magis erga homines, quos populum suum peculiarem ac portionem suam vocauit.

## Scholia in Psalmum CXLVII.

**L**auda Ierusalem.) Non ad urbem, sed ad habitatores illius sermonem dirigit: & quod per totum hunc li-

**A**brum hortatur, id etiam hic consulit, ut sine intermissione pro beneficiis Deo gratias referamus, & neque adificiis neque murorum securitate, sed prouidentia illius nitamur.

*Quoniam confortauit.* Quoniam securum te & iniunctum reddidit. Deinde & aliud beneficii genus addit. Benedixit, inquit, filios in te. Hoc est, In multitudinem crescere fecit. Et illud, In te, aliud quoque beneficium habet, quasi dicat, Non dispersos, sed congregatos & in te existentes: neque oberranter, crescere fecit.

*Qui posuit fines.*) Potest enim fieri, ut multi quidam & in securitate sint & impugnentur tamen: verum hic etiam istis eos infidiis, nec urbem solum, sed & solitudines liberauit. Quod verò impugnari eos aliquando contigit, non illius hoc, sed illorum peruersitatis opus erat.

*Et adipe.*) Non dicit, Et frumento: sed, Et adipe frumenti, ut multam felicitatem & ybertatem ostendat. Adeps enim frumenti, pinguedo est fructus. Talia quippe sunt dona Dei, ybera & vtilia. Nec simpliciter dicit Dabit: sed, Cum largitate. Id est quod dicit, Satiat te.

*Qui emittit eloquium.*) Quoniam enim dixit: Lauda Ierusalem Dominum, ne quis insipientium tantum Israelitarum Deum curam habere putet, ostendit prouidentiam eius toti orbi communem esse, & ad omnia extendi. Quod verò dicit, tale est: Non solum nostri, inquit, curam gerit, sed & totius orbis. Sermonem verò eius mandatum, & prouidentia eius operationem dicit. Deinde ut facultatem eius exprimat, non verbi sed cursus appellatione illam exprimit, Nec illo contentus est, sed & velocitatem illius adiicit: ut quicquid ille præcipiat: multa statim cum velocitate fieri ostendat.

*Qui dat niuem.*) Inexpugnabilem hic & infinitam Dei potentiam exprimit, quod & nondum existentes essentia producit, & existentes mutat, & cuiusque rei vult adaptat. Licet enim immotis naturæ finibus ligentur, hi tamen quando ei placet soluntur. Et aliquando ipsas essentias immutat, aliquando manentes ad aliam operationem transfert. Quod autem ista singulis annis, & in nostro conspectu fiunt, ne ob eam causam admirationem remittat. Cogita siquidem, quanta sit virtutis, iam niuem apparere: iam aqua, inq; tam breui momento tantas fieri mutationes. Ne verò insensatorum quisquam omnia hæc naturæ tribuat, subiungit: Emitter verbum suum, & liquefaciet ea: Hoc est, Mandatum eius hoc facit, non natura vectorum. Fidem autè facit his verbis Iudæis, quod quemadmodum ista pro placito suo conuertit, ita illi facilitum est: ut & vos ad priorem felicitatem reducat.

*Qui annunciant.*) Sermonem hic ad sublimiora transfert, de legis positione differens, quod beneficii genus maximum est. Abducit enim à malitia, & veluti manu ducit ad cælum, mentesque illuminat.

*Non facit taliter.*) Legem enim nulli alij genti dedit. Naturalem quidem legem, in corde habebant omnes, Iudæis verò hoc peculiare dedit, ut ipsis per literas etiam legitima manifestarentur. Propterea & ipse propheta non dicit, Quod non fecerit cuius nationi: sed quod sic non fecerit. Tabulas reliquis non dedit, nec literas, nec Mosen legislatorem: sed his omnibus Iudæi potiti sunt, lege, diuinis tabulis, & aliis consimilibus.

## Scholia in Psalmum CXLVIII.

**L**audate Dominum.) Solent sancti, quando gratiarum actionem instituunt, multos assumere D. laudis consortes. Deinde & aliud quiddam molitur. Quodnam illud? Ne insipientium quisquam duos esse rerum opifices putet. Quoniam enim creatura diuersa sunt, alia spiritualis, alia corporalis: ne quis secundum operum diuersitatem, diuersos etiam opifices esse cogit, de omnibus creaturis Deo melodiam offert, hortaturque ut ille tam à superna quam ab inferna creatura laudetur. Est hoc autem animi vehementer accensi, vniuersos ad laudandum Deum excitare cupientis.

*Laudate eum sol.*) Quare ubi pauca de cœlestibus virtutibus dixit, ad visibilia sermonem transfert, illisque immoratur? Quia illa manifestiora sunt audientibus, utpote visibilia, & ante ipsos oculos confitura. Quod verò hic cœlos cœlorum dicit, non ostendit multitudinem. Cœlum quippe Hebræa voce cœlos Scriptura vocat. Rogauerit autem quispiam, quomodo hæc cum vocem non habeant Deum laudent. Duos scimus glorificandi modos: vnus verbis fit, alter aspectu, tertius adhuc vitæ operibus. Homines enim Deus non solum loquentes, sed & tacentes audit. Quando igitur creaturas Deum laudantes inducit, hoc dicit, quòd quæcunque facta sunt, factoris sapientia multa cum admiratione sunt referta.

*Dno glorificandis modi.*

*Quoniam ipse dixit.*) Duo hic, imò tria, quin si quis exactius inquisierit, quatuor ponit. Quòd fecerit, quòd facillimè fecerit, quòd facta conseruet. Quod enim dicit, Ipse dixit: facillimè eum fecisse significat. Quod verò facta conseruet, indicat cum dicit, Statuit ea in sæculum & in sæculum sæculi, præceptum posuit, & non præteribit. Vide iterum & hoc loco potestatem Dei.

*Laudate Dominum de terra.*) Quare sermonem transmittit? Ut ex abundantia prouidentiam Dei ostendat. Si namque quæ videntur inutilia tam sunt bona, ut & hymnios Deo adferant, cogita qualia sint reliqua. Recenseamus igitur singula dictorum: dracones, cete grandia dicit, sicut & alio Psalmo, Draco iste quem formasti. Quando igitur tantæ bestię magnitudinem vides, quomodo conditorem illius non admiraris? Quid verò si abyssi profunditatem consideres? At digna quidem sunt hæc quæ admiremur: quod verò de bestia hæc, idem & de aquis cogitandum est. Siquidem vtraque immotis vinculis ligantur, nec vltra fines suos mouentur.

*Ignis, grando, nix, glacies, &c.*) Præcedenti quidem psalmo hoc admiratus est, quòd nix breui temporis momento in terram descendit: hic verò, quòd & non existentia facta sunt, & quòd facta manent, ministrorumque ordinem implent: & quamquam irrationalia sint, præceptum tamen Dei multa cum obedientia in opus deducunt.

*Montes & omnes colles.*) Frugifera quidem vltro vtilitatem suam declarant, & camporum planities, & mansuetæ animantia, & repentia. Montes vero, & infrugifera arbores, quam habent, inquit, vtilitatem? Multam sanè, & vitæ nostræ plurimum conducunt. Sunt enim montes, colles & arbores infrugifera admodum ad struendas vtilis: ita ut nisi istis potiremur, nihil impediret quo minus genus nostrum interiret. Dracones vero & leones, & serpentes, quid vtilitatis vitæ nostræ conferunt? Reuera plurimum, & indicendis modis profunt. Nam priora quidem corporum necessitati conducunt: ista vero & timorem tibi, & modestiam incutiunt, strenuumque ac sedulum reddunt, deque progenitoris peccato admonent. Tales enim antea non erant hæc bestię, sed demum post præcepti transgressionem tales sunt factæ.

*Reges terræ.*) Etiam si rex sis, etiam si princeps, gratias age benigno Deo, quoniam tantæ curæ subsidium accepisti: etiam si subditus sis, iterum gratias age benigno Deo, quod habes qui tui curam gerat: etiam si ad senectam veneris, etiam si iuuenis sis, gratias age Deo.

*Laudate nomen Domini.*) Quod dicit, tale est, Ostendimus prouidentiam & gloriam eius in omnibus visibilibus. Laudandus autem est non solum horum gratia, sed etiam sine istis. Nam & antequam ista essent, & præter ista, sublimitas illi & beneficentia adfuit. Rectè autem dixit: Quia exaltatum est nomen eius solius: ad discriminandum eum ab illis qui non sunt dii. Auditorem itaque non iterum ad cœlestia ducit dicens: Confessio eius super terram. Cœlestes enim virtutes à laude eius non cessant: non quod ministerio illorum egeat, sed ut bonitatem suam ostendat, sibi ipse eos appropriauit. Etenim

ne denuo negligentes eos reddat, & ne hoc solo confisi virtutem animi abijciant, cum dicit: Hymnus omnibus: non simpliciter hoc dicit, sed addit, Sanctis eius: & postquam dixit, Filiis Israel, adiecit: Populo appropinquanti illi. Quod autem dicit, tale est, Si sancti fueritis, si Deo appropinquaueritis, multam gloriam consequemini.

### Scholia in Psalmum CXLIX.

*Cantate Domino.*) Secundum anagogen, quæ noui sunt Testamenti dicit. In hoc enim omnia noua facta sunt; secundum historiam vero canticum nouum dictum est, quod de victoriis, de insigniter gestis, & felicitate recepta cantatum erant.

*Laus eius.*) Vides quomodo ante verba eam gratiarum actionem requirat, quæ est ex vitæ operibus. Non enim satis est verbis tantum gratias agere, nisi & virtus operis accedat.

*Letetur Israel.*) Gratias age Deo, quod te non existentem produxit, & animam inspirauit. Aliter vero, non simpliciter de opificio loquitur, sed & de appropriatione. Non enim tantum, tanquam ei qui hominem fecit: sed & tanquam ei qui illos populum suum fecit, agendæ sunt gratia.

*Et filie Sion.*) Hoc ipsum quod dixi innuitur: proprietates videlicet, quod peculiaris illi populus facti sunt. Non enim propter solum opificium rex illius erat, sed & ob id quod eos sibi appropriauerat.

*Laudent nomen eius.*) Vide iterum illustrari symphoniam. Ob id enim sunt chori, ut communiter omnes laudes Deo canant.

*In tympano.*) Quidam & hunc sermonem de organis analogie sumunt, tympanum carnis mortificationem, & plalterium cœlorum contemplationem significare dicentes. Superne siquidem illud pulsatur, non inferne sicut cithara. Ego vero dixerim, quod olim his instrumentis Deo cecinerunt.

*Quia beneplacitum est Domino.*) Iterum & quæ Dei, & quæ hominum sunt dicit. Exaltationes siquidem Dei, mansuetudo vero hominum est. Non enim fit à Deo, nisi homines sequantur. Nec simpliciter dicit, Seruabit: sed Exaltabit in salute.

*Exultabunt.*) Sicut illic mansuetos, ita hic rursus sanctos requirit. Nam omnia Deus cum admiratione sui ipsius ostendit.

*Letabuntur in cubilibus suis.*) Multum securitatis & multum recreationis ostendit. Hæc autem ideo dicit, ut sciant totum hoc non armis ipsorum, sed auxilio Dei esse factum, & quod hoc conciliandum sit per animi modestiam.

*Exultationes Dei in gutture eorum.*) Bellum hic cum tripudio superandum esse ostendit, quod videlicet canentes & laudantes hostium sunt victores euasuri. Exultationes enim hic, hymnodias & psalmodias dicit.

*Ad faciendam vindictam.*) Quid est quod dicit, Increpationes in populis? Ad redarguendum, inquit, eos quod perpetuo probis ipsos affecerant: & re ipsa ostendendum, quod non infirmitas Dei, sed ipsorum peccata hoc illis dederint, ut ipsorum dominarentur.

*Ad alligandos reges eorum in compedibus.*) Vide excellentiam victoriæ. Non enim pepulerunt & abegerunt hostes, sed & vincitis regibus eorum potentiam Dei omnibus demonstrantes, redierunt.

*Ut faciant in eis iudicium.*) Talis itaque est hæc victoria & iudicium Dei super hostibus, ut omnibus ita manifestè liqueat, ut quod conscriptum sit, nec vnquam deleri queat.

*Gloria hæc omnibus sanctis eius.*) Quæ? Non quod vicerunt, sed quod ita auxilio Dei vicerunt. Mihi vero videtur non victoriam modo, sed & melodiam & hymnos dicere, quod Deum videlicet laudantes, magnam sibi ipsi gloriam conciliauerint.

*Scholia in Psalmum CL.*

**L**audate Dominum. ) Aut de populo hic loquitur, aut de vita sancta ac viris sanctis. Mihi autem videtur ob id dicere, In sanctis eius, quod talem conuersationem vitæ induxit, & ex hominibus angelos reddidit.

*Laudate eum in firmamento.* ) Hoc enim diligentius Deo quam illud agitur. Cælum enim propter homines, non homo propter cælum est. Aliter : Qui in firmamento cæli sunt angeli, Laudate eum, &c.

*Laudate eum in virtutibus eius.* ) Quid est quod dicit, Lau-

**A** date eum propter potentiam eius, propter virtutem, & mirabilia quæ ostendit.

*Laudate eum secundum multitudinem magnitudo.* ) Non hoc dicit, quod ita laudare possit, vt magnitudini eius correspondeat: sed quantum fieri potest, laudem eius extendite.

*Laudate eum in sono tubæ.* ) Omnia organa recenset, & per omnia melodiam Deo offerre hortatur. Sed quemadmodum Iudæi omnis generis organis, Ita nos omnibus membris nostris Deum laudare iubemur. Et quoniam omnem creaturam, & omnia organa quibus hymni dicebantur, ad hymnodiam excitauit: iam ad omnem naturam & quamcunque ætatem conuertitur, & ad hymnodiam eos & doxologiam commouet.

F I N I S.



IN THE SENATE OF THE MASSACHUSETTS  
JANUARY 18 1850

REPORT OF THE  
COMMISSIONERS OF THE LANDS

IN ANSWER TO A RESOLUTION PASSED BY THE SENATE  
MAY 18 1849

ALBANY: PUBLISHED BY G. B. BROWN, STATE PRINTER.  
1850.





NOTÆ

IN

S. BASILLII

OPERA

PP. FRONTONIS DVCAEI

BVRDIGALENSIS

ET

ANDR. SCHOTTI

ANTVERPIANI

DE SOCIETATE

IESV.

In Homiliam VII. in Hexaëmeron, quæ de reptilibus est.



T fi qua aquatilium.] καὶ ὑπόποδα δὲ καὶ ποσὶ πικὰ ὑπάρχει πῖνα τῶν ἐνύδρων. Ad verbum hæc Græca sonant. Et si autem quædam ex aquatilibus pedum fulturis nituntur, & incedunt: maximè quidem horum pleraque sunt amphibia, vt phocæ, crocodili, hippopotami, ranæ & cancri: attamen prærogatiua nominis gaudet, quod suapte natura natatilis est. Hoc nimirum vult Basilius, reptilia dici quæcumque viuunt in aquis; licet ex iis quædam pedes habeant: quia natatilia, quæ numerosiora sunt, repunt tantum, non incedunt. Ambrosius lib. v. cap. i. Hexaëm. Quin etiam cum pleraque pedes habeant, & ambulandi vsûm, eo quòd sunt amphibia, quæ vel in aquis, vel in terris viuunt, &c.

Sunt & gregalia solitaria, vt cete.] Non dicit gregalia solitaria esse, nec in exemplum solitariorum cete adducit, imo tria hæc diuersa genera piscium statuit, τὰ ἀγελῶνα, τὰ ποροσθινὰ, τὰ κήτη καὶ ὑπὲρ ὄγκου, τὰ λεπτότατα τῶν ἰχθύων. gregalia, dispersa, cete, balenæ molis immensæ, & minutissimi pisces. ἀγελῶνα, καὶ ποροσθινὰ, Cicero vertit, congregata, & soliuaga. Tusc. 5. Theod. Gaza gregalia & inciuilia; nam & Aristoteles docet i. de Histor. Animal. cap. i. ex gregalibus quemadmodum & ex solitariis,

quædam esse πολιτικὰ ciuilia, quædam ποροσθινὰ. Paulo post tollendum est illud, porrò, ne due res diuersæ esse videantur, pulmo, & viscus rarum, hoc modo: In nobis enim est pulmo, viscus rarum, meatibus quæ multis patens, quod per distentionem pectoris aërem recipiens. Ambros. lib. v. Hexaëm. cap. 4. Nobis pulmo per thoracis laxiora penetrabilia recipit spiritum: & cum sit ipse poris plerisque penetrabilis, interiorum calorem refrigerat.

Ostracoderma ὀστρακόδερμα.] Cornarius vertit, intecta tecta. ad verbum esset, ea quibus testa loco cutis est. Plinius lib. ix. cap. 28. testis conclusa duris appellat. Malacostraca vero μαλακόστρακα idem ibidem contacta crustis tenuibus: & lib. xi. cap. 37. crusta fragili inclusa. Mollia denique Græcis sunt μαλάκια. Plinio item, mollia, quæ neque squamas habent, neque testas, sed pellem humane similem, ait Galen. lib. 3. De aliment. facult.

Effugito despiciendorum.] τὰς μιμίσεις τῶν κατηρωσμένων imitationes condemnatorum, siue damnandorum hominum, vt Gal. 2. II. ὅτι κατηρωσθῆναι ἔλω, quia reprehensibilis erat. Sic apud Cicer. in Pison. Quis te miserius quis te damnator?

Paupertas cum veraci.] τοῖς σωφρονοῦσι περιουσία. Paupertas cum vera sufficientia omni voluptati à modestis anteponeatur. Ambrosius hæc alludere videtur lib. v. cap. 8. Beata est si bona sua

ſua nouerit qua ueritate paupertas, & omnibus præferenda theſauris.

Terminos quos poſuerunt. ] *Locus eſt Prouerb. 22. 28. μή μεταίρει ἔργα αἰώνια, ἀ ἔθεντο οἱ πατέρες σου.* Ne transfer terminos æternos, quos poſuerunt patres tui. *Hic ergo ſcribe*, quod ipſi terminos æternos transferimus, quos poſuerunt patres noſtri. *Quod uero ſequitur*, terram limitari ſeſtione diducimus, *Cornarius uertit*, ampliamus terram, *ex Baſilienſi fortatte poſteriori editione Græca pag. 32. in qua legitur* ὡς πενιωμεθα γῆν, *quaſi eſſet* ὡς πενιωμεθα γῆν, *ideoque uertit*, Terram ſecamus. *Ita legiſſe uidetur Ambroſius lib. v. Hexaem. cap. 10.* At nobis longè alia ſententia: transferre terminos perpetuos, quos poſuerunt patres noſtri, agrum ad agrum iungere, domum ad domum. *Rurfus pro ſingulorum libidine inciditur terra. Alter locus eſt* Eſa. 5. 8.

Nam cum deſtinatus. ] *uocem κινήσεως, neſcio cur interpretatus non ſit Tilmannus. Cornar. Quum enim deſtinatum tempus motus inſtiterit.* ὁ πεταγμένος καιρός τῆς κινήσεως. *ut paulo poſt, ἕως ὁ κινῶν.* Quis eſt qui mouet?

Perinde uti flumen. ] ὡς πῦρ τι ρεύμα, ſicut vndarum quendam impetum. *Ambroſius uocem Græcam retinuit:* Dicaſ, ſi aſcendere uideas, rheuma quoddam eſſe, ita prouult fluctulque interſeant per Propontidem in Euxinum pontum uolento impetu profluentes. *Ita quoque apud Baſilium hic ſcribendum, & per Propontidem in Euxinum, ἄλλο τὸ περὶ ποντοῦ. Πρὶ τὸν εὐξείνου ῥέοντα.*

Hac de cauſa pontum. ] *Intellige pontum Euxinum, qui Propontidi eſt ad Aquilonem: propterea & Aquilonium βορῆων πύλας, mare Boreale appellatur deinceps.*

Quod quidem maleficij. ] *Hæc male interpuncta ſunt ab interprete; idcirco latet auctoris genuina ſententia.* δὲ γὰρ δὲ κακουργίας δὲ γὰρ μηδεὶς ἀγνοίαν προφασίζεσθαι. *Quid ipſe dixeris quaſo, qui uitam in otio degis? O T I V M autem mala faciendi principium eſt. Nemo ignorantiam prætexat: ratio profecto naturalis nobis inſita eſt, quæ proſequenda conciliandæ uel eſſe honeſta, fugienda noxia ſubindicat. Similis locus eſt Eccleſiaſtici 33. 29. Multam malitiam docuit otioſitas.*

Quid hæc mea ratio. ] ἢ βέλτερά μοι ὁ λόγος; *Quid ſibi uult hic ſermo? ſiue aſper eſt cuiuſpiam coniux. Sic Ambroſ. lib. v. c. 7. Quid ſibi uult ſermo huiuſmodi, niſi ferendos eſſe mores coniugum?*

Vnde vellus aureum. ] τὸ χρυσοῦ ἔργον. *auream lanam. Ambroſius tamen vellus aureum etiam appellauit hanc lanam lib. v. c. 11. Aureum etiam vellus aqua nutrit, & lanam in memorati ſpeciem metalli gignunt littora. Ariſtoteles lib. v. cap. 15. de hiſtoria animal. αἱ δὲ πίνναι ὄρθαι φύοντι ἐκ τῶν βύσσων ἐν τοῖς ἀμμάδεσι καὶ βορβορώδεσι.* *Pinnæ erectæ locis arenoliſ, cænoliſque, ex byſſo, id eſt, villo ſiue lana illa pinnali proueniunt. Ipſe Baſilius Homil. 1. v. quæ eſt in diuites auaros, de hac pinnarum lana loquitur eſt; tameſi locus ab interprete deprauatus eſt, & ex mari conchylia, &c. Græce legitimus, τὰ δὲ ἐκ θαλάττης ἀνθη, ἢ κοχλῶν, ἢ πίνναι ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν περὶ βῶτων ἔργον.* *Flores uero ex mari, conchylium*

pinnam, pluſquam ex oue lanam habere contendunt. *Quam Baſilius lanam auream, Ariſtoteles ratione flauæ coloris byſſum appellauit, ut notat uir doctus in Athenæi lib. v. Animaduers.*

In Hom. V III. in Hexaem.

Pulchra decoraque laude. ] *Prouerbiorum 6. apud LXX. poſt verſum illum 6. Vade ad formicam, ὁ piger, additur in Græco: ἢ πορῶθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτης ἐſτι.* *Aut uade ad apem, & diſce quomodo operaria eſt. Ita uertit & Ambroſius lib. 6. cap. 21. in Hexaem. [ & in epiſt. 4. ad Ruſticum Hieronymus, & Enarratione in 3. cap. Ezechielis. ]*

Per occultos cuniculos. ] *T. Linius quidem lib. v. Annal. ſcribit Gallos animaduerso ad Carmentis faxum aſcenſu æquo ſubleuantes inuicem, in ſummum euafiſſe. & Plutarchus in Camillo, πρὶ μέσσης νυκτός Ἰππιβάντες αἶμα πολλοὶ τῆς πέτρας ἐχώρου ἀναμῆσι σιωπῆς. Seruius tamen in 8. Aeneid. & in illud:*

*Galli per dumos aderant arcemque triumphant, hæc annotat: Gallos alij per dumeta & faxa aſpera; alij per cuniculos dicunt conatos eſſe aſcendere.*

Quam ipſi ſit à Deo conſeſſum. ] *Illustrat hæc interpretatione ſua & exemplo, Ambroſius lib. v. Hexaem. c. 23. Etenim ſicut in Exodo legitimus, ea quoque cæleſtis vltionem offenſionis exequitur, pice miniſtra uindictæ. Hanc quoque auis deuorat Seleucis. Galenus eam uocat ὄρνειον σὺν πεπλον καὶ ἀνέρετον ἢ πιννοῦργον. & lib. 6. c. 3. De locis affectis. Auiculæ quaſ noſtrates in Aſia Seleucidas uocant, iugiter locuſtas edunt, eaſque celeriter excernunt. Geſnerus lib. 3. de auibus addit ex Ant. Galat. de Iapygia ſitu, de harum auium genere uideri auem marinam, qua in Apulia Gaina uulgo dicitur, qua bruchos iſ locis nimium abundantes deuorat, & ouis eorum ſatibusque uoſcitur. Meras annotare libuit, ne cum recentioribus quibuſdam meras fabulas eſſe putemus, qua de Seleucide ueteres prodiderunt, ut ait quidam Ornithologia lib. x. c. 5. Zoſimus Comes Σελευκιάδας appellat aues iſtas lib. 1. Hiſtor. pag. 659. edit. Vvechel. Seleuciæ, quod eſt oppidum Ciliciæ, templum Apollinis, quem Sarpedonium uocant, & in templo erat oraculum. De hoc quidem Deo qua perhibentur, & quod omnibus à locuſtarum lue vexatis Seleuciadas dare ſolitus fuerit (ex ſunt aues, qua in locis propter fanum hoc ſitis degunt) & cum petentibus eaſ dimittere: qua circum locuſtas una uolitantes & roſtris eaſ capientes infinitam earum multitudinem ſtatim abſumebant. Vide & Plinium lib. x. cap. 27. Porro hic legendum, naturam fortita, non fortitus: ſic enim ſcripſerat Volaterranus hoc participium iungens cum uoce, graculus, quam in locum Seleucidis ſubſtituerat.*

Et retorquetis ueſtram operationem. ] *Græca ſonant: Quum igitur uos, ὁ mulieres, fedetis horum opera retexentes, fila nimirum qua ad uos Seres tranſmittunt, ad præmolles iſtas ueſtes concinnandas: Ambroſ. lib. v. cap. 23. Ex huius filis mollia illa Seres depectunt uellera, qua ad uſus ſibi proprios diuites uindictarunt. Alludit ad illud Virgilij 2. Georg.*

*Velleraque ut folijs depectant tenuia Seres.*



Ita ut etiam apud illos India populos non ex foliis nasci fila serica, velle videatur Ambrosius, sed ex bombycibus, quorum vellera foliis & ramis arborum adhaerent. Seruius quidem certè vermes ipsos in arboribus collocatos fuisse putat, neque lanam arboream admittit, licet alij multi dissentiant historici. Aristoteles lib. v. cap. 19. de Histor. animal. similia de ortu bombycum narrat.

In Homil. I x. in Hexaëm.

Aurora exoriente.] ἡ ἑωθινή τῶν λόγων πρῶτη. quam manè apparauit. Ad verbum, mensa fermonum matutina: Ne quis summo manè concionari solitum putet Basilium. Porro factum Elisæi narratur 4. Reg. 3. sed illud παρητήρησεν non satis exprimitur à Tilmanno, vilis habebatur. Mallem igitur scribi: Neque enim Elisæum, vt malum conuiuatore, auersabantur illi quibuscum viuabat. Ambros. lib. 2. cap. 2. Nec enim Elisæum amici quasi malum conuiuiam agrestia apponentem olera refutarunt.

An lichnoides.] Scribendum erat, licnoides, à Græco λιχνοειδής, id est, vanno similis: sicut apud Aristotelem lib. 2. de Cælo cap. 13. eadem terra dicitur πλατεία & τὸ σχῆμα τυμπανοειδής. Plana & figura tympano similis. Quod fuisse vnum ex placitis Leucippi Philosophi refert Plutarchus lib. 3. cap. 10. de Placit. Philosoph. Democritus vero δισκοειδῆ μὲν τῷ πλατῆ, καὶ ἰσὺν ἢ ἢ μέσον. Formam d. sci habere terram in superficie, in medio canam esse dicebat.

Et quidem cæpit.] ἐκ τότε δεξάμενον, καὶ μέγιστα γὰρ ἐνεργουῖ. & quod tum cæpit operari, atque in hodiernum vsque diem operatur, sed & in finem, &c.

Succedit equus equo.] ἵππον μὲν ἵππος ποιεῖται διὰ δόχον. Equum enim equi successorem facit, & leonem leonis.

Vti forma te natura.] οἷς διεσχηματίσθης, ἔτω διὰ θεοῦ σαατῆς & τὸ βίον. Prout figuratus es, ita etiam tuam ipsius vitam dispone. Municipatum habeto in cælis: vera tibi patria est superna illa Hierusalem. Ita vertere placuit illud πλιτῖσμα, quod à Vulgata Latina auctore redditur Philipp. 3. 18. Conuersario, à Tertulliano vero de corona mil. c. 3. Municipatus noster in cælis est. Et in Marcionem lib. 3. cap. 24. Vtique cælesti ciuitati eum deputat, & municipatum nostrum in cælis esse pronuntians. Rursum de Resurrect. carnis: De terra in cælum, vbi nostrum esse municipatum Philippenfes quoque ab Apostolo discunt. B. quoque Hieronymus Epist. ad Damasum, cuius initium: Importuna mulier: Ita municipatum cæli cum Paulo consequaris. Et Epist. i. ad Heliodorum: Tunc municipatum cum Paulo capies. Item in cap. i. Esaiæ: Si quis igitur cælum est, & municipatum habet in cælestibus. Sed & à nostro Interprete Actor. xx i. cap. 6. πόλιτις vertitur municeps. Ad hanc notionem alludere Basilium videtur, dum addit Cines nos esse supernæ illius Hierusalem.

Quippe cum vnum sit.] ἐν γὰρ αὐτῷ τὸ χαρακτικὸν ἐστὶν ἡ ἀλογία. quippe cum vnum sit, quod ipsam exprimit, rationis vacuitas: discriminibus autem, &c.

Gratiosus est canis.] Ὀχάριστος. Gratus est canis, & in itæ semel amicitia memor. Simul enim

& creatum est vnumquodque animal, & inducta est ipsi natura suæ proprietatis. Vna cum leone, &c.

Et stabulis suis egrediuntur.] οὐκ τῶν βραχίων πρὸς τὰς ἐξόδους ἐρῶσι, è stabulis ad exitus spectant, & omnes sub vno quasi signo dato visum transmutant. Non igitur egrediuntur, vt putauit interpres, sed in ipso stabulo cupiditatem egrediendi præ se ferunt. Sic Ambrosius lib. 6. cap. 4. Iidem vbi naturali sensu mutationem cæli collegerint, foras spectant, & ultra præsepia ceruices extendunt suas, vna omnes specie, vt prodire se velle testentur.

Hæc indicant animantes.] Imo vero naturaliter hæc cognita esse dicit animantibus Basilium. Ταῦτα δὲ πρὸς τὸν ἔχει τὴν ἀδιδάκτους εἶναι τὰς φύσιν ἀπάντων. Hæc demonstrant doctrina cognitas non esse omnium naturas, nihilque inordinatum in rebus esse. Nam hic ἀδιδάκτους idem valet quod ἀποδιδάκτους, suapte natura facere plerasque animantes illa omnia, nec opus esse vt illis ea doctrina præceptisque innotescant.

Quapropter leonis.] ὅθεν λέοντι ἐνὸς μόλις ἢ λέαινα μήτηρ γίνεται. Quapropter leonis vnus vix leæna mater euadit. Caterum Plinius lib. 8. cap. 16. Natural. Historia sic istud refutat: Semel autem editum lacerato vnguium acie vtero in enixu, vulgum credidisse video. Aristoteles diuersa tradit, vir quem in iis magna sequuturus ex parte præfundum reor, &c. Is ergo tradit leonem primo fieri parere quinque catulos, ac per annos singulos vno minus: ab vno sterilefcere. Vide Aristotelem lib. 6. cap. 31. de Histor. animal.

Homil. in I. Psalmum.

Aut certè morum maturitate.] ἢ καὶ ὄλις οἱ νεαροὶ τὸ ἦθος. vel qui adolescentes sunt moribus. Ita verit Augustinus in Prologo in Psalmos, vel quisquis est ille veterum qui prologum illum à Græco Basilij vertit, à Louanienfibus Theologis in manuscriptis Augustini operum codicibus minimè reperitum.

Causas ducit sonoris è supernis.] τῶν ἀπὸ τῶν φθόγγων ἐκ τῶν ἀνωθεν ἔχει. sonus de superioribus habere fertur. Cithara namque vel lyra ex inferiori parte æs vel tympanum habens, resultat ac resonat plectrum. Sic apud eundem Augustinum legitur: Melius tamen fortasse, resonat ad plectrum. Cornarius vertit, ex infernis ad plectrum sonitum edit. Rectè igitur æs istud Basilij tympanum appellat vetus interpres, quoniam, vt docet Beda, Psalterium musicum instrumentum fuit ad modum literæ Delta, quæ triangulata est, formatum, superius ventrem habens concauum, cui decem chordæ exteriores vel digitis, vel plectro tanguntur, & ex parte superiori reddunt melos. Augustinus ipse clarius in Psalmum 56. in illud, Exurge Psalterium: eandem differentiam attingit Psalterij & citharæ, ac velut interpretem agit Basilij. Psalterium est organum, quod quidem manibus fertur percutientis, & chordas distentas habet: sed illum locum, vnde sonum accipiunt chordæ, illud concauum lignum, quod pendet & tactum resonat: quia concipit aërem, Psalterium in superiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni cauum & resonans in inferiore parte habet.

Facilius ad cœlestium meditationem. ] *Cornarius dixit*, facilem etiam ad superna perfectionem habent. *Sed errore typographi sic est scriptum pro*, perfectionem. ῥαδίαν ἔχουσι τὴν εἰς τὰ ἄνω πορεύειν. *Vetus interpres*, facile peruium ad superna iter habeant.

Mercedem ob oculos. ] ἵνα ὑπερκύβητες ᾧ ἐν χερσὶ πόνους. mercedem proposuit, ut oculos ultra labores qui in manibus sunt, transmissis, mente ad ea, quæ in cœlis reposita nobis sunt, bona properemus.

Nulla eam attingit. ] *Non loci tantum, sed nec vilius rei permutatio.* πῶς ἦν οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις, ἥς ἐκ ἀπειται μελαβολή. circa quam nulla conspicitur alteratio, quam nulla attingit transmutatio. *Alludit opinor ad illud Iacobi 1. 17.* Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Nihilo meliores reddere valeant. ] μηδὲ ἀγαθοὺς δύνανται ᾧ κερτημύδης ἀποτελεῖν. sed quod ne bonos quidem possessores suos reddere valeant.

Quis ob prosperam corporis. ] ἦς σώφρων διὰ ὑγίειαν. quis temperans ob sanitatem?

Fiat (inquit Deus) homo. ] *Non reperitur his verbis concepta sententia in Scriptura, sed ut habet Græcè Basilium.* ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ ἄνθρωπον. Fecit, inquit, Deus hominem: ad imaginem Dei fecit eum. *Gen. 1. 26. 27.* Rursus, quod dixit interpres, honorque similis, laboris premium Grace sonat, ὅτε καὶ ὁ μισθὸς ὁ αὐτὸς ἀμφοτέροις. quandoquidem par honore creatio est vtriusque, ac proinde merces, etiam eadem vtriusque. Audi Genesim. Fecit, inquit, Deus hominem ad, &c.

Qui verò peccatum fugerunt. ] οἱ ἧ τὸ κακὸν φεύγοντες. qui verò malum fugiunt.

Ratione ad Rempubicam. ] Ἀλλὰ λογισμῷ βελίονι πρὸς τὴν δόξασθαι πολιτείαν, sed meliori rationatione ad piam conuersationem transiit. *Hic πολιτεία non ciuitatem aut Rempubicam, sed vitæ rationem sonat: ut Ephes. 2. 12.* ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τῆς Ἰσραήλ. alienati à conuersatione Israël. *Quam & alibi Apostoli ἀναστροφῶν appellant 1. Petri 3. 2.*

Dum electura virt. cogitat secularia. ] *Clarius ita vertes:* malè afficitur, dum æterna cogitans virtutem eligit, ad præsentia verò respiciens voluptatem præfert: *Est enim Græcè:* ὅταν μὲν ἐνθυμηθῇ τὰ αἰώνια τὴν δρετὴν αἰρεσθῆναι. Paulo post: διαλαγωγῶν σαρκὸς disciplinam vertit; ad verbum esset: aspicit ibi carnis castigationem, siue mancipationem, 1. Corinth. 9. 27. ὑποπάζω καὶ διαλαγωγῶ, Castigo corpus, & in seruitutem redigo.

Ne applies oculum tuum. ] μὴ πρὸς αὐτὸν ὄμμα πρὸς αὐτὸν. Ne iniicias oculum tuum in eam, sed refilito. *Locus est Prouerb. 9. sub finem capituli, secundum editionem L X X. non Prouerb. 5. ut putauit Cornarius.*

Si autem quæ cœpi dicere. ] οἱ δὲ καὶ ἀπλῶς εἰρηται τὰ εἰρημῆρα. Et si autem quæ dicta sunt imperfectè sunt dicta, cum mali quidem fuga demonstrata sit, at perfectio quæ bonis operibus acquiritur, sit omiſsa; tamen hæc pauca benignis vestris auribus commendantes, &c.

In irritando ita strenuam. ] *Hæc perturbata sunt nonnihil: Volaterranus scripserat:* quoniam Chusi Achitophelis consilium irritauit, atque ita strenuam ac fortem operam nauauit Dauidi. *Tilmanus fortasse immutarat hoc pacto,* consilia irritando, *quod Latinum non est.* Basilium dixit, ἀγαθῶν ἧ πρὸς βελῶς τῆς Ἀχιτοφελ. consilia Achitophelis viri acerrimi & ductandi exercitus peritissimi reddens irrita, strenuam ac fortem operam nauauit Dauidi. Porro quod hic ait, Basilium Chusi socium & amicum Dauidis, filium fuisse Arachi non Iemini, verum est: scienim scriptum reperit 2. Reg. 17. 5. καλέσεται τὸ Χυσι τὸ Ἀραχι. Vocate Chusi filium Arachi: sed negandum est tamen hunc esse Chusi, de quo fit mentio in huius Psalmi titulo. Nam hic Hebraicè appellatur כוש Chus per Caph. unde Scholion Græcum vertit αἰθίοπις Æthiopsis. Ille vero, in libro Regum 2. 17. 17. per Cheth, Chusai, tamen si Septuaginta utrobique scripserunt Χυσι. Sed Vatablus Saulem putat hic vocari Chus; id est, Æthiopem filium Iemini. Saulem filium Iemini 1. Reg. 9. 21. quod atris esset moribus, quos non magis mutaret quam cutem Æthiops. Et mirum sanè Basilium hic dicere neque Chusi, neque alium aliquem in historia Regum filium Iemini reperiri cum Semei nominetur 2. Reg. 19. 16. ἦος μεθ', ἦς τῆς Ἰεμυεί. Postremo notet hic Lector quam antiquus error huic Scripturæ loco adhaeserit in voce δεχεταιρῶν princeps fociorum 2. Reg. 15. 32. Omnino enim probabile videtur, quod suspicatur vir doctissimus Flaminus Nobilius in lib. 2. Reg. duas fuisse voces, ὁ δεχ', ὁ δεχ', ἑτάρος, ut habet Complutensis editio, vel potius ὁ ἀραχι ἑτάρος Chusi Arachi filius focius Dauid: sic enim habet vulgata Lat. 2. Reg. 16. 16. Chusai Arachites amicus Dauid, unde factum est errore Librariorum ut legeretur δεχεταιρῶν.

Fides tua te saluum. ] *Interpres omisit illud, πρὸς εἰρήνην.* Fides tua te saluam fecit, Vade in pace. *Luce 7. 50. & rursus: Fiat tibi sicut credidisti.* Matth. 8. 13.

Non solum in præmium aliquod. ] οὐκ ἴπὶ τῶν νομιζομένων ὡς ὑπόσχεσός τι. retributionis nomen accipere non solum dum alius quispiam bonum aut malum inferre cœperit, sed etiam cum quis alium præuenerit, & dare cœperit; cuiusmodi est illud, *Retribuere seruo tuo:* nam pro tribue dictum est retribuere. *Psalm. 118. 17. in quem locum, & in Psalm. 115. scribens Vatablus admonet ἡμῶν verbum Hebraicum, quod retribuere sonat, pro beneficium confer sumi, & retributiones, pro beneficiis.*

Iudicio contendet. ] *Græcè erat εἰρηται κρησέαζ κύρον πρὸς πᾶσαν σάρκα.* dictum est iudicandum esse Dominum cum omni carne: hoc est in exquirenda ratione, &c. *Arbitror enim hunc Hieremia locum citari cap. 25. 31. κρησεται αὐτὸς πρὸς πᾶσαν σάρκα.* Nam & eum video notari ad marginem in catena Græcorum in Psalmos, Daniele Barbaro interprete, qui tamen haud satis fideliter vertit, Dominum iudicaturum omnem carnem: *Sed & hic apud Basilium fortè an melius legatur εἰρηται κρησέαζ κύρον, ut apud Prophetam.* Nam & sequitur hic εἰρηται ὑποβάλλει τῇ κρησῇ acta sunt, iudicio seipsum subiicit. *tollendum enim est illud, yniuscuiusque.*

Dominus iudicat. ] κρινεὶ λαούς. iudicabit populos. Ita LXX. Unde subiicit Basilium, πολλῶν βαρύτερα ἐξείλετο μισθία τῶν ἀμαρτημάτων. multo illi grauiora crimina imputabuntur.

Multa inquit, de iustitia. ] πολλὸς Φησὶν ὁ πᾶσι δικαιοσύνης λόγος. Multa de iustitia dici possent, & perfecta iustitiæ fines c. f. d. Est e. & a. i. q. quæ humanam superat, & si quæ est virtus supra angelos, correspondentem habet, &c. *Similis loquendi modus*, Heb. 5. II. πᾶσι ἔτι πολλὸς ἡμῶν ὁ λόγος, καὶ δυσσεμῶν λέγων. Paulo post hic pro γεννητῇ φύσει, legerim lubens, γεννητῇ φύσει. omni creatæ naturæ incomprehensibilis. Nam filij Dei natura est genita; quis comprehendere tamen hæc potest?

Angelus eruit me. ] ὁ ἄγγελος ὁ ὀνομαζόμενος με. Angelus qui eruit me. Gen. 48. 16. Paulo post illud: Obliquum non dirigitur, nonnihil immutatum est à Basilio: ὅτι διεσπασμένον ἔκαστον θεωρήσεται: sic enim legitur Ecclesiaste I. 15. διεσπασμένον ἔκαστον θεωρήσεται. Peruersum non poterit adornari: *Vulgata Lat.* Peruerfi difficile corriguntur.

Non irascetur. ] καὶ μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστου ἡμέραν. Et non iram adducens per singulos dies. Ita conuertuntur hæc verba LXX. apud S. Augustinum in Psalmos: & in utraque Basiliensi editione legitur hic καὶ μὴ, primo loco, secundo vero coniunctio ἔκαστον ὡς ἀπολείπεται, quod in causa fuit ut Fl. Nobilius annotaret apud Basilium non legi ἔκαστον, sicut apud Theodoretum & Nicephorum.

Et ad puteum profectus. ] καὶ ἐπὶ Φεράρ ἐξελθὼν ἀνεπαύσατο. Et egressus Moses supra puteum requieuit. Exod. 2. 15.

Homil. in Psalmum X I V.

Et via meditationum suarum. ] πᾶσι τῶν ἐν ὁδοῦ τῶν πᾶσι αὐτὸν θεωρεῖν καὶ θεωρεῖν. Ordine ac via in his, quæ circa ipsum considerantur, vsus, ab his quæ prima & magis, &c. Incolatus habitatio est temporaria vitam nobis reipsa subindicans minùs constabilitam.

Solum vertere. ] Adde in quo nati sunt: ἐν δὲ ἐνεργείᾳ ἀπελαθίντες, à patria pulsi.

Talis enim est eius. ] ταύτη δὲ ἐστὶν ἡ τῆς παροικίας. Talis est autem caro eius, qui sit incola: propterea dicit, &c. *Incola est proprie qui in aliena vel urbe, vel republica habitat.* Cicero I. de Offic. Peregrini autem & incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nec esse in aliena republica curiosum. Sic Aquila Psalmo 5. vertit προσήλυτος profelytus & aduena erit, quod LXX. dixerunt παροικίᾳ, & agnoscit ibidem S. Hieronymus hæc voce incolatum quasi inquilini significari.

Homilia in Psalmum XXVIII.

Non enim castæ sunt preces. ] ἐν γὰρ ἀγνῶν Φησὶν ὁμοίᾳ δὲ μισθώματος ἐπιμετρίας. Non enim pura sunt vota de mercede meretricis. Hæc spectant ad locum illum Deuter. 23. 18. οὐ προσήσεις μισθώματα πόρνῃς πρὸς πᾶσαν ὁμοίᾳ. Non offeres mercedem meretricis ad omne votum. Alter locus est Hierem. II. 25. μὴ ὁμοίᾳ ἔκαστον ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ σου τὰς

κακίας σου; ἢ τὰς ἀφ' ἑαυτοῦ; Nunquid vota & carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, aut propter ista effugies? Basilium hæc postrema protulit aliis verbis: ἢ τῶν ἐσθίων καθαρός; aut per hæc purus eris?

Per vitæ sanctimoniam nobis. ] δι' ἀγασμοῦ ἐστὶν ἡμῶν ἡ πρὸς τὸ ἅγιον οἰκείωσις. Per sanctificationem in sancti familiam asciscimur. Si sancti filij semper cupis esse.

Exacta eiusmodi dispensatione. ] Hoc paulo obscurius est: Græcè lego, καὶ τὴν ἀδελφὴν οἰκονομίαν τὴν πρὸς τὸν κρῖνον ἀχθήσεται. quod Volaterranus Latine reddiderat: Post huius vitæ dispensationem omnia ad iudicium eius sistuntur. Dispensationem vocat istius vitæ cursum, in qua scelera permittit, & quasi dissimulat Deus.

Nam quicumque Christo. ] καὶ ὁ ἀπίστος. Et qui infidelis est, gloriam incorruptibilis, &c. Rursus, illa que sequuntur, Quisquis colit creaturam ac veneratur præter creatorem, non satis exprimitur mentem vel Basilij, vel Pauli Roman. I. 25. καὶ λατρεύων τῇ κτίσει πρὸς τὸν κτίσαντα. Potest enim videri velle qui sic loquitur, illum infidelem Deo cultor exhibuisse simul & creaturis. *Vulgata Latina* actor dixit: & seruierunt creaturæ potius quam creatori. S. Hilarius 12. de Trinitate, Et seruierunt creaturæ præterito creatore. D. Hieronymus apud Origenem vertit ut habet *Vulgata*. Hic ergo scribe, Quisquis colit creaturam præterito creatore, non Deo. Postremo in eadem pag. Cum qua ordinabatur, legendum est, non, cum qua ordinabitur. Alludit enim ad illud Luca 12. 46. partem eius cum infidelibus ponet.

Quod enim peccatum. ] τῷ ἐνεργεῖν αὐτῶν ἐν ἡμῶν. Ne forte illud, efficaciter, arbitrij nostri libertati aliquid detrimenti afferat, sic ad verbum præstat vertere. Quod enim peccatum nostrum in illius cedat gloriam, qui in nobis illud operatur, per similitudinem hanc, quod dicitur, expende.

Deumque velut insigni. ] Omisit interpret, δι' εαυτοῦ. Deumque per se ipsum velut insigni corona redimit.

Plures enim speciem orationis. ] πολλοὶ, γὰρ ἐκάστῳ ἐν ἀγνῶν μὲν προσέσχῃς. Multi enim stant qui speciem quidem orationis præ se ferunt, nec tamen sunt in aula propter mentis euagationem.

Potes & aulam quoque. ] Hic rursus omisit, ἐπὶ ἐπαναβεβηκώς. Potes & altius euectus aulam quoque intelligere cælestem vitam.

Forfan & secretiore modò. ] τὰχα δὲ μυστικώτερον. Forfan & mysticè magis.

Per metaphoram filij tonitruui. ] Ita quoque Cornarius, filij tonitruui per translationem. Basilium scripsit, οἱ πρὸς τὸν κύριον μετονομαζέμενοι μαθηταὶ καὶ οὐ βροντῆς χαρακτηριστοὶ, qui mutato nomine filij tonitruui sunt appellati discipuli. Hieronymus in I. Danielis. Porro Dominus in bonam partem nomina mutat antiqua, & ex rebus imponit virtutum vocabula, vt Abram appellaret Abraham, & in Euangelio filij Zebedæi appellati sunt filij tonitruui, Marci 3. 17.

Vt in Iob didicimus. ] Quod est in *vulgata Lat.* Iob 39. 9. Nunquid alligabis rhinocerotæ ad arandum loco tuo: sic apud LXX. legitur: βελλ-

σεται δὲ σοι μονόκροτος δαδ' ὄσμι. Volet autem vnicornis seruire tibi.

Homil. II. in eundem Psal. XXVIII.

Et quando cœperint.] *Hæc mutilata sunt ab interprete: sic enim leguntur apud Basilium ut apud Septuaginta, Exodi 19. II. Ἐ ἡ νεφέλη ἀπέληξεν ἀπὸ τοῦ ὄρους.* Et quando voces & tubæ & nubes discesserint à monte; illi ascendent in montem.

Vox verò illa quæ ad populum.] *Interpres legisse videtur ὄρασις, non, ut est in Codice Græco, ὄραση ἢ τῆτ' ἐστὶν εὐγνωσις.* Vox verò illa quæ ad populum fiebat, visibilis erat, hoc est, cognitu facilis.

Ipsa itaque vox Dei.] *Atqui non ἀπὸ τῆς scriptum est, sed, αὐτὴν ἐν ἡ φωνῇ Ἰσραὴλ τῶν ὑδάτων ἡ ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ.* Hæc igitur vox super aquas, erat super Iordanem, in quo baptizabat prædicans pœnitentiæ baptismum. *Ita fideliter reddidit verius interpres Basilij, cuius verbis utitur Breviarium Romanum tertia die infra octauam S. Ioannis Bapt. mense Iunio.*

Quam præparationem populi.] *ὄθεν ἀναδεχόμενος αὐτῆ τὴν ἐτοιμασίαν.* Vnde succedens ipsius præparationi Dominus, per aduentum suum confringit contrarias potestates, quæ cedri Libani figuratè dicuntur.

De Libano dicunt quod simulacrorum.] *Ἀπὸ τῆς λίθου μορφῶντες μορφῶν ἀπεικονισμάτα.* Libanus, id est, thus, inquit, quòd multa fedulitate idolorum cultores in vitulorum formas & imagines redegerunt, atque sic ipsas igni admouerunt. Itaque hoc sensu, &c.

Aut vitulus est qui in mente.] *ἡ μορφὴ ὁ ἀπὸ λίθου ἢ τῆς πυρὸς.* Aut vitulus ex thure ab igne liquefcens, iuxta id quod dictum est, sicut liquefcit cera à facie ignis. Psal. 67. 3. *Ita vertit Cornarius, quia vox Græca λίθου, & montem illum Syriæ significat & thus.* Apud Hebræos thus dicitur **כְּנֹזֶה** Lebonah à candore. *Mons autem כְּנֹזֶה Lebanon quod in eo thus crescat, auctor Pagninus in Lexico Hebr.*

Ducem sublimium cedrorum.] *ἄρχοντα τῶν κέδρων ἐπίταξεν* principem & auctorem elationis cedrorum. *Quoniam cedri ipsæ cum altæ sint, propterea quod supra montes nate sunt, accedente quoque montis celsitudine conspicua magis fiunt, ut ait ipse Basilius citatus in Catena Græcorum in Psalmos.*

Homil. in Psal. CXIV.

Ad hanc vsque diei horam.] *μέχρι τῆς μεσημβρίας τῆς ἡμέρας.* Ad hanc vsque meridiem nostrum opperiri.

Debitam illis liturgiam expleuerim.] *κακείνοις ἀνηρώσω τὴν λειτουργίαν,* ut illis ministerium impleuerim. *Sic Apostolus Coloss. 4. 17. Vide ministerium quod accepisti, in Domino, ut illud impleas. 2. Timoth. 4. 6. Ministerium tuum imple, & Philipp. 2. 30.*

Transmittentes partem multò maximam.] *Hæc de suo videtur addidisse interpres, neque tale quicquam est in Græco.*

Sed inclinavit, inquit, ut meam.] *ἴνα, τὸ ἐαυτὸς ἀδυνεὲς Ἰπιδείξῃ.* Sed inclinavit, dixit, ut suam infirmitatem declararet.

Ut tribulationem & dolorem.] *ὡς ἀμείσιως ὡς ὡτ' ἀπελήφθην.* Tribulationem & dolorem quasi volens mihi, me-ipsè adinueni, non ab illis inuitus sum apprehensus.

Qui autem vsque ad mortem in aliquo.] *ὁ ἡμίμυθος ἐν ἀμαρτία πνὶ τῇ πρὸς θάνατον.* Qui in peccato aliquo hæret, quod est ad mortem, dicat: Circunderunt me. *Alludit ad illud 1. Ioan. 5. 16. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis.*

Ut maiore cum fiducia nomen.] *Imo nullatenus inuocare ausus esset, absque eo fuisset. Ait ergo Basilius, καὶ οὕτως ἐπολήμωσι τὸ ὄνομα κυρίου Ἰπικαλέσασθαι.* per me peccati, & sic ausus sum Domini nomen inuocare. *Pag. sequenti. Abstulit enim Deus omnem lacrymam. Locus est Esaiæ 25. 8.*

Homil. in Psal. CXV.

Fides planè, non item.] *πίστις ἡ γράειω τῶν περὶ θεῶ λόγον.* prædux esto fides; fides planè non item demonstratio.

Sensui Psalmi superioris.] *Deest verbum, subiicitur, vel annectitur. δοκεῖ ἀπολοῦθαι ἔχεν.*

Quoniam igitur non de regione.] *ἐπεὶ οὖν περὶ μὴ βλεπομένης χώρης ἀγαλέγε.* Quoniam igitur de regione disserit, quæ cerni non potest, ut qui probè eam nouerit, causam reddit superioris suæ dist.

Fides itaque orationis.] *Deest una δέχη principium.* Fides itaque principium est orationis sanæ ac prudentis. *Paulo post, mendax est, à veritate cum longissimo, scribendum est, mendax est, cum à veritate se longissimo.*

Et altitudinem cordis.] *Omisit hic quoque verbum siue interpres, siue typographus: ὡν τῆς λογισμῶν καθαυρῆν καὶ τὸ ὕψωμα τῆς καρδίας.* quorum cogitationes & altitudinem cordis ipsorum impotenter se aduersus Deum extollentis destruere illorum in commune propositum esse debet. *Mutatur Basilius à S. Paulo verba 2. Corinth. 10. 5. Confilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei.*

Contendo ad perfectionem.] *Ἰπὶ τῷ τῆ μαρτυρίας τελείωσιν ἐρχομαι.* Ad martyrij consummationem. *Hic enim τελείωσις vite finem sonat, ut Lucæ 13. 32. καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι.* Et tertia die consummor.

Ibi nihil obscuræ.] *ἐκεῖ ὃν ὅτι καὶ ἀτιμία.* illic videlicet & ignominia est.

Et in publicis domibus.] *καὶ ἐν οἴκοις κοινοῖς ἀνασπρεφόμενοι.* Et in domibus versati communibus miseras facitis communes. *Profanas dicit ades, neque diuino cultui consecratas. Paulo post legendum licebat, non liceat, & addendum est participium, altaris tibi à patribus erecti vel relictæ. Postremo illud, opere implentes mandata Domini, Græcè erat: τελειοῦμαι ἐν τοῖς ἐπιτολαῖς τῆς κυρίας. perfecti in mandatis Domini. ut Ezechiel 28. 15. perfectus in viis tuis.*

IN ORAT. I.

De Ieiunio.

Infundis in dolium rimarum plenum.] Sic & Galefinius reddidit. Erasmus sic: In pertusum hauris dolium. εἰς περημενόν πίθον αὐτλεῖς. In pertusum dolium infundis. Sic enim videtur hic accipi verbum αὐτλεῖν, ut in illo disticho Anthologiae Epigr. εἰς ἀχαρίστους lib. 1.

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐπὶ τετραμήριος, εἰς ὃν ἀπίστους  
Ἀντλῶν πὰς χάριτας εἰς κενὸν ἐξέχεας.

Ita & Plautus in Pseudolo: In pertusum ingerimus dicta dolium; operam ludimus. Vide & Prouerbiū ἀπαλῆτος πύθου. Inexplebile dolium, quod & in ἀδηφάγους quadrat.

IN ORAT. II.

De Ieiunio.

Nam galea etiam nostra.] ὡσαυτὸν γὰρ ἡ περικεφαλαία ἡμῶν. Quemadmodum enim galea nostra natura differt à corruptibili: nam illius quidem materia est æs, nostra verò ex spe salutis conflata est. Alludit ad illud Pauli: Ἐπερικεφαλαίαν ἐλπίζα ζωηρίας. 1. Thessal. 5. 8. & Ephes. 6. 17. Hic tamen legitur nescio an ex lapsu memoria, ἐλπίδος & ζωηρίας spem salutaris. Paulo post per tunicam ansis contextam ἀλυσίδετον χιτῶνα, intellige tunicam ex catenulis annexam & compactam, vel potius, thoracem hamatum, & quam vocat Virgilius, Lorica consertam hamis; rectius legeretur ἀλυσιδωτόν. Sic armatur Philistæus ille gigas 1. Reg. 17. cui datur περικεφαλαία χαλκῆ, ænea galea, & dicitur θώρακα ἀλυσιδωτόν ἐνδεδυκώς, thoracem hamatum indutus.

In Homil. Attende tibi.

In illud Moseos: Attende.] Verba sunt Domini, ex editione Græca Septuaginta, Deuteron. 15. 9. πρὸς σε σεαυτῷ, μὴ γένηται ῥήμα κρυπτόν ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἀνόμημα. Attende tibi ipsi, ne fiat verbum occultum in corde tuo iniquitas. Vulgata Latina: Cane ne fortè subrepat tibi impia cogitatio: & multis aliis in locis, vbi Vulgata vertit, Cane, Græcè scriptum est, πρὸς σε σεαυτῷ.

Est enim eius sermonis.] Ἐ γὰρ φύσις δρετὴ λόγου. Est enim virtus naturalis sermonis. Ut non peculiariter de sermone diuino agatur hic, sed de quouis sermone. Vnde sequitur: cuiusmodi est fanè, qui paulò antè nobis lectus est ex Mosis libris.

Per medios ingrederis.] Locus est Eccles. 9. 20. In medio laqueorum ingrederis: Alter autem Eccles. 27. 22. quasi caprea de laqueo, vel potius Prou. 6. 5. vt salueris tanquam damula è laqueis, & tanquam auis è reti.

In Homiliam in S. Iulittam  
Martyrem.

Oua derelicta è medio.] ὡς καὶ ἀλελειμμένα ὠὰ ἀφῆν. velut oua derelicta sublaturum. Locus

est Esaiæ 10. 14. In eadem columna non assequutus est mentem auctoris interpres, dum sic expressit aduersarij Iulittæ obiectionem: Isthæc actio ciuismodi est, cui nulla quantiuis temporis præscriptio suffragari debeat. Græca sic habent: παρελθὼν οὐκ ἔφη, εἰσωγῶζμον εἶναι τὴν δίκην. Atqui dicitur ea lis vel actio εἰσωγῶζμος. Ut docet Budæus in Commentariis ex Isocrate, contra cuius exordium præscriptio obiici iure non potest: hic vero Iulittæ aduersarius, actionem eius εἰσωγῶζμον esse negat, hoc est, contendit lege agere illi non licere, vt cum ait Dinarchus in Demosthenem εἰσωγῶζμους τὰς δωροδοκίας ποιήσεται. Intendere crimina licebit aduersus forditos magistratus. Obseruat Sigonius lib. 3. c. 4. de Repub. Atheniens. δίκην εἰσωγῶζμον dictam quæ per leges à magistratu introduci, nec ab eo repudiari poterat, & εἰσωγῶζεις dictos, id est, introductores, qui accusatori aut litigatori iudicium dabant: Itaq; ὡδωρεσθῆν, quam Latini Exceptionem vocant, primum præsidium fuit, cum negabat aliquis actionem eam introduci posse. Certè Martyrologium Romanum hanc obiectionem factam Iulittæ sic appellat Exceptionem, Iulij 30. Cæsareæ S. Iulittæ Martyris, quæ bona sua à quodam potente sibi vsurpata in iudicio repetens, cum ille exceptionem daret, quod illa vt Christiana non deberet audiri, mox à iudice iussa est thus idolis offerre, vt posset audiri. Sic igitur hic Basilij locus interpretandus est: progressus ait: lege agere illi non licere: neque enim fas esse quidquam habere commune cum aliis ciuibus eos, qui Deos Imperatorum non colerent, & fidem in Christum non eiurarent.

Terra porro istius.] Omisit participium interpret, γῆ δὲ ἡ κατὰ δολογηθεῖσα τῇ Ἰππημείᾳ & μακαρίας: Terra autem beatæ huius aduentu benedicta aquam emisit. Sic appellat postea benedictionem hanc mutationem loci, δὲ & δολογίας μετὰ βαλέσης. Rursus; dum nutricis in morem totius, & c. Ἐ τρυφῶσι ζωφρόνως ἡδονῆς χορηγία. dum nutricis in morem totius vrbis incolas perinde ac lacte quopiam communi alit, quod & sanis tutela est, & temperatè deliciantibus suppeditatio voluptatis.

Nulla tibi est.] παρῆλθεν ἡ χρεῖα τῶν βρωμάτων. Præterit tibi sumendi necessitas? caue te prætereat eius memoria.

Præ coniuge germaniorem.] Istud, præ coniuge, abest à Græco. Deum esse patrem multò germaniorem ac propiorem, ipsa nimirum quæ peperit passionem. Paulo post, veriùs tibi redditum, superfluum est illud tibi, vel potius auctoris sensui contrarium. Non enim parenti redditum vult puerulum, sed Deo, qui dederat. Verte igitur: haud quaquam esse mortuum, veriùs redditum: neque mortuus est amicus, sed potius abiit peregrè. Sic Tertullianus tritum olim fuisse Prouerbiū inter Christianos ait, vt si de aliquo defuncto tanquam viuo quis requireret, dicerent, Abiit iam, & reuerti debet: lib. de Testimonio anima cap. 4.

Cæterum expunèto.] Omisit vocabulum λύπης. Cæterum nos omiſsa propter ea, quæ non habemus, tristitia, discamus pro his, quæ adfunt, gratiarum actionem reddere. Locus qui sequitur, Castiga nos, est Hierem. 10. 24. Corripe nos Domine, veruntamen in iudicio & non in furore.

Venit ad crucem. ] *Hæc malè interpuncta sic distinguenda sunt è Græco: Ἰὴν τὴν σταυρὸν ἀπαθῆναι, Ἰὴν τὸ θάνατον ἢ ζωὴν.* Venit ad crucem, qui passionis omnis est expers; ad mortem vita, lux ipsa inferni caliginem penetrauit.

Deiectio, siue defectio. ] *Locus est Psal. 118. 53. ἀθυμία κατέχευε με.* Vulgata, Defectio tenuit me. *Vaticana Latina è Græco: Tædium tenuit me. à peccatoribus. Pagninus, Terror tenuit me. Alter locus est Hierem. 9. 1. Quis dabit capiti meo aquam.*

IN HOMIL. VII.

In diuites auaros.

Vt grauidæ mulieres, veluti pica laborans. ] *Antea Volaterr. interpres sic: Fœminæ ob malitiam, sed istud, ob malitiam in Græco textu nihil habet, quod ipsi respondeat, nisi participium κισῶν, quod ita redditum videtur à Volaterrano, ob malaciam: sicut à Cornario, & Nannio, veluti pica morbo infestata mulieres prægnantes, lapillos arrodunt. Cum ergo malaciam appellet Plinius lib. 23. cap. 6. morbum prægnantium feminarum, quo laborant, dum consuetos fastidiunt cibos & absurdos, atque insolitos appetunt, verisimile est correctores typographicos (quibus notior erat malitia mulierum quàm Latinum huius morbi nomen) hoc vocabulum immutasse. Nam ut à Græcis κισῶν dicitur, & à Latinis pica, sic deductum inde verbum κισῶν Glossarium exponit Πισχυμῶν, sed hic de insolito & inusitato desiderio intelligendum est, more grauidarum feminarum. Sic ergo vertendus hic locus: Non erubescis lapillos in insolito desiderio flagrans, velut malacia laborantes prægnantes mulieres. Nam & illæ lapillos arrodunt, & tu auidus es præstantiorum quarumque gemmarum.*

Mox: Vidi stultitiam multam. ] *Locus est Ecclesiastæ 5. 12. Vidi languorem multum & grauem, diuitias custoditas ei, qui ab eis in malum ei. Hæc clarius efferuntur ab Ambrosio in Psalmum 1. Est languor malus, quem vidi sub sole, diuitias custodiri in malum possidentis eas. Alter locus est Ecclesiastæ 2. 18. Dimitto (laborem scilicet meum) homini post me: Et quis nouit, vtrum sapiens sit vel stultus? Post me, hoc est, ἀθροῦσά τῶ ἡμετέρῳ μετ' ἐμὲ, qui factus est post me, vel, ut habent libri quidam, ut legisse videtur S. Hieronymus, τῶ ἡμετέρῳ, qui futurus est post me.*

Sequitur infra. ἀπέλαβες (sic enim scribendum) τὰ ἀγαθὰ σου: Recepisti bona tua in vita tua. *Quomodo & à Chrysostomo citatur hic Luca locus Orat. 3. de Lazaro ex cap. 16. 25. licet à Vulgata Latina prius illud, tua, absit.*

Statim verito: Dum viueres, mandato te ipsum prætulisti: post mortem & dissolutionem mandatum inimicis proposuisti. *Paulo post, respicite finem. Gr. ἴδετε τὸ τέλος. τὸ φιλοχρηματίας.* Videte finem amoris pecuniarum vos diuites, ac definite sic ad pecunias affici. Quanto amantior opum fueris, tanto magis nihil tibi restet eorum, quæ possides. Fac omnia tua, omnia tecum aufer, ne alienis opes relinquis. *Item post paullo: καὶ τοῖς ἀγαθέξαιμφοῖς τὰ σὺ χαλεζόμφοι. & successoribus tuis gratificabuntur.*

IN HOMIL. VIII.

In fame & siccitate habitam.

Ego, inquit, pluuias. ] *Græcè apud Basilium est, & apud Prophetam Amos 4. 7. in quibusdam libris, ἀνεχόν ἐξ ὑμῶν τὸν ὕετον πρὸς τεταῖν πλωῶν τῆ σταυρῆ.* Et ego repressi à vobis pluuiam ante tres menses vindemiæ: & pluam super ciuitatem. *S. Hieronymus agnoscit apud LXX. τῆ σταυρῆ, licet alij codices habeant τῆ σταυρῆ, messis, ut est in Vulgata, vsque ad messem. Hæc postea Græci textus est sententia: Et cum Deus ipse ita vidisset humiliatos, sic ut seipsum omnis generis ærumnis grauisimis plecterent, & afflictionis misertus est, & pœnas quas daturi erant, remisit.*

Quis necessitate persuasit. ] *Non iam constituta hominis formæ rationem additam, sed in ipsa ratione sitam hanc ipsam similitudinem imaginis Dei vult Basilium; quo etiam modo illud Genesios 1. explicuit Homil. 10. in Hexæmeron: Faciamus hominem ad imaginem nostram: hoc est, Homini impartiamur ac prærogemus affluentem rationis copiam. Sic igitur hæc interpretare: Quis necessario persuasit, ut secundum propriam imaginem homini Rationem largiretur, quò disciplinarum & artium capax esset?*

Ne tibi elabantur nundinarum & commerciorum spacia. ] *τὸ πανηγύρεως καὶ τῶν συναλλαγμάτων, non de die festo & conciliationis occasione, sed de mercatus ac nundinarum tempore, deque commercijs ac permutationibus accipiendum est. Nam ut antea dixit Homil. vii. nullus post mercatum solutum negotiatur, neque post certamina accedens coronatur.*

Eisdem fermè penates numerosus populus habeat. ] *Videtur Basilium populum Spartanum indicare, atque illius οὐσίνα sine Φεδία intelligere. Nam, ut tradit Plutarchus in Lycurgo, & in Lacedæmoniorum Institutis, conueniebant ciues in eiusmodi conuiujs, & in commune singulis mensibus farine medimnos aliquot & vini choas conferebant, neque in domibus priuatis cibum sumebant, nisi fortè primitias dijs offerrent.*

Sic itaque à P. Frontone Duæo obseruatus castigatusque locus erat: Apud nonnullos ex illis plena humanitatis lex vnam mensam, communes cibos, vnum penè focum efficit ingentis multitudinis populum. Sed externos dimittamus, & ad exemplum trium millium veniamus, primum illum cœtum Christianorum æmulemur, quibus ab initio, &c. *Illæ scilicet tria millia innuit quorum sit mentio Actorum 2. 41. non autem ea millia quæ piscium epulo sunt excepta, ut putauit interpres Volaterranus: erant enim Matth. 14. 21. quinque millia, & Matth. 15. 38. quatuor millia, non tria tantum.*

Iosephum sua domina. ] *Basilium δεσποῦσαν vocat, neque scidisse illam vestem Iosephi vult, sed attraxisse. Ait igitur: Quòd si fortè, te auaritia, ut domina illa Ægyptia tentauerit, & veste attraxerit, ut mandatum Dei contempnas, &c. Paulò post: πρόσρπον & σὺ τὰ ἡμάτια, proice tu quoque vestem tuam rei que indignitate motus secede.*

Gen. 39. 12. *Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras.* Μοχ: τὸ πῦρ τῆς γνώσεως ἀσθεσεν, ignem cognitionis, vel scientiæ inextinguibilem.

Hæc in genere præcinuit Psalmista vniuersalis corporis. ] *Non de humano corpore, sed de totius Ecclesiæ cœtu dicta vult Basilium illa Psalmi verba, quam & Apostolus Christi corpus appellat, Ephes. 1. 23. & Coloss. 1. 18. Et tamen ad Animam cuiusque hominis, quæ & ipsa sponsa Christi est, ut Ecclesia, traduci posse. Nam & antea in Commentario in Psalmum xli v. de Ecclesia hunc ipsum Davidis locum, de quæ Anima sponsali verbo coaptata versum hunc exposuit. Sic itaque vertendum esse istius Homilie locum. Minus ab interprete Volaterr. antea intellectum P. Fronto rectè censet non Nannio: Hæc Psalmista generatim prædixit, cum generalis corporis pulcritudinem prædicaret: Propriè tamen conuenient etiam animæ cuiusque, si quidem ex singulis Ecclesia constat. Sub finem Homilie animaduerte antithesim Græcorum verborum: ὁμοίων μαρτυρούντων, ἀλλ' αὐτῆς μαρτυρίας, non aliis testimonium ferentibus, sed ipsa testante conscientia.*

I N H O M. I X.

*Quod Deus non est auctor malorum.*

Nam aliquando animi. ] τὰ οικεία πάθη, malim vertere, proprias afflictiones. Neque enim in perturbationibus animi patientia relictum exemplum; & paulo post: nondum vocare delicti, & finem inuocationis aures Dei anteuertent.

Dubitant an sit Deus. ] εἰ ἐστὶ θεὸς ἐπιμελεῖς ἡμῶν τῶν τῆδε. an sit Deus, qui rerum huius mundi curam gerat, an singula videat, an pro meritis vnicuique distribuat.

Principium peccati in nobis est. ] τὸ ἐφ' ἡμῶν, & τὸ αὐτεξέριστον. Principium namque ac radix est peccati quæ in nobis potestas est, & arbitrij libertas.

Quando ciuitatem. ] ἐπιπασιπιδεῖσιν τοῖς ἐνοικοῦσι. Quando ciuitatem videris terræ motu concussam super incolas corruisse. *Locus sequens prophetie reperitur Esa. 45. 7. Ego sum, qui fabricaui lucem, & feci tenebras, & alter non Reg. 2. 14. ut annotauit Cornarius, sed Michæ 1. 12. Descenderunt mala à Domino. Tertius Amos 3. 6.*

Non enim ingentum. ] ἔτε γὰρ ἀγέννητον, ὡς ὁ τῶν ἀσεβῶν λόγος. Non enim increatum est, velut impij dicunt, qui parem conditione bonæ naturæ malum ponunt; si quidem ambo principio carent, & generatione priora sunt, neque tamen creatum. Si enim omnia ex Deo, quomodo malum ex bono: ἀγέννητον quidem rectè vertitur ingentū, at ἀγέννητον est, quod factū non est, aut creatum à Deo. *Contendit ergo neque malum increatum esse, ut blaterabant Gnostici & Cerdoniani, qui duo principia rerum ponebant, vnum bonum à quo bona, alterum malum à quo mala procedere dicebant, ut ait Augustinus lib. de Heresib. c. 21. neque à Deo creatum esse ut volebat Florinus hereticus, auctore Eusebio lib 5. Histor. c. 19. Ita paulo post: Non enim ingentus est morbus, ἔτε γὰρ ἀγέννητ' ἢ νόσος. Neque enim increatus est morbus.*

Ecce omnes elongantes. ] μακρύνοντες ἐὰν τοὺς. Ut est apud Dauidem Psal. 72. 27. *Qui elongant se à te peribunt.*

Sed cur inquis huic vasi. ] *Græcè legitur non τῶ σκευῆς, sed ἀλλ' ἢ σκεῦ ἐν τῇ κατὰ σκευὴν τὸ ἀναμάχητον ἐξ ἑαυτοῦ. At cur, inquis, in structura non habuimus, ut peccare non possemus, ita ut ne volentibus quidem contingeret ut peccaremus? Quoniam inquam, &c.*

Gabriel Angelus à Deo. ] Γαβριὴλ ἄγγελος. & παρέστηκε τῷ θεῷ. Gabriel Angelus est, & Deo semper astirit. Satanas item Angelus, & ex ordine suo prorsus cecidit. *Sic Luca 1. 19. Ego sum Gabriel qui asto ante Deum, &c. Tobia 12. 15. Ego sum Raphael vnus ex septem, qui astamus ante Dominum.*

Ita Domino disponente. ] τὰ κυρία οἰκονομήσεις τοῦ ἡμῶν. Domino disponente, ut cum illo luctaremur, quò per obedientiam redintegrata lucta de inimico triumpharemus. *Paulo post citatur locus ex lib. 3. Regum cap. 11. 14. nonnihil à Basilio immutatus. Sic enim ibi legitur: & ἐξήγαγε κύριος τὸν Σολομῶντι, τὸν Ἰδαμῶν. Et suscitauit Dominus Satan Salomoni Ader Idumeum. Vulgata, Suscitauit Dominus aduersarium Salomoni.*

I N H O M I L. X.

*De Ira.*

Ira sapientes perdit. ] ὀργὴ σοφῶν οὐκ ἐφρονιμοῦς. Ira perdit etiam prudentes. *Citatur ex Proverbiis, & in Parallelis Damasceni lib. 3. cap. 32. In Complutensi ponitur in extremo capite 14. at in Vaticana editione primus versus est decimi quinti: non ut putauit Cornarius cap. 21. Post pauca dicuntur à Scriptura iracundi canes appellari, Græcè legitur κύνες γὰρ ἐνεοῦς canes mutos. Sic Esaia 56. 10. κύνες ἐνεοῦς & δωῆσόν) ὑλακτεῖν: Canes muti non poterunt latrare.*

Vt quæ per vim tentata. ] τὰ βιαιῶς καταρρηγνύμενα. Ut ea quæ violenter alliduntur, plus accipiunt incommodi quàm inferant, dum à rebus renitentibus conquassantur. Quis malum hoc in dignitate possit explicare? Quomodo nimirum ad iram procliuus homines ex leui occasione accensi vociferentur & exasperentur: Nam & omni fera, &c. *Idem enim valet hic ἐφικέσθαι quod apud Demosthenem ἐφικέσθαι τῷ λόγῳ. In quem vsus & ab Isocrate sumitur in fine Panegyrici, ut à nostris Grammaticis notatum est.*

In rixa enim. ] ἐν γὰρ ἀμύλλαις πονηροῖς. In malis enim pugnis inferior est qui vicit, quia peccatis longè grauior discedit. *Paulo post: Ventos imitaris, qui contrariis flatibus quod illatum est repellunt. Noli tuo aduersario, &c.*

Contumeliasque minimè curabis. ] καὶ Ἰουδαΐσιν τῶν ὑβριῶν. *Cornarius vertit, contumelias magno etiam animo contemnes, & te adhuc viliorum esse concedes. Ad verbum erit, contumeliasque corollarium addes. Sic enim reddit illa Synesij Budaus in Commentariis Græcæ lingua. & ἐπεδαιδύσαστο ταῖς ὑβρίσιν τὸν ἀποκηρύξαι. Rursus ita sunt interpungenda, quæ sequuntur: Nec tu illustrior es patre nostro Abraham, qui seipsum ta-*

lia vocavit. Ignarum pauperem, & nullius pretij te dixit? tu vermem te dicas.

Non enim amicum in amicum. ] οὐδὲ γὰρ ὁ πόνος τῆς τιμῆς ἐτάραξεν. Non enim scortator in meretricem, quamvis prouocantem & allicientem culpam transferens. Vide Homil. de Ira. Paulo post in loco Davidis ex Psalmo 38. 3. ἐκωφώθην, est utrumque significat, & furdus factus sum, & obtutui, tamen, hoc potius quam illo modo reddendum est, cum auctore Latina Vulgate, Ambrosio & Pagnino. Ita quoque Symmachus apud Eusebium, ἀλαλῶ ἐθρόμην, σιγήν ἰστωπήθην.

Tu autem ad iracundiam. ] ὡς τῆς Φαύλης τῆς λαιδορίας. Tu autem exacerbaris ob conuicium velut malum: imitaris autem rursus velut bonum. Ecce enim facis, quod reprehendis, aut in alienum malum diligenter inspicias, tuam verò ipsius turpitudinem nihili facis.

Eius vestigia quæris. ] Negationem omisit interpretes, ὅτι ἐφυλάξω αὐτῶν τὴν ὁμοίωσιν. & probrosum videris, eius similitudinem non euitasti, sed indignaris, & succenses, & vicissim irasceris.

Tecum in tui cordis. ] αἰδέσθω πρὸς πᾶσιν. Reuerantur perturbationes apparitionem rationis: quemadmodum pueri immodestum, &c. Nam, ut ait in Comment. in Esaiam. & in oratione 21. de Felicitate, necesse est, ut ratio nostra, quæ principem locum apud nos tenet, animi perturbationes regat.

Velut ferro cohibens. ] οἰοῖται βαφῆ σιδήρεα σωμαίωσας. Veluti quadam ferri tinctura corroborans, austeram & fortem ex molli ac valde remissa reddit. Dicitur enim σωμαίωσαι σιδήρεα, qui ferrum acie instruit seu acuit, & illud in aquam mergit, ut obduretur & firmetur. Ita Gregorius Nazianz. de Baptismo. ἕως θερμῶς σιδήρεα, τῶ ψυχρῶ σωμαίητοι. Idcirco dixit Aristoteles in Problemat. sect. 8. Iram & excaescentiam Timiditati contrarios affectus esse. Et lib. 1111. Ethicorum cap. 8. ἰτητικώτερον ὁ θυμὸς παρὰ τὸν κωδύνητος. ἔθεν ἔ ὀμηρεα: ἔθνος ἐμβαλε θυμῶ. Maximam ad pericula aduenda calcar Ira ad mouet. Ex quo & Homerus:

— vires addidit Ira.

Qui & alibi cotem esse ait fortitudinis. Virgil. 5. Æneid. vim suscitât ira. Et Ouid. 13. Metamorph. facit ira valentem.

Ira similiter optima. ] αὐτὴ ἀρέστη ἐστὶ καὶ ἔμμετρεα τῶ φρονίμῳ. Tale est optimum & valde conueniens sapientis animæ parti ab irascibili auxilium. Insuper cum insidiosus.

Vestras hodie manus. ] ἐσπληρώσατε τὰς χεῖρας ὑμῶν σήμερον. Impleuistis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, vel in fratre suo, vt detur super vos benedictio. Et ita legitur apud LXX. Exodi 32. 29. Hic enim idem valet implere, quod consecrare: & est phrasis Hebraica, quæ & in Latina interpretatione debuit à Græco restare. Sequitur de Phinees, protinus vtrumque trucidauit. διὰ αὐφῶν ἐλάσας τὴν σφοδράσιν. Ira vt oportebat vsus, per vtrumque lanceam transiit. σφοδράσιν dixerunt LXX. quod Hesychius esse ait ἐσθλὴ λόγχης, Lanceæ genus. Aquila xόντον reddidit, Symmachus δόρυ lanceam. Vulgata hic voce pugionis vsa est, sed lib. 3. Reg. cap. 18: 20. Pro σφοδράσιν dixit lanceolis.

Peccati ministrum. ] τὸ ἐργάτῳ τῆς ἀμαρτίας, operarium peccati.

Verum humili ac miti responso. ] ἀλλὰ νεθεπὲ καὶ διδάσκει. Verum commonefacit potius ac docet: Si male locutus sum, &c. Non ait Basilium Christum nos docere, quales esse oporteat læcesitos, sed admonere ac docere percussorem suum.

In Hom. de Inuidia.

Si enim superbus. ] εἰ γὰρ ὁ τοῦ Φωθῆς, si enim inflatus. Alludit ad illa S. Pauli verba 1. ad Timoth. 3. 6. Ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.

Quemadmodum enim venenum. ] ὡσπερ γὰρ ὁ ἰὸς σιδήρεον. Quemadmodum enim rubigo ferrum, sic inuidia, &c. Apud Stobæum Serm. 38. tribuitur hæc sententia Periandro, vbi tamen eius finis sic exprimitur; ὁ Φθὸν τὴν ἔχουσαν αὐτῶν ψυχῶν ἐξαναψυχει, animam illius cui inest conterit; non vt hic, ἐξαναλίπει consumit, vel vt alius incertus apud eundem dixit, πήκει γὰρ Φθονερῶν ὄμματᾶ καὶ κραδίη. Oculos & cor tabefacit.

Quamquam curandorum. ] καὶ πῶς ἀπλήρεις αἱ γραφαὶ τῶν ἰαμάτων τέτναν. quamquam scripturæ talibus medicamentis refertæ sunt: sed vnica mali leuationem expectat: si quando, &c.

Cum viuo ne linguæ quidem rectum vsum. ] ὅτι ἀνὴρ γλῶσσαν εὐφρονον χαρολαΐδρος, cui viuenti ne lingua quidem fauente gratificatus esset.

Dolens enim ob p. ] ἀχθόμενος μὲν θεῶ τῆς τιμῆς. Indignatus in Deum ob dona præclara homini concessa.

Inuidiam & cædem. ] Φθόνον καὶ Φόνον παρὰ αὐτῶ διδάχθεις τὰς ἀδελφὰς ἀνομιῆς. inuidiam & homicidium ab eo edoctus forores iniquitatis, quas etiam Paulus simul iunxit. Locus est Roman. 1. 29. Plenos inuidia, homicidio.

Tribus millibus turmis. ] τρεῖς μίλλια κατὰ αὐτῶ τριχίλιους λογάσι. Sed ad extremum contra ipsum expeditionem militarem ex tribus millibus electorum eduxit. Verba sunt ex 1. Reg. 24. 3. Ἐλάθε μὲν ἐαυτῶ τρεῖς χιλιάδας ἀνδρῶν ἐκλεκτῶν ἐκ παντὸς Ἰσραὴλ. Et sumpsit secum tria millia virorum electorum ex omni Israël. Glossarium vetus: λογάδες, Electi. Budæus in Commentarijs profert hunc locum Basilij, vt probet idem esse λογάδα, & ἐκλεκτὸν siue Πίλεκτον.

Nec aliud belli causa, si quis roget. ] εἰ δὲ ἠρωτήθῃ τὴν πολέμου τὴν παροφασιν. Si verò causam belli interrogatus esset, omnino vtique viri beneficentiam dixisset, qui tanta alioqui, &c.

Nec mirum vtque per inuidiam ac superbiam. ] Nihil hic de superbia in Græco legitur: ὁ κατεπεσῶν δὲ τὸ Φθόνος. Qui per inuidiam cecidit, nostra pernicie gaudens, eiusdem vitij opera nos secum deiecit. Sapiens profectò vir erat, qui cum inuido ne cœnare quidem permittebat, per consuetudinem cœnæ de omni simul vitæ societate differens. Quemadmodum enim ardentem, &c. Alludit ad illud Prouerb. 23. 6. μὴ σαυδέιπναι ἀνδρὶ βασιλάνῳ. Ne cœnes cum viro inuido. Citatur postea locus alter Salomonis Ecclesiastice cap. 4. 4. Ἴψλῳ αἰδρὸς διὰ ἐταίρους αὐτῶ. Æmulatio viri à sodali ipsius. Vulgata ex Hebræo dixit: Labores hominum animaduerti patere inuidiæ proxi-



proximi. Nimirum est quod vulgato fertur Hesiodi versu in Operibus,

Καὶ κερμαῖς κερμαῖ κατέλ, ἔ τέκτονι τέκτων.  
Figulus figulum amulatur, & faber fabrum.

Piciores venenatis iaculis. ] καὶ τῶν ἰσθόλων ἀ-  
τῶν ὀλεθρῶτερον εἶναι, longè perniciosiores vene-  
natis bestiis existimantur, quòd illæ per plagam  
virus immittunt, & commorsa pars putredine  
sensim exeditur: at inuidos, &c.

Apud ipsos nec actio. ] ἡ πράξις κατ' ἀρετὴν  
ἐπιχειρή. Nec actio virtutis laudabilis est apud il-  
los, nec vis orationis, &c.

Fortitudinem audaciam potius. ] Θρασύνη μὲν  
γὰρ λέγεται τὸν ἀνδρείον. Audacem enim dicunt eum,  
qui fortis est: stupidum eum qui temperans, cru-  
delem qui iustus; astutum qui prudens; eum qui  
magnificus vt insolentem in sumptu faciendo ca-  
lumniantur. Liberalem autem vt prodigum; do-  
mesticè frugalem, parcum dicunt. Βόανασον apud  
Aristotelem sumi pro ineptè magnifico notat Bu-  
dæus, Lambinus 4. Ethicor. cap. 2. insolentem veritè  
in sumptu faciendo, τὸν πρὸς τὸ θεὸν ἀναλίσκοντες ἢ  
βόανασον. In Glossario veteri legimus: Βανασοῖ, Ad-  
rogans, Βανασοῦσης Adrogantia. Cornarius iacta-  
bundum reddit.

Nam & huius boni particeps. ] Plus valet ad  
compescendam inuidiam sensus verborum Basilij. οὐκ  
γὰρ ἐστὶ τὸ ἀγαθόν, καὶ οὐκ ἐπιεικὴς ἀδελφῷ.  
Tuum enim est bonum, tibi que per fratrem mis-  
sum est doctrinæ bonum, si fuscipere velis. Deinde  
fontem scaturientem nemo obturat, & sole-  
splendente nemo oculos obuclat: neque illis in-  
uider, sed sibi comprecatur, vt frui contingat.  
Sermonis verò, &c.

Corporis vires debilibus communicet. ] ὁ σώ-  
ματι εἰς τὴν ἀσθενεῖαν παρέχειν τοῖς ἀδελφοῖς, corpore  
verò ministerium exhibeat debilibus: reli-  
quas denique facultates non magis suas existi-  
met, quam cuiusvis ex iis qui indigent. Eum  
verò.

Nam & virtus intra nos est. ] ἡ ἰσχυρὸς ἀρετὴ  
ἐφ' ἡμῶν. Nam virtus quidem in nostra est pote-  
state, & ab eo qui laboris patiens est, acquiri  
potest. Diuitiarum autem copia, forma corpo-  
ris, potentia, fastus, nostra non sunt in potestate.  
Si igitur, &c.

In principium Prouerbiorum.

Sed iure ac ipsius Dei iussu. ] ἀλλὰ κρίσει δικάσει  
πατὴρ, καὶ ψήφῳ θεοῦ. sed qui iusto patris iudi-  
cio & Dei suffragio paterna sceptrata suscepit.  
Hic rex fuit Hierusalem. Neque hoc otiosum  
est. Iudicium paternum omitti non debuit, quod nar-  
ratur 3. Reg. cap. 1. Apud LXX. nunc legitur ὅς ἐβα-  
σίσθησεν ἐν Ἰσραὴλ, qui regnavit in Israël: sed se-  
pe Librariorum errore scriptum reperitur ἰσραὴλ pro  
Ἰσραήλ. Paulò post, qui eiusdem sunt cognomi-  
nis, imò qui eiusdem sunt nominis τῶν ὁμωνυ-  
μιῶν.

Itaque præcipiendi modo. ] Ita reddit inter-  
pres, quasi esset Ἰππιταγμένως, Græca sic habent: ὁ ἔν  
Ἰππιταγμένως θεολογῶν, quod si valet idem ac si vsus  
esset voce Ἰππιταγώς, vel Ἰππιταγώς, prospero suc-  
cessu, feliciter, Latine vertetur: μετὰ τὴ ἐπι-

τυχάνῃ, ita vt assequaris. Itaque is qui rectè  
ac feliciter Theologiam tractat, sapientiam no-  
uit, &c.

Et illud: Dominus creauit. ] ἀρχὴν ὁδῶν ἀ-  
τὴν creauit in initium viarum suarum. sic enim le-  
gitur apud LXX. non vt in vulgata Latina, in ini-  
tio viarum suarum. Prouerb. 8. 22. Sequitur apud  
Basilium, de ea Sapientia dicit, quæ mundo in-  
notuit πρὸ τῆς ἐμφαινομένης σοφίας τῷ κόσμῳ: de ea  
sapientia quæ in mundo apparet: hoc est quæ  
in creaturarum ordine ac pulchritudine relucere vide-  
tur. Rursus. Et non sponte cœcepisse, καὶ οὐκ  
αὐτομάτως ἡ τοσούτη σοφία τοῖς ἀπαιτεθεῖσιν ἐμπέ-  
πτ. Et non casu tanta sapientia in rebus perfe-  
ctis relucet. Sicut enim cœli, &c.

Sapientia in exitu viarum laudatur. ] σο-  
φία ἐν ἐξόδῳ ὑμῶν. Sic etiam legitur apud LXX.  
sed vt rectè admonet Nobilius, non hic passivum, sed  
deponens accipiendum est hoc verbum, sicut & alie-  
rum κηρύσσεται pro quo dixerunt Aquila, Symma-  
chus, & Theodotio, δόση Φωλὴ ἀντὶς. dabit vo-  
cem suam, & Latina vulgata Prouerb. 1. 20. Sa-  
pientia foris prædicat, in plateis dat vocem  
suam. Hic ergo sic interpretare: Sapientia in  
exitibus viarum canit; in plateis autem liber-  
tate dicendi vitur, in summis mœnibus & ar-  
cibus prædicat. Nisi forte videtur hic Basilij,  
quod à LXX. dictum est notione deponentis acce-  
pisse passivè, quod dicit de ipsa vbique sermonem ha-  
beri, sed & hoc Græce est, πανταχοῦ ἀντὶς πολλῶν  
εἶναι τὸν λόγον vbique sermonem eius multum  
esse.

Ait, Sapientiam tuam esse sororem. ] εἶπον  
Φησὶ τὴν σοφίαν τῷ ἀδελφῷ εἶναι. Dic, inquit, sa-  
pientiam tuam sororem esse, Prouerb. 7. 4. Alter  
locus est Prouerb. 4. 6. Dilige eam, & conferua-  
bit te. Tertius est Prouerb. 9. 2. immolauit vi-  
ctimas suas. Hoc est solidum cibum præpara-  
uit iis qui. τοῖς ἀδελφῶν τῶν ἐξ ἡγεμονιασμένων τῶ ἀδελ-  
φῶν καὶ ψυχῆς. præparauit iis, qui pro consue-  
tudine exercitatos habent animæ sensus: in-  
cratere vinum suum miscuit. Verba sunt S. Pauli  
Hebr. 6. 14.

Etenim melius longè. ] καὶ τὸ, κρείσσον γὰρ ἀν-  
τὶν ἐμπροσθέν. Et illud, Melius est enim illam  
mercari, quàm auri & argenti thesauros: item  
illud, Pretiosior est enim lapidibus pretiosis: om-  
ne autem pretiosum non est illa dignum. Hec  
omnia verba sunt Scripture ex eodem Prouerbiorum  
libro cap. 3. 5. 14. 15.

Quæretis apud reprobos. ] ζητήσετε πρὸς  
κακοῖς σοφίαν. Apud LXX. Prouerb. 14. 6. legi-  
mus, ζητήσῃς σοφίαν πρὸς κακοῖς, καὶ ἐκ' εὐρησῃς.  
Quæres sapientiam apud malos, & non inue-  
nies.

Recte vocabitur disciplina instructus. ] ἡ μι-  
κρὸν πρὸς σωτηρίαν, non parum confert hoc ad  
salutem. Iam enim, &c. Hoc nimirum referendum  
est ad initium illud periodi, à quo ducta huc vsque pen-  
det sententia: Quoniam verò doctrinarum per-  
ceptio, disciplina etiam dicitur, ne hoc quidem  
modo intellecta disciplina parum confert ad sa-  
lutem. Subijcit exempla deinceps eorum, qui doctri-  
na Geometria & Astrologia non vsi sunt ad salutem: illa  
vero quæ de Moysè hic dicuntur parenthesi sunt inclu-  
denda.

Qui non otiosè prudentiam complectatur.] *Quæ sequuntur ab his verbis ad illa, Prudentiam igitur, nihil habent in textu Græco ἀφ' ἀπαλήσιον, nec scio unde interpres illa hauserit: neque dicit Basilium prudentiam non otiosè complectendam, sed Paræmiarum utilitatem agnoscere ab eo qui non indiligenter eas audierit. Sic ergo totum hunc locum concipi decet: & quæ illarum sit utilitas, si quis eas non otiosè susceperit. Prudentiam igitur unam ex generalibus virtutibus esse scimus, quæ bonorum, &c.*

Item prudens œconomicus iniustitiæ.] ὁ οἰκονόμος ἔστι ἀδικίας, item prudens villicus iniquitatis: manifestum est triplex esse prudentiæ nomen. *Luc. 16. 8. Et laudavit villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Hic ergo triplicem notat prudentiæ speciem Basilium, quarum duæ falsæ, tertia vera est.*

IN HOMILIAM

D E

BARLAAM MARTYRE.

De Barlaam Martyre.] *In Martyrologio Romano Novembris 19. legitur: Cæsareæ in Cappadocia S. Barlaam Mart. qui agrestis licet, & rudis, Christi sapientia munitus, tyrannum vicit, & ignem ipsum fidei constantia superavit: In cuius die natali sanctus Basilium Magnus, celebrem habuit orationem. At in Menologio Græcorum 16. Novembris hæc habentur: Natalis sancti Martyris Barlaam ex Antiochia, quem beatus Chrysostomus encomiis honoravit. Hic propter Christi confessionem ex carcere iudicis oblatu nervis cæditur, & extirpatis unguibus ad aram ductus aperta manu carbones cum thure accepit.*

Et applaudit illi Panegyris.] καὶ συγκροτεῖ πανηγύρεως, & conuentus publicos congregat. συγκροτεῖν τῶ χειρὶ, significat manibus plaudere, sed aptior huic loco altera notio actiua, cum accusatiuum negat, ut dicatur Martyrem congregare eos, qui ad festum eius celebrandum conveniunt: ideo sequitur, συναλεθεῖ πρὸς ἐστίασιν. ad conuiuium aduocat.

Postea verò insuperabilem.] ἐγνώ ἢ μὲν πλὴν θήραν ὁ πᾶσι τὴν ἀχέραιτον. Post venationem autem insuperabilem militem sensit.

Et quotquot illum desideratæ.] ὡς ἐρῶ τῆς ποσειδῶνος καὶ ἐξέοντες. & quotquot illum adamatæ rei gratia cædunt, delectant magis quàm verberant. *Hic enim πόθος amore potius sonat, quam desiderium, quòd præcesserit ἔρωσι, ut in illo Damasceni tam decantato apud Historicos versu ex Iambis pentastichis, fol. 396. Damasceni Operum, & Cedreni p. 404. τῶ παντάναντ' ἐξερῶνιλοσσω πόθω, .i.*

Spreuere summi cuncta amore numinis.

Cera molliores sensit.] ὡς κηρὸς μαλακωτέρας δεχόμενος, tanquam cera molliores sustinens. *Non enim defuit sensus corpori, sed adfuit animo fortitudo, quam Basilium celebrat.*

Cuius illi machina postremò.] ὁ δὲ τὴν πλάσσειον μηχανήματα, quod illi postremum ab hostibus machinamentum admotum est.

Et istam imaginem dexteritate.] ἔστι ἀνδρείας λατρεῖν εἰκόνα. & istam similitudinem fortitudinis tua inferiorem reperio.

Abibo certaminum.] *In secunda Nicæna Synodo Act. 4. citatur hic locus, & ab Anastasio interprete sic Latine redditur: In ostendendis præclaris facinoribus Martyris victrix abeat Scriptura. Et videtur fortasse legisse ἀπέλθη ἡ γραφὴ νικησίμου, aut, quod verius est, Periphrasi vsus iniecit illud ἀπέλθη νενικημένον idem valere quod, abeam victus à pictura. ut postea vertit illud, ἰδὼ τῆς χειρὸς τῶν πάλων ἰδὼ τὴν παλαιῶν γεγραμμένον, Videam manus exactissimum opus: videam pictum pugilem. Atque ita planè putarim reddenda hæc omnia verba, quasi doctores alios & concionatores post se dicturos adhortetur Basilium, & hac continuata Metaphora ducta à pictoribus, eloquentiam illorum ad Martyris laudes persequendas inuitet: Quo pacto etiam ad extremum ait: Plorent dæmones, manus ostentetur. Sic igitur hic scribe: Abeam certaminum ac v. m. à. v. p. i. v. gaudeam tali h. p. v. d. v. f. Videam manus huius luctam. Item, videam alacriorem pugilem per vestram pictum imaginem. Solebant enim plures olim ad populum in eadem Synaxi habere sermonem, ut in nostris ad Panegyricos S. Chrysostomi Notis monuimus. Citatur & hic locus a Damasceno 1. Orat. de Imaginibus.*

I N

GORDIVM MARTYREM.

In laude namque.] *Prouerb. 29. 2. ἐγκωμιαζομένων δικαίων, ὁ φρασησονται λαοί. Dum laudantur iusti, lætabuntur populi. Basilium, ἐγκωμιαζομένης γὰρ δικαίας ὁ φρασησονται λαοί. Dum laudatur iustus, lætabuntur populi.*

Patriæ dignitatem.] πατριδα ἐροῦναι. Patriam perquirere, generis originem ex alto.

Nostrum verò dogma.] ὁ δὲ ἡμέτερος νόμος τῶν ἀπόντων λόγους κατασιγήσει. Nostra verò lex præterita vicinorum mentione, ab iis, quæ propria sunt unicuique, testimonium accipit. Quidnam ego sum?

Nosipsum profectò decipimus.] ἢ ποὺ καὶ τὰς τῆς γείτονος ὄρους κορφὰς διηγέμενοι. An verò si fortè de vicini montis culminibus narrauerimus, quo pacto nubes transcendant, & quàm longissimè in aërem porrigantur, nos ipsos decipiemus, tanquam hominibus per hæc laudem tribuerimus?

Honorem gloriosissimi martyrij.] τῶν οἰκείων ἔστι καρπῶν. domesticorum pietatis fructuum iucunditatem largitus est. Boni sunt quidem fructus etiam externi, modo sapore delectent, & nutrire possint: sed longè gratiores sunt externis nostrates, ac vernaculi, qui nobis ob propinquitatem gloriam quandam, præter delectationem, conferre videntur.

Diuinæ rei iam.] ἐτόπος τῆς καρπῶσι. Verba mutuatur à Propheta Daniele 3. 38. nec thymiamma, neque locus sacrificandi erat amplius relictus. *Vulgata: neque locus primitiarum coram te.*

Tantum malorum exitum.] πλὴν ἐκ τῶν δικαστηρίων ἀνάγκη. iudiciorum necessitate auertens, abiecto militiæ cingulo, &c. *Loca contendit, vitam inter feras actam mansuetiorem societate ac conuictu idololatrarum existimans.*

Qui

Qui cum Sidoniorum conspiceret. ] τὴν εἰδω-  
λολατρείαν τῆς Σιδονίας. qui cum Sidonia conspice-  
ret idololatriam inualefcentem. Sidoniam regi-  
nam Iezabel filiam Iethebaal regis Sidoniorum, quam  
cum duxisset in uxorem Achaab rex Israelis iuit, &  
seruinit Baal, & adorauit eum, & statuit altare in do-  
mo offensionum, quam adificauit in Samaria 3. Reg. 16.  
31. Alioquin memoria lapsus fuerit Basilium: non enim  
Sidoniorum Ethnicorum, sed Israëlitarum impietas  
Helia dolorem inurebat.

Multosque secum. ] Non istos scurras & mi-  
mos secum irabere multos alios vult Basilium, sed isto-  
rum hominum greges eorumque fraudes ac sordes a-  
lias eiusmodi populosis in urbibus plerumque reperi-  
ri: ὅσα ὡσπερ ἐφόλκια αἱ πολυάνθρωποι τῶν πολεῶν  
ἠπίστρονται. mentientes, turpiloquium, facetias,  
& cætera, quæ velut alligatas puppibus cym-  
bas magnæ naues secum populosa vrbes tra-  
hunt.

Ac somnij phantasmatis. ] ὡς ὄνειρος παντὸς ἐ-  
στίας ἀδρανέστερος, quam omni somnio & vmbra de-  
bilior & imperfectior.

Studiis diuinæ eruditionis. ] τῇ διλεκεῖ καὶ  
ἀπαύτῳ μελέτῃ τῶν λογίων. orationibus, perpetua  
& indefinenti Spiritus sancti oraculorum medi-  
tatione probè exercitatum, & ad certamen in-  
structum.

Complens dictum illud. ] τὸν λόγον τῆς παροιμιαστῆ,  
dictum illud Prouerbiorum auctoris: Iustus vt leo  
confidit. Prouerb. 28. 1.

Illud Apostoli ad Romanos. ] *Ridiculum esset  
Basilium tanquam Apostoli dictum citare, quod Apo-  
stolus ipse desumpsit ex Propheta, & ex eo citauit.  
Gracè tantum erat, τὴν Φωνὴν κρείνλυ, neutrius ap-  
pellato nomine.* Exclamauerit & dixerit, Inuen-  
tus sum ab iis qui me non quærebant. *Esa. 65. 1.  
Rom. 10. 20.*

Et patriam & generis. ] *Interpres omisit πεαῖα  
καὶ ἡμερῶν Φωνῆς, miti suauisque voce patriam & ge-  
neris ac dignitatis locum interrogatus.*

Velut ignis ira. ] τὸ θυμὸν ὡς πυρρὴν ἀναφλέξας.  
His sanè verbis ira principis animum velut ro-  
gum incendit, & quicquid in eo furoris erat in  
seipsum conuertit.

Corpus rotis scindatur. ] ἡ τῆς τροχοῦ κατὰ τὴν ἐξοδῶ.  
In rota extendatur, in equuleo torqueatur. *In  
rota enim extensi torquebantur olim rei, cum de cri-  
minibus quaestiones haberentur. Suidas. τροχιδέσσα,  
βασιμιδέσσα, ἀπὸ τῆς τροχοῦ, ὅπερ ἐστὶν ὄργανον βασιμι-  
σέμον καὶ ἀλατῆρον τὰ σώματα, καὶ ἀριστοφάνης, ἐπὶ  
τροχοῦ γ' ἔλκειτο ματιγέμων. Phalaris in epist.  
ἐλυγίσθησαν καὶ τροχῶν.*

Omne tormentorum genus. ] *Φερέω τὰ κλα-  
σήμα τὰ θηρία, τὸ πῦρ, τὸ ξίφος, ὁ ξαυρός, ὁ βόθρος ὕπε-  
πέω. Afferantur suppliciorum instrumenta:  
bestiæ, ignis, gladius, crux, barathrum paretur.  
At enim quantum lucri facit vir execran-  
dus, cum semel tantum moriatur. Quin, inquit  
Gordius, &c.*

Quanto enim mihi. ] ὅσα γὰρ ἀν' ἐπιτείνητε τὰ  
δενά. Quanto enim magis augebitis tormenta,  
tanto maius mihi præmium comparabit. Com-  
mercia sunt hæc nobis cum Domino & contra-  
ctus, pro vibicibus in corpore eminentibus, in re-  
stitutione spl. a. iud.

Quod & Angeli & homines. ] τὸ θυμαστὸν καὶ

ἀγγέλοις καὶ πᾶσιν τῇ κτίσει. Quod & Angelis & vni-  
uersæ creaturæ fuit admirabile, luctuosum dia-  
bolo, ac dæmonibus tremendum: Diaboli nomi-  
ne non aliquem de turba vel plebe dæmonum, sed eo-  
rum principem intellige, qui in terra relictus sunt, vt  
homines exercerent. *Lactant. lib. 2. diuinar. Instit.  
tit. cap. 14. & lib. 7. c. 26. Matth. 25. Qui para-  
tus est diabolo & Angelis eius. Citatur à Ioan. Da-  
mascono locus hic orat. 1. de Imaginibus pag. 508.*

Qui etiam publicanon fuerant. ] καὶ ὅσον ζῆνον  
τῆς δήμου, καὶ ὅσον ἐργάωρον. Et quantum externi ac  
vernaculi populi erat, hoc loco apud virtum il-  
lum aderat. Tunc etiam virgines marium sese  
oculis obiicere sunt ausæ. Valetudinarij ac se-  
nes, &c.

Meum sollicitare aut emollire. ] *Verba muta-  
tur ab Apostolo Acton. 21. 13. πῶσαοτε κλαίοντες &  
συνθύπνοντες μου τὴν καρδίαν.* Definire flere & af-  
fligere cor meum. Ego enim non semel tantum  
mori paratus sum propter nomen Domini Iesu,  
sed etiam millies si fieri posset. Aliis verò qui  
Christi, &c.

Nullusne Centurio. ] οὐδὲς ἑκατόνταρχος Διοσένης.  
Nullusne Centurio pius? Recordor primi Cen-  
turionis, qui cruci.

Nonne cælum & astra. ] ἐπὶ δὲ φερέει ἐρανὸς  
ἀνωθεν; Nonne hortesceret cælum supernè, non-  
ne obtenebrescerent propter me sydera? an verò  
me tellus vllatenus sustineret? nolite errare. *Sic  
Hierem. 2. 12. ἔφριξεν ἡ γῆ ἐπιπολλέων. & Michæa 3. 6.  
καὶ συσκοτάσῃ ἐπ' αὐτὰς ἡμέρας.*

Omnes profectò morti. ] Ἰηητὶ πάντες ἄνθρωποι,  
μάρτυρες ἢ ὀλίγοι. Mortales sunt omnes homines,  
martyres verò pauci. Ne expectemus vt mortui  
fiamus, sed à vita ad vitam transeamus. Quid na-  
turalem mortem præstolamini?

Qui fubito post interitum. ] *Addendum è Gra-  
eco, ὡσπερ τὸ Λάζαρον: post interitum velut Lazarum  
sublimem eum, &c. Luce 16. 22.*

### In Quadraginta Martyres.

Nam honor in bonos. ] ἡ πρὸς τὴν ἀγαθὴν τῶν  
ὀμώδλων τιμή. Nam honor quem in bonos con-  
feruos conferimus, benevolentia significationem.  
Ita redduntur hæc Latine ab Anastasio in Synod.  
2. Nicæna Act. 4.

Vt egregia tuae voluntatis. ] ἵνα γῆνη μάρτυς τῆ  
παραίρεσῃ. Venerare igitur ingenuè eum, qui  
martyrium passus est, vt fias martyr voluntate,  
ac demum sine persecutione, sine igne. *Legen-  
dum enim Gracè non μαρτυρήσαντα, vt in postero-  
ri, sed μαρτυρήσαντα, vt in priori editione Basilien-  
si. Ita Chrylóstomi Tractatu de S. Luciano. ὁ δε-  
χόμενος μάρτυρα εἰς ὄνομα μάρτυρα, μηδὲν μάρτυρος  
λήνετα.*

Historia per inductionem præbet. ] ὁ λόγος τῆ  
ἱστορίας διὰ τῆς ἀκροῆς παρίεσσι. sermo historiae per au-  
ditionem exhibet. *Ita citatur Latine in Synodo Pa-  
risiensi pag. 94. Quæ enim sermo historiae per au-  
ditum, hæc conscripta filens admonitio per imi-  
tationem demonstrat. In 2. Synodo Nicæna Act. 2.  
profertur hic locus aduersus Iconomachos: Quæ his-  
toria oratione exprimit, hæc tacens pictura per  
imitationem ostendit.*

Conuentus maximus eorum. ] *περὶ τὴν μεγάλην τῶν ἀπ' αἰῶνος δοξαζόντων τὸν κύριον.* accessio magna eorum, qui à sæculo Deum glorificant, non sigillatim congregati, sed acruatim translati. Quis autem translationis fuit modus? *Innuis opinor eos simul in stagno frigore necatos fuisse.*

In tantam quoque Imperatoris. ] *τὴς πρώτας εἶχον τῶν βασιλέων ἡμῶν.* & propter rei militaris peritiam, animique fortitudinem primos honores apud Imperatores obtinebant. *Passi sunt hi Sancti Martyres apud Sebasten Armenia tempore Licinij Imperatoris sub Præside Agricolaο, ut legimus in Martyrologio Romano 9. Martij: ad annum Constantini Magni undecimum, refertur eorum obitus ab Illustrissimo Annalium Ecclesiasticorum auctore Baronio Tomo 111. Fortasse Basilus hic Constantinum & Licinium, nomine Imperatorum designat.*

Bothrus, rota. ] *ὁ βόθρυς, ὁ πρόχρυς.* fossa, rota. *Barathrum antea dixerat, interpretes in orat. in Gordium:* in altum deiiciatur barathrum. *Sic apud Chrysostomum Tractatu eodem in S. Lucianum de alio quodam Christianorum terrore dicitur: οὐδὲ βαράθρον ὀρύξας, οὔτε τροχὸν δειξας, οὔτε εἰς ξύλον ἀναραγῶν,* neque barathro effosso, neque rota ostensa, neque cum in equuleum sustulisset.

Generis ac dignitatis propriæ oblitus. ] *ὀλιβαίης τὴς ἀποδημιτικῆς αὐτοῖς Ἰππὸ Φημιδείας,* abiectis nominibus, quæ à natiuitate ipsis indita erant. *Vnde sequitur, Non enim talem ac talem, sed Christianos omnes se clamantes. Primus ex illis, exempli causa, nomine Domitianus, apud Simeonem Metaphrasten, Christianum se esse aut appellari dixit, non Domitianum.*

Post hæc pecuniam pollicebatur. ] *Omissum est, τὰ δὲ εἰδὸς* pollicebatur, partim dabat, honores item ab Imperatore, & dignitatum distributiones, & sexcentis eos versutiis debellare conabatur. Cum his rebus nihil mouerentur.

Pecuniam da. ] *χρημάτα δίδως ἀπομένοντα.* Pecunias das remanentes, gloriam deflorescentem. Imperatori notum reddis, sed me à vero Rege alienas.

Quoniam corporum Dominum. ] *Interpres scripserat fortasse dominium, sed deprauarunt Chalcographi iam inde ab anno 1565. in editione Basiliensi.* Græcè erat, *οἱ σωματίων ὑπορεσίαι τῶν λαβόντες,* quum corporis ministerium accipiatis.

Salebrosam & collibus præruptam. ] *Existimauit forte interpretes se legisse κορυμνάδης, cum in utraque Basiliensi editum sit κορυμνάδης,* regionis naturam frigidam esse, ac brumæ tempus esse; obseruata nocte, in qua maximè malum augeretur, præcipuè cum Boreas in ipsa tunc spiraret, iussit omnes nudos, &c.

Deinde in acutum tendit. ] *ἐπειτα ἀκροτημά (ε).* (Sic enim in utraque editione legitur, non in veteri tantum Lexico) *ὡς περὶ ἀπὸ πυρὸς κορυμνῶν τῶν ἀκρων.* Deinde extremitates ipsius mutilantur, perinde ac si cremata ab igne essent extremæ partes. Calor enim ab extremis corporis partibus pulsus, & ad interiores confugiens.

Accollarum pedibus tritum esset. ] *Sequebatur in Græco textu hæc ab interprete ommissa, vel certè contracta: ποταμοὶ δὲ ἀένναα ῥέοντες τῷ κρυαίῳ δεθέντες τῶν ρείθρων ἔσθσαν.* Fluuij verò perpetuo fluentes glaciæ concreti à fluxu cessarunt, & aquarum natura mollior in duritiam lapidis mutata erat.

Concupiscentiæ deceptione corruptum. ] *Cornarius item minus aptè: qui per fraudis concupiscentias corrumpitur. Verba sunt ex Epistola Pauli ad Ephes. 4.22. τὸν φθιρόμυρον κτ' τὴς Ἰππυμίας ἀπάτης.* veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

Quas Domino, qui pro nobis spoliatus est. ] *Hæc aliter interpungenda sunt ex Græco. ἢ ἀνταποδώσαμυρ τῷ κυρίῳ; Quid retribuemus Domino? Exutus est etiam Dominus noster, quid magnum seruo, si ea quæ passus est Dominus subeat? imò vero nos sumus, qui Dominum ipsum exuimus. Militum enim illud facinus fuit; illi exuerunt ac vestes diuiferunt. Accusationem igitur nostram in acta relatam per nos ipsos delemus. Acris est hyems, sed dulcis paradisus.*

Commilitones ceciderunt. ] *Addendum, in acie Ἰππὸ τῶν ἀπὸ τῆς αἰῶνος.*

Neu terga diabolo. ] *μη δᾶμυρ τόπων τῷ διαβόλω.* Ne locum demus diabolo, *Ex Apostolo Ephes. 4.27. Sequebatur in Græco, σάρκες εἰσὶ, μη φθισώμεθα.* Carnes sunt, ne parcamus: quando semel mori oportet, &c.

Eam noctem sæuos cruciatus. ] *Hæc confusa sunt sine causa, sic ex Græcis distinguenda.* Eam noctem præterierunt, præsentia generose ferentes, iis quæ sperabant, gaudentes, & hostem deridentes. Vna erat omnium oratio: *Quadraginta in stadium ingressi sumus, vtinam quadraginta, ὁ Domine, coronemur.* Non desit numero, &c.

Non enim qui cogitur. ] *οὐ γὰρ ὁ ἀπορῶν τῶν ἀναγκαίων καρτερεῖς.* Non enim qui necessario est indigus, tolerans est, sed cui cum abundè suppetant, iucunda quibus fruatur, in malis ferendis persistit. Cum igitur illi decertarent, hic verò euentum obseruaret, spectaculum inusitatum vidit, virtutes quasdam è cælis descendentes, tanquam à rege magna dona militibus diuidentes: quæ aliis quidem omnibus, vno excepto, dona distribuebant. Is autem, &c.

Custos verò qui. ] *Interpres omisit, καὶ ὁ μυρ φιλόζωος ἐπέειν ἀνομήσις ἀλαμηνῆς.* Et hic quidem vitæ amator frustra scelere admisso lapsus est: licetor autem vt vidit illum defecisse, atque ad balneum recurrisse, seipsum in desertoris locum substituit, & abiectis indumentis nudus sese immiscuit, eandemque cum sanctis vocem emisit: *Christianus sum.*

Sed inter se commixti. ] *Addè è Græco ἀ τῆς καυῆς θάμματος.* O nouum miraculum: neque deficient numero, neque redundantiam admittunt: si in singulos ipsos diuiferunt, &c.

Qui aliqua premitur. ] *ἐπὶ τῆς τεσσαρῆκοντα καλαφύτης.* Qui aliqua premitur angustia, ad hos confugit: qui lætatur, ad hos recurrit. *Hæc quidem indicantis modo dicuntur non imperantis; sed nihilo tamen minus intercessioni Sanctorum fauet hic*

## In S. Basilius Notæ.

hic locus Basilius, cum constet nunquam hæc sanctum hunc Patrem ut exemplum imitandum prolaturum fuisse, quæ non probaret, aut quæ in crimen idololatriæ vocari possent, præsertim cum addat eos, qui sic orant, exaudiri: at peccatores Deus non exaudit. Ioann. 9. 31. denique πρεσβυτέρους δυνατωτέρους legatos, hoc est, oratores intercessoresque potentissimos eos appellat.

Et permittentibus licitoribus. ] ὡς δυναμένον ἡ μετὰ βλάβει σου. Quum lictores ipsum relinquerent, ut qui posset nonnihil consilium mutare; ipsum propriis manibus accepit.

Ut in membris suis Deum reciperent. ] Quasi legisset interpretes δέξωνται. Atqui sic habuit Basiliensis editio posterior, ἡ δὲ δοξάσει τὸ θεὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ἐαυτῶν. Et tamen Cornarius, qui ei præfuit, veritatem, ut susciperent Deum in membris suis ipsorum. In Basiliensi quidem priori fuit editum, ἡ δὲ δοξάσει, sed facile suspicari potuit quibus esse mendum, præsertim si horum Pauli verborum meminisset, δοξάσατε τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. 1. Cor. 6. 20. Hic ergo scribe, ut in membris suis Deum glorificarent.

Mæstos exexerunt. ] τῆς πεπληκῆταις, lapsos exexerunt.

### In Homil. in varia Scripturæ loca.

Sic & damnare videtur. ] καὶ κατακρίνει τὸ ὄρη ἔ σκοπέλους. Sic & damnat eum, qui montes & scopulos videt, scilicet: unde sequitur, Num hæc qui viderit, condemnabitur?

Seu te iudice, seu te. ] ἢ δικάζον τί σοι κερμόωροι, ἢ μεταδίδόντι χάριτοντες, seu te iudicium exercente iudicentur, seu te distribuente sint egentes accepturi. Si federis iudex, ne inæqualia videas.

Si tuis astiterit. ] ἐὰν ἀφῆσθαι τῇ θυρῇ σου. Si tuis astiterit foribus, qui necessitati suæ remedium quaerit.

Nec plana specta. ] delendum est illud, nec. λέεια βλέπει plana specta. Hoc in libro Prouerbiorum diu quesitum nondum nobis occurrit. Cornarius notat in margine illa verba, quæ non multum abtundunt. οἱ ὀφθαλμοὶ σου ὄρθα βλέπέτωσαν. Oculi tui recta videant. Symmachus eis τὸ εὐθὺς, in rectum, Prouerb. 4. 25.

Vna in vtrisque necessitas. ] χρεία μία, ἔνδεα ἐν ἀμφοτέροις ἢ αὐτῇ. vna necessitas, penuria eadem in vtroque.

Sed occulta penitioraque. ] ἀλλ' εἰς τὸ κρυπτόν εἰσερχόμενος, ἐκεί τῆς ἀποκρύφτου ἀπέμεινε: sed occulta & penitiora ingressus, illic differentias distribue. Eum honora, qui pretiosa possidet. Vtrum pretiosus est, Virtus an diuitiæ?

As esse apparens. ] ὁ χαλκὸς αὐτοῖς περιλάμπει, ἔνδοθεν δὲ πηλὸς ἐστίν. Scias ipsos are circumfulgere; intus autem lutum esse, atque in illis quod putridum est, are fulciri. Contra vero quidam, &c.

Prosequitur deinde. ] Nihil tale est in Græco, sed statim subiungitur, ἔ ἀνδρὶ θυμῶδε μὴ συναυλίξ. Et cum viro iracundo ne habita. quæ sane non reperiuntur in eodem Prouerbiorum capite, in quo superiora, Qui leuia respexerit: Licet hic quoque

Cornarius annotarit Prouerb. 4. sed Prouerb. 22. 24. legimus, μὴ ἰσθὶ ἐπαῖρῃ ἀνδρὶ θυμῶδε. Φίλῳ ἢ ὀργίλῳ μὴ συναυλίξ. Noli esse sodalis viro furioso: neque cum amico iracundo cohabitares. Certè rursus videtur superiorem sententiam exponere Basilius, ac fortasse Librarius hunc versum sine causa hic ascripsit, quem mox subiicit; auctor illic, Iracundus es? Cum iracundo viro ne habitares.

I N

## CHRISTI NATALEM.

CHRISTI Natiuitas propria. ] Ut sensum assequamur rectius Græca ita sonant: Christi generatio, propria quidem illa & prima, quæque diuinitatis eius est, silentio colatur: immo vero nostris etiam cogitationibus imperemus, ne illa inquirant, neque curiosè rimentur. Vbi enim nec tempus, &c.

Verum quia per istiusmodi verba. ] Græcè legabatur in editione Basiliensi, ὁ λογισμὸς τοῖς τοῖς τοῖς λόγοις. In Augustana verò recentiori: τῶν λογισμῶν ὁ τοῖς τοῖς λόγος τὸ δόξα καὶ ἔρευνα κατὰ φῶγος τῆς δόξης. Veruntamen quoniam curiositatem cogitationum eiusmodi responsionis verba non sedant, & ineffabilem gloriam refugio, & verbis humanis inenarrabilem esse diuinae generationis modum confiteor. Ferri tamen possiet, ἐπὶ τὸ ἀρηγῶν, ad ineffabile gloriæ arcanum confugio.

Quod si neque cum hoc. ] Ad verbum sic erat: Aut neque concedis aequaliter atque hic mortalis ignis operari diuinitatem, sed passionem circa eum qui passionis expers est imaginari: & quæris, quomodo corruptibilis natura ex Dei coniunctione immortalitatem induerit? atque hoc cum videas, ignem (adhuc enim in similitudine hæreo) à rubigine ferri non consumi? Disce itaque mysterium. Ita sequemur Basiliensem editionem, ἔρχε τὸ ἀρηγῶν: sed si Augustanae malis suffragari, quæ sic habet: ἰδιῶτα τὸ ἀρηγῶν ἀσώουδον, Coniunctione sinceritatem suam potnerit conseruare.

Fera illa caro condenda esset. ] Ne quis vocem θεοτόκου hic fuisse inde suspicetur (qua tamen vtitur postea Basilius in hac Homilia) fidelius reddetur τὴν θεοφόρον ἐκένωσεν στήθεισιν αἶμα, carnem illam Dei gestatricem constituere oportebat.

Sed ut nihil virginitati. ] Vox παρθενία duobus à manuscriptis aberat, & poterit locus exponi, si ipsum mysterium Incarnationis intelligamus Deum voluisse latere diabolum. Nam & ita S. Hieronymus in 1. cap. Matthæi, & in Biblioth. Photius. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à desponsata conceptus sit, ut partus iniquiens eius celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum. Quamquam & eodem res reuoluitur, sic enim ad celandam virginitatem id factum videri potest, ne scilicet virginem peperisse animaduerteter: Poterit ergo vox παρθενία retineri ex vtraque Basiliensi editione. Post Græcè est πενήκοντα διδραχμα. Quinquaginta didrachma. Locus est Deuteron. 22. 29. πενήκοντα διδραχμα ἀργυρίου. Quorum loco in Vulgata legimus, quinquaginta siclos argenti.

Nos verò et si nihil pietatis rationi noceatur. ] Nannius sic contineret verterat: Usque enim ad

mysterium huius negotij dispensandi necessaria erat Virginitas: & licet quod posterius sequitur, sine cura ratio mysterij dimittat, vt quia non recipiunt aures Christi studiosorum, defuisse aliquando Virginem esse Deiparam, illa testimonia sufficientia arbitramur. *Hic paulo aliter editum. Pet. Lanfilius Societ. nostra sacerdos Dispunctionibus ad Iustinum Martyrem cap. x. τὸ καταλείψαι expungendum censet, cum sit in Basiliensi altera edit. Græca, anni M. D. LII. & in Augustana Hoeschelij, anni M. D. LXXXVII. pag. 95. qui & hæc parenthesi includit: (μέχρι γὰρ τῆς πλὴν οικονομίας ὑπερβολῆς ἀναγκαστικῆ ἢ περιθωρίαν τῆς ἐφεξῆς ἀπολυταγωγίαν τῶ λόγῳ τῆς μυστηρίου καταλείψαι.) At Lanfilius sic interpungendum existimabat, vt illa, εἰ ἔγωγε, vsque ad ἡμῶν Δεῖξαι τῆς parenthesi longius claudantur, ommissa, vt dixi, voce καταλείψαι: vertiturque ad hunc modum vt obscurum locum. Nos vero (cti nihil pietatis rationem lædat: nam Virginitas vsque ad Incarnationis ministerium necessaria: quod vero deinceps [euenerit] parum negotij rationi mysterij [Incarnationis] exhibet) tamen quia Christi amantium aures non admittunt; quod Deipara aliquando deserit esse Virgo, illa testimonia sufficere arbitror. Fuit ad hoc, cum negationem, quæ in editis omnibus deest, è consequentibus addendam esse putarem: ἐκείνας ἔχοντες ἡγάμεθα τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν. Docti arbitrentur, nos coniecturam attulimus.*

Cum promissio præsentis. ] Paulo ampliora sunt Græca editionis Augustanæ: Sed præsentis promissio perpetuum indicat, neque futuri est exceptio.

Fama est, & ea ex traditione ad nos perlata, Zachariam. ] De nece Zacharie filij Barachie, parentis Ioannis Baptista, teste Hippolyto Martyre apud Nicephorum libro II. Eccles. Hist. cap. 3. eadem quæ hic ex Traditione maiorum S. Basilium, narrat frater eius Gregorius Nyssenus Episc. copiosius tamen pari Orat. De Christi Natali: sed ex apocryphis narrationibus si B. Hieronymo in caput XXIII. Matthæi credimus, item Euthymio, & Theophylacto ibidem. Referunt eadem propemodum Petrus Alexandria Episc. & Martyr in sexta Synodo recitata, apud Theodorum Balsamonem: & Origenes Tractatu XX. in Matthæum, itemque Cyrillus Alexandrinus contra Anthropomorphitas, & alij: de quibus Illustriß. Annalium scriptor Baroniüs Card. Tom. I. ad Augusti annum 42. qui de Ioannis Bapt. parente locutum esse Christum opinatur Matth. 23. v. 35. Quattuor itaque Zacharie diuersis tamen temporibus numerantur: quorum de duobus hic controuersum. Zacharias Ioiade F. à Ioas Rege occisus 2. Paralip. 24. v. 22. Vnus item in XII. Prophetis minoribus Zacharias.

Tertius, Barachie F. Ioannis Bapt. parens. Quartus denique Baruch F. qui Vespasiano floruit imperante: de quo Iosephus lib. v. belli Iudaici cap. I.

Cuique in somno aperti sunt oculi. ] Male interpuncta sunt hæc Græcè, ideoque peius ab interprete conuersa. καὶ ὄρασαν θεὸς ἰδῶν ἐν ὕπνῳ, & σκοπασαυμμένοι οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. Sic enim legitur Numerorum 24. Et visionem Dei videns in somno; aperti oculi eius. Ostendam ei, & non nunc beatum prædico, & non appropinquat. Orietur stella ex Iacob, &c. Nam & hæc omnia codex Augustanus subiiciebat.

Qui benedicunt tibi. ] Latina Vulgata; be-

nedixerit tibi, sed exemplar Basilij Græcum, verba repræsentat interpretum Septuaginta: οἱ εὐλογούντες σε, εὐλόγηται. Qui benedicunt te, benedicti sunt: & maledicentes tibi, maledicti sunt. Numeror. 24. 9.

Cum qui ambit terram aër. ] Græcè, εἰς τὸ ἀέθριον ὑπερχύθη τὸ πῦρ. Cum redundans circa terram aër, in ætherium locum diffusus fuerit, quasi materiam igni præbens. Vide Aristotelem lib. I. c. 7. Meteororum, vbi cometas gigni docet, cum ex inferiori loco aspiratio offertur. Paulo post. Hoc vero sidus in Oriente cum apparuisset & Magos ad inquirendum eum, qui natus erat, permoisset, disparuit, donec heciantibus ipsis in India rursus appareret. Ex quo satis ostendebatur cuius esset, cui deseruiret, & cuius gratia factum esset.

Pertinet Festum hoc, vt publicum. ] Interpretes vetus legis videtur non κωνή, sed καινή, dum vertit nouæ creationis, quasi esset τῆς καινῆς κτίσεως Græca sonant: Communis omnium creaturarum est hæc festiuitas: hoc mundo quæ supramundana sunt & celestia largitur, Archangelo mittit ad Zachariam, &c. Ex Augustano codice, in quo sic editum est: αὐτῇ τῷ κόσμῳ δωρεῖται τὰ ὑπερχύσματα. Paulo post verior lectio ἐν ἑσπέρῳ hunc sensum reddit: Astra in calo discurrunt, &c. Terra suscipit in spelunca. Nam vocem lucem Græci codices non expriment. Item: Nemo sit inutilis, nemo ingratus. Paulo post: Græca sonant, diem generis humani Natalem, vt nimirum dixerat antea, τὰ σωτήρια τῷ κόσμῳ, diem in quo seruatus est mundus. Rursum post: Cõgita mihi, frutu Deo conuenit, Domini Incarnationem. Hoc enim indicat Θεοπροσωπῶς, alij Religiosè. Statim: Vt tu purificeris per id quod tibi cum eo cognatum est. ] Hoc est: vt tu per id, quod eiusdem generis est, experis. Id enim volunt hæc verba: ἵνα σὺ καθαρῶς Δεῖξαι τῶ συγκυρίου.

IN LIB. III.

Contra Eunomium.

Castrametatur. ] Ita Georgius Trapezuntius interpretatus est; Beza vero in editione Stephanæa 1570. pag. 362. Castrametatus est. Peneta Græca prima omnium & Basiliensis posterior habent, vt apud LXX. Psal. 33. 8. παρεμύθη ἄγγελῶν κυρίου. Castrametabitur Angelus Domini. Paulo post Deuteronomij locus est, c. 32. 8. sed in Vulgata Latina legitur iuxta numerum filiorum Israël, & ita Græcè Aquila, καὶ δειθμόν ἄγγέλων θεοῦ. Secundum numerum Angelorum Dei: Idcirco Basilius hic dixit, καὶ δειθμόν ἄγγέλων αὐτῶν. Chrysostomus Homil. 3. in Epist. ad Coloss. τὸ πρῶτον καὶ δειθμόν ἐθνῶν ἦσαν οἱ ἄγγελοι. νῦν δὲ ἔκαστος δειθμόν ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ δειθμόν πτωχῶν. Vide Origen. Homil. 28. in Numer.

Et remansi ibi iuxta. ] Sic quidem Vulgata Danielis 10. 13. at Basilius textum I X X. profert καὶ ἀντὶ κατέλιπον ἐκεῖ μετ' ἑ ἀρχοντῶν βασιλείας Περσῶν. Et ipsum reliqui ibi cum principe regni Persarum. Sed mendosè legitur in tribus Græcis editionibus Basilij βασιλείας pro βασιλείας, vnde Beza scripsit, cum principe Rege Persarum, rectius Cornarius, cum principe regni Persarum.

Princeps igitur.] *Δεξερῶτατος* dicitur qui inter alios Duces & Imperatores principem locum tenet: unde 1. Reg. 12. 7. *Sisara* dicitur *δεξερῶτατος βασιλείως Αἰθῶρ*. & in hoc Iosue loco cap. 5. 14. *δεξερῶτατη* & *δωμάτως κωρῆς*. Vulgata illic vertit, Magister militiæ regis Aſor, quasi Magistrum equitum, aut Magistrum militum diceret; hic vero, Princeps exercitus Domini: Sic ergo interpretor, Princeps igitur exercitus Angelorum, qui in legionibus sunt dispositi, ille videlicet princeps est. Quorsum hæc oratio?

Etenim stellæ.] *ἀστὴρ ἀστὴρ* & *ἄλφα φέρεται ἐν δόξῃ*. Verba sunt Apostoli 1. Cor. 15. 41. Stella enim à stella differt in claritate. Vbi licet Beza vertere maluerit ad verbum, differt in gloria; hic tamen apud Basiliū scripsit, differt splendore.

Sic profectò & Spiritus sanctus.] In editione Veneta sic interpunctum est; Et in Basiliensi τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον εἶναι καὶ ἀξιώματα. in Stephanea pendet adhuc sententia, οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, εἶναι ἀξιώματα καὶ τάξιν ὑποβάθην, ὡς λέγουσι. Sic profectò & de Spiritu sancto, statuendum est, etiam si dignitate & ordine inferior esset, ut isti dicunt. Non enim asserit Basilius, nisi καὶ συγκρίσασθαι, Spiritum esse dignitate inferiorem Filio.

Quibus autem constructum.] οἷς δὲ Ἰησοῦς ἐπέρωθεν Ἰηδοδόμῳ. Quibus verò ex acquisitione & altetius largitione inest bonitas, ea transmutabilis sunt naturæ. Neque enim cecidisset Lucifer, qui mane oriebatur, neque in terra contritus esset, nisi ea natura fuisset, quæ deteriori conditione esse posset. Esa. 14. 12.

Quo pacto tertiæ.] Malè in Stephan. editum est πῶς τρίτος, & in Basiliensi. Rectè in Veneta, πῶς τρίτον, quod ineptè Beza vertit, quomodo tertium est? τὸ πνεῦμα Spiritus scilicet. Scribendum est. Quomodo tertius est & alienæ naturæ?

Cui diximus: In umbra.] οὐ ὑπάρχει ἐν τῇ σκιά τῶν πτερυγῶν αὐτῆς ζησώμεθα. Ita quoque legitur Hieremia Threnor. 4. 20. nisi quod illud πτερυγῶν addidit Basilius, sed Hebraismus, quem retinuerunt LXX. perturbavit interpretes: idcirco Beza prætermisit illud οὐ ὑπάρχει. Tu ita verte, de quo diximus: In umbra alarum eius viuemus. Ambrosius in Psal. 118. οὐκ ἔστιν. 15. sub cuius umbra, diximus, viuemus.

Prophetæ clamauerunt: Hæc dicit.] Beza subtilitas hic frustra fuit; non enim legerat Actorum 21. 11. prophetam Agabum hæc verba protulisse: Hæc dicit Spiritus sanctus: Vitum cuius est Zona hæc. Ad quem locum sine dubio alludit Basilius: at ille mutilatum existimans hunc locum, sic eum in sua interpretatione restituere conatus est: Idcirco clamant Prophetæ in veteri Testamento; Hæc dicit Dominus: in Nouo autem Apostoli, Hæc dicit Spiritus sanctus. Cornarius etiam annotauit in margine: Actor. 5. citari putans illud Apostolorum in Concilio Hierosolymitano. Visum est Spiritui sancto & nobis: sed hoc sufficit ad probandam diuinitatem Spiritus, quod nimirum donum prophetiæ distribuat; ut indicant Prophetæ, cum ex illius persona loquantur.

Si quid cum Deo in secretis.] κενῶν τῶ θεῷ τὸ πνεῦμα. si quid secreti cum Deo commune habet, cum neque alienus ab eo neque peregrinus

fit, profunditates iudiciorum ipsius inuestigare potest.

Nec creatura existentis.] οὐδενὸς κτίσματος, οὐδὲ δόξης πατρὸς καὶ υἱῶν (ὑποταγῆς): nulla creatura, neque seruo Patri, aut Filio adiuncto: tanquam deitate in Trinitate completa: quod autem extra.

Maximorum montium.] Addendum Græco, γῆς καὶ ἀπείρου, maximorum montium, ac terræ immensæ, & infiniti maris.

Quid igitur ipsum.] Addenda est interrogationis nota ex editione Stephan. quæ deest in Veneta & Basiliensi. Quomodo igitur ipsum vocare oportet? Spiritum sanctum, Spiritum Dei, Spiritum veritatis, à Deo missum, à Filio datum: non feruum, sed sanctum.

Credimus fieri.] Interpres videtur scripsisse ferri, πεπεσίμεθα φέρειν. ut postea πρὸς τὴν ἐναθρώπησιν & κυρίως φέρουσι, humanitatem Domini concernens. Locus Propheta legitur Amos 4. 13. quem sic etiam exponit Ambrosius Basilij vestigia reuelans lib. 2. c. 7. Nonne euidenter dictorum testificatur series, de istius creatura mundi locutum Prophetam?

Et nemo putet coutemptum.] & μηδεὶς οἰεσθῶ ἀθέτησθαι εἶναι τὴν ὑποστάσιν. Et nemo putet substantiam eius aboleri; quod negetur Spiritum esse creaturam.

IN LIB. IV.

Contra Eunomianos.

Sin verò Filius non natura.] Hæc aliter interpunguntur in Græcis. εἰ δὲ οὐ φύσις θεοῦ ὁ υἱὸς ὡς οἱ ψευδοὶ (corrigere ψευδῶς) λεγόμενοι θεοὶ. Si verò Filius non est natura Deus, vt qui falsò dij dicuntur; dicitur ergò Deus, & non est.

Quod positione.] τὸ θεῶν καὶ μίμησιν quod ex adoptione est. Per θεῶν enim ὑποθεσίαν intelligit.

Verè imposta nomina.] καὶ ἀληθῶς ὀνόματα. Quæ verè sunt nomina, notæ sunt essentiæ earum rerum, quarum sunt nomina. Ita Beza, nisi quod vocem εἰσίας omisit.

Sed quia incomparabilis.] Dicendum erat, sed quia incomparabile, εἰ μὴ ἁνωτέρας τὸ μονοθεῖες, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀσύνμετρον. Si vnigenitum non est ex generatione, verum ex eo, quod sit incomparabile: vnigenitus est etiam pater: est enim incomparabilis: & omnis creatura non similis aliis, est vnigenita.

Quod in forma Dei est.] τὸ ἐν μορφῇ θεῶν. Illud in forma Dei, est in essentia Dei. Intelligit enim verba Pauli Philipp. 2. 6. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam, &c.

Vel cum semel voluit.] ἢ ἀπαύξ βεληθεῖς, ἀβύληται τὸ λοιπὸν. vel cum semel voluerit, de cætero non vult: vel etiam rursus voluit, & rursus genuit.

Cum ad hoc etiam imbecillitas.] πρὸς τῶ καὶ ἀδωαμῆν. præter quam quod imbecillis est. Hoc est, si non potest generare, & deterioris est conditionis & imbecillis est.

Cum nos asseramus patrem.] ἡμῶν λεγόντων, πατρὸς ὄντος αἰεὶ, ἀνάγκη καὶ τὸ εἶναι. Quom nos dicimus

## In S. Basilium Notæ.

cimus, Si semper est Pater, necesse est Filium semper esse: aiunt illi, Ergo itidem cum Filius semper sit opifex, etiam opificium semper erit, atque ita Patri & Filio fuerit opificium coæternum. At enim qui opificem dicit, non simul quoque opificium dicit. Neque enim cum architecto simul existit ædificium. *In locum vocum istarum, δημιουργός & δημιουργία cum Cornario substituitur opifex, & opificium, potius quam creator & creatio cum Beza, vel Trapezuntio, quod exemplo magis conueniant mox sequenti ædificatoris & nauicularij: neque enim illi domum aut nauim creare dicuntur. At opifex ædificatorque mundi Deus est, etiam Ciceroni 1. de Nat. Deor.*

Deus Dominus, Omnipotens. ] Θεός καὶ κύριος, καὶ παντοκράτωρ. Deus, Dominus, Omnipotens, Sabaoth. *Vsi sunt LXXi voce illa παντοκράτωρ, aliquando ad exprimendam Hebraeam Sadai ut Iob 8. 5. πᾶς κύριον παντοκράτορα δέσποτα. Vulgata Lat. & Omnipotentem fueris deprecatus. & Ezechielis 10. 5.*

An cum sit natus est Filius. ] εἰ ἂν ἐγενήθη ὁ

υἱός. An cum esset genitus sit Filius, an verò cum non esset, &c. Verentur enim dicere *Aliquando, & in tempore*, ideoque dicunt, *Cum esset*. Tu verò interroga eos è contrario, An Deus cum esset Pater. Filium genuerit, &c. Si autem cum non esset, factus est, & non natura Pater.

Splendor gloriæ, & in forma Dei. ] *Hæc duo loca diuersa sunt: alter est Hebr. 1. 3. alter Philipp. 2. 6. καὶ ὅς ἐν μορφῇ Θεῆ ὑπέσχετο. Qui cum sit splendor gloriæ, & Qui cum in forma Dei esset. Et rursus. Malè Beza, Qui cum sit in forma Dei.*

Non substantiæ excessu. ] *Addendum fuit verbum ab interprete, ut clarior sensus esset. Hæc autem pater cum sit etiam, non similiter est, sed maiori modo, id nimirum sit non substantiæ excessu, sed qualitatis excessu. Substantia enim non dicitur esse vna magis quam altera, sed Qualitas vna magis quam altera. Homo enim non dicitur altero magis homo, sed bonus altero bono, magis bonus, & iustus altero magis iustus: Hoc nimirum est, quod docent Philosophi Substantiam non recipere magis & minus, sed Qualitatem.*

F I N I S.





COPTIS

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]





INDEX

COPIOSISSIMVS

RERVM ET VERBORVM,

In quo numerus I. primam columnam,

I. I. secundam denotat.



Aronis virga. pag. 428. col. 1  
 Ab atrijs Domini qui resciantur. 587. 2  
 Abel pastor fuit. 167. 1  
 Abimelech nomen generale regum alienigenarum. 69. 1  
 Abimelech interitus. 155. 1  
 Abnegatio suis ipsius que. 301. 1  
 In multis consistit. 302. 2  
 Abnegaturo peculium suum quid faciendum. 251. 2

Abraham decimas dedit. 559. 1  
 Aliquando hesitavit. 172. 1  
 Amicus Dei quare. 223. 1  
 Fuit velut peregrinus perpetuus. 557. 2  
 Eius fides. 261. 2. 370. 2  
 Eius obedientia. 251. 1  
 Abscondere peccatum est agrotanti cooperari ad mortem. 319. 1  
 Absentium & presentium ratio habenda. 281. 2  
 Absalon superbus. 155. 1  
 Eius praua astutia. 145. 2  
 Abstinentia quid. 306. 1  
 Nimia corpus atterere, ratione caret. 398. 2  
 Quare commendetur. 399. 1  
 Ventris optima. 398. 1  
 Abstinentie doctrina necessaria. 305. 2  
 Eius commendatio. ibid.  
 Eius modus. 307. 1  
 Abundantia anime. 63. 2  
 Nihil prodest. 540. 1  
 Abundare in omni opere Domini quid. 362. 2  
 Abyssus quid. 7. 1  
 Circa Abyssum errores Manicheorum. ibid.  
 Abyssus mystice. 66. 2  
 Academia locum cur Plato pestilentem delegerit. 163. 1  
 Acceptande non sunt persone. 167. 1  
 Accumbendi mensa ratio prescribitur. 253. 2  
 Accusationis flagella Basilius sustinuit. 450. 1  
 Accusatores fidelium sine omni examinatione fidem inuenire. ibid.  
 Achab penitentia. 171. 2  
 Achaz sacrilegium exercitus luit. 111. 1  
 Eius terribile exitium. 258. 2  
 Achaz quid interpretatur. 630. 1  
 Filium suum transfudit per ignem. 658. 1  
 Thesauros templi ad regem Assyriorum misit. ibid.  
 Acheloi filia. 468. 2  
 ἀχαρία quid. 335. 2  
 ἀχαρις quis. 306. 1  
 Actio vna virum bonum non facit. 530. 2. 532. 1  
 Actio & cogitatio iusti laus Dei est. 70. 1  
 Actio omnis aut degrauat aut alleuat ad Deum. 63. 1

Actionis corporis & anime. 522. 2  
 Quas gesimus in hoc mundo, in die iudicij patebunt. 592. 1. 609. 2  
 Obscene sunt Deo abominatio. 601. 1. 2  
 Actiones nostre non pendunt ab astris. 532. 2. & seq.  
 Adam quare e paradiso expulsus. 105. 2  
 Adam per escam vetitam vita spoliatus. 253. 1  
 Adam ex Deo. 553. 2  
 Antequam esset quidquam mali expertus elegit malum, Christus vero bonum. 633. 2  
 Ade amicum cur Deus non dederit. 126. 1  
 Ade sepulchrum Hierosolymis fuisse vulgo memoria proditum. 615. 2  
 Ad iudicium veniet Dominus cum senioribus. 609. 2  
 Admittere eum an debeant fratres, qui vult apud ipsos vt proficiat commorari. 339. 1  
 Admonitio modica sufficit timentibus Deum. 445. 2  
 Adulescentia in qua vitia preceps sit. 605. 2. & seq.  
 Adulescentium leuitas. 103. 2  
 Adonia venustas. 155. 1  
 Adoptionis spiritus. 211. 2  
 Adoraturus Dominum, non debet alienari a cœtu ecclesie. 7.  
 Aduerentium suscipiendorum scopus. 308. 1  
 Aduentus Christi terrori fuit demonibus, hominibus salutaris. 604. 1  
 Aduentus Domini secundus qualis. 279. 1  
 Aduentus Christi cessauit diuinandi ratio. 604. 1  
 Extrusus est Israel, & eius loco inserta sunt Gentes. 634. 1  
 Imago terrestris euacuabitur, vt inclarescat celestis. 604. 1  
 Aduersarius noster quis. 353. 1. 608. 2  
 Aduerse res probant. 539. 2  
 Adulator polyptodi comparatus. 163. 2  
 Adulatoris & amici discrimen. 461. 2. 518. 1  
 Eius descriptio. 90. 2  
 Adulationis sermonem vitauit Apostolus. 310. 1  
 Adulter quis venia dignus. 436. 2  
 Narium abscissione puniatur. 502. 2  
 Adulterum maritus vbi occidere possit. 503. 1  
 Adultera semper que sit. 503. 1  
 An sit appellanda que cum viro dimisso cohabitauit. 496. 1. 2. 505. 1  
 Adulteri viperæ comparantur. 26. 2  
 Adultera quomodo puniende. 502. 2  
 Adulterorum poena. 505. 2. 507. 2  
 AEdificationem subditi episcopus curet. 284. 1  
 AEdificator mysticus. 103. 1  
 AEdificandi dua species. 618. 2  
 AEdium splendor & magnificentia taxatur. 116. 2. & seq.  
 AEgon fluuius. 11. 2  
 AEgrotari se nescientes. 102. 2  
 AEgrotis in hospitali quomodo ministrandum. 344. 2. & seq.  
 AEgyptium mare quidam conati sunt Indico coniungere. 14. 2  
 AEgyptus inferior mari rubro. ibid.  
 AEgypti desolatio. 128. 4  
 \*

AEmulatio

# Index rerum & verborum

<i>AEmulatio</i> quid.	345.2	<i>Amphibia animalia.</i>	25.1
<i>AEqualiter esse</i> Deo quid.	217.2	<i>Amphilochius.</i>	467
<i>Aer aliquando calum dicitur.</i>	11.1	<i>Amphilocus.</i>	603.2
<i>Aer terre inest.</i>	4.2	<i>Amphiscij.</i>	23.1
<i>Aerius hereticus.</i>	228.2	<i>Amygdala amara</i> quomodo dulcescant.	185.3.2
<i>Aestas vnde incipit.</i>	22.2	<i>Anachoresis</i> quam monachismus sublimior.	487.1
<i>Aetate prouecta venerabiliora natura sunt.</i>	292.1	<i>Anachoretarum constitutiones.</i>	368.2
<i>Aetates hominis.</i>	93.2	<i>Ananias</i> in quale iudicium incidit.	291.1.521.1.549.2
<i>Aetates in sacris litteris quid significant.</i>	135.2	<i>Ananiæ peccatum.</i>	620.1
<i>Aeternum esse</i> quid.	204.2	<i>Anarchia</i> quantum mali afferat.	257.2
<i>Aetheris natura.</i>	5.1.12.1	<i>Andronicus preses.</i>	476.1
<i>Aetius hereticus.</i>	457.1	<i>Angelus angelo maior.</i>	465.1
<i>AEuum</i> quid.	204.2	<i>Angelus iacobum allocutus.</i>	205.1
<i>Aeui futuri eternitas.</i>	163.2	<i>Angelus suus cuique assistit.</i>	87.2.210.1.404.2
<i>Affectiones animæ non omnibus esse notas.</i>	331.1	<i>Custos est timentium Dominum.</i>	616.2.634.1
<i>Affectionum tres differentie.</i>	52.1	<i>Angelum filium Dei à scriptura nominari.</i>	204.2
<i>Affectus nihil ita facunde exprimit, atque ipsa animi passio.</i>	470	<i>Angeli ante mundum creati.</i>	3.1
<i>Affectibus nostris dominandum vt bestijs.</i>	40.1	<i>Angeli quomodo creati.</i>	67.1
<i>Affirmare aut negare.</i>	54.1	<i>Angeli animæ custodes.</i>	711.100.1
<i>Afflictio à Deo proficiscitur.</i>	277.2	<i>Angeli hominibus dati ceu pedagogi.</i>	210.1.235.1
<i>Afflictio duplex.</i>	609.1	<i>Angeli non sunt alterabiles vt homo.</i>	78.1
<i>Afflictio æquo animo perferenda.</i>	656.1	<i>Angeli mali ministri sunt iustitiæ Dei.</i>	650.2
<i>Afflictiones ferende ob gloriam futuram.</i>	448.1	<i>Angelorum opus laudare Deum.</i>	60.1
<i>Quomodo irrogantur.</i>	583.2	<i>Angelorum perfectio.</i>	237.2
<i>Ad animam se habent, vt vineæ cultus ad vineam.</i>	617.1	<i>Angelorum anima non percellitur timore.</i>	654.1
<i>Illis quare nos Deus dedit.</i>	123.2	<i>Anguille ex limo pregigantur.</i>	132.2
<i>Afflictorum recreatio non caret præmio.</i>	432.2	<i>Anguis seniculi pastu lippitudinem oculorum curat.</i>	ibid.
<i>Agape communionis.</i>	456.1	<i>Anima humana captiua.</i>	48.1
<i>ἀγάπη ὁμοῦ καὶ ἁρεσῶντος differentia.</i>	252.1	<i>Incorporea.</i>	104.1
<i>Agnominationis substantia vniuersitatem non arguere diuersitatem.</i>	201.1	<i>Anima &amp; mens.</i>	371.2
<i>Agnorum mira natura.</i>	33.1	<i>Anima carnis operimento obducta.</i>	161.2
<i>Agonia</i> quid.	632.1	<i>Anima qua viuimus.</i>	158.1
<i>Agricola munus.</i>	103.1	<i>Templum Dei est, &amp; aula eius.</i>	61.1
<i>ἀγροτικὸν quid.</i>	641.2	<i>Debet imperare perturbationibus &amp; Deo feruere.</i>	552.2
<i>ἀγαθὸν ὅτι quid.</i>	334.1	<i>Quomodo certa reddenda quod à peccatis sit purgata.</i>	363.2
<i>Alearum lusus taxat.</i>	31.1	<i>Quo pacto se præparet auscultationi rerum diuinarum.</i>	1.1
<i>Alexander musica ad arma concitatus.</i>	162	<i>Quando infirmior.</i>	555.2
<i>Alexandri pudicitia &amp; humanitas erga Darij filias.</i>	161.534.2	<i>Disparata ab affectione &amp; consensu corporis, viuunt cum Christo.</i>	50.2
<i>Alexandri apophthegma.</i>	439.1.2.536.1	<i>Comes &amp; consecratrix corporis in loco est.</i>	245.2
<i>Alexandri exemplo calumniatori non credendum.</i>	536.1	<i>Anima brutorum sanguis &amp; terra est.</i>	28.2
<i>Alexandrinus Dionysius.</i>	245.2	<i>Anima brutorum genere vna.</i>	32.1
<i>Aliena indagare facilius quam propria.</i>	103.2.54.1	<i>Anima si à Christo defecerit est vidua.</i>	591.2
<i>Alimentum crassum nocet.</i>	48.1	<i>Scelere repurgata Deum habet à quo exaudietur.</i>	621.2
<i>Alimentum animæ mens siue intellectus.</i>	604.2	<i>Quibus vnguentis exhilarascit.</i>	612.1
<i>ἀλλοφύλον quid sonat.</i>	601.2	<i>Dei contubernio destituta fit spirituum improborum habitatio.</i>	655.2
<i>Altum sapiens quis.</i>	334.1	<i>Virtutibus exhausta expugnata civitati similis.</i>	585.2
<i>Altaria Basilidis Paphlagonis subuertuntur.</i>	449.1	<i>Petri petra dicta est. Vide, Petrus.</i>	ibid.
<i>Altaria cultu spiritali priuantur.</i>	448.1	<i>Nostri vera vitis est.</i>	ibid.
<i>Altypius.</i>	467.2	<i>Vitis insecta paulatim fit deterior.</i>	585.1
<i>Amabile quid proprie.</i>	92.1	<i>Quando dicitur emigrasse de corpore.</i>	360.1
<i>Amaritudo in gustu quid sit.</i>	623.1	<i>Anima atates metaphoricè.</i>	135.2
<i>Amarulentia quid.</i>	334.1	<i>Corpore vtentis proprium.</i>	445.2
<i>Ambitio morbus diabolicus.</i>	377.2	<i>Eius cura habenda.</i>	423.1
<i>Ambitio ecclesiasticorum.</i>	607.2.610.1	<i>Eius formam qua indident.</i>	406.1.2
<i>Ambitionis epitheta.</i>	377.2	<i>Eius incrementum.</i>	41.1
<i>Ab ambitione se remotum esse, quomodo quis persuadere sibi possit.</i>	364.1	<i>Eius lumen Deus verbum.</i>	441.1
<i>Ambitosus quis.</i>	549.2	<i>Eius malum inueteratum vix medelam admittit.</i>	49.1
<i>Ambrosij &amp; Basilij familiaritas.</i>	439.2	<i>Eius morbus curiosè de Deo querere.</i>	22.2
<i>Ambulare in tenebris.</i>	639.2	<i>Eius mors ignoratio Dei.</i>	137.1
<i>Amianton lapilli gemus.</i>	527.2	<i>Eius migratio de corpore.</i>	519.1
<i>Amici Dei pauci.</i>	66.2	<i>Damnatae querimonie.</i>	585.2
<i>Amicitia Christiana in primis colenda.</i>	277.1	<i>Pestifera mala.</i>	422.2
<i>Ex amicitia &amp; sodalitate monachorum singulari, que mala oriuntur.</i>	293.1	<i>Purgatio ac expiatio.</i>	162.2
<i>Amicitiam fratrum nemo facile deserat.</i>	387.1	<i>Animæ purgandæ principium.</i>	422.2.549.1
<i>Amicitie noxiæ sunt, que cum malitia contrahuntur.</i>	126.1	<i>Eius salute nihil magis necessarium propter quam Christus mortuus est.</i>	25.3.1
<i>Amicitie particulares in monasterijs vitentur.</i>	293.1	<i>Vires tres.</i>	4.2
<i>Annon perpetuo dedecore notatus propter fororis violationem.</i>	408.2	<i>Vis duplex.</i>	171.2
<i>Amos de grege caprarum sumptus in prophetam.</i>	439.1	<i>Status quietus.</i>	39.1
<i>Amor mutus inter homines.</i>	518.1	<i>Anima thesaurus.</i>	555.2
<i>Amor suiipsius quid.</i>	334.1	<i>Immortalitas à veteribus controuersa.</i>	601.1
<i>Amore inaniens equo comparat.</i>	40.1	<i>Animam corporeis oculis comprehendi non posse.</i>	104.1
		<i>Animam quid pascat.</i>	422.1
			Vita

Vite studijs & exercitijs a similari.	80.1	Aqua an super firmamentum esse possint.	10.2
Non illuminatam nihil intelligere.	204.1	Spirituales, sancti doctores.	58.2
Pro animabus aliquid impendendum.	463	Aqua metaphoricè hanc vitam significant.	136.2
Animal quodque propriam vim & arma habere.	102.1	Aquarum copia cur tant.	11.1
Animalia que facile capi possunt secundiora sunt.	33.2	Earum collectio quomodo facta sit.	14.2
Quævis natura ducta ad sibi commoda feruntur, noxia verò vitant.	102.2	Aquatilium genera.	25.1
Quorundam proprietates.	33.1.2	Aquila sanctum designat.	60.1
Animalium quædam species hominum mores exprimunt.	657	Aquile natura.	29.2
Animantes sunt naturali prædite facultate ad tuendam & recuperandam sanitatem.	33.1	Impieras.	55.2
Animantium initores puniendi.	495.1	Aram filij & Romelia qui conspirant aduersus Ecclesiam Dei.	631.2
Eorum tria genera.	28.1	Araxes fluuius.	11.2
Animus qui dirigitur ad voluntatem Dei quis.	355.1	Arbitrium liberum.	91.2.35.1
Eius promptitudo pro viribus in rebus etiam minimis Deo accepta est.	273.2. & seq.	Est liberum ad resistendum diabolo.	90.1
In virtute progressus, in humilitate progressus est.	254.1	An possit quicquam, vbi necessitas & fatum dominatur.	21.1
Eius vitia non omnibus manifesta.	331.1	Est in potestate hominis.	9.2
Animi sinceritatem nos iustificare.	270.1	Arabes quomodo interpretentur.	66.1
Animi constantis specimen.	411.1	Aram quid sonat.	630.1.635.1
Animi tranquillitas fons vberimus virtutum.	372.1	Arbores ramis longissimis prædite, earum radices profundiores sunt.	18.2
Animorum imagines per sermonem exprimi.	431.1	Animalia non sunt, licet viuere dicantur.	24.2
Animus ne circa varia oberremus docet.	375.1	Arborum nulle infructuosa.	18.1
Annus solaris & lunaris.	23.1	Arborum inter se varia ratio.	ibid.
Annonæ pretium augens publice execrationi obnoxius.	114.1	Arboribus simile quid accidit cum etate hominum.	ibid.
Anomiane impietatis feminaria vnde.	43.2	Arcanum non quibusuis reuelandum.	375.1
ἀνομοί qui.	597.1	Archilochi vulpecula.	163.2.53.2
ἀνετε quis.	86.2	Architectus mysticè.	103.1
Anserum vigilantia.	30.2	Architectus à Iudeis ablati quis.	606.1
Antimachus multiloquus.	426.2	Argentum reprobum quid designat.	593.1
Anthimus Tyane ciuitatis episcopus.	431.1	Argentum vas.	125.1
Antistes & antista in colloquium rarissime descendant.	340.1	Arguet Dominus populum.	600.1.2
Antistes quo animi affectu curam fratrum gerere debet.	311.2.	Argumentum elati animi quod.	601.2
340.1		Arida apparebit cur dictum.	15.1
Cuiusmodi esse debet.	319.2. & seq.	Arida cur dicta terra.	ibid.
Personam Christi sustinet.	382.1	Aries preit gregi ad pascua.	57.2
Nullum admittere debet in familiam non consensu fratribus.	240.1	Sanctum designat.	60.1
240.1		Eis comparantur præfides oculis Christi.	57.2
Antistes si quando lapsus fuerit, admoneatur per fratres eminentes.	310.1	Ariel quid sonat.	661.2
310.1		Aristoteles cur dialogos non scripsit.	477.1
Eius consilia non exquirenda à fratribus.	318.2. & seq.	Aristotelica quo in precio habenda.	195.1
In obiuersionibus quam rationem teneat.	320.1	Arius.	in Orat. sun. Bas. M. n. 55
Eius ministerium suscipere inferiores non reformident.	311.2	Arma iusti & iniusti que.	65.1
Ei quam terribile iudicium imminet si fratres delinquentes non coarquat.	310.1	Armæ militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Dei.	250.
Eo absente sit qui vices illius supplere possit.	318.2	Armeniorum mores.	in Orat. sun. Bas. M. n. 24
ἀνθίλοι.	21.1	Arnon quid sonat.	661.2
Anthropomorphitarum de Deo repellit opinionem.	36.1	Arrogans quis.	334.1
ἀντ. πελαργωσις quid.	29.1	Arrogantia se efferre, est diabolo similem se facere.	254.2
Anus & adolescentula si idem peccatum incurrerint, an eidem animaduersioni vtraque obnoxia sit.	337.2	Artes quomodo discende.	532.1.2
Anysus Euiippii alumnus.	426.1	Nobis indulta vt occurramus infirmitati.	320.2
Apum natura & solertia.	28.2.147.1.257.2.543.2	Non sunt vituperanda si qui sunt qui ijs abutuntur.	321.1
Eis nature lex innata.	147.1	Artium diuisio.	3.2.299.2
ἀφρον καὶ ἀνοητος quomodo differant.	86.2	Artium magistri quomodo delinquentes discipulos corrigant.	310.2
Apollinarius taxatur. 12.2 fuit vir eloquens. 452.1. eiusdem errores.		Artificia asceticam professionem qua deceant.	315.2. & seq.
ibid.		Arundo quid.	625.1
In eo qua laudari & vituperari Basilium.	460.1	Aruspices brutis vtebantur tanquam doctoribus & legum latoribus.	601.1
Apostate cur vitandi.	386.1.2	Ascendere in Bethel.	598.1
Eos quomodo antistes tractet.	385.2	Ascendere in montem Domini.	599.2
Apostasia tractatur.	381.1	Asceta quo animo sint erga parentes.	312.1
Apostoli & prophete in Ecclesia primi.	605.2	ἀσκητοί qui sint.	22.2
Materia paruli.	637.1	ἀσκητεια quid.	335.1
Eorum fundamentum retinendum.	584.1	Asinus gestandis oneribus natus.	582.2
Appetitus cibi naturalis quare sit.	307.1	Conferrur cum parte concupiscibili.	ibid.
Aqua cur vnum in locum congregata.	14.1	Aspersio vna.	587.1
Terra quoque inest.	4.2	Asperum quid.	152.1
Aqua è petra promanans cuius figura.	235.1	Asphaltites lacus.	14.2
Aqua salubris è corpore lullita.	109.2	Assyriorum rex potentissimus.	634.1.645.1
Aqua Siloe optima.	635.1	Assumptio verbi Domini donum est à Deo profectum.	581.1
Aque lauacrum quid significet.	246.1	ἀσπερο.	652.1
Aque necessaria creatio.	11.1.2	Asterius domesticus Gregorij Nysseni.	436.1
Aque commoditas.	98.1	Astrologia apud Chaldaos in precio.	133.2.655.1
Aquam haurit de fontibus Saluatoris, quis.	649.1	Astrologos impugnat.	21.2
Per aquam quid significet scriptura.	661.2	Asturia quid.	135.2
		Quomodo ea sit vtendum.	ibid.
		Athanasius Ancyra episcopus.	439.1
		Athel.	

# Index rerum & verborum

<p><i>Athenienses</i> otij notati. 123.1  <i>Atheniensis</i> spiritus. 103.1  <i>Atheniarum</i> miseria. 162.2  <i>Athenis</i> duplex. 102.1  <i>Avarus</i> quis. 115.1.3  <i>Eius</i> miseria &amp; infelicitas. 114.7.2. &amp; seq.  <i>In urbe</i> malus cohabitator. 118.1.546.2.85.7  <i>A peccatore</i> nihil differt. 113.2  <i>Igne voracior</i>. 153.1.546.2  <i>Diuitias</i> sibi Deum facit. 598.1  <i>Avari</i> miseria. 153.1  <i>Avari</i> qui pecuniam suam defodiunt taxantur. 117.1.542.2  <i>Pauperes</i> &amp; possessionibus eicientes. 618.1  <i>Omnia in auram</i> convertunt. 545.1  <i>Avarorum</i> insatiabilis concupiscentia. 117.2.546.2  <i>Excusatio</i>. 558.2  <i>Avaros</i> Deus opprimit. 546.2  <i>Deterrer</i> à metu iudicij extremi. 158.12 &amp; seq.  <i>Avaros</i> notat. 544.7 &amp; seq.  <i>Avaris</i> cur opes crescant. 133.2  <i>Avaritia</i> radix omnium malorum. 453.2.625.2  <i>De Avaritia</i> tractat. 153.1  <i>Quoadque</i> iudicanda. 333.2  <i>Avaritia</i> incommoda. 419.2  <i>Eius ad insaniam</i> collatio. 114.2  <i>Avaritie</i> genus pessimum est, nolle ea que facile corrumpuntur inopere dare. 115.2  <i>Avaritia</i> genus omne expurgandum. 275.2  <i>Auditus</i> natura. 105.1  <i>Auditus</i> in sacris literis. 608.1  <i>Auditores</i> prudentes. 64  <i>Avertere</i> faciem suam quomodo Deus dicitur. 64  <i>Avis</i> cuiusdam mira natura. 325.1  <i>Aves aquatiles</i> cur planis &amp; latis pedibus pradiat. 32.1  <i>Auum</i> differentia. 28.1  <i>Auum</i> aduncis pedibus natura. 20.1  <i>Auum</i> observatio in volatu. 607.2  <i>Auguratio</i> perniciosa. 114.2  <i>Auguria &amp; divinationes</i> lege Mosaica vetita. 601.1  <i>Aures Domini</i> voce non habent opus. 518.2  <i>Aures</i> quando sepienti. 397.1  <i>Aures binas &amp; linguam unam</i> cur homini natura dederit. 401.2  <i>Aurum</i> anime blandissimus insidiator. 388.2  <i>Aurum</i> in res singulas vertitur. 115.1  <i>Auram</i> incoctum. 653.2  <i>Quomodo seipsum</i> generat. 545.1  <i>Aurum</i> vas. 125.1  <i>Auscultandi</i> preceptum. 253.2  <i>Auxilium solum &amp; verum</i> à Deo. 90.1  <i>Auxilia</i> omnis generis in Christo. 231.2 &amp; seq.</p>	<p><i>Baptismi</i> merionis terme figura. 138.1.236.1  <i>Baptismi</i> pacta. 137.1  <i>Baptismi</i> ratio &amp; virtus que. 137.1  <i>De Baptismo</i> varia dissentiones. 492.2  <i>Baptismo</i> quodvis tempus opportunum. 137.1  <i>Baptismo</i> cognatum tempus dies paschalis. 137.1  <i>In Baptismo</i> quibus renunciemus. 234.1  <i>Ad Baptismum</i> alta voce vrebantur Cathecumem. 137.1 per baptismum in animabus sanctificatorum habitatio Domino preparata. ibid. qui baptismum differunt taxantur. 138.2  <i>Baptismus</i> dari solitus tribus merionibus. 236.1  <i>Baptismi</i> effectus. 137.1  <i>Baptizatus</i> ad serendas tentationes instituatur. 279.2  <i>Baptizati</i> quid respondere debeant heretici. 255.1  <i>Baptizati</i> quidam in suo sanguine. 236.2  <i>Baptizati</i> in nomine Patris &amp; Filij &amp; Spiritus sancti, quid. 179.2  <i>Baptizandum</i> in nomine Patris &amp; Filij &amp; Spiritus sancti. 145.1  <i>Baptizatum</i> esse in mortem Domini quid. 355.1  <i>Baptizatus</i> quid. 82.2  <i>Barlaam</i> martyris agon. 146. &amp; seq.  <i>Basan</i> quid. 602.2  <i>Basilides</i>. 450.1  <i>Suas expositiones</i> emendari vult. 465.2  <i>Ecclesie</i> princeps. 596.2  <i>Basilij</i> vitam, laudes, charitatem, doctrinam, educationem, &amp;c. Vide in oratione funebri Gregorij, &amp; in elogijs. 456.1.2  <i>Adolescens</i> quibus studijs sese dederit &amp; pietati. 443.1.2.457.2  <i>Quam</i> re sit accusatus. 450.1  <i>Accusationis</i> flagella sustinuit. 438.1  <i>Basilij</i> ades quidam depredata est. 369.2  <i>Basilij</i> oratio. 160.1.2  <i>Consilium</i> in discendo &amp; legendo auctoritas. 426.2  <i>Epistolas</i> edidit Gregorius Nazianzenus. 261.1  <i>Fides</i> resistentio hereticis. 262.2  <i>Sententia</i> de Trinitate. 456.2  <i>Recla</i> in fide instintio à teneri. 426.2  <i>Habitacionis</i> locus in ponto descriptus. 429.1.2 &amp; seq.  <i>Basilij</i> laus. 469.1  <i>Liberalitas</i>. 28.1.443.1.452.2.453.2  <i>Modestia</i>. 101.1  <i>Sententia</i> de celo. 451.2  <i>Scriptis</i> heretici abutuntur. 453.1  <i>Valetudo</i>. 456.1  <i>Vestitus</i>. 457.2  <i>Basilio</i> crimen obiectum. 352.2  <i>Beatus</i> pacificus quid. 255.2  <i>Beatus</i> homo qui semper est pauidus. 63.1  <i>Beatus</i> qui propriam plagam quam interne habet novit. 47.2  <i>Beatus</i> nullus est predicandus in hac vita. 70.2  <i>Beati</i> pauperes spiritu qui. 91.1  <i>Beati</i> qui sunt predicandi. 140.1  <i>Beatorum</i> catus. 71.1  <i>Beatitudinum</i> in Christo exempla. 605.1  <i>Bellatores</i> adempti à Iudais. 595.2  <i>Bellatores</i> imbecilles plerumque xpus reddit. 506.1  <i>Bellus</i> suos diligenter curant. 608.2  <i>Bene</i> agendum dum in hac vita sumus. 209.2  <i>Bene</i> agendi exemplar vnde sumendum. 500.2  <i>Benedictio</i> quid. 282.1  <i>Benedictionis</i> promissionem que habeant. 60.2  <i>Benedictionis</i> species que perfectissima. 265.2  <i>Benefaciendi</i> facultas ablata vita sanctis. 131.1  <i>Benefaciendum</i> aequo animo. 269.1  <i>Benefacta</i> aliena nihil ad nos, si officium nostrum negligamus. 131.1  <i>Benefacta</i> nota facienda vt glorificetur Deus. 114.1  <i>Benefactorum</i> gratie in dantes reuertuntur. 277.2 &amp; seq.  <i>Beneficia</i> Dei non debent sileri. 352.2  <i>Beneficij</i> accepti quomodo gratie agenda. 540.2  <i>Begnij</i> quando sumus. 552.1  <i>Benignitas</i> quid. 557.1  <i>Benignitatis</i> Dei nemo expers. 428.2  <i>Beseleel</i> sermonum artifex. Bethel</p>
---	---

## in Diuum Basilium.

Bethel quid.	612.1	Canonici qui dicantur.	494.2
Biantis dictum.	163.2	Canonum despicentia.	515.1
Blasphemi in spiritum sanctum qui.	360.2.273.2	Canticum qualis vox sit.	62.2.615.1
Bombyx.	31.1	Cantic. canticorum liber quid tractet.	132.1
Bona habitudo corporis periculosa.	165.1	Cantiuncule officium moribus.	12.1
Bonitas quid.	352.1	Caput etiam pro homine.	583.2
Boni id solum expetendum quod perpetuum est.	433.1	Carbo quid denotat.	627.1.2
Est id, quod omnia expetunt.	66.1	Carbones desolatorij.	80.1
Humanum nullum sincerum.	45.2	Carmen in victoriam.	47.2
Bonum esse difficile est.	162.1	Caro sanguis Christi.	465.1.587.1.604.2
Boni summi contemplatio angelorum thesaurus.	379.2	Caro Christi diuina natura vnita.	230.1
Boni optio non necessitate laudandi.	138.2	Caro Christi, mons.	599.2
Bona ecclesie sunt pauperum.	595.2.610.1	Caro omnis vt fenum.	16.2
Bona Christianorum diripiuntur.	449.1	Caro qualis in resurrectione.	445.2
Bona multis non apparent.	452.2	Carnis concupiscibile per continentie exercitia frangendum.	
Bona sua quibus relinquunt monachi.	203.2		399.1
Bonorum recuperatio.	531.1	Carnis inquinatio quid.	37.1
Bonorum hominum afflictio pendet à Deo.	277.2	Carnis proprium.	398.1
Bonorum consuetudo nihil prodest, si nihil boni facimus.	269.1	Carnis voluntati non indulgendum.	548.1
Bonorum initium fuga malorum.	48.1	Carnis voluntates que.	359.2
Bonorum omisio puniuntur.	260.2	Carnis & spiritus perpes certamen.	100.1
Bonorum operum quisque pro sua mensura typum gerat.	273.2	Carni subtrahenda voluptas vt augeatur anima robur.	99.2
Bonorum operum sinus studiofi.	273.2	Carnium esus concessus post diluuium.	41.2
Bosporius episcopus.	462.2	Carniuora dentibus acutis prædita sunt.	73.2
Bosporius Colonias.	582.2	Casta.	80.2
Bos & asinus.	582.2	Castalius fons.	603.2
Bos asino præstat.	ibid.	Castigatio Dei vitilis ad morum correctionem.	596.2
Bos & asinus aratro non iungebantur.	ibid.	Castitas coniugalis etiam seruanda.	250.2
Bos possessorem agnouit.	ibid.	Castus quis.	533.2
Boues.	33.1	Castantes seipfos taxantur.	414.2
Boues ver præsentunt.	552.1	Castrati in arate gignendi idonea, libidine maiori vrgentur.	ibid.
Bruta vescantur frugibus ante diluuium.	41.2	Casus aut peccata nostra degrauiant aut leuiora efficiunt.	51.1
Etiam suorum mortem deslent.	559.1	Cathari qui.	493.1
Butyrum & mel comedere.	633.1. & seq.	Κατοῦν quid.	620.1
Byssina & hyacinthina vestimenta.	612.1	Κάθουα quid.	611.1
		Caupones miscent vinum aqua.	593.1
<b>C</b>		Cedrus arbor. 59.1. Eius natura.	59
Ades quid.	59.2.62	Cedrus in bonam & in malam partem.	ibid.
Κακοὶ οὐθεῖα quid.	337.1	Cedri Dei qui.	ibid.
Ceremoniarum Ecclesie vsus quàm sit antiquus.	244.1.2	Cedri Libani qui.	ibid. 61.2.602.2.641.1.
Cæsaris & Augusti dicebantur Roma Imperat.	69	Libani aduersarias potestates significant.	61.2
Cæsarius frater Gregorij Nazianzeni.	464.1	Commendabiles.	607.2
Cain primus diaboli discipulus.	130.1	Cedri ad construendum templum delata.	ibid.
Calamitas potior quàm prospera fortuna.	48.2	Cellary officium.	344.2
Peccatis ascribenda.	121.1.2	Celle commoda.	391.1
Calamitates nobis frequenter contingunt probationis gratia.		Cephalentium dux nudus è naufragio euasit.	161.1
531.2		Certamina pietatis gratia.	441.1
Ea vim coercendi peccata habent.	125.2	Certamina de maiori potu.	548.1
Calamitatum ratio multiplex.	358.2	Ceruus oris respiratione trahit è cauis animalia venenata.	59
Calamus quid.	78.1.162.2	Ceruus in scripturis.	59.2
Calceamenta non sint curiosa.	309.2	Ceruus sanctus dicitur.	ibid.2.
Calcaneum quid in sacra scriptura.	85.1	Cerui cornu suffitu fugantur serpentes.	59.1
Calix mystice quid.	95.1	Cete magnitudine montes equant.	26.1
Calices æquales in computationibus taxantur.	142.1	Cetorum capiendorum ratio.	37.1
Caluarie locus.	615.2	Chalanes nomen.	643.1
Calumnians pauperem Deum prouocat.	462.2	Χαλασό.	611.2
Calumnia quouis telo perniciosior.	381.2	Cham quid.	653.1
Virum humiliat.	455.2.462.1.456.1	Chananea imitanda.	139.1
Calumnijs obfistendum.	441.2	Charisma dari à Deo ad mensuram fidei.	278.2
Eis non esse obnoxium impossibile.	439.1	Charismatum differentia.	279.1
Ad calumnias non tacendum quando.	442.2	Charitas erga Deum à nobis vt es alienum requiritur.	29.1
Calumniator quibus nocet.	537.1	Charitas erga Deum nobis iusta à natura.	297.1
Calumniator quis.	836.2	Charitas Christiana hominis in signe.	262.2
Calumniatorem scorpio comparat.	40.1	Æqualis erga omnes tenenda.	293.2
Calumniatorum verba pro nugis habenda.	430.1	Perfecta in malis proximi etiam constare potest.	112.1
Camelus quare longo collo sit præditus.	33.2	Nulla affectionis labe sit inquinata nec simulata.	406.2
Cameli natura.	27.2	Mutua qualis esse debeat.	246.1
Canceri astutia.	25.2.537.1	Charitatis commendatio.	451.2. & seq.
Canis piscis.	27.1	Charitatis erga proximum acquirenda formula.	346.1
Canis dicitur vir impudens.	78.1	Charitatis bonum.	518.1
Canis aduersus alienos qualis.	129.1	Charitatis in Deum modus.	452.1
Canis sagacitas, fidelitas & memoria.	33.1	Charitatis fraternæ argumentum duplex.	347.2
Canis comparat iracundos.	129.1	Charitatem qui habet, Deum habet.	293.2
Canes sibi medentur gramine.	41.2	Eam qui non habet, diuina gratia caret.	386.2
		Eam erga proximum non habere quis dicatur.	266.1

## Index rerum & verborum

Ex mansuetudine & patientia conflare.	377.2. & seq.	In Christianos tyrannos tempore Gordij.	147.2. & seq.
Ex Charitate aliquando proximum offendimus.	266.1	Christianismus quid.	39.2
Chirographum bonum & malum.	642.2	Choros in locis sacris constituere.	147.2
Χειροτονια oratio precedat.	282.2	Cibus quare filius Iemini appellatus.	49.2
Choras fluius.	11.2	Cibus antiquum sumatur oratio ineunda.	423.2
Cheremetes fluius.	ibid.	Cibus ad victum necessarius inquirendus.	398.1
Christina quod vnguentum.	612	Non ad voluptatem, sed ad naturae conseruationem.	307.1
Christus ab vnctione dicitur.	80.2	Cibi sumendi hora prescripta sit.	423.2
Caput hominis.	602.2	Cibi vsus cuiusmodi esse debet.	292.1
Multiuocus.	194.2	Cibum per verbum Dei & predicationem sanctificari.	307.1
Vitis est.	59.1	Cibum sumens frater alium quam alij an recte faciat.	342.2
Vnicornium filius dicitur.	ibid.2	Cibo aliquo si ledatur frater, quid faciendum.	343.1
Suos fratres & filios appellat.	637.1	Cibi duplices.	588.2
Iniquitates nostras perpurauit.	626.2. & seq.	In cibus sumendis non voluptas praedux sit, sed ratio qua medicos imitetur. 373.2	
Lux mundi.	613.2	In cibus quomodo se monachus gerat.	384.1
Septuagesima septima generatione ab Adam in mundum venit.	42.2.	A cibus quibusdam abstinemus vt delicias fugiamus.	ibid.
42.2.		Cibus dispertendis habendus est delectus.	604.2
Perfectus homo fuit.	166.1	Ciborum non quantitas, sed qualitas examinanda.	389.1
Humanam naturam quare assumpserit	369.1.647.1.2	Ciborum differentia.	528.2
Est hostia odorifera.	586.2	Ciborum libidine quomodo non vincemur.	343.1
Sacerdos secundum ordinem Melchisedech successit Aaroni.	587.1.	Ciborum consequi voluptatem peccatum est.	336.1
587.1.		Cicada.	30.2
Pacem secum attulit.	600.2	Cicadae pluuio tempore de terra emergunt.	31.2
Est summum bonum.	615.2	Ciconiarum natura & pietas.	29.1
Ascensus in caelum cibum cur gustauit.	98.1	Cicuti appetentiam est anti rabidam reprimat.	17.1
Cur fleuerit.	107.1. & seq. 539.1	Cicuti surni vescuntur.	ibid.
Est caput Ecclesiae.	81.1	Cilicij vsus ad macerationem corporis, quam antiquus.	338.2
Christi diuinitas.	203.2	Circuncisio non manu facta.	137.2
Christus in monte sedens percurrit Moysi legem.	412.1	In cithara consiteri Domino, quid.	65.2
Coniugium quare renuerit.	ibid.	Citharas domi retinentes loco euangelij plebentur.	620.1
Quare horam & diem iudicij ignoret.	465.1	Citharas pulsare non est mulieris.	ibid.
Quare non permisit se praedicari ante passionem suam. ibidem.	465.1	Ciuitas quid.	83.1.89.2
Est iustorum scriba.	646.1	Ciuitas Domini quae.	621.2
Christus potens in omni opere bono.	604.2	Ciuitatum interitus vnde.	124.2
Dicitur est radix Dauid.	647.1	Clamor honestus.	74.1.618.1
Infirmirate carnis cruci appensus.	604.2	Clamare ad Dominum quando dicimur.	64.1
Est mortuus vt possemus resurgere.	ibid.	Clemens Romanus.	345.2
Christi actio virtutis regula fuit.	369.1.374.1	Clementia Dei.	663.1
Christi aduentus secundus timorem incutiet.	42.2. & seq.	Clementia Dei in puniendis malis.	616.1
Christi generatio inenarrabilis.	164.1.2.562.1	Clericus propter fornicationem an sit deponendus.	502.1
Christi corporis & sanguinis communicatio necessaria ad vitam eternam. 271.1		Clerici & ordinati propter peccata per depositionem puniuntur.	506.1. & seq.
Christi erga nos quantum amor.	418.1	Χειρὸν.	611.2
Christi ieiunium.	98.1	Clinias etiam iurare verum noluit.	162.1.538.2
Christi mortis & resurrectionis mysterium.	82.2	Calum aere vocari.	5.2
Christi vnctio.	ibid.	Rutilans quid portendat.	21.1
Christi comminationes non sunt aspernande.	622.1	Caelum & terra nobis proponuntur ad contemplationem.	339.1
Christum laborasse.	373.2. & seq.	Caelum & terram contestatur Moyses in tradenda lege.	581.1
Axiomata sua alijs largiri.	172.2	Caelum quare sedes Dei.	ibid.
Ad impletionem legis venisse.	274.2	Caelum pro incolis cali.	ibid.
Nunquam risisse.	306.1	Cali figura.	5.1
Christum qui non habet, Dei virtutem non habet.	605.1	Cali substantia quae.	4.1.2. & seq.
In Christo qui scandalizentur.	636.2	De cali substantia opinionis.	5.1
Christianus ab odio sit repurgatus.	266.1	Cali & terra cur tantum meminerit Moyses, non aeris & terra.	3.1.2
Christianus constantiam fidei seruare debet.	274.1	An plures sint.	9.2. & seq.
Debet sustinere afflictionem pro nomine Domini & mandatis eius. 280.2		Inanimes sunt, etiam si Deum laudare dicantur.	12.2
Voluntatem suam diuina non praferat.	269.1	Cena dominica an in communi domo celebrari debeat.	365.2
Non ad ostentationem scribat.	477.1	Cenobio se tradens nihil debet à propinquis accipere.	349.2
Non est qui Christi mandatis non obedit.	505.1	Cenobica vita commoda.	201.2. & seq. 379.1
Christiani officium.	266.2	Cogitando facile peccamus.	101.2
Christiani hominis ornamenta.	167.1	Cogitatio de Deo, potest laus appellari.	69.2
Christiani proprium.	289.2	Cogitatio.	136.1
Christiani nomen multum prodest.	598.2	Cogitationis peccata vt consummata iudicabuntur.	405.1
Christiani multi nomine.	646.2	Quae non sint admittende.	40.1
Christiani qualia exempla imitari debeant.	160.1.2	Bona Deo placent.	337.1
Christiani sumus non rhetores.	155.2	Cogitationes rerum aequo iudici satis ad declarationem veritatis.	450.1.
Christiani discabant hymnos.	142.2	Se accusabunt in iudicio & reuelabuntur.	405.1.531.1.600.1
Christiano quae praestanda.	255.2. & seq.	Prae in animo quot modis existant.	378.2. & seq.
Christianorum est Deo benedicere in prosperis & aduersis.	69.1	Varia vnde.	330.1
Eorum afflictio.	150.1	Moderande.	371.1
Eorum cæsus.	447.2	Cogitationum voluntates quae.	359.2
Primitiuorum vita.	122.2. & seq.	Cognitio è doctrina paratur.	227.2
Eorum signum.	138.2	Cognitio	
Eorum vestimentum fides.	640.1		



## in Diuum Basiliū.

Cognitio rerum quae ignorabantur vna est.	558.2	Consecrata Domino custodienda.	272.2
Cognoscendi Deum duo modi.	635.2	Consecrata Deo vsurpare nefas.	334.1
Cognoscere Deum vnde possumus.	621.1	Consensus parentum in matrimonio filiorum.	503.2
Cognoscere seipsum rem difficilliman.	462.2	Consilium Dei vt firmum sit in nobis.	67.2
Collationes quales fieri debeant.	464.2. & seq.	Consilium res diuina.	554.2
Collegia sacerdotum.	148.1	Consilia contra Christi fidem dispanda.	250.1
Colles qui.	599.1	Consilia mala aduersus iustum consultori noxia.	554.2.608.1
Colloquium cum inferioribus.	253.2	Consilij fructus.	554.2.597.1
Collum breue cur quibusdam animantibus datum.	33.2	Consilij propriis quidam pereunt.	155.1
Color corporis alius vigilanti, alius dormienti.	36.2	Consiliarius à Iudeis ademptus quis.	606.1
Columba.	28.2.	Consiliarij.	597.1
Columba sanctus dicitur propter innocentiam.	60	Consolandi modus.	112.2
Cometarum generatio.	165.2	Consolatio super morte vxoris.	111.1
Comitas falsa quantum malum.	311.1	Consolatio super morte pueri.	110.2.559.1.2
Commentaria noua in diuinā scripturā non facile admittenda.	460.1	Consolans vere quis.	151.1
Commercium nullum reprobis cum Deo.	452.1	Constantia mera martyris Gordij.	49.1.2
Comminationis sententiam quae accipiant.	281.2	Constantinopolitana synodus.	449.1
Communia omnia esse.	122.1.2	Consuetudo pietati prauidicans abroganda.	316.2
Communia omnia in monasterijs sint.	292.2	Ne prauidicer diuinae scripturae.	458.1
Communicare in frugiferis operibus.	188.1	Tempore natura vires induit.	300.2
Communicans canere Deo laudes debet.	271.2	Mali vix elui potest.	592.2
Communicans indigne damnatus est.	271.1	Consuetudinis vis.	110.2
Communicatio corporis & sanguinis Christi necessaria ad vitam aeternam.	ibid.2	Consuetudinem cum quibusuis monachus ne habeat.	375.1
Communione necessitas docetur.	293.1	Consules.	606.1
Communicatio substantiae in patre & filio quomodo accipienda.	197.2. & seq.	Consultoris proprium.	554.2
Communio spiritalium charismatum.	447.2	Consultatio siue cogitatio radix est actionum.	47.2
De communione contra hereticos decretum.	453.1	Contatio in bonis operibus periculosa.	269.1
Ad communionem qui admittendi.	451.1.2	Contemplatio dogmatum Christi.	369.1.2
Ad communionem accedere an audeat, qui quae natura fert fecit.	365.2	Circa internum hominem.	466.2
Ad communionem accedens, quid debeat considerare.	271.1	Rerum caelestium.	143.1
Compilatio siue defraudatio quid.	386.2	Contemplatiuam vitam acturo quid faciendum.	369.1.2
Completorium.	315.2	Contendendi studium quid possit.	432.2
Compositum omne dissolubile.	93.2	Contentio ex emulatione alienae virtutis.	313.1
Concertatio quid.	334.2	Contentionis studium vitandum.	535.1
Concessio à scriptura quatenus vtendum.	273.1	Contentiones quomodo ex animis malorum eximenda.	445.2
Concionator Euangelicus instituitur.	285.2	Contentiones semper auferunt.	536.1
Conclauae orantium.	261.1	Contentos homines sua sorte non esse.	111.2
Concordia quomodo seruetur in Rep.	257.2	Continens perfecte quis sit.	306.2
Concordiae nomen quidam ignorant.	245.2	Continens verus tam à corporis quam anima se passionibus abstinet.	420.2.
Concubina.	500.1	Continentia quid.	306.2.2
Concubitus non violentus, an puniendus.	501.2	Continentia vocabulo quid intelligendum.	307.1
Furtiuus, & cum sorore.	510.1.2	Continentia quae.	342.2
Concupiscentia carnis continentiae exercitio frangenda.	399.1	Quam efficax.	307.1
Concupiscentia praua quomodo excidenda.	331.1	Quae debeat esse in monacho.	373.2
Condemnare neminem facile debemus.	277.2	Pietatis studiosis necessaria.	306.2
Condemnandus nullus nisi ipso praesente.	ibid.	Continentia commendatio.	ibid.
Condensum quid.	62.1	Flagella.	399.1
Conditoris prouidentia.	90.2	Continentiae lex in palaestris data.	158.1
Confabulandum non est in templis.	60.1	Continentia modus optimus.	292.1
Confabulationes secretae.	294.1	Continentia gula quid possit.	253.1
Confessio cordis.	76.2	Eam metiendam esse corporis viribus.	372.2
Confessio monialium qualis olim.	340.2	Eam requiri pietatem colenti.	305.2.307.1
Confessio de Christo libera & intrepida esse debet.	267.1	Contradicere Deo quale peccatum.	269.2.
Confessio prudenter audienda.	511.2	Contristari ad vtilitatem.	268.2
Confessio pro gratiarum actione.	63.2	De contristantibus fratres & contristatis.	347.1
Confessionem auricularem astruit Basilius.	66.1	Contritio cordis quae.	73.2
Confidentia animi est diaboli imitatio.	254.2	De controuersis obortis inter fratres.	319.2.
Confirmandi & visitandi fideles.	284.2	Contrariae res tripartitae.	623.1
Confiteri peccata oportet.	362.2	Contumax quo animo tractari debeat.	310.2
Confiteri debet soror seniori praesente antisista.	340.2	Contuentus annui.	153.1
Confiteri quibus debeamus de peccatis.	354.1	Conuersatio Christi.	373.2
Consistentes pontifex absoluit.	509.1	Conuersatio qualis sit instituenda.	309.2
In congressibus cum senioribus quae ratio tenenda.	312.2. & seq.	Conuersatio mala quae afferat incommoda.	126.1
Coniugate mulieris molestiae.	402.2	Conuictus bonorum multa habet commoda.	302.1.2
Coniugatorum Christiana vita.	288.1	Conuictus Graecorum.	122.2
Coniugium curarum abyssus.	369.1	Conuictiores cum Deo non regnabunt.	359.2
Quibus in peccatum reputetur.	407.1	Conuictum quid.	330.2
Coniugio liberum esse proprium angelicae naturae.	292.1	Conuictum quo pacto ferri possint.	89.2
Connubium legitimum quod.	407.1	Conuictus Christiani quomodo tractari debeant.	274.1
Conscientia sua cuiusuis in iudicio accusatrix.	47.2	Contumacia filius.	359.2
Conscientiam esse expendendam antequam eamus cubitum.	293.1	De Contumacibus.	319.1
Conscius quis.	509.1	Contumelia.	601.2.
Conscij peccatorum puniendi.	333.1.509.1	Contumelia origo superbia.	ibid.
		Contumelia ferenda ratio.	127.2. & seq

# Index rerum & verborum

Contumeliis p̄tentantur.	127.2.	Criminaturus aliquem se prius ab omni vitio castum praefert.	276.2
Cooperarij gratiae Domini non contemnendi.	277.1	Crucis signo signare quis docuerit.	244.2
Cor in animalibus vice fundamenti.	47.2	Eius signi antiquitas.	ibid.1
Cor pro mente.	51.2	Crucis signum vile.	647.2
Cor iustorum.	642.2	Crucis signum quis extollit.	650.1
Cor iniquorum.	ibid.	Crucis nomen idola prostrigauit.	604.1
Cordis preparatio que vera sit.	422.1.2	Crucem suam tollere quid.	307. & seq.
Cordis rectitudo in quo consistat.	52.1	Cucumerarium.	585.1
Corallium maris quomodo fiat lapis.	27.1	Cultus rationalis.	354.1
Corinthius satanae traditur.	260.1.521.1	Cultus animae vtilis.	617.1.2
Cornix.	30.1	Cultus corporis quid efficit.	610.2. & seq.
Cornicis in pullos charitas.	551.2	Cum particula quomodo in scripturis accipiat.	242.1. & seq.
Cornices Ciconis apparent.	29.1.551.2	Cupiditates è distractione mentis oriuntur.	384.2
Cornu in scriptura quomodo accipitur.	59.1	Sunt nobis vt tela.	520.1
Cornu natura.	615.2	Cura omnium rerum Deo committenda.	275.2. & seq.
Cornu humore caret.	ibid.	Huius vitæ que dicatur.	338.1
Corpus Christi & sanguinem quo timore accipienda.	347.1	Curiositatem in quaestionibus vitandam.	4.2
Corpus Christi indigne sumentes quomodo peccent.	271.2.183.1	Cerule certamen infimilat.	13.1
Corpus Christi quomodo manducandum.	271.2	Cygnis quare collum longum additum.	30.2
Corpus ex quatuor elementis constat.	398.1	Cyriacus Smpresbyter Basilij.	426.1
Nostrium quanto pinguius, tanto grauior est carcer animæ.	64.2		
Est animæ vehiculum.	152.2	D	
Est animæ βελουτιχο.	373.1	<b>D</b> Amascus.	534.2
Contemendum.	532.2	Damaeus quid sonat.	631.1
Firmum & mathematicum differunt.	10.2	Dæmon magnus peccatum.	138.2
Quomodo curandum.	43.1.398.2	Dæmon Deus dicitur apud gentiles.	564.2
Hominis non malum.	371.2.372.2	Dæmonis inuidia.	536.2
Humanum quasi carcer.	109.2	Dæmones quando insultent nostris afflictionibus.	63.1
Omne colorem suapte natura obtinet, & sensu percipitur.	13.2	Eiucuntur oratione & ieiunio.	24.1
Saginatam est compendium ad lasciuiam.	45.2	Quomodo futura preueniant.	638.2
Fera instar cohibendum.	163.1	In finitimo terra loco diuersantur.	643.2
Corporis harmonia.	398.1	Aluntur odoribus victimarum gentium.	586.2
Corporis & animæ discrimen ingens.	253.2	Dæmonum illusiones.	655.2
Corporis integritas virginitati famulatur animæ.	396.1	Damnatorum querela.	140.1
Corporis vires spiritus salutis obsunt.	68.1	Daniel ab Abacuc in lacu leonum pastus.	122.1
Corporis est ea exequi que animus recta iudicavit.	374.1	Chaldaicam scientiam didicit.	253.1
Corporis officium.	405.1	Incarnationis Dei vates.	605.2
Corporis cura negligenda.	163.1.547.2	Iuuenis inter seniores.	133.2
Corporis vitium minus quam animæ.	409.2	Leones ieiunare docuit.	97.2
Corpora prima elementa.	5.1	Visiones videre meruit ieiunio.	98.1.528.1
Ad corpus tullitæ conuenientes sanctiores efficiebantur.	109.2	Danielis tolerantia in victu.	538.1
Corpora quare afficiuntur secundum Lunæ variationem.	24.1	Dandum pauperibus ex labore manuum.	122.1
Composita coniunctas habent qualitates.	15.1	Dantes pauperibus puteos imitantur.	122.1.275.2
Correctio qualis esse debeat.	156.1	Darius mare Aegyptium conatus est cum Indico committere.	14.2
Correctionem quo animo suscipiant ij qui deliquerunt.	320.1	Datham & Abiron quare à terra deuorati.	125.1
Corrigi delictum eius qui peccauit quomodo debeat.	ibid.	Dauid etiam hodie prodest.	405.2
Corruptiuum imago rei incorruptæ esse non potest.	36.2	Viuens penas peccatorum luit.	75.2
Corticum discrimina.	19.1	Generosè fortis.	423.2
Coruus pavit Heliam.	121.2	Dauidis innocentia que.	51.2
Κόσμοβος quid.	611.1	Dauidis mansuetudo aduersus Saulem.	103.2.534.2
Coturnices helleboro vescuntur.	17.1	Dauidis musica.	163.1
Cratera.	13.2	Dauidis prolapsio.	387.1
Creare mundum quid.	218.2	Dauidis penitentiæ.	171.2
Creat mala Deus quomodo.	124.1.2	Dauidi quare domus confusio acciderit.	125.1
Creat Deus non manuum corporalium motu.	220.1	Debitor quomodo vexetur.	56.1
Creare & facere in quo differant.	67.1	Dehora.	604.2
Creaturarum rerum nihil est otiosum.	17.1.2	Decachordum mysticè quid significet.	65.2
Creatio siue creatura vt accipiat.	67.1	Decalogi.	57.1
Creationis genus triplex in scripturis.	466.2	Decretum impium tyranni.	147.2
Creationis nomen sepe pro renouatione.	124.2	Dedicatio ecclesie quid mystice.	62.2
Creationis omnium principium qui tollant.	198.1	Defectionis initium in hereticis.	448.1
Creatoris præ rebus conditis præsentia.	20.1	Deficere à Deo malitia argumentum.	583.1
Creatoris providentia.	551.1.2	Degustanda omnino que in mensa apponuntur.	306.2
Creatura in duas partes diuiditur.	218.1	Dehonestare Deum quid.	266.1
Creatura noua.	217.1	Delator & cum quem desert & seipsum ledit.	453
Creatura filius non est.	215.1	Deliciae quando obsint.	306.2
Creatura omnis sui creatoris ministra.	466.2	Deliciae qua sanctis congruant.	45.2
Creatura omnis dissoluetur.	538.2	Delicias salutem predere.	97.1
Creaturae in multis diuersitatem habent.	215.1	Delicias non prodesse stulto.	306.1
Ex creaturarum pulchritudine artifex consideratur.	104.2.467.1	Delicta condonanda.	276.1.2
Credendum scripturis.	631.2	Ob Delicta leuia nemo condemnandus.	156.2
Credere Deo in modicis.	367.1	Delphini.	25.1
Credentis proprium.	290.2	Demens quis.	86.2
Credentibus nihil incredibile.	429.1	Dentes acuti carniuorij.	33.2
Cræsus pepercepit pueri interfectori.	476.1	Dentium	

Deviunt munus. 105.1  
 Delinquentes Deum. 383.1  
 Descendere Dei. 68.1  
 Deseri a Deo nihil atrocius. 60.1  
 Desertum Cades, Vide, Cades. 1359.2  
 Desiderat carnis & cogitationum. 329.1  
 Desperandum nunquam esse. 329.1  
 Desperationis remedium. 329.1  
 Destruere horrea quid. 197.1  
 Detractor quis. 330.2  
 Deus pater an antiquior filio. 79.1 & seq.  
 Deus affligit vt emendet, non vt perdat. 120.2  
 An nostro more loquatur. 19.2  
 Providet omnibus. 281.2  
 Quare Deus Abraham appellatur. 196.2  
 Quod sit primum credere oportet. 197.1  
 Cur vnus & solus dicatur. 464.1  
 Non fauet peccatis. 524.2  
 A nullo est. 197.1  
 Non adoratur extra ecclesiam. 60.2  
 Cur benignus etiam in ingratos. 113.2  
 Cur homo factus est. 164.2  
 Nihil fecit improvide. 62.2  
 Quomodo dicatur auertere faciem suam & oculos. 64.1, 518.2 & seq.  
 Cuiusque nouit petitionem. 19.1  
 Vbi que est & videt. 68.1, 18.2  
 Quantum sit sciscitari periculosum. 167.2  
 A quibus diligatur. 167.2  
 Quomodo cognoscatur. 167.2  
 Quo nobis tribuerit. 112.1  
 Deus & sancti quomodo imitandi. 272.1  
 Deus qualitati nobis non est. 464.2  
 Quantum nobis deprehendi possit. 143.1  
 Est illocalis, inuisibilis. 14.1  
 Figura omnis expers. 361.1, 52.2  
 In scripturis ingenitus nusquam dicitur. 21.3  
 Non statim penam infligit peccanti. 52.1, 55.3  
 Omnium rerum potens. 370.2  
 Quosque diligendus. 352.1  
 Solutus sua essentia Deus. 464.1, 2  
 Vnus. 598.2  
 Deus noster refugium & virtus. 82.1  
 Diligendus & propter eum proximus. 17.1, 13  
 Semper fortunatus, homo minime. 137.2  
 Non statim miseretur. 121.2  
 Misericors & iustus. 123.1  
 Quibus sit pater. 109.1  
 Bene operantibus adest. 109.1  
 Quos deserat, & quibus consulat. 121.2  
 Est fons aque viuae. 583.1  
 Est exercituum. 167.1  
 Impotens suis effectis. 82.2  
 Agricola noster. 84.2, 61.2  
 Turris est iusto. 67.2  
 Suanter beatitudine plenus. 586.2  
 Homini omnia subiicit. 602.1  
 Quos castigat. 83.2  
 De beneficiis erga nos. 86.1, 112.1, 17.1  
 Non silenda. 172.1 & seq.  
 Dei in homines bonitas. 121.2  
 Dei dictis credendum. 269.1  
 Dei iniuria non aduersandum. 267.1  
 De iudicia non contemnenda. 1268.1  
 Dei habitatio quomodo sit in nobis. 142.1  
 Dei in agnominatibus non temere quicquam inuouandum. 202.1  
 Dei dona inestimabilia. 278.2  
 De spectanda sapientia in auibus. 601.2  
 De agricolato sumus. 84.2  
 Dei laus. 2.1, 2  
 De cognoscendi methodus ex creaturis. 104.2  
 Dei essentia an comprehendi possit. 133.1, 2  
 Dei cognitio in hoc seculo imperfecta. 126.2  
 Dei notio non vnicuique vocabulo continetur. 126.2  
 Dei cognitionem apprehensus debet affectibus carere. 84.1  
 Dei vocabulum quidam ad naturae significationem trahunt. 245.2

Dei maiestas incomprehensibilis. 262.1  
 Dei nomen quomodo sanctum. 68.2  
 Dei patris nomen non est passionis sed coniunctionis. 207.2  
 Dei ira, & furor quomodo capiuntur. 75.1  
 Dei prospicere & descendere. 68.1  
 Dei voluntas eius est sermo. 19.2  
 Dei vocem quomodo accipere debemus. 8.1, 58.2, 61.1  
 Deo quomodo familiares reddamur. 137.1  
 Deo vt pareamus triplex necessitas. 295.2  
 Deo dicatum in humanum vsum retrahere peccatum est. 133.1  
 Deo humana assignantur, a scriptura, & quomodo. 62.2  
 Deo habitatio in quibus preparatur. 109.1  
 Deo quid offerendum. 158.2  
 Deo adherens terrena negligit. 317.1  
 Deum ore confiteri. 149.1  
 Deum sequi volenti quid opus sit. 52.1  
 Incusare non licet ob creata animalia venenata. 34.1  
 Non esse auctorem malorum. 123.1, 2  
 Melius res nostras dispensare, quam optare possumus. 47.2  
 Non numero, sed natura vna consistendum. 464.2  
 Honore afficere quis dicatur. 126.1  
 Eum esse demones negare non possunt. 205.1  
 Eum laudare opus angelorum. 160.1  
 Extra eum existens vitam beatam amittit. 291.1  
 Deum quomodo videmus. 553.1, 2  
 A nobis diligi oportere. 298.2 & seq.  
 De Deo quid cogitandum & opinandum. 36.1  
 Ex Deo omnia. 171.1  
 A Deo separari graue est. 298.1  
 De Deo loqui periculosum. 262.1  
 Dei manus. 77.1  
 Dextrum quid significet. 230.1  
 Diabolus cur sic dictus. 126.2, 452.1, 454.1  
 Diabolus a seipso incitatur. 109.1  
 An alicuius sancti propositum impedire possit. 60.2  
 Illus noster. 60.1  
 Placari nequit. 61.1  
 Beruistrat exercitus improborum. 64.2  
 Nomine regis Assyriorum intelligitur. 64.1  
 Cur aduersum nos bellum gerat. 126.1, 2  
 Obstruere conatur viam ad salutem. 139.2  
 Tempus praesens nobis furatitiam obstruere conatur. 139.2  
 Nostram Deo exprobrat negligentiam. 139.2  
 A Deo nobis inimicus constitutus non est. 122.1, 2  
 Cur princeps mundi dicatur. 126.1  
 Malus vnde. 109.1  
 Non statim creatus est diabolus. 153.2  
 Diabolus methodus erga diuites. 160.1  
 Natura. 126.1  
 Inuidia in hominem. 129.2, 153.2  
 Astutia. 156.2, 538.2, 646.1  
 Astutia irrita facta. 155.1  
 Superbia. 155.1  
 Insidiae multiformes. 155.1  
 Verba quando desciunt a Deo. 109.1  
 Varia imposturae in diuinationibus. 599.1  
 Potentia in superbos. 561.2  
 Ex Diabolo patre est qui peccatum admittit. 126.1  
 Diaconus qui fornicatus est deponendus. 493.2  
 Diaconus pollutus in labris. 509.1  
 Diaconissam violare quomodo olim puniebatur. 504.2  
 De Diaconis. 128.1  
 Dianae encomium. 462.1  
 Dialectices virtus. 603.1  
 Dialectica dialogismo constat. 599.1  
 Dialectices abusus. 661.2  
 Dialectica propugnatrix hereseos. 660.1  
 Dibon. 659.2, 660.1  
 Dicere facere vt testimonio scripturarum an quidpiam debeatur. 327.1  
 Dies quid. 81.2, 212.2  
 Horarum viginti quatuor. 81.2  
 Dies Hahyonij. 29.2  
 Dies cur vnus & non primus. 81.2  
 Prius qualis. 81.2 & seq.

# Index rerum & verborum

Dominicus imago resurrectionis.	91.1	Nihil profunt morienti.	557.2
Mala iudicij.	47.2	Diuitia & sanitas ministra malorum.	543.1.2
Septimus.	42.7.588.2	Sunt laquei diaboli.	419.1
Domini qualis.	588.2.651.2	Ad contumeliam excitant.	599.7. & seq.
Vita praefens.	615.2	Diuitiarum cupiditas peccatum.	600.1
Diei filij qui.	559.2	Earum contemptus.	87.2.91.1
Diei duplex finitio.	231	Fructus.	546.2
Diem quamlibet anima obtenebrationem adferre.	422.1	Vfus.	540.1
Die operari.	652.1.2	Diuitias anima coaceruare optimum.	158.2
Dies longissimi & breuissimi.	22.2	Diuitias non esse sectandas.	175.2
Boni & mali.	72.2	Diuortium quamobrem fiat.	287.2
In metiendo tempore solum numerantur.	8.1.2	Doaris oppidum.	426.1
Digatus a ministerio excluditur.	497.2	Doctrina veritatis quales Christianos exigit.	289.1
Dilectio erga Deum quomodo obtineatur.	300.1	Doctrina Christi.	606.1
Caput doctrinae Christianae.	479.1	Doctrinae plures modi.	123.2
Dilectionis bonum ab Apostolo commendatur.	451.2	Doctrinae prauae perniciosae pharmacis asimilandae.	445.1
Erga Deum proprium.	289.1	Doctrinae sacrae a prophana differentia.	160.2. & seq.
Praecepta.	266.1	Doctrinam alienam ab Euangelio non esse tradendam.	383.2
Dilectionem Dei doceri non posse.	297.1	Doctor quasi parens.	72.1
Diligere Deum quomodo quempiam indicetur.	266.1	Soluti suorum prouideat vsque ad mortem perferendo.	284.2
Diligentis Dominum proprium.	285.1	Seipsum exemplar praestet ad res honestas.	284.1
Diligentes munera reprehendit.	593.2	Ecclesia humiliatam exerceat.	285.2
Diluuium baptismi gratiam significat.	60.2	Misericos ac mitis sit.	285.1
Diodorus.	477.1	Doctores officia.	ibid.
Diodorus sympresbyter Baslij.	460.1	Doctores mali non tolerandi.	274.1
Diogenis Cynici dictum.	162.2.433.1	Falsi in laqueos diaboli pellicunt.	593.1
Diogenis laus.	163.2	Doctores & non factores.	638.1
Diogenes pastorale poculum abiecit.	477.1	Improbi poenitentiam agant.	660.2
Diomedes apophthegma.	426.1	Sophista quibus conferantur.	622.2
Dionysij aduersarij Sabellij errores.	432.2	Doctorem praesidentia.	447.2
Discendum non est fratri aliquo venia non petita.	341.2	Doctorem licet quoscumque coargueret.	586.1
Discendum sine pudore.	423.1.530.1	Doctores improbis. v.	642.2
Disciplina quid.	133.1	Dogmata vetusta veneranda.	245.2
Disciplina duplex.	ibid. 3	Fidei plurimum conducunt.	589.1
Praeferenda multa pecunia.	133.1	Diuina non sunt prophanis miscenda.	635.2
Violenta non est diuturna.	528.1	Dogmatum prauorum auctores plebsentur.	88.2
Discipulus Domini qui fieri potest. & quis dicatur.	114.1.2	Dolor consolantis dolorem auget.	112.2
Discipulorum Christi demonstratio.	ibid.	Dolor mentis temulentia.	98.2
Discordia & dissentiones in Rep. vnde.	301.1	Dolores mortis.	92.2
Dispensator strenuus.	617.2	Δόλοϛ quid.	337.1
De Dispensatore.	344.2	Dolus quid.	332.72.2
Disputantes aduersus nos quomodo docendi.	286.2	Dolus in Christo non est inuentus.	608.1
Dissentio inter nos vnde.	258.1	Dolosus vir vulpeculae similis.	78.1
Disimulatione non vendum aduersus peccantes.	333.1	Dolosus visio comparat.	39.2
Diues nemo, itemque pauper, si tantum quisque vsurparet quantum	15.1.2	Dominus prope est.	73.2
habet opus esset.	103.1.2	Dominus non substantiae nomen sed potestatis.	200.2. & seq.
Superbus taxatur.	541.2	In iudicio alios ab aliis secernet.	609.2. & seq.
Diuitis in Lazarum inhumanitas.	542.2. & seq.	Quanto praestet Abrahae.	597.1
Diuites cur sint, alij vero pauperes,	113.2. & seq.	In iudicio cum populo disceptabit.	592.1
Taxantur.	71.2	Eum derelinquentes consumentur.	595.2
Egerunt qui.	545.1.2	Suos non deserere.	425.2
Inconstantes.	539.2	Domine Deus meus, vox plena affectu fiducia.	63.1
Diuitum anxietas.	115.2	Domini erga seruos quomodo se gerant.	288.2
Querimoniae.	594.610.1	Domitianus.	476.1
Diuitibus sunt diuitia vt pauperes inopia subleuent.	143.1.2	Domus eburnea.	80.2
Diuina natura ineffabilis.	459.1	Domus Dei ecclesia.	99.2
Diuina natura nullis nominibus exprimi potest.	164.1	Quid designat.	626.1
Diuina mysteria silentio colenda.	464.1	Pro dogmate.	618.2
De Diuinis semper differendum.	204.2	Domus Dei Iacob.	598.1
Diuinis parua & vilia non accommodanda.	75.1	Domus Domini quando inlarescet.	597.1
Diuitias ab omni perturbatione aliena est.	610.1	Domus Israel vt lutum figuli in manu Domini.	616.2
Diuitias vna est.	ibid.	Donec, acceptio.	165.1
Diuitiam prorsus negare atheorum est.	649.2	Donum Dei etiam immeritis traditur.	348.2
Diuitandi varia ratio.	599.1	Donum Dei pecunias non acquiri.	278.2
Diuitatio inepta.	ibid. 2	Donum quod Deo acceptum.	57.2.541.2
Diuitandi mos apud Chaldaeos, &c.	153.1	Donum spiritus sancti debet nobis sufficere.	279.1
Diuitationibus qui se addixit. sese deuotit demonibus.	172.2	Dona Dei gratis impertienda.	278.2
Diuitia vera.	71.2.157.1.525.2	Dona Dei incomparabilia.	ibid.
Diuitiae Christi.	543.1	Dona dantur a Deo ad vtilitatem cuiusque.	ibid.
Diuitiae commendanda.	490.2.531.2	Dona Dei pensare nemo potest.	638.1
Multis luxuria causa. 119.1. & malorum.	91.1.544.1.2	Donorum dispensator spiritus.	211.1
Non sunt bone.	ibid.	Donorum spiritus diuisiones.	145.2
Sunt fluxae.	543.1	Donis a Deo acceptis qui se exercuerit, idoneus qui praetera aliis done-	279.1
Quare quibusdam largiantur.	102.2	atur.	279.1
Vite incommodis non liberantur.	102.2	Δοϛ quid vnde.	102.2

Dormire Dei. 62.2  
 Dormiendum non tota nocte. 110.1  
 Dormientium sub dio & luna capita humore replentur. 24.1  
 Dormitionis intempestua causa, & eius depellenda gratia. 331.2  
 Dorotheus. 437.1.440.1.448.1  
 Δόξα quid. 644.1.645.2  
 Draconum fabula. 63.1  
 Dulce ponere amarum. 623.2  
 Dulcedo. ibid.  
 Duo Prophetae Noe & Amos. 581.1  
 Duplex causa excusationis iis qui inuitabantur vt praesiderent populo. 607.2  
 Durabile non est in memoria, quod inuite discitur. 47.1

E

**E**brietas demon voluntarius. 140.2  
 Ebrietatis detestatio. ibid. & seq.  
 Ebrietas quid dicatur. 98.2  
 Taxatur. 141. & 142  
 Fortitudinis pernicies. 141. & seq.  
 Imprudentiae mater. 100.1  
 Origo totius impietatis. 620.1.2  
 Ebrietatis mala. 141.1.2  
 Incommoda. 97.1.2. & seq. 420.2.549.1.2  
 Ebrietatem spiritum sanctum expellere. 98.2  
 Ebrius torrentis similis. 619.2  
 Ebrj descriptio. 348.1.2  
 Ebrj quomodo ad sobrietatem reducti. 141.1.2  
 Gentium idola. ibid.  
 Ebriorum valetudo. 142.1  
 Sunt bestius peiores. 141.1  
 Ecclesia filia Dei. 81.1  
 Domus Dei. 597.1  
 Quos vitare debeat. 450.2. & seq.  
 Habet omne genus artis. 103.1  
 Christi metropolis. 595.1  
 Christianorum per charitatem adoptatur. 221.2  
 Nauigio comparatur. 441.2  
 A quibus affligatur. 593.1  
 Ecclesia persecutiones & miserum statum sui temporis describit. 141.1.  
 2.447.1.2.448.1  
 Ecclesie pulchritudo mari comparatur. 16.2  
 Ecclesie vstratis vocabulis inherendum. 261.1  
 Ecclesie Dei consuetudo. 313.2  
 Ecclesie fundamenta. 597.1  
 Ecclesie filij. 81.2  
 Ecclesie bonis male vrentibus non assentiendum. 592.2  
 Ecclesiam suam episcopus ne derelinquat. 448.2  
 Ecclesiam qui opprimunt, eam ampliorem reddunt. 636.1  
 Ecclesiarum communis sit cura. 454.2  
 Ecclesiarum discordia vnde. 257.2  
 Ecclesiastes Salomonis liber quid contineat. 305.1  
 ECHO quid. 45.2.596.1  
 Edem. 45.2.596.1  
 Edere carnem Christi quid sit. 465.1  
 Edinius Parnassenus. 426.1  
 Egressio, ascensio & fuga discrimen. 630.2  
 εἰς ἁγία. 258.2  
 εἰς ἁγία. 258.2  
 Blanus quis. 334.1  
 Elechi duo populi. 267.2  
 Electionem ad dignitates oratio precedat. 282.2  
 Eleemosyna non differenda. 115.2  
 An mandet. 360.1  
 Cum iniquitate acquisita abominatio est coram Deo. 419.2  
 Eleemosyna non danda excusationes. 542.2. & seq.  
 Eleemosynam dantes ne habeamus rationem personarum. 541.2  
 Eam dare an fratres debeant. 399.2  
 Eam dantes post mortem taxantur. 119.1  
 Elementa Graece quomodo dicantur. 15.2  
 Elementorum singularum qualitates. 15.1  
 Elephantus. 33.2  
 Elephantum formidolosus est mus. 34.1  
 Elephantum quare pedes inarticulati. 33.2

Elephantorum etas. ibid.  
 Eliseus mutauit salilaginem in aquam dulcem. 109.2  
 Eli Zabeth. 604.2  
 Eleborus coturnicibus est cibus. 17.1  
 Eloquia Domini dulcia. 623.2  
 ἐλεεινὸν quid. 620.1  
 Emmanuel. 83.2.635.2  
 ἐμὴ τὸ εἶναι. 611.2  
 Encomiorum lex. 147.2  
 Enoch septimus a generatione hominum mortem non vidit. 42  
 Enoch ecclesie mysterium. ibid.  
 Ephraim quid. 630.1  
 Epinicia & oda pro parta victoria. 89.1  
 ἐπινοία quid. 194.1  
 Episcopatus nomen ad quos deuenerit. 426.1  
 Episcopus ecclesie lychnus. 429.1  
 qualis eligendus. 424.2  
 Vita formam praeseferat. 284.1  
 Euangelicus. 287.1  
 Aedificationem subditi curet. 284.1  
 Ciuitates & vicos circumeat. ibid.  
 Episcopum designare Domini est nostrum petere. 422.2  
 Episcopo designando digna virtus spectanda. 429.1  
 Episcoporum auaritia notatur. 469.1  
 Episcopos qui ordinant pecunia taxat. 45.2  
 De Episcopis. 287.1  
 Epistoliarum vsus maximum donum. 439.2  
 Epulandi habitus. 423.2  
 Inter epulandum quam continentem & modesti debeamus esse. 423.2.  
 & seq.  
 Equestre certamen. 148.2  
 Equitatu non est vsus Israel. 68.1  
 Equus sanctis non fuit in vsu. ibid.  
 Equi quomodo domandi. 112.2  
 Equi fallaces, & quare. 600.1  
 Equorum vsus a Deo non approbatus. ibid.  
 Eremitae laudes. 389.2. & seq.  
 Ericus quid. 656.1  
 Erici natura. ibid.  
 Eridanus fluius. 11.2  
 Ericus quid. 334.2  
 εἰς βίαν quid. ibid.  
 Errare a via iustitiae qui non possunt. 123.2  
 Erroris causa. 603.2  
 Eruditionum quomodo. 530.1  
 Esau cum populo iudaeo collatio. 628.2  
 Esau per gula vitium a Deo abalienatus, & in seruitutem fratri redactus. 97.1  
 Esau. 399.1  
 Escaam Deo non commendare. 420.2  
 Escarum copia nocua. 661.663.2  
 Etebon. 61.1  
 Essentia quinta. 6.1  
 Esurientem pascere opus misericordiae praecipuum. 122.1  
 Esurientibus opitulando a peccatis absoluemur. ibid.  
 Et, coniunctio quid in scripturis significet. 242.2  
 Euagationes mentis vnde oriuntur. 330.1  
 Euagrius quis. 425.2  
 Euangelium libere praedicandum. 284.1  
 Euangelium audientes & non respicientes grauius puniri. 294.2  
 Euangelium & apostolica scripta ad vnum seruanda. 269.1  
 Quomodo praedicandum. 285.1.2  
 Occultos animae affectus prohibere. 274.2  
 Quid sit. 634.1  
 Quid adfert. ibid.  
 Euangelij predicator non debet plus possidere quam naturalis vsus desiderat. 286.1  
 Euangelij praeminentia. 144.1  
 Euangelij & legis discrepantia. 274.2  
 Euangelij lectio quantum proficit. 456.1  
 Euangelij propagatio cita fuit. 6.4.2  
 Euangelio vere obediens qui. 266.1  
 Euangelio contenti simus. 445.1  
 Euangelicam doctrinam qui suscipit, vacare debet omni inquammeto. 266.1  
 Euangelistarum in scribendo ordo. 293.2. & seq.  
 De

# Index rerum & verborum

De Eucharistia. 271.1. Vide Corpus Christi.	
Euclidis patientia.	162.1.538.2
Eudoxius Rhetor.	464.1
Euentus triplices sunt.	7.2
Eunomius taxatur.	125.1
Eunomij arrogantia taxatur.	477.1.2
Eunuchi mystici.	415.2
Eunuchi propter regnum caelorum praestantiores.	412.2
Eunuchorum tres species.	ibid.
In Eunuchos inuehitur.	ibid.
Eunuchismi mystici praemium.	ibid.
Eunuchismum quem damnet.	414.2. & seq.
Eupraxius.	462
Euphychi synodus.	430.1
Euriporum n. tur. a.	24.1
Eusebius Antesignanus Arianorum.	461.1
Eusebius Constantinopolitanus. Arianus.	451.1
Eusebius palaestinus.	246.1
Eusebij Neocæsariensis laus.	441.2
Eustathius philosophus.	476.2
Eustathius ex Sebastia Arij seclator.	449.2.455.2
Eustathius medicus.	457.2
Eustochium sophistes.	458
Exacerbatio quid.	334.1
Exactor quis.	608.2
Exaltari Deus quomodo dicatur.	62.2.601.1
Excandescencia quid.	334.1
Excandescencie proprium.	335.1
Excelsus & sublimis differunt.	602.1
Exercitationis utilitas.	162.1.2
Exercitationem corporis honestam esse.	372.2
Exhortationis vis.	99.1
Exponentes pueros taxantur.	30.1
Ex quo quid in scripturis significet.	229.1
Exquirendi significatio.	30.1
Extrema quæque periculosa sunt.	398.1
Exultationis nostræ in Domino quæ causa esse debeat.	65.1
Exultationis vocabulum in scripturis.	ibid.
Fæchia medicina.	321.1

## F

<b>F</b> acetas seclari monachum non debere.	377.2
Facies anime quomodo obscuratur.	96.2
Facilius nihil est quam seipsum fallere.	381.2
Facta aliorum nobis non prodesse.	269.2
Bona quorum non sit occultare.	361.2. & seq.
Facta & dicta nostra debent fulciri testimonio diuinarum literarum.	272.1
Facta insecta esse non possunt.	476.1
Facta virorum quomodo legenda.	161.1.2
Factis omnibus recte, si vnum desuerit, salutem non adipiscimur.	354.2
Facta omnia manifestabuntur in iudicio.	547.1
Falces qui intelligantur à propheta.	598.2
Fama melior quam diuitiæ multa.	114.1
Fames quibus ex causis à Deo immittatur.	120.1.2
Fames ac squallor tempore Basily.	119.2. & seq.
Humanarum calamitatum caput.	122.1
Hominum peccata punit.	124.1
Ad virtutem vitilis.	1638.2
Famis quantæ vis est necessitas.	122.1
Famis incommoda.	122.1
Fames verbi Domini.	589.1
Famis diuersæ species.	638.2
Famis expositio.	589.1
Familiaritas cum Deo quomodo acquirenda.	347.2
Fastus ex nobilitate pellendus religioso.	255.2
Fatum qui ponebant & qui negabant.	599.1
Fatum Chaldei inducebant.	655.2
Fenestre anime.	400.1
Festi dies sanctorum quare celebrandi.	147.2
Fera de se bene meritos amant naturæ inductu.	438.1.352.1

Ficus quomodo inserantur.	533.2
Ficorum imbecillitati quo pacto mederi possit.	18.2
Fides quid.	261.1
Tractatur.	267.1
Est deitatis confessio.	211.2
Est in simplicitate sermonis non in apparatu verborum.	66.2
Fides & baptisma duo modi paranda salutis.	234.1
Que in Deum est agenda praestruere debet.	378.2
Fides in Deum patrem & filium dogma necessarium.	206.1
Est Theologie fundamentum.	66.2
Nititur diuinis scripturis.	635.1
Fidei confessio Basily.	261.1.2
Fidei Christianæ confessio.	262.2
Fidei in confessione libere agendum.	267.1
Fidei constantia seruari debet.	274.1
Fidei mensuram Deus vnicique partitus est.	189.1
Fidei virtus.	93.2. & seq.
Fidei verbis quidam more medicorum vtuntur.	451.1
Fidem quidam deserunt.	378.2
Fidei infirmioribus quomodo parcendum.	274.2
Fideles confirmandi.	285.1
Pro Fidelibus orandum vt meliores quotidie fiant.	284.1
Fidem ne mutet Christianus.	274.1
Fidendum auxilio diuino in periculo.	280.2
Figura quid in scripturis.	335.1
Filius altissimi quis.	95.1
Filius ante secula cum sit, nunquam esse incipit.	203.1
Quomodo non creatur.	466.2
Cur dictus verbum.	145.1
Filius Christi substantia imago est.	213.1
Quomodo in seipso patrem ostendat.	197.2. & seq.
Filij Dei diuinitas docetur.	143.1.2.204.1.2
Filij processionis simile.	204.1
Filium Deum à scriptura appellari.	ibid.2
Filium genituram dicere temerarium esse.	201.2
Non esse facturam.	200.2
Filij prodigi historia.	171.2
Filij erga parentes quomodo se gerant.	288.2
Quare querendi.	153.2
Filiorum qualis gerenda cura, & quæ eis bona relinquenda.	ibid. & seq.
Filij dissidentie & iræ.	359.2
Filiorum Eli pactum.	159.1
Filia Sion quæ derelicta à Domino.	584.2
Filia regum quid mystice.	80.2
Filia quæ humanæ conuersationis.	123.1
Fimbria aurea.	81.2
Finis Christianorum.	84.2
Finis saltandi, & c. perditio.	620.1.2
De Fine humano diuersæ opinioniones.	84.2
Fines artium spectandi.	620.1
Firmamentum qua ratione caelum.	24.1
Firmamenti nomine in quibus vitatur scriptura.	10.1.1
Firmamenti natura quæ sit.	10.2
Firmiliani liber.	246.2
Flagitiose facta quomodo enuntianda.	354.1
Flagellat Deus populum pro peccatis.	283.1.2
Elere cum stentibus quomodo deceat.	112.2
Fletus initium iucunditatis.	661.2
Florum fugacitas.	45.2
Fluctus animi.	136.2
Fluminis impetus.	83.1
Fluminis ortus.	111.2
Fluminis letificans ciuitatem Dei.	83.1
Fœmina quare passiva & vir actiuus.	396.2
Fœnator lepori similis.	432.2
Fœnatores taxat.	542. & seq. 543.4
Dehortatur multis à fœnore dando.	542. & seq. 543.1
Fœnus vnde sic dicatur.	56.1
Folia in arboribus.	118.2
Fonium & putecorum origo.	11.1.2
Formica solertia.	322.2.541.1.543.2
Formica descriptio.	477.2
Fornicatio Canonicorum reprimenda.	494.2
Fornicatio non est matrimonium.	500.1.504.1

in Diuum Basilium.

<i>Fornicator quis sit.</i>	499.1	<i>Vana hominum.</i>	91.1
<i>Fornicatrix.</i>	500.1	<i>Hominis vera que sit.</i>	156.1.2
<i>Fornicatores grauius peccant quam trigami.</i>	505.2. & seq.	<i>Benefactorum.</i>	540.1
<i>Fornicatorum pena.</i>	499.1.507.2	<i>Iusti eximia.</i>	602.2
<i>Fortis quis sit.</i>	539.2	<i>Vana fugienda.</i>	39.2.377.1
<i>Fortunam &amp; fatum non admittendum.</i>	476.2	<i>Inanis fugienda ratio.</i>	103.2
<i>Fortuitum nihil.</i>	166.1	<i>Gloria vox varia significationis.</i>	644.1
<i>Frater qui in corporis debilitatem inciderit an in hospitale amandari debeat.</i>	362.1	<i>Inanis cupidus quis.</i>	334.1
<i>Frates in necessitate vsui esse.</i>	436.1	<i>Inanis epitheta appositiſſima.</i>	377.1
<i>Fratribus quo animo sit seruiendum.</i>	345.2	<i>Captanda vitium quo pacto vitetur.</i>	331.2
<i>Fratrum vnus sit animus.</i>	441.2	<i>Humana cupiditate moueri alienum ab homine Christiano.</i>	279.2
<i>Fratrum cohabitatio iucunda.</i>	301.2	<i>Humana inconstantia.</i>	16.2
<i>Fratrum cura suscipienda.</i>	276.1	<i>Gloriam &amp; honorem quomodo Deo offerimus.</i>	57.2
<i>Fratrum conuentus in vno pago plures constitui an conueniat.</i>	313.1	<i>Ad Gloriam Dei omnia facere quis dicatur.</i>	351.1
<i>Fratrum collegia vniri vult Basilis.</i>	ibid.2	<i>Gloriari de beneficiis non debemus.</i>	378.2
<i>Frigoris dolor.</i>	149.2	<i>Gloriandum non est ob bona corporis &amp; animi.</i>	89.2
<i>Frigore martyres multi enecati.</i>	ibid.	<i>Gloriatio in Domino qua.</i>	356.1
<i>Fructus illorum quorum labor est.</i>	293.2	<i>Gloriatio vetita.</i>	ibid.
<i>Fructus penitentia digni.</i>	362.1	<i>Glorificare Deum quid.</i>	266.1
<i>Fructus spiritus sancti qui. Vide Spiritus sanctus.</i>		<i>Gloria in frugibus ad quid.</i>	17.2
<i>Fructus anime filij vocantur.</i>	657.1	<i>Gloriosum apud homines haberi vanum.</i>	156.2
<i>Fructus quos percepturi sumus à Deo.</i>	592.2	<i>Goliath fatui superbia.</i>	155.1
<i>Frugalitas in suscipiendis hospitibus seruanda.</i>	274.1	<i>Gomorrha quid.</i>	585.1.655.1
<i>Fruges multis periculis obnoxia antequam domum comportentur.</i>	115.1	<i>Gordius militiam exercuit.</i>	147.2
<i>Fucus muliebris.</i>	534.1	<i>Gordius Cesariens. cuius fuit.</i>	ibid.
<i>Fucum mulierum adimet Dominus.</i>	611.1.2	<i>Gordius desertum petiit.</i>	148.1
<i>Fulmina quare fiant.</i>	296.1	<i>Ad Gordij martyrium tanto studio plebs cucurrit, vt ciuitas prorsus vacua fuerit.</i>	149.1
<i>Fumus quid.</i>	659.1	<i>Graculorum instar vt sit permittendum de aquilarum volatu iudicantium.</i>	460
<i>Fundamentum fidei quod.</i>	618.2	<i>Græcorum conuictus. Vide, Conuictus.</i>	
<i>Functio Seraphin.</i>	628.2	<i>Gratia in labijs Christi.</i>	79.2
<i>Furor quid.</i>	334.1	<i>Dei ad proprias libidines vii peccatum.</i>	278.2
<i>Furor cæli quid.</i>	653.2	<i>In baptismo.</i>	206.1
<i>Furoris proprium.</i>	333.1	<i>Spiritus sancti non per tenuitatem officij minuitur.</i>	429.2
<i>Furem celans etiam puniendus.</i>	507.2	<i>Gratia prius agenda Deo de his que quotidiana necessitas corporis requirit.</i>	433.1
<i>Fures quomodo puniantur.</i>	ibid.	<i>Gratia diuina participes esse non possumus, nisi perturbaciones &amp; vitia prius eiiciamus.</i>	91.1
<b>G</b>			
<i>Gabaonitarum astutia.</i>	135.2	<i>Gratiam Dei supprimens, vt talentum occultans condemnatur.</i>	334.2
<i>Gabriel angelus quare non ceciderit.</i>	126.1	<i>Extra gratiam positi an ad Deum clamare debeant.</i>	139.1
<i>Galbanum.</i>	588.1	<i>Gratie semper agenda Deo tum in prosperis tum in aduersis rebus.</i>	69.1
<i>Galee spirituales.</i>	100.1	<i>Gratie Deo agenda de his que ad necessitatem corporis spectant.</i>	278.1
<i>Gallina.</i>	28.2	<i>Gratiarum agendarum ratio pro beneficiis acceptis.</i>	110.1
<i>Gallus gallinaceus.</i>	ibid.	<i>Gratias in omnibus agendas esse.</i>	ibid.
<i>Est excubitor.</i>	30.2	<i>Gratias Deo quomodo agamus etiam in calamitate.</i>	ibid. & seq.
<i>Gangrenorum altaria in agro subuertuntur.</i>	450.1	<i>Gratitudo que Deo probetur.</i>	112.1
<i>Garrulitas ociosa.</i>	330.2	<i>Gregorius mandauit ipso mortuo omnia sua bona pauperibus dari.</i>	461.2. & seq.
<i>Gaudium quid.</i>	106.2		
<i>Gaudium in Domino quod.</i>	350.1	<i>Gregorius nudo capite orauit.</i>	443.1
<i>Gaudium cui anime à Deo ingignatur.</i>	62.1.2	<i>Gregorius Magnus.</i>	ibid.
<i>Gehenna.</i>	620.1	<i>Gregorius Nyssenus Nysa abactus.</i>	476.1
<i>Generatio Christi veneranda.</i>	164.1.1	<i>Gregorij Neocesariensis virtutum laus.</i>	443.1.2
<i>Generatio diuina quomodo intelligitur.</i>	201.2	<i>Gregorij Magni factum memorabile.</i>	246.1
<i>Generatio spiritalis est in baptismo.</i>	176.2	<i>Gregorij quid.</i>	469.1
<i>Generationis dua species.</i>	581.1	<i>Græuum natura.</i>	29.1.551.1
<i>Genethliacos perstringit.</i>	21.2.66.1.655.2	<i>Gubernator intelligens.</i>	137.1
<i>Gentilis quomodo ad fidem persuadendus.</i>	444.2	<i>Gubernandi modus optimus.</i>	460
<i>Gens &amp; populus.</i>	583.1	<i>Gula detestatio, &amp; incommoda.</i>	25.1
<i>Gens tota peccatrix.</i>	ibid.	<i>Gula intemperantis incommoda.</i>	97.1.2
<i>Gentium impietas per fidem abluta.</i>	155.2	<i>Ex Gula vite malorum ilias.</i>	253.1.2
<i>Gentium varia nationes.</i>	597.2	<i>Gula vitium non in escarum copia tantum, sed in voluptate atque gustatu.</i>	ibid.
<i>Gentes ad Dominum veniunt.</i>	ibid.	<i>Gulam in officio si cõtinueris, paradysum habitabis, sin minus, pabulum mortis futurum.</i>	ibid.
<i>Gentes quid exquirebant à suis idolis.</i>	638.1	<i>Gustus in sacris literis.</i>	136.1
<i>Genua flectere &amp; erigere.</i>	244.1	<i>Gustus sors voluptatum.</i>	397.2
<i>Genus prophetarum obseruatur.</i>	580.2. & seq.	<i>Gustus qualis sensus.</i>	398.1. & seq.
<i>Genae quid.</i>	645.1		
<i>Geni prolapsio.</i>	387.1	<b>H</b>	
<i>Gigas quis.</i>	68.1	<i>Habitus ornatus quis.</i>	350.1
<i>Gigantes qui.</i>	605.1	<i>Habitus tam virtutis quam vitij paulatim comparantur.</i>	583.1
<i>Gigantum arrogantia.</i>	155.1	<i>Habitus corporis duplex.</i>	597.2
<i>Gladus Dei Spiritus sanctus.</i>	466.2	<i>Habitus bona periculosa.</i>	100.2.165.1.533.2
<i>Gladus piscis.</i>	27.1	<i>Hæreditas bona.</i>	153.1.2
<i>Gladio perire quid.</i>	507.1		
<i>Gloria iusti &amp; spiritus in eo existens.</i>	64.2		
<i>Gloria iusti magna.</i>	341.2		
<i>Hominum quomodo amplectenda.</i>	156.1.2		
<i>Dei finis vite Christiane.</i>	547.1.2		

# Index rerum & verborum

Heresis ecclesie putredo.	7.1	Minor mundus dicitur.	44.1
Heresis quid.	492.2	Singulis fere horis alterationi obnoxius.	77.2.78.1.89.2.
Anomaeorum.	642.2	Quomodo dominatur animantibus.	36.2
Hereticus mater superbia.	622.2	Sanguinis Christi precio redemptus.	58.2
Heretici non sunt rebaptizandi, sed Chrismate inungendi.	493.1	Brutis viribus inferior, sed ratione praestantior.	20.1
Scripto ostendunt respicientiam.	449.1	Animal praestantissimum.	600.2
Per Xizania designantur.	17.2	Imagine Dei cohonestatus.	ibid.
An sint recipiendi in excessu vita.	494.2	Humilis.	601.1
Quibus noceant.	442.1	Hominis cum Deo nulla comparatio.	626.1
Lenitate fiunt peiores.	462	Hominis superbi conatus esse caducos.	601.2. & seq.
Heretica mulieres virginitatem professas an ad matrimonium recipiende.	499.1	Hominis etates & incrementa.	38.1
Heretici malum verbum eructant.	79.1	Hominis etates & alterationes.	93.2
Hereticorum labor & studium.	448.1. & seq.	Hominis natura duplex.	373.2
Eorum consuetudo, & mores.	191.1.2	Hominis creatio singularis.	153.2
Reuocatio quorundam.	460.2	Hominis proprium rationalem esse.	15.1
Eorum inconstantia.	461.1	Hominis dignitas.	35.2. & seq.
Eorum mores.	418.1	Hominis prerogatiua quanta.	87.1
Heretici quibus rebus populum irretiant.	ibid.	Hominis inconstantia.	36.2
Eos Christianum nomen praetextere.	ibid.2	Hominis quanta proceritas futura sit, ex trimo puero indicatur.	38.1
Eos esse arguendos & vitandos.	462.1	Homini quid maxime peculiare.	299.1
Haledinis natura.	29.2	Homini turpe seruire affectibus carnis.	35.1
Halcyonij dies.	29.2.519.2	Homini varie concessae sunt facultates.	600.2
Harmonia caelorum & concentus taxantur.	10.1	Homines nubeculis similes.	461.1
Hasta & lancea quae.	598.2	Hic esse qui dicantur.	94.2
Hebraeorum astitua erga Aegyptios.	135.2	Boui & asino similes & deteriores.	582.2
Hebraica in diuinis consulenda.	205.2	Mundi amantes.	532.1
Hebraicas quasdam voces quare non ausi interpretari.	202.1	Hominum vita labilis.	602.2
Heli filij interficiuntur.	259.1	Hominum vita duplex.	251.1
Heli peccatum punitur.	520.2	Hominum tres ordines.	160.2
Heli & Ioannes philosophi.	568	Hominum & vitis allegoria.	18.1
Heli per ieiunium meruit videre Dominum.	9.1	Homicide prognati ex diabolo.	661.2
In speluncam quare secesserit.	148.1	Homicida quis.	504.1
Igneus currus non expauit.	1.8.1	Homicide in bello tres annos a communione abstinebant.	437.1
Ieiunio clausit caelum tres annos & menses sex.	100.2	Homicide voluntarij poena.	437.1.493.1.495.1
A coruis pastus.	111.2	Homicidia voluntaria & inuoluntaria.	Vide ibid.
Magna visionis spectator.	97.1	Homoosios.	491.1.2
Heli ieiunium: Vide ieiunium.		Homousia.	450.1
Heli Zelotis ira.	119.1	Honor an sit affectandus.	331.2
Helisei ieiunium. 129.1. Vide Ieiunium.		Honor viri vnde nascitur.	167.1
Helluo ventrem Deum praestituit.	596.1	Honorem quomodo offerimus, & contra.	57.2
Herba noxiae cur creata.	17.1	Honores an debeat appetere monachus.	384.1
Hercules cum duabus mulieribus.	161.2	Honorare Deum quid.	266.2
Herinaceus marinus futuram tempestatem praesentis.	26.2	Horrea diuitum.	545.2
Herinacei terrestris natura.	32.1	Hospites quomodo accipiendi.	307.2
Hermogenes Caesarea episcopus.	451.1	Hospitum suscipiendorum scopus.	ibid.
Hesiodi laus.	161.1	Hostia vna.	587.1
Heterosij.	22.2	Hostia quae sit grata Deo.	586.2
Hieremia perpestio quod non faceret verba ad populum.	518.2	Hostis veritatis varie quotidie nos impugnat.	156
Hieremia stertus.	540.1	Horrendum incidere in manus Dei.	625.2
Hieremia verbum Domini quomodo factum.	140.1	Humana inualida.	68.2
Hierocleus.	467.2	Humanae vitae duplex methodus.	251.1
Hieroboam vaccas aureas commentus.	637	Humanum genus a puro homine redimi non potuit.	85.2
Hierosolyma quare excisa.	124.1	Humanarum rerum inconstantia.	71.2.136.1.2
Hierosolymitana obsidio qualis.	447.1	Humilis & superbi colla.	419.2
Hierusalem in colle sita.	154.2	Humilis viri habitus.	549.2
Hierusalem caelestis.	611.2	Humilem animam quae deceant.	423.2
Hierusalem edificare.	618.2	Humiles & abiecti non aspernandi.	279.2
Hierusalem repudiata.	607.2	Humilitas quid.	350.2
Hierusalem destructa.	625.2	Est duplex.	601.1
Hippy animus leuis.	477.1	Est Christi imitatio.	254.1
Hirundo visum sibi restituit.	30.1	Quaedam illaudabilis.	73.2
Hirundinis solertia.	ibid.	Iustorum & peccatorum.	ibid.
Hirundinum & olorum fabula.	426.2	Christi.	156.1
Holocaustorum diuina interpretatio.	587.1	Dauidis.	602.1
Homerus breuiloquus.	426.1	Est virtutum thesaurus.	378.1.2
Homerus de Margite.	162.2	Virtutum contentrix.	378.2
Homeri poeseos commendatio.	161.2	Humilitatis virtus.	155.1
Homo quid.	37.2.54.2.55.1	Humilitatem persequi quomodo debeamus.	81.1
Homo duplex.	136.1.158.1.581.1	Humilitatem sectandam vt maiorem gloriam assequamur in regno caelorum.	275.1
Homo id quod secundum animam est.	36.2	De humilitate.	154.2
Animal natura mite & congregabile.	299.1	Ex humilitate gloria nascitur.	156.1
Sociale animal.	ibid.	Hydra fabula.	416.1
Quomodo ad imaginem Dei creatus.	36.2.600.2	Hydroparastata.	493.1
Qua in re a brutis differat.	141.1	Hyemis initium.	22.2
Cur sit erecta statura.	32.1.105.1	Hymnodia nocturna.	447.2



in Diuum Basilium.

Hymnorum vis & vsus.	42.3.2	Ignis necessaria natura.	11.1
Hypocrita quis.	96.1	Ignis in corporibus latitans innoxius est.	4.1
Hypocrita de formisimi apparebant.	596.1	Ignis spiritalis vis.	190.1. & seq.
Hypocrite quercui similes.	ibid.	Ignis due facultates.	59.2.556.1.645.2
Hypocritis fugienda.	ibid.	Ignis purgatorius.	627.2.641.2. & seq. 643.2
Hypopbeta qui.	144.1	Ignis inferni vis.	555.2. & seq.
Hypostasis.	432.2. & seq. 491.1	igne conflagrabit omnia.	11.2
		Ignorantia Dei mors animae.	555.1
		Ignorantia summa signum.	119.1
		Ignorantia venia danda & obliuioni.	437.1
		Illecebra quid.	660.2
		Illuminati ad meliora opera preparantur.	217.1
		Imago Dei Christus.	169.2.489.2
		Imago inuisibilis Dei quomodo intelligitur.	204.2
		Imaginem Dei per affectiones malas in homine vitari.	291.1
		Imaginem Dei defcedat am quomodo restituemus.	ibid.
		Imaginem Dei non referimus in corpore nostro.	3.2
		Imaginem Dei non est fas contumelijs afficere.	653.1.2
		Imagines rerum visibilium apprehendere nequimus.	208.1
		Imaginationes vitiosa abominatio sunt.	600.1
		Immaculatus quis.	57.2
		Immortale quomodo in Deo accipiendum.	121.2
		Immunditia quid.	334.2
		Imitatores Christi qui.	235.2.257.1
		Imperata quatenus exequenda.	341.1
		Imperatius loquendi modus in sacris scripturis.	357.1
		Impij quomodo vitandi.	437.1
		Impiorum prestigia.	148.1
		Impietas proprie in Deum peccatum.	47.2
		Impiorum in concilium qui abeant.	ibid.
		Improbos esse aliquos in aliqua societate, eam non arguit esse malam.	381.1.2
		Improbitas latens periculosa.	191.2. & seq.
		Imprudens quis.	86.2
		Impostores.	593.1
		Impostorum astutia.	623.1
		Inanis quomodo decidat ab inimicis.	50.1
		Inaures.	612.1
		Incantatoribus non fidendum.	82.1.2
		Incantatrices quae.	509.2
		Incarnatio Domini immaculata.	166.1
		De incertis non iudicandum.	277.1
		In quid significet.	229.2.242.1. & seq.
		Incessus animum indicet.	423.2
		Incessuosi pena.	494.2. & seq.
		Inclomens quis.	328.1
		Incommodum pro nomine Christi sustinendum.	280.2
		Incommodum vnde maximum resistat.	594.1.2
		Inconstantia iumento asimilis.	376.1
		Inconstantia stultitiae similis.	382.2
		Inconsulti.	555.1
		Incontinens quis.	306.1
		Incontinentia quid.	334.2
		Incontinentia ex vino.	448.2. & seq.
		Incontinentia malum.	343.1.584.1
		Incorporale loco non circumscribitur.	45.2
		Incorporeum in Deo quomodo accipiendum.	195.2
		Incorruptibile figurari nequit.	36.2
		Incorruptibilis Deus quare dicatur.	195.1
		Incredulis nulla venia relinquitur.	260.2
		Ab incredulis quando discedendum.	286.2
		Increpandi ratio quae tenenda.	114.1
		Increpandus frater quo animo sit.	339.2
		Increpatio anima medicina.	320.1
		Increpatio pio suscipienda.	287.2
		Increpationis modus.	337.2
		Incusare quando conueniat.	277.1
		Indifferentia & media quae.	490.1
		Indigentia sanitatis mater.	321.1
		Indignatio quid.	129.1
		Indignatio neruus animae.	128.2
		Indignationis iusta proprium.	334.1
		Indus fluuius.	11.2
		Induere nouum hominem.	81.1
		Indumentum Christiano conueniens.	508.2.611.1
		Indumentum auferet nobis Dominus.	610.2
			Indu

# Index rerum & verborum

Indumenta Rebecca.	611.1	Inuidi virtutes in vitia conuertunt.	ibid.
Indumenta varia filiarum Stoñ.	ibid.	Inuidi mores.	536.2
Inferiores magistratibus fere similes.	49.1	Inuidi & pacifici collatio.	418.1.2
Inferiores antistiti ministerium subire non reformident.	311.2	De inuido.	130. & seqq.
Infideltas mater fornicationis.	593.1	Inuido nunquam deest tristitia.	ibid.
Fideles quomodo ad fidem persuadendi.	444.2	Cum inuido non congregandum.	130. 2
Coarguendi.	605.1	Inuidorum fascinantes oculi.	ibid. 2
Infirmantur viribus erga crucem.	604.2	Inuisibile quid.	6.1
Infirmi tates saepe esse peccatorum flagella.	321.2	Inuisibile in Deo quomodo accipiendum.	195.2
Infirmis quomodo remedia inuenienda.	423.1	Inuisibilia per inuisibilia cognoscuntur.	620.1.2
Infirmiores quomodo tractandi.	274.2	Inuocationis verba cum panis eucharistiae ostenditur.	244.1
Infirmiorum visitatio Domini mandatum.	451.1	Inuoluntaria quae.	54.1
Infirmiorum tria genera.	164.1	Ioannes ceteris Euangelistis excellentior.	144.1
Inflatus quis.	334.1	Ioas ignis Domini.	630.1
Inflatus in Diabolicum crimen incidere.	192.2	Iob proprium contra seipsum praedicat casum.	156.2
Influxuum caelestium cognitio.	21.1	Calamitates suas cum silentio pertulit.	455.2
Ingenio non abutendum.	594.2	Inuictus athleta.	113.2
Ingenitus Deus quare dicatur.	194.2	Exemplum.	107.2
Ingenitum esse quid.	204.2	Varie afflictus.	124.2
Ingenitum varie accipi.	22.2	Iob patientia mercedem accepit.	537.2
Ingratos exemplo à cane deducto taxat.	33.1	Iob verax.	339.2
Inhabitatio Dei vera.	423.1	Constantia.	107.2.537.2
Inhospitales exemplo cornicum taxat.	29.1	Fortitudo.	423.1.539.2
Inimicus bifariam iuuandus.	438.1	Vxor exprobrat pietatem.	537.2
Inimici peculiare iudicium.	ibid.	Iosaphat à Deo reprehensus.	156.1
Inimici qui sunt diligendi.	ibid.	Ioseph historia quem fructum habeat.	43.1
Inimici Domini.	594.2	Iustus.	165.1
Pro inimicis orandum.	354.2	Quid seruum fecerit.	132
Iniqui succeduntur.	596.2	puccinitia.	407.2.533.2
Iniqui reuicendi à congregatione.	594.2	Ioseph auari imitari debent.	114.1
Iniuria in proximos duplex.	591.2	De Ira.	152.2
Iniurie dimittenda formula.	354.2	Ira & furor Dei.	75.1
Iniuriarum praeteritarum memoria non retinenda.	293.2	Ira quid.	126.1.7.334.1
Iniuriarum remissio immortalis sanam parit.	476.1	Eius detestatio & incommoda.	ibid. & seqq.
Inique agentibus an communicandum.	187.1	Ira & indignatio qui differant.	129.1
Innascibilitas an in substantia Dei sit.	194.1.2	Quomodo compescenda.	127.2.334.1
Innocentes qui.	135.2	Bona & mala.	129.1
Innocentia duplex.	ibid.	Momentanea quaedam insania est.	127.1
Innocentia Davidis quae.	51.2	Mentis est temulentia.	98.2
Inobediens frater quomodo tractari debeat.	310.2	Ira nihil stultius.	128.2
Inobedientes taxantur.	332.1	Ira bonarum actionum ministra.	129.1
De inobedientibus.	319.1	Ira Dei nobis est eruditio.	625.2
Inobedientia cuiusque verbi an morte sit digna.	184.1	Ira pro correctione.	643.1
Inobedientia magnorum malorum radix.	341.2	Ira appendices & germina.	129.2
Inquinamentum carnis ac spiritus quid.	333.2	Ira officiose vtilitas.	128.2
Inquinatio spiritus quid.	ibid.	Ira antidotum.	ibid.
Insecta quare sic dicta.	30.2	Ira filius quis.	359.2
Insecta oliuo pereunt, aceto reuiviscunt.	ibid.	Ira incommoda quomodo fugienda.	129.1.2
Insiatatores quomodo vitandi.	280.1	Ira vis.	55.2
Insomnia qualia obueniant.	110.1	Ira ac furoris fructus.	127.1
Intelligentia quae & quomodo à Deo petenda.	352.2	Ira locum dare quid.	356.1
Intelligentia quid.	621.1.6.4.1	Ira non vincere supra naturam est.	535.1
Intelligentiam humanam reprimere tumorem animi.	433.2	Iracundi consortium esse fugiendum.	ibid.
Intelligens.	624.1	Iracundo non aspidendum.	152.2
Intemperantia quid.	334.1	Iracundos cani comparat.	39.2
Interpres quis.	615.2	Irafi quomodo non poterimus.	331. 342.2
Interrogatus submissa voce responde.	253.2	Irati habitus.	127.1
Intuitus pudicitiae index.	399.1	Irati nomine belluarum vocantur.	ibid.
Inuidia sequitur diabolus.	129.1	Irati à demonibus nihil differunt.	ibid.
De Inuidia.	129.1.2.153.1.2	Irati sui immemores.	ibid.
Inuidia cui dominari non possit.	131.1	Israel non est vsus equestri exercitu.	68.2
Viperæ comparatur. 129.1. muscis, vulturibus, & Cancro.	1.1	Israel interpretatur quid.	582.2
Inuidiae antidotum.	131.1	Per vineam intelligitur.	617.2. & seqq.
Inuidia inter pares & proximos.	130.2	Est Ecclesia vidua liberata à iugo seruili legis.	591.2
Cain, Saul, & fratrum Ioseph.	ibid.	Incultus manet.	617.1
Judaeorum.	ibid.	Similitudine bonis exprimitur.	582.2
Inuidia nihil perniciosus.	130.2. & seqq.	Israelite à Deo nutriuntur in deserto.	122.1
Proprium diaboli vitium.	153.2. & seqq.	Israelitarum ruina qualis.	155.1
amicitia pestis.	130.1.2	Ister fluuius.	11.2
Inuidiae malum.	ibid.	Iubar inuentor citharæ.	621.1
Inuidiae bonum is qui ea afficiuntur.	536.2	Incunda etiam fastidiunt.	98.1.548.1
Epitheta.	129.1.2	Iude prolapsio.	387.2
Remedium.	ibid.	Interpretatio.	616.1.642.1
Inuidus beneficentia irritatur.	130.1.2	Fortitudo.	ibid.
Inuidia cor hominis consumit.	153.1	Iudea regio secunda.	615.2
Inuidi diaboli ministri.	130.2	Iudæi sex annos terram colebant, septimo quiescebant.	42.1

in Diuum Basilium.

Eunomio magis pij.	217.2	Iustum quid.	127.2
Terram colebant.	42.1	Iustum quid apud Deum.	69.2
Comparantur equo indomito.	119.2	Institia Deum angelorum & hominum.	51.2
Exleges.	585.2	Iustitiam faciens.	172.1
Beneficiorum immemores.	628.2	Iuuenis moribus.	606.2
Cæci.	585.2	Iuuenes apud Iobelem promissiones habere.	135.2
De doctrina Christi mirabantur.	606.1	Iuuenum mores indomiti.	554.2. & seq.
Deteriores populo Sodoma.	685.2	Consuetudo perniciofa.	252.2
Traditi in reprobum sensum.	635.2	Administratio periculosa.	554.2
Alligarunt Christum.	6c8.1		
Prophetas non habent nec latrariam.	ibid.		
Iudeorum calumnie.	165.1	<b>L</b> aborandum unicuique.	373.1.351.2
Inuidia.	130.2	Laborare qui nolet frater quomodo puniendus.	34.2
Interitus causa.	608.1	Laboris & quietis vicistrudo.	292.2
Reliquie salua fient.	629.1	Laborem agricole imminuit spes fertilitatis.	47.2
Improba viuendi ratio à gentibus.	599	Laborem fratres quo animo suscipere debeant.	317.1
Iudeos quare reiecit Dominus.	587.1	Labore parata diligentius seruamus.	9.2
Apud Iudeos qui numerabantur.	646.1	Labore gloria acquiritur.	139.2
Iudex.	608.2	Labris pollui quid.	509.1
Quisque iniquus est sui.	549.2. & seq.	Lachryma fœnus æterni gaudij.	107.1
Iudex fieri non optandum.	550.1	Lachryma erumpentes afflictionis copiam discutiunt.	446.2
Iudicis officium.	134.1.2.531.1	Lachryme Christi quales.	107.1.2
Iudicare quatenus sinimur.	346.1	In magnis calamitatibus non sunt cohibenda.	ibid.
Iudicare pro probare.	50.1	Vnde & quam vriles ad leuandam animi tristitiam.	ibid.
Iudicare de altero temerè non debemus.	277.2	Sancorum.	ibid.
Iudicandum non esse de obscuris.	ibid.	Earum origo & ratio physica.	ibid.
Iudicandi pulcher mos.	546.2	Earum societas solatium.	663.2
Iudicandi homines quo ordine sint.	609.2	Lachrymis quatenus indulgendum.	107.1.2
Iudicium rectum.	134.2	Laconicarum mulierum vestitus.	612.1
Iudicium quibus conuenit.	598.1.2	Laconismus.	426.2
Iudicium non sine misericordia.	541.1	Lacus in scriptura quomodo accipitur.	63.1
Iudicium ira Dei debet alienos erudire.	268.1	Lacus in malam partem.	52
Iudicium de capitis supplicio anxie fiebat.	457.1	Lacustris aqua quo disserat à puteana.	ibid.
Iudicium non fieri debet in personarum acceptione.	277.2	Lætitia virtutis comes.	371.2
Iudicium in scriptura varie sumitur.	50.2.554.2. & seq.	Eam quæ parium extra nos sunt.	105.1
Iudicium Dei timendum.	592.1.636.2	Lamech peccatum.	333.1
Iudicium Dei nobis proponendum.	521.1.2	Lancea.	558.2
Iudicium incipit à domo Dei.	652.1	Lapidem mouere.	163.2
Iudicij extremi communitio.	70.2.72.1.556.2	Lapidam nomine quid designatur.	641.1
Iudicij dies tremendus.	72.1	Lasciuia quid.	334.2
Iudicia Dei non esse contemnenda.	268.1	Naturam ledit.	157.2
Iudicia Dei timenda.	350.1	Latria quid.	354.1.585.1
Iudicia Dei inperscrutabilia.	196.1	Laterum nomine quid designatur.	641.1
Iudiciorum Dei timorem docuit Christus.	184.2	Latronum interfectores an puniendi.	507.1
Iugum Christi lenè.	137.2.275.1.524.1	Latum clauum quid.	61.1
Iulianus.	476.2	Lanacrum aduulorum.	592.1
Iulitæ martyris historia & laus.	108.2. & seq.	Laudabile non est quod inuiti subimus.	92.2
Iulitia in struem lignorum accensam influit.	109.1	Laudare Deum opus Angelorum.	60.1
Iulitæ diem festum agendum induxit Basilium.	ibid. 1.2	Laus Dei quid.	69.2
Iulitæ corpus illesum mansit ex igne.	ibid.	LaZari ieiunium.	96.2
Iulitæ mira constantia.	ibid.	Patientia.	322.1
Iumentis comparatur peccator.	87.2	Suscitatio.	107.1
Iuramentum in scriptura quid.	54.1	Leana partus difficilis.	32.2
Iuramenti forma vbi querenda.	436.2	Lebes spei meæ quid sit.	89.2
Iuramenta quæ non iuramenta.	498.1	Lectio inter edendum cum attentione audienda.	348
Iuramentorum speciem qui habent.	54.1	Lectiois scripturarum vrilitas.	423.1
Iurare an liceat.	54.1.501.1	Legere arbitratu suo libros an asceta debeant.	339.1
Iurare cur Deus dicatur.	171.2	Legendi quomodo gentilium libri.	160.1.2
Iurare Clinias noluit.	152.1	Lenitas falsa quantum malum.	311.1
Iurantes ne cogantur ad periurium.	436.2	Leonis natura.	32.1
Iustitia multiplex.	51.1.172.1	Leoni vociferator similis.	40.1
Iustitia quare filius Dei dicitur.	172.1	Leones pios pascunt.	121.2
Dei non secundum personarum dignitates.	465.2	Leporum natura.	56.1
Diuina.	134.1	Letoius Melitensis Episcopus.	395.2
Quadam homini insita.	ibid.	Leuia quæ.	152.1
Iustitiæ ratio non eadem quæ peccati.	172.1	Lex diuina non actum solum. sed voluntatis sententiã damnat.	414.1
Iustitia gloriatio superbie vicio perditur.	155.2	Lex ciuilis punit. non medetur. contra lex ecclesiastica.	504.1.2
Iustitia propriam.	296.1	Lex quid.	586.1
Iustus in principio sermonis seipsum accusat.	156.2	Ex Sion.	598.1
Arbori plantata comparatur.	46.1	Diuina doctrix & magistra veritatis.	638.1
Proficit in melius.	625	Spiritualis spiritaliter intelligenda.	587.1
A sua iustitia se auertens.	583.1	Similis fructui teneri corticis.	584.2
Iusti quomodo sumus.	172.1	Obsignata est & intellectu difficilis.	636.2
Iusti actio.	69.2	Legis & Euangelij discrepantia.	274.2
Iusti vita.	ibid.	Legis summa. Diliges proximum.	587.2
Iusti non fuerunt omnino Moses & Abraham.	172.1	Legis iugum quibus onerosum videtur.	636.1
		Legem exemplar esse & vmbra cælestium.	626.1

# Index rerum & verborum

Legem qui dicunt obſignare.	636.2	Magnificencia quid.	58.2. & ſeq.
Legum gentium diſcrepancia.	134.1	Magnificè de nobis ſentire non debemus.	125.1
Legislatori contumelia eſt deſpectio legum.	57.2	Magnificè verè quis dicatur.	59.1
Libani laus.	469.2	Maiori honos deferendus.	255.2
Libanus idololatricæ locus.	59.1.61.1	Maiores ad maiora aſtringi.	275.1
Libanus mons.	602.2	Maioribus ſubijci debemus.	289.1
Liberationem quomodo homo accipiat.	174.1	Maioribus dignus quis.	270.1
Liberare & ſeruare quomodo diſferant.	50.1	Malagma quid.	583.2
Libera voluntas ad bonum & ad malum.	657.1	Maledictus qui fecerit ſculpile.	604.1
Liberi fiebant Hebrei ſeptimo anno.	47.2	Maledictum quid.	330.2
Libertas arbitrii aſtruitur.	591.1.2	Maledicendi de aliquo tempora duo.	ibid.
Libertus Epicoſopus.	451.2	Malignitas quid.	337.1
Liberos procreatio benedictione digna Domini.	412.1	Malitia quid.	372.1.623.1
Liberos erga parentes officium.	288.2	Malitia quaſi funiculus.	622.2
Liberos causa non ſunt cumulanda opes.	118.2.547.2. & ſeq.	Malitia mentem hominis voluptate inefcat.	636.1
Libido nulla vehemètor quàm maris & ſœmina cõiunctio.	368.2. & ſeq.	Malitia deplorata homines vitandi.	277.1
Libidinis incentiuua.	397.1.2	Malum quid.	33.1.125.1.531.1
Librorum multitudinem culpam.	451.1	Malum duplex.	124.1
Ligneum vas myſticè.	125.2	Nihil niſi peccatum.	124.1.2
Lignum vetitum cur Deus in paradiso poſuerit.	126.1	Cum bono non eſt creatum.	ibid.
Lilij ſlos cito periens.	78.1	Non ſolum bono, ſed ſibi repugnans.	78.1
Lingua quare vna.	40.2	Malum nullum eorum qua patimur.	124.2
Creata ad benedicendum, non contra.	420.2	Malum à Deo non promanat, ſed à nobis ipſis.	7.1
Lingua natura.	105.1	Magnum quod.	51.1
Cuſtodia ſit in virgine.	40.2	In anime leſionibus gignitur.	115.1
Veloces ad calumniam ſtrnendam.	4.2.1	A Deo alienatio.	126.1
Lingua peccatum multiplex.	72.2	Malum ſemper eſt malum.	293.1
Lingua Deum negare & corde conſiteri an liceat.	149.1.2	Mali vitatio virtus.	139.1
Linum fumigans quid.	162.2	Mali nomen pro vexatione.	124.2
Lis quid.	334.2	Malo vno caſtigato, multi conuertentur.	51.1.550.2
Litania quando cepte.	443.1	Mala cur inſtigantur hominibus.	123.2. & ſeq. 51.2
Litera nude an ſit inſiſtendum.	197.1.2	Mala quomodo facile ſeramus.	109.1
Lociſtarum prælia.	30.2	Mala à nobis ipſis oriuntur.	337.1
Loquendi oportunitas.	377.2	Mala noſtra non eſſe celandam.	76.1
Loth natura ſines contumelia aſſecit.	253.1	Mala vitanda.	49.1
Lucifer quo pacto ſit pulcherrimus ſtellarum.	8.1	Mala vltro ne accerſimus.	56.1.557.1
Peiorem naturam accepit.	35.2	Malorum excogitatores.	337.1
Lucius bonus.	350.1	Malorum omnium grauiffimum charitate carere.	297.2
Laudabilis.	6.2	Malorum Deum non eſſe auctorem.	13.1.2
Multum prodeſt.	66.2	Mamas martyr.	166.1.2
Lucrum mortuorum immoderatum non improbat.	108.1.2.559.1	Manaſſes per penitentiam è captiuitate liberatus eſt.	172.1
Lumbus quid ſignificet in ſcripturis.	60.1	Mandatum Dei rectè facientes quomodo tractandi.	270.2
Lugentium habitus.	112.2	Mandatum magnum & primum.	266.2
Lugentium voces.	108.1	Primum cohibere linguam.	7.2
Luna in deliquio non abſumitur.	21.1	Domini quomodo faciendum.	270.1
Carmibus minime transferri poteſt.	24.1	Domini vt ſtudioſè exequamur quomodo obtinere poterimus.	347.2
Luna mutatio corpora aſſuit.	ibid.	Mandati Dei ſinis.	268.1
Luna lux aduenientia non eſt.	21.1	Mandata Dei facere non pietatis gratia quale peccatum.	187.1
Lunaris annus.	23.1	Ad mandata Dei ſegnes quomodo ſæculi reddi queant.	332.1
Lupi & agni fabula.	457.2	Mandata Dei ordinem habere.	297.1
Lupo raptorem comparat.	40.1	Mandata Domini fidelia.	261.2
Lux.	8.1.623.1	Mandata Dei omnia æque ſeruanda.	270.1.295.1
Deus eſt.	213.1.639.2	Mandata Dei exequendi cur ipſe prius nobis vires ſuggeſſerit.	297.2
Pro ſplendore.	20.1	Mandatorum Dei ſeries.	297.1
Lux mundi Apoſtoli.	172.2	Cum mandatorum Dei cõtempторibus periculoſum eſt habitare.	301.1
Lucis filij qui.	359.2	Mandragora quam vim habeat.	17.1
Lucis pulchritudo ſine bonitas.	8.1	Manichei tellurem animatam dicebant.	27.2
Luxus in compotatiunculis.	619.2	Manicheorum error circa abyſſum, & circa tenebras.	7.1
Luxurie annexa.	622.1	Manicheos taxat propter fatalem caſum.	110.2. & ſeq.
Lycænes.	3.2.1	Manducare ad gloriam Dei.	306.2
Lydia arena.	163.2	Manè prophetæ cur miſſi.	61.1
		Manna.	135.1
		Mansuetus quis verè.	70.1
		Mansuetudo patientiæ mater.	377.2. & ſeq.
		Mansuetudo Dauid erga Saulum.	130.1
		Mansuetudinis laus.	70.1
		Mansuetudinem in indignando poſſe ſeruari.	223.2.378
		Mansiones multe in domo patris.	614.2
		Manus Dei.	75.1.647.1
		Manus martyr ſlamma incenſa.	147.1
		Manus ſuperbiæ.	259.2
		Fortis quæ.	636.1
		Manus impoſitionem Euſtathius dolosè obtinuit.	451.1
		Manus nomine quid deſignatur.	615.2
		Manus organa ſunt explendæ cogitationis.	608.1
		Manus in calum tollere.	590.1.2
			Ma

## M

**M** Achabæorum matris conſtantia. 560.1  
Machera quid. 598.2  
Macrina nutritrix Baſilij. 453.1.456.2  
Magi cur primi Chriſtum adorant. 165.2  
Magorum dona quid ſignificent. ibid.  
Magiſtratus ad vindictam ſint tardij. 29.1  
Quales eſſe debeant. 552.1.2  
Magiſter vitæ ſpirituales deligendus. 251.2  
Ei in omnibus eſt parendum. 252.1  
Magiſtrum ſecularium puerorum an monacham conueniat. 163.1  
Magnanimitas quid. 623.2  
Magni duplex acceptio. 23.1  
Magnus quis. 644.1  
Magnificare Dominum quis dicatur. 70.1

in Diuum Basilium.

<i>Manum nemini citò imponendam.</i>	283	<i>Mentiendum non esse.</i>	271.2
<i>Manuum officium.</i>	41.2	<i>Mentiendum non esse alicuius utilitatis causa.</i>	337
<i>Marcellus hereticus.</i>	438.2	<i>Mendicus &amp; pauper quid differunt.</i>	358.1
<i>Marcion duo principia inducit, &amp; duos deos.</i>	169.2	<i>Mensura eadem remetitur.</i>	92.1
<i>Cum suis adhuc hodie nocet.</i>	405.2	<i>Mense luxum carpit.</i>	447.1.2
<i>Euangelij deprauator.</i>	202.1	<i>Mense accumbendi ratio.</i>	253.2
<i>Marcus Alexandria euangelizauit.</i>	255.2	<i>Mens quid &amp; eius functio.</i>	371.2
<i>Mare est fons &amp; origo totius humoris.</i>	15.2	<i>Mens vt validior reddatur, domanda ieiunio caro. Vide Ieiunium.</i>	371.2
<i>Arena coercetur.</i>	14.1	<i>Mens animi oculus.</i>	371.2
<i>Quomodo bonum siue pulchrum apud Deum.</i>	15.2	<i>Nostri libera &amp; sui iuris.</i>	404.2. est similis pictori. ibid.
<i>Aquilonium insulsus ceteris.</i>	26.2	<i>Carni alligata, fide opus habet.</i>	467.1
<i>Quomodo potulentum sit.</i>	15.2	<i>Quando ad seipsam redeat.</i>	423.1
<i>Hanc vitam significat.</i>	136.2	<i>Princeps facultatis.</i>	581.1
<i>Maris aqua cur amarulentia.</i>	12.1	<i>Sanctorum quid modo agit.</i>	603.1
<i>Maris occidui astus.</i>	24.1	<i>Magna pro versuto.</i>	64.2
<i>Maris nomine quid intelligitur.</i>	648.1	<i>Vino immersa in ceteris perturbationes facile prolabitur.</i>	ibid. 1
<i>Maria multa recenset.</i>	14.2	<i>Mentis euagatio vnde oboriatur. 330.1. &amp; quomodo cohibeatur. 299</i>	
<i>Margites qualis vixerit.</i>	162.2		2. 365.1.
<i>Maria cur desponsa fuerat.</i>	164.2	<i>Mentis arcana inter se fratres debent prodere.</i>	310
<i>Maria post partum virgo.</i>	165.1	<i>Mentis puritas seruanda.</i>	99.2
<i>Maria &amp; sanctorum sit commemoratio in missa.</i>	568.2	<i>Mentis munus.</i>	602.2
<i>Maria sororis Moysi peccatum.</i>	520.2	<i>Mentis quietia commoda.</i>	423.1
<i>Martyr quidam in agone Christo abrenunciat.</i>	151.2	<i>Mercatores spirituales.</i>	136.2
<i>Martyris constantia in tormentis.</i>	146.2	<i>Mercenarius pastor diabolus.</i>	167.1
<i>Martyrum vera laus.</i>	149.2. & seqq.	<i>Mercenary qui sunt.</i>	167.1. 522.2.
<i>Martyrum encomium.</i>	166.2	<i>Meretrices fetus suos occidentes puniende.</i>	493.1
<i>Gratiarum actiones.</i>	151.1	<i>Merita nulla post hanc vitam.</i>	265.1
<i>Ossa tacta sanctificant.</i>	95.2. 558.2. & seq.	<i>Mesus que spiritualis.</i>	598.2
<i>Memoria quales olim.</i>	316.1	<i>Messoribus que concessa sit potestas.</i>	ibid.
<i>Constantia &amp; dicendi libertas.</i>	150.2	<i>Metalla quomodo nascantur.</i>	15.2
<i>Quadragesima historia.</i>	149.2. & seq.	<i>Metamorphosis Christianis notanda.</i>	612.2. & seq.
<i>Quadragesima custos martyri sit.</i>	151.2	<i>Metere quod quisque feminauerit.</i>	608.2
<i>Ad martyrium exhortatio.</i>	149.1.2	<i>metere quis.</i>	602.1
<i>Masculus ter in conspectu Domini apparebat in lege veteri.</i>	587.1	<i>Metus causa est expectatio cuiusvis mali.</i>	352.1
<i>Masculorum concubitores puniendi.</i>	495.1	<i>Meum &amp; tuum absit ab Ascetis.</i>	292.2
<i>Masculis erga feminas concupiscentia vis insita.</i>	408.2	<i>Metropolitanus.</i>	431.2
<i>Mater &amp; frater Christi qui sint.</i>	206.2	<i>Miles Christianus.</i>	103.1
<i>Matris virile facinus.</i>	151.2	<i>Militis Christiani arma.</i>	99.1. & seqq.
<i>Matris Basilij mors.</i>	435.1	<i>Militis terreni &amp; spiritualis collatio.</i>	ibid.
<i>Materia vsus posterius ars inuenta docuit.</i>	6.2	<i>Militi Christiano que facienda.</i>	ibid.
<i>Matrimonium legitimum quod.</i>	407.1. 347.1	<i>Milonis Crotoniata fortitudo.</i>	136.1
<i>Matrimonium non dissolendum.</i>	496.1	<i>Mine impiorum p̄s sunt semina diuina.</i>	148.2
<i>Matrimonium tempore seruitutis contractum non valebat.</i>	503.2	<i>μννιτ̄ quid.</i>	611.1
<i>Matrimonio iuncti quomodo in cenobis recipi debeant.</i>	302	<i>Ministerium à fratre quomodo suscipiendum.</i>	345.2
<i>Mattheus generationis Christi secundum carnem interpres.</i>	203.2	<i>Ministerij opus magnum.</i>	254.1
<i>Non facultates modo sed &amp; piacula contempsit.</i>	202.2	<i>Ministri verbi ne abutantur sua potestate.</i>	285.2
<i>Matutina hora cur instituta.</i>	315.1	<i>Ministri Euangelij oratione constituenendi.</i>	282.2
<i>Maximi laus.</i>	433.1	<i>Ministri inter fratres cuiusmodi esse debeant.</i>	312.2
<i>Medi vnde dicti, &amp; qui.</i>	65.1	<i>Ministri Dei cum honore excipiendi.</i>	274.1
<i>Medicina ars cur nobis indulta.</i>	220.2. & seq.	<i>Ministri fidelis proprium.</i>	261.1
<i>An ea vri liceat.</i>	ibid.	<i>Ministeria in conuentibus quomodo fieri debeant.</i>	293.2
<i>Medicina commendatio.</i>	35.1. 457.2	<i>Ministrare alteri magna res est.</i>	254.1
<i>Medicina vsus.</i>	221.1.2	<i>Minor maiorè docere si iussus fuerit, quo pacto erga illu se geret.</i>	347.1
<i>Medicus corporalis &amp; spiritualis.</i>	102.2. & seq.	<i>Miseri qui persistunt in ebrietatibus.</i>	620.2. Vide Ebrietas.
<i>Medici verbi Dei.</i>	658.2	<i>Misericors vir res est pretiosa.</i>	39.2
<i>Medicorum operas non negligendas esse.</i>	221.1.2	<i>Misericordem Christianum esse debere.</i>	275.2
<i>Medicos aliquam vim sentiendi auferre.</i>	425.1	<i>Misericordes sunt liberales ad contribuendum.</i>	ibid.
<i>Mediocritem in omni re seruandam.</i>	373.1	<i>Misericordia quid.</i>	93.1
<i>Meditatio scripturarum diuinarum ad quid valeat.</i>	433	<i>Dei incomprehensibilis.</i>	329.1
<i>Mel quam solenter ab apibus producat.</i>	29.1	<i>In misericordia Dei sperare quis dicitur.</i>	68.2
<i>Mel diuina doctrina.</i>	136.1	<i>Dei non est sine iudicio, nec contra.</i>	66.1. 296
<i>Melchisedech.</i>	597.1	<i>Dei in pondere.</i>	66.1
<i>Meletius episcopus.</i>	437.2. 449.2	<i>Misericordia comes iustitie.</i>	93.1
<i>Melodia Psalmorum cur inuenta.</i>	45.2	<i>Misericordie efficacia.</i>	66.1
<i>Est inuentum S. Spiritus.</i>	46.2 & seq.	<i>μισοδ̄ quid.</i>	18.1
<i>Membrum membro indiget.</i>	518.1	<i>Mitis quis.</i>	350.2
<i>Memoria quid.</i>	405.1	<i>Moab.</i>	663.1
<i>Mendax quis.</i>	67.1	<i>Modestie studium ad quid vtile.</i>	156.1
<i>Ex ignorantia piaculo obnoxius.</i>	334.2	<i>Modestie indicia.</i>	549.1
<i>Mendaces homines in stateris iniquitatis.</i>	91.1	<i>Monachus à vino abstineat.</i>	253.1
<i>Mendacium pessima armatura.</i>	457.2	<i>Extra monasterium exire non debet. 376. 1. nec à catu fratrum se</i>	
<i>Sine timore effutiri.</i>	450.1	<i>abscondere.</i>	381.1. 2
<i>Fetus diaboli.</i>	456.2. 443.1	<i>Peculium non habeat.</i>	292.2
<i>A veritate discernendum.</i>	535.2. & seq.	<i>An dare vestimentum vetus debeat.</i>	338.2
<i>Mendacia fugienda.</i>	271.2	<i>Opera illa sc̄letur qua sue professioni sunt idonea.</i>	374.2
<i>Mendacia quidam confingunt mercede conducti.</i>	443.2	<i>Monachi obedientia que esse debeat.</i>	383.1

## Index rerum & verborum

Monachi volebant olim, in communi, & emittebant vota.	291.1.2	In omnibus consanguinea viro.	109.2
Monachi an possint mutare habitum & nubere.	438.2	Nudo capite non oret.	278.2
Monachi inter se vt fratres sint.	292.2	Vestem non mutet.	534.1
Monachi locum mutantes vitandi.	376.2	Pulchritudinis gratia se non ornet.	288.1
Monachorum idem studium & consensus.	292.2	Non tangenda aut inspicienda.	418.2
Monachorum victus quomodo parandus.	292.1	Qua viro non apparente cum alio nubit mœchatur.	502.2. & seq.
De Monachorum institutionibus.	291. & seq.	Partium negligens puniendâ.	502.2. 506.1. 507.1
Monachorum institutio compendiosa.	293.1.2	Ad concupiscentiam se adornans mœchatur in corde suo.	610.2
Monachis vestitus idem & concolor cur.	309.1	Mulierum vitanda colloquia.	252.2
Pro Monachis recipiendis an aliquid accipiendum.	364.2	Mulieris facies fugienda sicut serpentis.	157.1
Monachatum suscepturus quid primum cogitare debeat.	250.2. & seq.	Mulieris impudice aspectus.	610.2. & incessus.
& quibus debeat facultates relinquere.	203.1	A muliere vt ab igne cauendum.	372.1
Monastica vite scopus.	293.1	Mulieres in Ecclesiis sileant.	288.1
Monastica constitutiones.	368.2. & seq.	Impudica quid cogitare debeant.	534.1
Monastica vite exempla.	251.1	Mulierum ornatus quis.	288.1
Monimenta sumptuosa prohibita.	119.2	Mulierum cultum nimium taxat.	117.1. 610.2
Mons Dei.	53.1	Mulierum ac virorum cœtus quales optandi.	443.1
Sion.	597.1	Mulierum colloquutiones & congressiones fugienda.	372.1.2
Montes figuratè accepti.	82.2	De mulieribus raptis.	499.2
Montes & colles qui dicuntur.	643.2	Mundatio peccatorum qua in re sita.	328.1
Montium vertices qui dicuntur.	597.1	Mundus effici quis dicatur.	333.2
Montani dogma.	209.2	Mundo corde qui.	362.1
Morbis vitii peccatori.	82.2. 521.2	Mundus hic docendis animabus est accommodus.	2.1
Morbis, &c. an sint in malis numeranda.	72.124.1	Mundus ab eterno fuisse à quibusdam credebatur.	4.1
Morbi peccatorum flagella.	322.1	Mundi pars sumus.	559.2
Morbi non ingenti.	125.1	Mundum repudiare.	529.1
Morborum tria genera.	530.2	Mundus finem capiet.	2.1. 560.1
Mores varij hominum.	256.2	Mundus hic est quasi liber scriptus predicans gloriam Dei.	41.1
Morimur sepe prius quam anima separetur à corpore.	93.2	Mundus minor homo dicitur.	44.1
Mors iustus somnus.	146.2	Mundus cognitionem Dei non suscipit.	300.1
Sanctorum non lugenda.	95.1	A mundo abesse quid.	422.1
Sanctorum vite occasio.	ibid.	Munerum corruptelam taxat in iudice.	593.2
Peccatorum mala.	74.2. 124.1	Murmur quorundam vnde oriatur.	335.1
Anima quid.	476.2	Murmurans ob cibum.	343.2
Vite priuatio.	125.1	Murmuratores.	311.1. 332.2. 335.1
Domini quomodo annuntianda.	355.1	Murus quid.	603.1
Post Mortem nullus merendi locus.	659.1	Mus elephanto formidolosus est.	Vide, Elephantus.
Mortem amicorum etiam æquo animo ferendam.	108.1	Musice origo est natura.	633.1
Mortem Deus non fecit.	125.2	Musice genus quod probandum.	162.2
Mortificationem Iesu qui corpore circumferant.	443.1	Musice vis.	ibid.
Mortuum suscitanti non credendum, nisi sanctè viuat.	512.	Musicus insignis.	444.1
Mortui non flendi.	108.1. 281.1	Musonius.	334.1
Mortuorum commemoratio.	ibid.	Mutare quem suam sententiam posse.	56.2
Moses Propheta.	3.2	Mutuam pecuniam accipientibus quot impendent mala.	ibi.
Moses adoptatus à filia Pharaonis, & à sapientibus AEgyptiorum eruditus.	1.1	Mutuam quomodo dandum.	541.2
AEgyptiorum disciplinas didicit.	160.2. 626.1	Myrrha sepultura signum.	80.2
Pharaoni datus in Deum.	459.1	Mysterium mortis Christi & resurrectionis.	ibid.
Index Israel esse negat.	550.1	Mysteria salutis omnibus æquè tradenda.	133.1
In AEthiopia quadraginta annos contemplationi vacauit.	1.1	Mysteria diuina intelligere Dei donum est.	581.1
Barbarica voce suam doctrinam tradidit.	468.1	N	
Calamitates & erumnas prælegit voluptati.	1.1	Nascimur vt moriamur.	559.1
Annos natus octoginta Deum vidit.	ibid.	Natalitium ad volatilia comparatio.	281.2
Author libri Geneleos.	ibid.	Natiuitas Christi diuina.	103.2. & seq. 632
Multa omisit ad edificationem nihil facientia.	31.2	Natura diuina ab omni compositione pura.	233.1
Septimus ab Abraham legem accepit.	42.2	Natura Dei non incidet in passionem.	223.2
Moses & Abraham omnino iusti non fuerunt.	172.1	Natura quorum vna est, horum & actiones eadem.	47.2
Redimere hominem non poterat.	85.2	Natura sinem acceptura est.	596.1. 2. 560.1
Ieiunij beneficio penetravit in montem, nubem ingressus est & legem accepit.	Vide Ieiunium.	Natura cognitio quantum proficit.	433.1
Dum alteram legem accipit, altero ieiunio opus habuit.	ibid.	Nature ad ductum qua fiunt, plerumque bene succedunt.	612
Moses & Propheta sepe plures personas in diuinis subostendunt.	223.2	Nature nostræ proprium.	299.1
Cum Deo loquebatur, tanquam amicus cum amico.	595.1	Naturalis iudicandi vis à Deo.	467.1
Quare non ingressus terram promissionis.	258.	Naufragium fidei & castitatis interdum fieri.	554.2.
Iustitia obseruantissimus.	1.1	Naufragium fieri, etiam in ipso portu.	ibid. 511.1.2
Natura mitis.	378.1	Naucleros pij imitari debent.	136.1.2
Quare constituit viros supra populum.	605.2	Naves maris que.	603.1
Mosis mansuetudo.	423.1	Naves commendabiles.	ibid.
Irati exemplum.	129.1	veçvire virgo.	632.2
Patientia in victu.	538.1	Necessaria perquirenda in diuinis rebus.	267.2
Charitas erga fratres.	299.2	Necessitas fratrum curanda.	276.1
Mosis & Esaiæ legatio.	628.2	Negare Christum quomodo olim punitum.	511.1.2
Mosis peccatum punitur.	520.1	Negligentia periculosa.	140.2
Motus animi sanctorum exemplo cobibendi.	129.2	Negligere verbum Domini res expauescenda.	582
Mulier tenerum animal.	154.1	Nemo vox generalis.	489.2
Etiam ad imaginem Dei facta.	39.2	Nemo sua sorte contentus viuat.	111.2
		Neoterica in diuinis facile non admittenda.	460.1

in Diuum Basilium.

Neomenia.	587.2	Obstinatum in peccato quo animo prosequamur.	528.2
Nequitias auferre à conspectu Dei quid.	591.1	Observatorum congressus vitandus.	286.2
Nescire Dei quid.	465.2	Obtrectatio quid.	330.2
Nicenum concilium.	432.2	Obtrectationes aliorum non cupidè audiendæ.	ibid.
Niceni concilij fidei symbolum.	441.1.455.1	Ocium maleficij principium.	27.1
Niceni symboli necessaria confessio.	455.1	Ocium Deo ingratum.	589.1
Nihil sit fato.	18.2	Iners est præter hominis naturam.	ibid.
Nihil est otiosum in scripturis sanctis.	598.1	Sabbati & festorum quale esse debet.	ibid.
Nilus fluuius.	11.2	Œcij & laboris vicissitudo lassitudinem non sentit.	292.2
Nili origo.	633.1	Ociose anime egritudo.	103.2
Niniuite ieiunio euerfionem euitarunt.	98.1	Ociosus sermo ex quibus verbis indicatur.	330.2
Niniuitarum penitentia.	17.1.5.25.2	Oculus rerum honestarum aspectu exatitur.	41.2
Niuis generatio.	11.1.591.2	Corporis lucerna.	429.1
Nobilitate generis non gloriandum.	252.1	Oculus Domini quomodo super nos.	68.2
Noctue.	30.1	Oculi cur in capite.	105.1
Noe vixit senior quàm quisquam ex suis posteris.	605	Cur gemini.	44.1
Nomen Dei quomodo sanctum.	68.2	Oculi Domini.	68.1.73.1
Nomen bonum melius quàm diuitiæ multæ.	114.1	Oculi septem in Zacharia.	21.2.1
Nomina varia de Deo quomodo accipiendæ.	195.2	Inuidorum.	130.1.2
Nomina solennia regum diuersarum gentium.	69.1	Oculorum contagium.	399.2
Nomina in terra manentia.	86.2	Oculorum tunica & munitiones.	44.1.2
Nominum impositio.	165.1	Oculorum moderatio quæ.	397.2
Nosse se se quam insigne, & difficile sit.	163.1	ὠδὴ; quid.	652.1
Nosse seipsum difficile.	550.1	ὠδὴ; quæ sint.	92.2
Nostrum nihil in hac vita.	542.2	Odiū qui habet, diabolum habet.	293.2
Nostrum præcipuum bonum est situm in anima.	102.2.158.1	Odiū succedit charitati.	518.1
Nostri quæ sunt.	555.2	Ody finis.	130.1
Notissimi dies.	597.1	Ody primordia.	293.2
Notissimis temporibus apparebit Dominus.	ibid.	Odiū licet non nunquam vti, contra peccata.	80.2
Notitius statim sacris literis animum applicet.	339.1	Offendiculum quid.	188.1.335.1
Nouercarum odiū.	513.2	Offendiculum non esse dandum.	272.2 & seq.
Nox quid.	8.2	Offendiculum quomodo cauendum.	274.2.335.1
Nox umbra terræ.	20.2	Og quid sonat.	602.2
Nox tota non impertienda somno.	110.1	οἶμ; quid.	132.2
Nox peccatorum animæ nocet.	621.2	Olera quadam titillationes excitant.	389.1
Nox dicitur dies iudicij.	613.2	Oleum quid significet in scripturis.	583.1
Noctis mediæ orationes.	315.2	Oleum exultationis.	80.1
Noctem mentem decipere imaginationibus.	422.2	Oleum vñctionis olim consecratum.	241.1
Noctē operari nemo potest.	652.2	Olympius.	477.2
Nocturna calamitas diuina vehementior.	659.1	Onerati qui dicantur.	86.1
Nubere in Domino quid.	407.1	Onerosa omnia ab Euangelio dissona.	275.2
Nubes quid.	617.2	Onocentauri qui.	33.2
Nubes vnde habeat suam subsistentiam.	614.2	Onyx.	588.1.590.2
Nubeculis homo comparatur.	461.1.532.1.2	Operari monachos debere.	423.1
Numen qualitati obnoxium non est.	464.1.2	Operandum esse omnibus.	373.1
Numerus corporalis naturæ est.	ibid.	Operatio præter rectitudinem scripturæ abominatio est.	600
Nundinæ olim ad sepulchra martyrum fieri solitæ.	316.1	Operationes variæ spiritus.	240.1
Nuptiæ honorabiles quæ sunt.	407.1	Opus assignatum an recusandum.	34.2
Nesaria quæ.	500.2	Opera bona sine elemosyna non prodesse.	117.1
Inter cognatos prohibita.	508.1.510.1	Opera grauiora, an recusanda.	66.1
Nysus fluuius.	11.2	Operum iustorum præsentia est pro voce.	341.2
		Operibus proprijs quisque sibi fidem faciat.	93.1
		Opes ad pompam comparatæ.	252.2
		Opes non esse nostras.	116.1.2
		Opes aut virtutis aut iustitiæ ministræ.	158.1
		Opes cur aularis crescant.	131.2
		Opum incommoda.	113.2 & seq.
		Opibus crescentes charitate minui.	118.2 & seq.
		Ophir vbi.	116.1
		Opinionum diuersitas non est sequenda.	653.2
		Opportunitas dictorum & factorum captanda.	662.2
		ὄρατος quid differat à καλλος.	269
		Orare quomodo debeamus.	79.2
		Sine intermissione.	278.1
		Velato capite vir non debet.	109.2 & seq.
		Alij pro alijs vicissim debemus.	278.1
		Debet Ecclesia pro presbyteris.	ibid.
		Orandi ratio.	605.2
		Modus duplex.	254.1
		Tempora.	369.2
		Tempus tota vita.	315.2
		Orandum quare sit Deus cum sciat, quid nobis opus sit.	292.1.2
		Orandum esse pro subditis.	370.2 & seq.
		Pro verbi ministris.	284
		Vbique.	278.1
			139.1
			Quo-

**O**bedientia tractatur copiosè.

381. & seq.

Monachi qualis.

384.2 & seq.

Vera quæ.

293.2

Abraha.

251.1

Deo debetur & superiori.

380.1

Vera.

552.2

Obedientiæ Deo debita, nihil præferendum.

302.1

Eius merces præclara.

132.1.293.2

Obedientiam mutuam quomodo præstabitur.

341.1

Obedire maioribus nostris debemus.

289.1.364.1

Obelus quid.

15.1

Obiurgatio quæ palam & liberè sit, præstantior est beneuolentiæ.

320.1

Qua animi affectione fieri debeat.

339.2.550.1

Obiurgatio aduersus Iudeos.

583.1

Obiurgationes acerbae.

540.1

Oblatio & thymiama olim in vsu.

148.1

Oblatio nostra ad Deum qualis.

57.2

Oblinisci faciliè ea qua inuiri discimus.

47.1

Obloquentium pena.

331.1

Observatio temporum necessaria intelligendis prophetis.

581.1

Observatio disciplinæ multum prodest.

637.1

# Index rerum & verborum

Quomodo sit.	278.1.2	Parabolica similitudines quatenus accipiendae.	336.2
Quid in ipso mortis articulo.	280.2. & seq.	Paracletus.	561.2
Pro inimicis.	278.2	Paradisus quibus lignis constitus, & eiusdem descriptio.	45.1
Orandum sit ut non incidamus in corporis dolores.	353.1	Paradisus deliciae quae.	ibid. & 46
Oranti quomodo insidietur demon.	254.2	Parasynagoga episcoporum quae.	492.2
Oranti quid faciendum.	57.2	Parati semper esse debemus ad aduentum Domini.	269.1
Orantes quare non semper exaudimur.	357.2	Parcendum iniuriis afficientibus. Vide. Iniuria.	
Oratio quid.	110.1	Pardalis odium in hominem.	37.2.154.1
Orationi quod tempus accommodum.	292.1.2. 315.2	Pardalis pelli similes.	533.2
Oratio Basilij memorabilis.	369.2. & seq.	Parentes veri qui.	302.1
Oratio pro sacerdotibus.	568.1	Debent vitae subsidia liberis ministrare.	50.1
Quibus rebus circumscribatur.	518.2	Honorandi sunt.	550.2. & seqq.
Pro fidelibus defunctis.	ibid.	Ad liberorum dilectionem brutorum exemplo prouocantur.	32.1
munimentum animae.	420.1	Quomodo filios tractent.	288.2
Oratio nostra qualis.	109.1.2	παρθενομοιοσ; quid.	334.1
Mutua.	518.1	Partes si sunt interitui obnoxiae, itidem & totum.	2.2
Multorum efficax.	446.1.2	παρθενομοιοσ;.	632.1
Non est in verbis.	110.1. 139.1	Paruis misericordia conceditur, potentes potenter examinabuntur.	
Prolixa non omnis prodest.	590.1.2	594.2. 609.2	
Quae bona sit.	423.1	Paruos regnum Dei accipere.	352.2
Ad Orationis finem durare.	254	Paruos in utero matrum Deus custodit.	93.1
Orationis usus.	101.2	Pascere esurientem inter opera pietatis primum.	122.2
Vis.	99.1. 518.2	Pascha quomodo celebrandum.	587.1
Orationem fidelium Basilij petit.	426.1	Paschalis dies olim baptismo additus.	138.1
Eam debere omnibus anteponi.	369.2	Pastinacea piscis marinus.	27.1
Oratione prolixa non vitandum in petendis quae corruptioni sunt obnoxiae.	278.1	Pastoris munus.	103.1
Orationes incunda ante cibum.	423.2	Pastores laudati in scripturis.	167.1
LECTIONIBUS succedentes.	423.1	Pastores mali & mercenarij qui.	ibid.
Orationibus, vigiliis incumbendum.	278.1	Pastorum diligentia.	172.2
Oratoria quatenus laudanda.	161.1	Charitas qualis esse debeat.	453.1
Oratorum & pictorum collatio.	150.1	Pastorum & regum comparatio.	167.1
Orca piscis.	27.1	Pater in diuinis.	143.1
Orchestra incontinentiae omnis officina.	13.2	Pater & filius natura non sunt diuisi.	169.2
Ordo inter eos qui aeterna fructiois futuri sunt participes.	614.1.2	Pater omnium principium.	143.1
Ordinis sui deserviores, cur vitandi.	386.1	Filio soli & Spiritui sancto notus.	196.1.2
Ordinationem ministrorum oratio debet praecedere.	282	Quomodo filio prior.	198.2
ὄργη quid.	334.1	Pater & filius quomodo sunt vnus.	214.1
ὄργη & θυμὸς quomodo differunt.	63	Pater noster Deus quare.	206.2
Orientem versus precamur, & quare.	244.2	Pater Deus solus, à nullo est.	193.2
Origenes taxatur.	12.2	Patris Dei origo nulla.	203.1
Orion stellarum clarissimus.	652.2	Patrem ab aeterno fuisse patrem.	ibid.
Ornatus mulierum quis.	288.1. 511.2. & seq.	Patre vno omnes nati sumus.	152.2
Os arcanum mentis.	69.2	Patrum decreta non contemnenda.	441.2
Os orationibus munendum.	401.2	Patrie maledicere.	638.2
Ossa iustorum.	74.1	Patrie mores.	ibid.
Oscula formosorum vitanda.	116.1	Pati Christianam debere pro nomine Domini.	279.2. 539.1
Ostentatio quid.	333.2	Patientia commodum. 418. 2. & primum.	538.1.2
Ostentatio in predicatione verbi Dei fugienda.	285.2	Patientia quaedam exempla.	161.2
Ostium cur Christus appelletur.	231.2	Patriarcharum vita pro exemplo proposita.	445.1
Otiatur quando mens.	330.1	Patrophilus Episcopus.	459.2. 462.1
Otiosus sermo vitandus.	ibid.	Pauci pro tempore Esaiæ.	582.2
Otiosum verbum.	ibid.	Paulinus Marcellianus, & eius error.	451.2
Otiosorum poena apud inferos.	162.2	Paulus ea quae ad vitam necessaria mandat.	412.1
Orium maximum negotium.	431.2	Persecutor fuit ecclesiae.	87.1
Ouis sanctum designat.	60.1	Consiliarius.	595.1
Oues Christi eius vocem audiunt.	167.2	Pauli vexationes.	57.1
Oues appetente hyeme copiosius pabulum ventri ingerunt.	33.1. 552.1	Paulo.	28.2
ὄυραυὸς vnde.	121.1. 31	Pauper quisquam verè sit.	117.2. & seq.
ὄυραυὸς καὶ ὄυραυὸς differentia.	432. & seq.	Pauperis & diuitis discrimen.	561.2
Ozias interpretatur fortitudo Domini.	630.1	Pauperis appellatio ne sit acerba.	334.2. & seq.
Ozias rex improbus.	658.1	Pauperis rapina in domibus vestris.	610.1
		Pauperi non denegandum.	541.1
		Pauperem qui iniuria afficiunt.	610.1
		Pauperes spiritu qui sint.	70.2. 351.1
		Diuitibus feliciores.	543.2
		Erga pauperes quorundam immisericordia.	158.2
		Pauperes qui repellendi.	541.2
		Verè beati qui sint.	610.1
		Pauperum consolatio.	104.1
		Miseria.	545.2. & seq.
		Pauperum bona non diripienda.	541.2
		Pauperibus quibus erogandum. ibid. & quod nostrum sit.	ibid.
		Paupertas amplectenda.	275.2
		Quae laudabilis.	70.2. 539.2
		Quomodo facillè feratur.	104.1
		Multos ad sobrietatem reuocauit.	82.1
			Nullam

P

<b>P</b> acificus quis.	352.2
Palestini quare delecti.	125.1
Palma semper frondet.	19.2
Eius stupenda natura.	ibid. & 18.2
Palpebrae oculi.	44.2
Pampinus in vitibus.	18.2
Panegyres olim in ecclesia.	447.2
Panis ἁποστολοσ; quis.	356.2. & seq.
Quare Christus.	194.2
Panis robur & aquae non est amplius apud Iudaeos.	604.2
Panem comedere viuente, non possumus nisi sup̄o baptismo. 137.2. & seq.	32. 536.2
Pantera.	17.2
Papaueris succus dolores vehementes sedat.	



in Diuum Basilium.

Nullaten conciliat homini turpitudinem.	55.2.128.1	Ad quem finem data est.	118.1.2
Que digna.	544.1	Quare abijcenda.	158.1.2
Padaagogus ad colendam pietatem.	600.1	Vitam non prorogat.	118.1.2
Paupertatem tolerandam esse exemplo hirundinis.	29.2	Iudiciorum corruptrix.	624.2
Pax amplectenda Christiano homini.	73.1.276.2	Earum quaestus,	Vide, Fenus.
Est perfectissima inter benedictiones Dei.	60.2	Inutilitas.	163.1
Christi eterna.	640.2	Earum congerendarum studium taxat.	600.1
Pacem facit Deus.	124.1	Pecunias mutuas capere miserum.	Vide, Fenus.
Peccare grauius qui sapius peccant.	268.1	Pecunias defendere in spes incertas miserum.	546.2
Peccare in Christum.	408.2	Pedum officium.	41.2
Peccare cogitatione tantum.	ibid. 522.1.608.1.2	Pentecoste.	142.2.244.2.587.1
Ad peccandum quidam inuiti quodammodo trahuntur.	271.2	Penuria sanitatis mater.	Vide, Paupertas.
Peccant qui Deum non timent.	555.2	πένυς quis.	338.1
Peccans per ignorantiam iudicio non caret.	257.1	πεφασιωμένος quis.	334.1
Peccantes arguendi.	309.2	Pepuzenorum blasphemia in Spiritum sanctum.	493.1
Peccantes & peccantibus consentientes puniendi.	328.2.332.2	Perceptionis & auditionis discrimen.	586.1
Peccantium modus diuersus.	520.1	Perdix.	28.2
Peccantium multitudo an exoret Deum.	268.2	Perdix astuta.	139.2
Peccator seruus est peccati.	523.1	Perfectus quis.	42.1.1
Quo pacto conuertendus.	327.2	Perfectorum contubernium sectandum.	ibid.
Peccatores non negligendos.	33.1.277.1	Perfectorum proprium se non attollere.	452.1
Quomodo tractandi.	452.1	Ad perfectionem tendenti tria proponuntur.	48.1
Qui sint.	621.2	Periculis patientia.	162.1
In delictis perseverantes à Deo reijciuntur.	589.1	Periurij peccatum multiplex.	501.1
Tanquam oves & dæmæ.	654.1	Periurij absolutio.	508.1
Deseruntur à Deo.	617.1.2	Periurij puniitio.	501.508.1511.2
Peccatorum obstinatorum congressus vitandus.	277.1	Per particula quid significet.	230.1
Peccatum omne per stultitiam fit.	76	Persecutio vehemens ob religionem.	383.1
Ex ignorantia etiam expiatum in lege.	258.2	Perseuerantia in peccatis.	520.1.595.2
Est anima egritudo & mors.	112.2.540.1	Perseuerandum in bonis operibus.	387.1
Ad mortem quod.	502.1	Persona non sunt acceptanda.	15.1.1
Quomodo irrepit in animam.	125.2	Personarum multitudo non fuit offensa Iudeis.	34.2
Prorepsit à libertate voluntatis.	125.2	Personarum in acceptione iudicium fieri non debet.	134.2
Vnius multis exitio esse.	333.1		277.2
Vnius totam gentem euerit.	121.1.553.1	Personarum differentias numerare non est satis.	444.2
Quo pacto oderimus.	328.2	Perturbatio nulla cadit in Deum.	625.2
Anima solius grauius quam corporis.	409.2	Perturbationes animum confundunt.	70.1
Illud qui facit, seipsum afficit contumeliosis.	653.1	Pestis natura.	49.1
Quo pacto remittitur.	590.1	Pestilentia qui sunt.	ibid.
Iudeorum comparandum Sodomitis.	607.2	Petenda à Deo quæ.	29.2
Vulnere grauius.	521.2	Petenti cuius dandum.	339.2
Peccati principium in nobis est.	123.2. & seq.	Petitio in oratione quæ esse debet.	339.2
Finis mors.	268.2	Petra cur Christus dicitur.	172.2
Facultatem cur Deus homini non eripuit.	125.2	Petra nomine quid intelligendum.	601.1
Commissio alienata à Deo & diabolo conciliat.	271.2	Petrus quare petra dictus.	171.2
Peccato nemo caret.	66.1.171.1.2	Cæteris apostolis antepositus.	521.1
Eo anima libera quomodo scitur.	363.2	Fide præstabat.	200.2
Peccata ex nobisipsis nascuntur.	336.2	Petri laus.	260.1
Ea flere debemus.	112.2. & seq.	Negatio & eiusdem penitentia.	172.2
Anni temporumque naturas mutant.	121.1.541	Petri arrogancia reprehensa.	155.2.511.1
Nostra famem merentur.	Vide, Fames.	Petro quæ comminatus est Christus.	260.1
Remittuntur per Baptismum & dona proponuntur.	138.1	Phantasmata vnde.	444.1
Quædam voluntaria; quædam inuoluntaria.	134.2	Phantasia nocturnæ vnde.	330.1
Omnia an debeat elemosyna.	360.1	Pharao nomen celebre regum Aegyptiorum.	69.1
Nostra remisit Deus quantum in ipso fuit.	328.2	Pharao non statim iniquitatis pœnas luit.	125.1
Fratrum non obtegeta.	318.1	Pharaonis interitus.	155.1
Aliorum corrigenda correctione fraternæ.	276.2. & seq.	Pharisei superbia.	ibid.
Contrarijs virtutibus emendantur.	65.2	Phasis fluius.	11.2
Nostra erunt manifesta in die iudicij.	404.2.555.2. & seq. 610.2	Phidæ opus.	163.2
Mysticæ serpentes dicuntur.	62.1	Philautia quid.	334.1
Leuia quare puniantur.	520.1.2	Philistei dicti allophyli à diuinatione.	599.2
Propria quæ.	645.2	Omnis alienigenæ.	658.1
Ea confiteri non est satis.	589.2.591.1	Philistinorum pastores obseruandi.	464.2
Causæ afflictionum sunt.	641.1.2	Philosophia Gentilium seminarium errorum.	226.2
Sunt tanquam lepre animarum.	592.1	Philosophus & phisiologus qui.	621.2
Peccatorum odium quomodo acquirendum.	328.2	Philosophorum inconstantia.	2.1
Condonatio quomodo cognoscitur.	ibid.	Philosophorum error circa mundi principium. ibid. & circa solem.	
Remissio etiam post Baptisma.	171.1.2		12.1
Multitudo Deo displicet.	268.2	Phinees ira.	129.1.535.2
Confectudo.	641.2	Phirminus.	467.2
Peccatis non immorandum.	72.1	Phlegmone.	583.2
A peccatis conuersionis modus.	363.2	Photini error.	216.2
Peccatis oboluta anima qua spe accedat ad Deum.	329.1	Phrygij modi.	162.2
Peculatus quis.	115.2	Phygelus & Hermogenes traditi satana.	651.2
Pecunia sepe ministra luxuriæ.	82.1	πικρία quid.	334.1
Eroganda pauperibus.	340.1	Pietas vbi.	207.2
			Pietas

# Index rerum & verborum

Pietatis cognitio, humilitatis cognitio est.	254.1	Cur incidat in hostes.	583.2
Pietatis exercitatio scala Iacob comparatur.	48.1	Simulachro asini exprimitur.	582.2
Pietatis meditatio animam alit.	422.2	Israeliticus vinea Domini.	584.2
Ad pietatem tendenti canon.	254.2	Populi duo electi.	69.2. & seq.
Pro pietate certantes non deserendi.	281.1	Potantes aequales haustus inter se taxant.	142.2
Piger in mandatis Dei quomodo excitari debeat.	332.1	Potentes.	604.2
Pigritia malitia coniuncta.	37.1	Potentes in populo.	594.1
Pili palpebris cur additi.	44.2	Potentes potenter examinabuntur.	142.2.624.1
Pinguis venter tenuem sensum non gignit.	398.2	Potesas nulla nisi à Deo.	68.1
Pinus siluestris inferi potest.	18.2	Potio salutaris.	639.1
Pium quid.	356.2	Preceptoris mercedem sibi Cleantes comparauit.	477.2
Piscis nullus ruminat præter scaurum.	551.2	Preceptorum diligentia in instituendis discipulis.	382.1
Pisces cur acutissimis dentibus præditi.	25.2	Preceptum quodque habet adiunctam regulam.	377.2
Se mutuo comedentes.	546.1	Precepta Domini ad humilitatem assuesciant.	308.1
Imperfectioris sunt vitæ quam terrestria animalia.	25.2	In præceptis Dei an aliquis sit ordo.	297.1
Indomabiles sunt.	ibid.	Præda quid.	634.2.643.1
Piscium genera.	ibid.	Prædicanda qua sint populo.	42.2
Prudentia.	551.2	Prædicatio nostra debet pendere ab auxilio diuino.	286.1
Profopoeia.	ibid.	Verbi Dei per vniuersum orbem.	598.1.2
Mores quos oporteat imitari.	26.1	Prædicationis scopus.	286.1
Pabulum.	25.2	Prædicare verbum Dei neminem debere nisi mittatur.	283.1
Piscibus respirandi organum sunt branchie.	ibid.	Prædicator seipsum exemplar ad res honestas præstet.	284.1
Placendi hominibus affectus quomodo exciendus.	331.2	Prædicator qui sit à Deo alienus.	286.2
Plagam timorem generare.	124.1	Prædicator Euangelij non debet plus possidere quam naturalis vsus postulat.	ibid.288.2
Plaga ante spoliationem spiritualium.	154.2	Prædicatores Euangelij quales esse debeant. 288.2. & quomodo se gere-	285.1
Plato in negotiorum repositate ad disciplinam studium confugiebat.	478.1	re.	292.1.293.2
Platonis dialogi.	477.1	Præfectus quis deligatur.	523.1
Eloquentia.	ibid.	Premia quibus debeantur.	213.2
Pleias.	612.2	Præsentiam Dei non habere principium.	57.2
Plenitudo gratiæ est à Deo.	587.1	Præsides oculis Christi arietibus comparantur.	594.1
Pluit minimè eo tempore quo formica exponit frumentum suum.	32.2	Præsidentibus Ecclesiæ improbe viuentibus v.	508.1
Pluit Dominus super ciuitatem vnam & non super aliam.	617.2	Præstigia.	585.2
Pluuia origo.	12.2	Præuaricatio calamitatum causa.	234.1
Quomodo fiat.	15.2	Præuaricatores qui.	343.1
Pneumatomachi.	541.2	Præuidet hora qui non adfuerit quomodo tractandus.	52.1
Pneumatomachos impugnat.	66.2	Prauitas ex Dei ignorantia.	301.2. & seq.
Pena damnatorum grauissima.	556.1	Prauitas adeo nihil est quod non corrigatur diligentia.	280.2. & seq.
Penam irrogatam quo animo suscipere debeamus.	345.2	Precari quæ debemus in mortis articulo.	423.1
Pæna in Canonicos delinquentes.	366.1.2	Precatio quæ bona.	369.2
In monachos delinquentes.	367.1.2	Precatio vbique præmittenda est.	277.2
Pæna modus adhibeatur pro ratione delicti.	292.2	In precationibus persistendum.	ibid.2
Pœnitens quomodo suscipiendus.	327.2. & seq.	Preces post cibum.	590.1
Pœnitentibus non est satis à peccatis recedere, sed fructus pœnitentiæ dignos ferre.	265.2	Preces Iudeorum sanguine plene.	ibid.
Pœnitendum de vnoquoque peccato.	328.2	Preces nostras cur non exaudiat Dominus.	287.1
Pœnitentiæ varia exempla tam ex nouo, quam ex veteri testamento.	171.2. & seq.	De Presbyteris.	605.2
Pœnitentiæ post baptismum.	171.2	Presbyter qualis esse debeat.	ibid.
Peccato equanda.	102.2	Presbyteri iuuenes si admittantur, quales non habeantur ludibrio.	ibid.
Citra ieiunium vana.	96.2	Presbyter nuptijs nefarijs implicatus quibus priuetur.	502.1
Achab & Dauid.	171.2	A muliere femouendus.	514.1
Nimicitiarum.	120.2	Presbyteri ablatio.	605.2
Augenda vel minuenda pro ratione pœnitentiæ.	493.1	Presbyterorum gloria canicies.	ibid.
An sit moderanda.	512.1	Primogenitus quis.	165.1
Deum placat.	651.2	Primogenita cuius typum gerant.	235.1
À quibus non exigatur.	661.2	Princeps.	446.1
Pœnitentiæ inuitan ieiunium.	101.1	Princeps in quibus apparet.	552.2.606.2. & seq.
Locus post baptismum.	171.1.2	Seculi, sapientiam Dei non agnoscit.	644.2
Tempus.	264.2. & seq.	Non debet esse propensus ad vltionem.	594.2
Pœnitentiæ propria.	264.2. & seq.	Principis officium.	288.2
Pœnitentiæ fructus digni ostendendi.	329.1	Principi maledicere.	638.2
Pœnitentiæ ignis iuuat plurimum.	646.2	Principes debent esse vindices iustificationum Dei.	288.2
Eam agendo quales sumus.	608.2	Quales fuerint, tales subditi.	317.2. & seq.
Fructus habere.	264.2. & seq.	Ecclesiæ quasi consiliarij.	595.1
Eam quomodo agere debeamus de singulis peccatis.	328.1	Terra.	81.2
Eam olim quomodo patres agebant.	64.2	Iuuenes.	606.2
Eam primum agere debent credentes.	264.2. & seq.	Ecclesiæ vlciscentes taxantur.	594.1
Non esse differendam.	524.2	Ebrietatem fugere debent.	624.2
Poeta quomodo sunt legendi.	161.1	Teneant clauas.	650.1
Polycleti opus.	163.2	Principes Sodomorum & populus Gomorrhæ quare.	584.2
Polydama robur.	162.2	Principum exemplum altis prodest.	650.1
Polygamus congregatione Ecclesiastica priuabatur.	494.1	Principibus quid præcepit Dominus.	593.2
Polygamie pæna.	511.1	Principium variè accipitur.	144.2
Polypi natura.	25.2.537.1	Principij nihil eorum que sunt in mundo expers.	1.2
Polypodis natura. 868. & eiusdem astutia.	163.2.537.1	Principio nihil antiquius.	203.2
Populus peccatis plenus.	583.1	Principia artium tradenda sunt.	94.1.2



## Index rerum & verborum

seq. 535. 1. reprehensiones quae palam & liberè sunt praestant oculata amicitia.	319.1	Sanctitas spiritus consummativa est uature.	240.1
Reprobi coram Deo qui.	270.1	Sanctus dicitur aquila. 60. 1. domicilium dicitur. 243. 1. Sanctum nihil est citra spiritus sancti praesentiam. 66. 1. Sanctum Dei nomen quomodo sit. 68. 2. Sancti honorandi. 149. 2. & seq. omnes variis probati penis. 448. 2. unde decorentur. ibid. Sancti patres quid de se sentiunt. 626. 1. Sanctorum vera laus. 150. 1. eorum facta ad amulationem accendunt. 147. 2. eorum & iniquorum gloria. 50. 2. eorum quisque Deus est. participatine. 168. 1. eorum conuersatio quibus non profuit. 269. 1. eorum mors pretiosa. 95. 1. eorum memoriam celebrandam. 147. 1. 2. eorum commemoratio. 456. 1. eorum mors luctu & lacrymis cohonestabatur. 146. 1. 2. eorum vita quare nobis proponatur. 423. 1. Sanctos suos non deserit Deus. 425. 2. sed honore afficit.	598.1
Reptile animal. 24. 2. & quare sit dictum.	661.2	Sapere ad sobrietatem.	187.1
Res Deo dicat in aliud infami non debent.	272.2	Sapiens multifarum dicitur. 136. 1. sapiens quis. 624. 1. Sapientes. 86. 1. sapientes in malam & bonam partem. ibid. sapientis interrogatio stultum sapientem facit.	492.2
Reliquiae Iudeorum saluae fiunt.	585.2	Sapientia quid. 132. 1. 624. 1. sapientia & virtus Dei. 647. 1. huius mundi stultitia. 653. 1. sapientiam loqui. 85. 1. eam habentes cui sunt similes.	624.1
Reliquiae Israelis sancti vocabuntur.	614.1	Sara fortis. 604. 2. Sara risus.	306.1
Requies quid. 647. 1. Requies sabbati quae Deo grata aut ingrata. 588. 1. 2	588.1.2	Satanas quid. 126. 2. non cuiusque peccati author. 336. 2. quare diabolus dicatur. 126. 2. pater mendacij. 443. 1. an alicuius sancti propositum possit impedire.	360.2
Respicere quosdam verbo solum. 328. 1. Respicens verè quomodo tractandus. ibid. 2. Respicentibus parata salus.	252.2	Satietas multis mortem affert. 157. 2. 548. 1. 2. satietatis incommoda. 98. 2. & seq.	536.2
Respondendum id quod fide dignum est.	268. 1	Saul quare contra Dauid insurrexerit. 130. 1. Saul inuidia.	48.1
Respondendum omnibus ex scripturis.	273.1	Scala Iacob pietatis exercitationem comparat.	273.1
Resurrectio carnis qualis.	445.1	Scandalizare neminem debemus. 272. 2. & seq. scandalizare quis dicitur. 335. 1. scandalizans amputari debet.	273.1
Resurrectionis argumentum bombyx. 551. 1. Resurrectio quare Christus vocatur. 232. 1. Resurrectio creditur Christo crucifixo. 558. 2. in Resurrectione nec mas nec femina erit.	93.2	Scandalum. ibid. scandalum quibus sit grauius. 335. 1. scandalorum origo multiplex.	ibid.
Rei sanguinis qui.	283.2	Scarus solus ex piscibus ruminat.	25.1
Retributio digna meritis. 608. 2. & seq. Retribuere in scriptura quomodo accipiatur. 50. 1. Retribuere persequentibus.	594.1	Scenicae theatralesq; praestigias arguit.	13.1
Rex quare Christus vocetur. 231. 2. Regis proprium. 554. 2. & seq. Regis & Consiliarij discrimen. 595. 1. Reges ad regimen Ecclesiae eliguntur. 550. 2. Regum auctoritas.	132.1	Scire Dei. 465. 2. sciens. 624. 1. scientia quid. ibid. scientia vana. 133. 2	492.2
Rhetores gentilium quomodo legendi.	160.1.2	Schisma quid.	40.1
Ridere non esse prudentis. 306. 2. Ridere an non liceat. 331. 1. Risus ratio tractatur. 306. 2. & seq. Risus in scripturis. 306. 1. Risus pro hilaritate.	ibid.	Scorpio calumniatorem comparat.	40.1
Ritus gentium viuendi à diuinationibus.	600.1	Scriptura sacra in vetando vel iubendo quid denuntiet & promittat. 281. 2. quomodo legenda. 30. 2. quae concedit in dubium reuocari non debent. 184. 1. scripturae sacrae nominibus vtendum. 305. 2. eius lectio ad quid vtilis. 423. 1. ei nihil addendum aut minuendum. 261. 1. eius consuetudo. 49. 2. 63. 2. 628. 2. ad scripturae intelligentiam puritatem requiri & exercitationem. 580. & seq. eam omnibus voluntatem Dei denuntiare. 332. 2. citra eam quare quaedam tradita. 244. 1. ex ea pietatem discamus. 339. 1. earum arcana humanam mentem non posse capere. 562. 1. earum multitudo contentiosior vno vtilis. 204. 2. scripturis sanctis quare insit obscuritas. 580. & seq. illis omnia nostra corroboranda. 272. 1. in scripturis nulla vox de Deo praetermittenda. 228. 1. in scripturis sanctis quaedam scripto explicata quaedam non.	250.1
Roboam iunior.	606.2	Scrutatio quid.	51.2
Robur panis & aqua. 604. 2. Robur panis esse ablatum quid.	ibid.	Sculpticia vlulatum edebant.	543.2
Rose cur addite spine.	17. 2. 45. 2. 468. 2. 522. 1	Scythe Nomades.	51.1
Rose fugacitas.	45.2	Scitale Laconica.	478.1
Ructus quid.	78.2	Sebastia oppidum minoris Armeniae.	451.1
Ruminat solus scarus ex piscibus.	25.2	Seculares quatenus colloqui debeant ascetis.	512.1
Ruminant quare nonnulla animalia.	33.2	Sedes à dextris Dei quid.	199.2.
Rumor velox.	523.2	Sedere quomodo oporteat.	253.2

### S

Abbatizandum quomodo virgini.	413.2	Scitatio quid.	51.2
Sabbatum in operis cessatione.	413.1	Sculpticia vlulatum edebant.	543.2
Sabbatum delicatum. 588. 2. Sabbatorum quatuor differentia. ibid.	443.2	Scythe Nomades.	51.1
Sabellius Libys.	443.2	Scitale Laconica.	478.1
Sabellij haeresis. 444. 1. Sabellianorum error.	445.1	Sebastia oppidum minoris Armeniae.	451.1
Saccus penitentiae symbolum.	64.2	Seculares quatenus colloqui debeant ascetis.	512.1
Sacerdos qualis consulendus. 251. 2. peierans deponitur. 497. 1. penas augere vel minuere potest. 509. 2. Sacerdotes iurantes. 499. 1. inter Sacerdotes corypheus qualis esse debeat. 441. 2. Sacerdotalis & regalis tribus commixtae.	490.1	Sedes à dextris Dei quid.	199.2.
Sacerdotij inuasores puniuntur. 186. 2. Sacerdotij mysteria non esse celebranda in omni loco.	185.2	Sedere quomodo oporteat.	253.2
Sacra non esse contumelia afficienda. 272. 2. Sacra res quandiu in honore habende.	ibid.	Seditionis proprium. 606. 2. seducit populū qui praedicat beatum. 609. 1	661.1
Sacris literis nihil addendum aut detrahendum.	261.1	Segor quid.	253.2
Sacrificium quale Deo exhibeamus. 95. 2. Deo gratum. 185. 2. 463. 1. 587. 1. Sacrificia animi qualia.	139.1	Segnitiei indicium.	253.2
Sacrificandum in Ecclesia.	95.2	Seleucus auis insatiabilis.	103.1. 118.1
Sacramenta Graeca iurare.	511.1.	Semei iniquitatem Dauid tulit.	128.2
Sacrilegi qui appellari possunt.	256.2	Semen an statim formetur in hominem. 493. 1. à Domino nobis relatum 585. 2. nequam & reprobum. 656. 2. & seq. feminis in terra processus ac profectus. 17. 2. feminis ad patrem & doctrinae ad doctorem eadem ratio.	583.1
Sacrosanctus.	440.1	Senex quomodo fiat iuuenis.	524.1
Sagitta acuta. 80. 1. anime. 52. 1. 622. 1. Dei.	75.1. 622.1.	Senes qui attendendi. 252. 2. & honorandi. 605. 2. senes secundum animam. 135. 2. senectutis viaticum.	163.2
Salis acrimonia pruriginem excitat.	398.1	Senilis consuetudo.	252.2
Salomon ab infantia sacras literas didicit. 132. 1. Salomonis eloquium. 40. 2. opera. 132. 1. consilium in scripturis enoluentis. 623. 1. prolapsio.	387.2	Sensus anima fenestra. 400. 2. sensuum in capite officium & situs. 105. 1	616.2
σάλοε	653.1	Sepes vinea quae.	616.2
Saltationes taxantur. 142. 2. impudicitiae signū eas esse in puellis. 534	642.2	Septemarii numeri mysterium. 421. 2. septimus dies apud Iudaos honorari fuit.	ibid.
Salus è proximo adest.	642.2	Sepulchrum	ibid.
Salutare Dei Christus.	90.2		
Samuel per ieiunium donatus matri. 97. 1. 100. 2. Samuelis ira. 129. 1	129.1		
Samaria.	731.1		
Sampsonem inexpugnabilem reddidit ieiunium. 97. 1. 100. 2. 527. 2	97.1. 100.2. 527.2		
Sanguis pecudum figura sanguinis Christi. 235. 1. Sanguinem Christi bibere quid.	465.1		
Sanitas quid. 33. 1. Sanitatis mater indigentia. Vide Indigentia.	322.1		
Sanitatem corporis non medicis sed Deo referre debemus.	322.1		
Sanctificamur per spiritum.	170.1. 211.1. 237.1		

Sepulchrum bonum pietas. 119. 2. Sepulchrum inhabitans quis. 86. 2  
 Serbonitis lacus. 14. 2  
 Seraphim quid designat. 628. 2  
 Sermo otiosus ex quibus verbis indicatur. 330. 2. Sermo Christi canon  
 pietatis. 359. 2. Cum inferioribus qualis. 153. 2. Vite indicium. 417.  
 2. Evangelicus nō venalis. 638. 1. Differt a lege. 586. 1. 2. Verus quis.  
 532. 2. Veritatis solidus. 660. 1. Sermo euangelicus in quibusdam  
 fructus in aliis spina. 636. 2. Efficax a mendis animabus accommodus.  
 604. 2. Hominum Deum verbum non agnoscit. 636. 1. Quare nobis  
 cōcedatur. 603. 1. Sermonis diuini natura. 161. 2. Vfus ad quid. 101. 2.  
 & qualis esse debeat. 423. 2. Sermonis virtus. 528. 2. Sermones sacri  
 discendi. 160. 2. Sermones Dei spectabiles. 581. 1. Sermonibus prauis  
 ne affusciamus pueros. 160. 2  
 Serpens in paradiso erectus in pedes gradiebatur. 45. 2. Pro signo positus.  
 235. 1. Serniculo sibi medetur. 55. 2. Prudentissimus serarum. 133. 2.  
 Serpentis natura. 532. 2. Serpentes fugantur cornu cerui suffitu. 59.  
 2. Myssice peccata subindicant. 61. 2  
 Serra piscis. 26. 2  
 Seruare & liberare quomodo differant. 50. 1  
 Seruire Deo quid. 266. 2. Seruire Deo quo animo quis debet. 345. 1. Seruire  
 Deo certius. 9. 1. Serui etiam Deo gratias agant. 111. 1. Serui  
 erga Dominos quomodo se gerant. 288. 2. De seruis qui relictis Do-  
 minis ad monasteria confugiunt. 304. 1  
 Sesostris tentauit iungere Indicum mare Aegyptio. 14. 2  
 Sexta orationis hora. 315. 2  
 Siccitas & squallor tempore Basilij. 119. 2  
 Siccata pro omni potione que inebriare potest. 141. 2. 619. 2  
 Sidoniorum impietas. 148. 1  
 Signum quid sit. 632. 1. Signum Christiani esse ostendendum. 524. 2.  
 Signa Apostolorum. 37. 1. Bonitatis & rigoris. 523. 1. Que ad sunt  
 de instanti sunt interpretanda. 631. 2. Ad tria tempora referuntur.  
 ibid.  
 Silentium nouit esse vrile. 303. 1. 2. Silendum non semper. 419. 2. & seq.  
 1. Silentium habere an bonum. 351. 2. Silentes Deum audire. 139. 1. Si-  
 lentij speciem scriptura habet. 244. 2.  
 Similago verbum Dei denotat. 587. 2. Similaginis vsus in sacrificijs. ibid.  
 Similes Deo quomodo efficiuntur. 39. 1. 2. Similitudines corporee omi-  
 tende cum de Deo loquendum. 204. 1  
 Simoniaci Iude affleat. 45. 3. 7.  
 Simplex vt columba. 356. 1.  
 Simpliciana heretica. 463. 1.  
 Simulatio inuidie fructus. 131. 1. Simulatio quid. 660. 2. Simulatio non  
 iudicatur sed voluntas. 506. 1. Simultas priuata plus quam publi-  
 care bellum. 247. 1  
 Sinapis latens vis. 228. 1.  
 Sincorum quid. 358. 2.  
 Singularitas qua in cōgregatione vnus pre alio amatur vitanda. 29. 3. 2  
 Sion diuitis inferior Hierusalem. 6. 4. 2. Sion edificare. 618. 7.  
 Sirenes que. 655. Sirenum illecebris qui capiuntur. 247. 1. 2. ibid.  
 Suis potum dulcem facit. 548. 1  
 Socratis dictum de diuite. 163. 2. 543. 1.  
 Patientia. 162. 1. 538. 2.  
 Sodalitates in cōnobijs vbi absint. 292. 2. & seq.  
 Sodoma quare euersa. 124. 2. Sodoma & Gomorrha quid significent.  
 585. 2. Sodoma varias recipit interpretationes. 655. 1. Sodomiticum  
 barathrum. 253. 1  
 Sol & luna quare luminaria magna. 23. 1. Ferē sibi opponuntur. 21. 1  
 1. Cur quarto die conditi. 20. 1. Sol cur creatus luce illa primigenia  
 creata. ibid. Quomodo in potestatem diei. 23. 1. Mundi oculus. 20. 1  
 1. 1. Eiusdem magnitudinis vbique apparet. 23. 1. Iustitie quibus  
 lucet. 20. 2. Solaris annus. 23. 1.  
 Solitici de victu ne simus. 37. 6. 1. Solitaria vita. 3. Quomodo necessaria  
 pie volentibus viuere. 300. 2. & seq. Solitaria vita incommoda. 301.  
 2. & seq. Solitariorum vita qualis olim. 556. 1. Solitarius quid impo-  
 nat diabolus. 587. 2  
 Solitudinis laudes. 390. 1. 2. Est schola virtutum. & paradysus delicia-  
 rum. 390. Solitudinem animi affectiones consopire. 412. 1. 2  
 Solium quid. 626. 1.  
 Solonis dictum. 161. 2. De diuitijs. 162. 1. 531. 1. 2. 445. 1. 2.  
 Solus vt variē accipitur. 464. 2. Solus Christus peccatum non admisit.  
 597. 2.  
 Somni detrimentum quod. 332. 1. somnum cōciliat mandragora. Vide  
 Mandragora. Somni breues ex ieiunio. 527. 2. Somni quales sint.  
 423. 2  
 Somniores taxantur. Vide, Diuinatores.

Sophista Aegyptius. 532. 2. Sophiste proprium. 468. 1. Sophiste opus  
 loqui. 461. 2. Sophistica ratiocinatio inutilis. 623. 1  
 Sorech. 336. 2  
 Soricum generatio vnde. 37. 1  
 Sorores duas ducere an liceat. 5. 3. 1. Sorore vna mortua liceatne aliam  
 ducere. ibid. Sororibus quomodo colloquendum. 312. 2  
 Spadones facti in etate genitura maior libidine agitantur. 414. 2  
 Spadonum differentia. 413. 1  
 Species a pulchritudine quid differat. 79. 2  
 Speciosus Dominus forma. ibid. 1  
 Specularius lapis qualis. 10. 2  
 Speculatio quare dicta sit visio. 581. 1  
 Spes fertilitatis future & immittit laborem agricole. 47. 2. Resurrectionis  
 latitaniam assert. 106. 1. 2. Non collocanda in alienis beneficijs. 269.  
 1. Post peccatum. 73. 2. In Deo collocata. 532. 1. 552. 2. Vigilantium  
 somnium. 416. 1. Ad Deum. 646. 2  
 Spem sequi tribulationes. 441. 1  
 Spe constanti a Deo salutaria petenda. 29. 2  
 Sperare in misericordia quis dicitur. 68. 2  
 Sperandum quatenus est. 319. 1  
 Spinae quid significant figurate. 84. 1  
 Spiritus Sancti diuinitus multis docetur. 210. 2. 211. 2. 212. Spiritus Sancti  
 varia nomina. 233. 1. 170. 2. Spiritus est sanctitatis Dei character.  
 220. 1. Adoptionis quare vocetur Spiritus sanctus. 170. 2. In Deo  
 proprietates figurata. 222. 1. 2. Omnia in se habet. 169. 2. & seq. Os  
 Domini dicitur. 592. 2. Locus sanctorum. 243. 1. Spiritus glorificatio-  
 netes testamentum referunt. 146. 1. Spiritus viuificant. 211. 2.  
 Sanctus quomodo creatura non sit. 464. 2. & seq. Spiritus fructus  
 precipui. 211. 2. Spiritus qui ferebatur super aquas quas. 7. 2. Spiritus  
 Christo non superior neque antiquior. 492. 1. Spiritus sanctus scriba.  
 79. 1. Gladius Dei, dextra, & digitus. 466. 2. Spiritus sancti gratia  
 quomodo hominem metet. 14. 3. 2. & seq. Quibus adest. 532. 1. Spiritus  
 habitatio, Christi habitatio. 210. 1. Spiritus Deus. 219. 1. Dispen-  
 sator bonorum. 211. 1. Spiritus natura sanctitas est. ibid. Spiritus ad-  
 ministratorius creaturas esse. 455. 2. Spiritus iustorum premium.  
 237. 2. Spiritus peculiaris appellatio. 233. 1. Spiritus paracletus. 211. 1.  
 1. Est Dei digitus. 218. 2. Quomodo dimittit peccata. 219. 1. Nec posses-  
 sio nec creatura Dei. ibid. 2. Creatura dictus ab Eumonio primum.  
 210. 1. Spiritus sancti attributa. 211. 2. & seq. Spiritus sancti quomo-  
 do participes erimus. 251. 1. Spiritus sancti nomen Patri & Filio  
 commune. 211. 1. Spiritus sancti hostes taxantur. 466. 1. 2. Spiritui  
 sancto quidam adorandam diuinitatem adiungunt. 429. 1. In Spiritu  
 sanctum blasphemij qui sunt. 273. 2. Spiritum sanctum procedere  
 a Patre & Filio. 209. 2. De Spiritu heresis, ante Nicenam synodum  
 nondum exorta. 355. 1. Spiritu fruens quis. 357. 2  
 Spiritualia dona excipere nemo solus idoneus. 501. 2  
 Sponsa Christi qualis. 410. 1. Sponsa an liceat lectori congruere. 508. 2  
 Sponsus Christus nullum habet carnalem ministrum. 406. 2  
 Stabile nihil in vita humana. 554. 1. 2. 537. 2  
 Staete quid. 80. 2. 588. 1  
 Statera cuique nostrum insita est. 91. 1  
 Stella quid. 657. 2. Que magis apparuerat, qualis fuerit. 165. 2  
 Stirpium processus. 161. 2  
 Stuprum quid. 355. 2  
 Strategus sympresbyter Basilij. 492. 2  
 Strymon fluius. 47. 1  
 Studium vnum prestat solerter confecisse, quam multa atten-  
 tate. 17. 1. Studium in idolis consuetudinis aduentu Christi in nubi-  
 lum redijt. 63. 2. Studiosum non facit vnus actus virtutis. 53. 1. 2  
 Stultus quis. 86. 2. In hoc seculo quis fiat. 360. 1. Stulti sapientia indi-  
 gent. 132. 2. & seq.  
 Stuprator & stuprum. 500. 1. Stuprum & furtum quomodo differant.  
 501. 2. Stupra vi illata. 505. 2  
 Sturni cicuta vescuntur. 17. 2  
 Stylus quare aliquando variandus. 261. 2  
 Subditorum erga principes officium. 289. 1  
 Substantia Dei ingenita. 195. 2. & seq.  
 Substantia vna diuersorum nominum. 214. 1  
 Succinum. 18. 2  
 Superbia quam grauis sit momenti. 155. 1. Superbia quid circa animam  
 factat. ibid. Tristitia commouet. 129. 1. Peccatum primum. 601. 2  
 Omne peccatum est. 53. 1. Superbie manus qua. 259. 2. Signum.  
 595. 2. Variationes. 602. 2. Superbiam multum damni afferre.  
 155. 1. Superbus quis. 334. 1. Cedro comparatur. 602. 1. Quibus sig-  
 nis cognoscitur, & quomodo sanatur. 331. 2  
 Superbi

## Index rerum & verborum

Superbi & humilis collatio.	419.2	Cur incondita.	5.2
Supercilium oculorum.	44.2	Cur prius quam sol creat.	15.2
Superuacanea pauperibus eroganda.	275.3	Quando perfecta.	5.2
Supplicium peccatis adiectum.	184.1	Inuisibilis duabus de causis.	ibid.
Supplicium eternum.	556.1.2	Mater omnium.	152.2
Inferorum non esse fabulosa.	ibid.	Sponte sua fructus edebat ante Ada delictum.	17.2
Surdus quis sit.	10.1	Imitanda in ferendis fructibus.	541.1
Suspectus quis de peccato occulto an obseruari debeat.	329.2. & seqq.	In scripturis quid.	584.1
Sufurrum.	344.2	Quare scabellum pedum Dei.	582.1
Sycaminus quid.	641.1	Infimum obtinet locum, caelum supremum.	631.2
Sylua nomine quid intelligitur.	ibid.	Terrae proprium.	15.1
Syluas & saltus quos propheta vocat.	645.1	Circuitus.	31.2
Symbolum Nicena synodi.	441.1.455.1	Fundamenta.	652.1
Sinceritas quid.	358.2	Concusio.	ibid.
Synodus reprobatorum contempta.	449.1	Principes.	81.2
Syria rex & rex Israel conspirant aduersus Hierusalem.	629.2	Tertia hora orationis cur instituta. Vide Oratio.	
Syria & Graeci inimici montis Sion.	641.2	Testimonia hostium fide magis digna.	165.1.2
T			
<b>T</b> abeel quid.	630.2	Testudo sibi medetur organo.	32.2. 552.4
Tabernaculum Dei corpus humanum.	53.2	Tetrachordum corporis nostri.	398.1.2
Tabernaculum pro corpore.	57.1	Theognidis dictum.	163.1
Tabernaculi exitus, vite exitus.	ibid.	Theologiae fundamentum fides.	94.1.2.
Tactus omnium sensuum perniciosissimus.	397.2	Theophrasta.	165.2. & seqq.
Tactus in sacris literis.	136.1	Theophilus Alexandrinus.	460.1
Tactus quid possit in homine.	408.2. & seqq.	Theophrastus cur dialogos non scripsit.	477.1
Tactus velociter totum corpus penetrat.	400.2	Deo vnde dicatur.	229.1
Talentum quid.	357.1	Therebinthus & glans.	596.1
Ταλειον quid.	362.1	Theristrum.	612.1
Tanais fluuius.	11.2	Thesaurus bonus & malus quis.	355.2
Tartesus fluuius.	ibid.	Thesaurus perpetuus bona memoria.	546.1
Tauri sanguis homini exitio est.	17.2	Thesaurizandum an sit filijs.	153.1.2. 443.2
Temere nemo credat.	272.2	Quomodo in caelo.	275.2. 631.2
Temere nihil sit eorum quae fiunt.	52.1.2	Thrasimachi audacia in scribendo.	477.1
Temperans quis.	590.2	Thronus quid.	490.1
Temperantia non est in ostentatione.	549.2	θουδος quid.	334.1
Temperantia in senectute.	525.1. 533.2	θουδος in quo differat ab οργη.	63.2
Temperantiae officia quomodo perdiscenda.	423.1.2	θουδος ιδιον.	335.1
Temperantiam eruditioni anteponi.	469.1	Tibia pro prophetis.	64.2
Templum Dei qui sunt & idolorum.	101.2	Thyamiama Deo acceptum.	588.1
Templum Dei quomodo efficitur.	423.1.2	Τιμη quid.	645.2
Templa ordinata ad docendum populum.	153.1	Timere iudicia Dei quomodo poterimus.	352.1
In Templis non inaniter confabulandum.	60.1	Timor multiplex.	72.1
Tempus quid.	198.2	Timor & tremor.	391.2
Omne aptum ad res Deo gratas exequendas.	269.1	Timor Domini vnde.	299.2
Præsens esse penitentia.	265.1	Inchoat ad pietatem.	67.1. 591.2
Præsens quomodo cognoscendum.	269.2	Simpliciores edificat.	124.2
Proprium in omnibus cognoscendum.	269.1	Timoris Domini utilitas. ibid. & argumentum.	657.
Tempus suum omnia habent.	340.2	Timoris Dei laus.	71.2
Non reuocatur.	532.1	Timothei musici peritia.	162.2
Temporis acceptio.	22.2	Titones duo sumigantes.	631.2
Fluxa conditio.	2.2	Titulus in recordationem. Vide Titulus.	
Principium tempus non est.	ibid.	Tolerans quis sit.	557.2. & seqq.
Quae cum tempore coeperunt, eadem desitura sunt.	2.1	Tolerantiae modi.	538.1.2
Temporum obseruatio intelligendis prophetis necessaria.	581.1	Tolerantiam afflictionum à Deo esse.	277.2
Tempestates in vita humana.	136.1.2	Tonitrus quomodo fiat.	58.2
Temulentii arguuntur.	620.2. & seqq.	Tonitrus mystice.	ibid.
Tenebrae quae.	6.2. 623.1	Tonitrua quid sint.	10.2
An lucem antegresse.	7.2	Quare fiant.	296.1
Circa eas Manicheorum error.	7.1	Τορε vsura quare dicta.	56.1
In Tenebris qui sunt.	663.1	Torcular vineae Domini.	615.2
Tentat nos Deus tolerantia, an probi simus.	537.2. & seqq.	Traditiones humane quomodo sint defendende.	268.2. & seqq.
Tentandi forma quae demoni.	152.1	De Traditionibus multa.	244.1.2
Tentatio duplex.	113.1	Tranquillitas anime quomodo patetur.	84.1
Tentatio quomodo probat Christianum.	122.1	Tranquillitas animi fons virtutum.	372.1
Pro tentationem patientibus orandus Deus.	281.1	Tres pueri per ieiunium seruati.	97.1
De Tentatione.	380.1.2. & seqq.	Trapezite.	593
Tentatione à rebus bonis deici miserum.	554.1	Tribuendum superuacaneum.	275.2
Tentationes patientia vincuntur.	387.1	Tribulatio auxilij diuini conciliatrix.	88.2
Scripturis superanda.	280.1	Tribulatio iustum decet.	74.1
In eas nemo seipsum conicere debet.	ibid.	Iustum inuenit.	82.2
In his ne simus meticulosi.	ibid.2	Humilitatem parit.	609.1
Terra cur stabilis.	4.2.	Tribulationis bona.	89.2
Terra qui modo sulciatur non querendum.	ibid.	Eas sequitur spes. Vide Spes.	
		Quid conducant. 69.2. Coronant.	70.1.2
		Eas Dominus pro mensura inducit.	448.2
		Trigamia an prohibeatur.	505.2. & seqq.

in Diuum Basilium.

Trigamus.	494.1	Vespera hoc seculum dicitur.	63.2
Trigamorum poena.	ibid.	Vesperae preces.	315.2
Trinitas insinuat.	35.2. & seq. 145	Vespertilio quid nos doceat.	30.1. 60.4.1
De Trinitate quid sentiat Basilus.	262.2. 464.2	Vespertilionis natura & diaboli.	ibid.
De Trinitate non disputandum.	255.1	Amor.	5.8.2.
De Trinitate nihil prorsus creatum.	441.1	Volatus qualis.	376.1
De Trinitate apta comparatio.	434.2	Vestimentum nocturnum an liceat habere asceta.	33.2
Tristes quales sint.	539.1	Vestimentorum vsus.	110.1. 308.2
Tristitia per patientiam vincenda.	437.1	Vestimenta quae rejicit scriptura.	611.2. & seq.
Tristitia letis praeponeere mos est scripturae.	36.2. 63.2	Perpetuo sint candida.	630.2
Tristitia duplex.	350.1	Vestitus scopus quis.	423.2
Nimia opprimit.	107.1	Monasticus quis.	385.1
Secundum Deum.	350.1	Idem & concolor cur sit monachis.	308.2
Author peccati.	539.1.2	Qui deceat hominem Christianum.	ibid.
Tumidus quis.	334.1	Iuxta dignitatem cuiusque.	ibid. & seq.
Tumorem animi reprimat natura cognitio.	433.1	Pijs qualis esse debeat.	423.2
Tunica qualisnam sit.	423.1	Vestium ornatu studentes, sunt infelices.	162.2
Turris quid.	602.2	Veteris testamenti lectio quibusdam nocuit.	388.2
Turris in medio vineae.	615.2	Vetustate quicquid praecellit, idem venerabile est.	96.1
Turturis castitas.	29.2	Via arcta.	356.2
Turturis castimonia.	534.2	Vialata.	636.1
Tyanensis synodus.	460.2	Vita dicitur.	48.1. 157.1
Tyrannus quid a rege differt.	132.2	Via quare Christus.	23.1
Tyrus Metropolis Chanaan.	81.1	Via ad recti inuentionem.	423.1.2
		Via pro doctrina.	636.1
		Via duae inter se contrariae.	48.2 531.2
		Viator in Ecclesia.	103.1
		Viatore hic sumus.	537.2
		Viatorum amicitia.	111.1
		Vibex quid.	583.2
		Vibices quid denotent.	ibid.
		Victima sine penitentia non profuit.	586.1.2
		Victima impiorum abominatio.	ibid.
		Victimarum multitudo explosa.	ibid.
		Victimas ritu Iudaico oblatas rejicit scriptura.	ibid.
		Vicissitudo rerum humanarum.	98.1
		Victurus quis sit in aeternum.	86.1
		Victus certa sit ratio.	43.2
		Victus intemperantia res periculosa.	306.1
		Videns quis.	58.1. 649.2
		Vidua quae eligenda.	499.2
		Ancilla comparatur.	498.2
		Viduae & virginis lapsus differentia.	ibid.
		Viduo viro nulla poena imposita.	499.2
		Viduarum vera institutio.	288.1
		Viduitatem commendat exemplo Turturis.	29.2
		Vigilanti color alius, alius dormienti.	38.1
		Vigilia.	443.1
		Vigilias & orationibus incumbendum.	278.1
		Vilia pro preciosis accipimus.	558.1
		Vim vi repellere an liceat.	504.1
		Vinci literis amant docti.	468.1
		Vindicta prohibita.	276.2. 534.2
		Vinea Domini in amaritudinem versa.	585.1. 615.2
		Vinea pro vitis spinas edidit.	585.1. 615.2. & seq.
		Quam fellis protulit.	585.1
		Probe effossa quae.	617.1
		Ope desituta.	585.1.2
		Neglecta duo patitur.	617.2
		Domini Episcopi & presbyteris credita.	609.2. & seq.
		Vinea plantatio quae.	615.2
		Vinea & anime & collatio.	18.1
		Vineam Domini qui incenderunt.	609.2. & seq.
		Vinum Dei donum.	141.1
		Caeper post diluuium.	96.2
		Compunctionis verbum Dei.	89.1
		Inconditatem subindicat.	113.1
		Non bibere bonum est.	619.2
		Vinum & mulieres apostatas facere.	255.1
		Rationem deprimeret.	142.1.2. 548.1. & seq.
		Vini vsus ad quid.	11.2
		Vini effectus.	ibid.
		Immodici incommoda.	ibid.
		Vini & Siceræ vsus quibus interdictus.	624.1
		Vini nomine documenta sacrarum literarum.	593.1
			Vino

# Index rerum & verborum

Vino abstinebant magistratus.	518.2. & seq.	Virtutis laus. 161.1.2. & seq. Pretiosa possessio. 433.1.532. 2. Iugū paucos	636.1.
Vino vtendi optimus modus.	98.2. & seq.	subire. 254.1. Via. 161.1.2. Instrumenta. 131.1.2. Que animo cernū-	254.1.
De Violentis.	141.2. & seq.	tur, omnibus obseruanda. 131.1.2. In nostram possessionem quando	433.1.
Vipera & murene simul cocunt.	26.2.	transseunt. 157.2. Bona dilargiuntur.	253.2.
Viperarum partus.	33.2.		548.1.2
Vir recto capite non orat.	278.2.	Virtutum sagena.	581.1
Vir angelice quodammodo dignitatis.	406.1.	Virtutibus in propriis non esse superbiendum.	649.2
Virum quid deceat.	609.1.	Videndi curiositas prohibetur.	596.2
Viri quomodo vxores debeant diligere.	288.1.	Vis corporis nimia impedimento est spiritui ad salutem.	330.1.2
Viri mulieribus ne sint inferiores in fide.	109.2.	Visio pro libro.	365.2
Viri boni etiam in futuro iudicio exanimabuntur.	555.2. & seq.	Visio mente perspecta.	581.1
Viros que concernant ad tuendam pudicitiam.	415.2.	Visio ad quod refertur.	136.1
Virga multiplex acceptio in scripturis.	80.1.	Visiones nocturne vnde oboriuntur.	58.1
Virgam exactorum destruit Christus.	640.1.	Visitatio aliena est a professione monastica.	58.1
Virgo Maria prophetissa.	634.2.	Visus cateris sensibus certior.	23.1
Virgo immaculata fuit.	632.1	Visus quomodo fallitur.	136.1
Virgo salua virginitate vt peperit.	551.2	Visus in sacris literis.	58.1
Virgo & vita & instituta a nupta diuisa.	401.2	Visus ad euentissimam cognitionem aptissimus.	163
Virgo sui sponsi testamentum cogitet.	413.2	Vita vera. 72.2. Hominum duplex. 251.1.254.1. Optima deligenda. 163	476.2
Que dicatur pudica.	399.1.2. 498.2	2. Sermoni sit consona. 161.1.2. 533.1.2. Quibus inconstans. 476.2	558
Maiori cura obseruet animam quam corpus.	399.1	Hominis fluxius quidam. 160.1. 557.1. Assimilata feno. 162.2. 558	268.1
Scipsam reueretur.	404.2	2. Via dicta. 157.1. 557.1. Aeterna mandatum Dei. 268.1. Presens	301.2
Olim ex adibus paternis non egressa nisi coniuncta viro. 149.1. 406.1	40.1.2	& futura. 384.1.1. Quibusdam longior datur. 557.1. Nostra peregrina-	301.2
Cassitatis imago.	40.1.2	ratio quedam. ibid. 2. Aeterna non est voluptaria. 522.2. Nostra quasi	301.2
Non sit gregalis.	401.1.2	perpetua oratio dicatur. 110.1. Quasi carcer. 111.1. Monastica adu-	301.2
Christi vas animatum.	407.2	trix ad euangelica dogmata obseruanda. 296.1. Ascetica ad quid in-	301.2
Sit cauta erga fratrem.	408.1.2	stituta. 307.1. Iusti in afflictionibus posita est. 70.2. Que degitur	301.2
Etiam sola ne se nudet.	404.2. & seq.	in paradiso. 42.1. Futura qualis. 281.1. Solitaria periculosa. 301.2	301.2
Mandatum Dei sibi prestatuatur aurigam.	401.2	Christianorum vniuersis. 308.1. Hominis varijs calumnijs ob-	301.2
Que aspernari debeat Christi gratia.	403.2.	noxia. 27.1. 439.1. Vita duo genera per Mariam & Martham	301.2
Que animo virginitatem amisit, nec corpore virgo est.	399.1.2	designata. 269.2. Huius inconstancia & incertitudo. 48.2. Com-	301.2
Sponse comparatur.	498.2	munis que ratio tenenda. 312.1. Secularis incommoda. 301.1. Mo-	301.2
Virginis commoda.	402.2	naastica prototypi. 251.2. Cenobice comoditas. 379.1. Humane mi-	301.2
Aspectus quis.	399.2	seria. 260.2. Ingressus potius descendendus. 558.2. & seq. Quietam nobis	301.2
Ornatus quis.	400.1.2	postumus constituere. 554.1. Hominis nullum certum terminum ha-	301.2
Sermo quis.	401.2	bere. 139.1. 524.2. & seq. Euangelicam que comitentur. 255.2. Vita	301.2
Virgini quam olim delatum.	402.1	solitaria commoda. 300.2. Vitam hanc cuius sit transire, & ad	301.2
Corporis cultus vitandus.	400.2	alteram properare. 53.1. Vitam ex seipso Christum habere. 465.1	301.2
Adsit gustus virginialis.	397.2	Humanam Dominus diuisit. 251.1. Religiosam vnicum scopum ha-	301.2
Virginem Deo placere quid.	403.1.2	bere. 293.1. In vita hac nihil verè nostrum.	301.2
Nullo modo mœcham conuenit.	404.1	Vitis & hominum allegoria.	18.2
Virgines fatue.	133.2	Vitis & anime præclara collatio.	585.1
Virgines quomodo se gerant.	140.1	Vitis quare Christus dicitur.	194.2
Virginum institutio.	289.1	Vitium quid.	298.1
Dona.	81.2	Etiam graue timore Dei conuincitur.	302.1
Virginum monacharum fornicantium pœne.	507.2	Vitia virtutibus sunt proxima.	406.2. 531.2
Virginitas supra naturam legem.	411.2. & seq.	Inueterata quomodo curentur.	321.1
Hominem Deo simillimum facit.	396.1	Vitiorum prauitas vnde.	258.1
Vitam nostram de corruptione ad gloriam colligit.	411.1	Vacuitas quid præstet.	291.1
Amissa non redintegratur.	413.2	Vitulus Libani. 61.2. Pro sacerdotio immolatus.	416.2
Vera que.	291.1. 417.1	Viuet quis in æternum.	86.1
Virginitas Marie an diabolum latuerit.	164.2	Viuere Christo.	177.2
Virginitatis nulla leges statuta.	412.1	Viuere ad opinionem vulgi pudendum.	163.2
Virginitatis professio solemniter imbutur.	407.1	Viuisificare Dei est.	211.2
Votum fuisse solemne.	417.2. & seq.	Viurorum regio.	93.2
In Virginitatis professione qua moderatione vtentur.	305.2	Vlciscentes taxantur. 594.1. Vipera comparantur.	40.1
Professio qua etate fieri debeat.	ibid.	Vltio est animi iracundi. 436.2. Non sumenda.	276.2
Professio quando firma. 304.2. Reddit hominem Deo similem. 596.1	596.1	Vlulatus quid.	643.2. 663.2
Virginitatis commoda.	291.1. 402.2	Vlula.	30.2
Pulchritudo per omne opus seruanda.	402.2	Vmbra vt sit, tria concurrunt.	7.2
Præceptum non detur sed consilium.	397	Vnctio Christi.	80.1
Virginitati tuenda præscriptus scopus.	ibid.	Vnguentum Deo grata.	612.1
Virginitatem quaedam perpetuam seruant.	443.1	Vnicornis natura. 59.1. 62.1. Prompta ad vltionem.	59.1
Cuius sum totius virtutis habere.	398.1	Vnicornium filius, Christus dicitur.	59.2
Non seruantes matrimonio copulentur.	401.2	Vnig nitus quis. 205.2. ante omnia.	562.1
Seruantes esse Angelos.	410.2	Vnitatis dictio quomodo accipienda.	464.1
Virilia exacta castum non facere.	415.2.	Vnicuique pro suo merito tribuuntur omnia.	609.1
Virtus quid.	297.2. 623.2.	Vno offendere & esse omnium reus.	521.1. 530.2
Virtus, vitatio mali.	138.2	Vocabulis Ecclesie consuetis inhærendum.	261.1.2
Virtus vera sunt diuitia.	152.2. 531.1	Vocatio miranda.	84.2.
Anima que, & quomodo paretur.	417.2	Vocatorum tria genera.	ibid.
Vitium senectutis.	163.2	Volatile nudum pedibus caret.	28.1
Intra nos.	1.1.2.	Volatilium differentia.	ibid. 1.2
Virtus Damasci, gentes.	634.2	Voluntas nostra diuina non præferenda.	269.1
Ex voluntate non ex necessitate.	125.2. & seq.	In nostra potestate sita est. 125.2. & seq. Libera est.	627.1
		Voluntate propria non vtendum.	341.2

Voluntatem



in Diuum Basilium.

<i>Voluntatem alicuius faciens eius particeps efficitur.</i>	361.2. & seq.	<i>Vsura fetus viperinus.</i>	56.1. quare τόκος appellata. ibid. vsura ma-
<i>Voluptas plus habet doloris quam iucunditatis</i>	71.1. esca diaboli. 306.2		lum quantum sit. 54.2. & seq.
<i>524.2. in cibis fugienda.</i>	547.1.2. ex vino. 141.1. Voluptatis epi-	<i>Vsurarij sacerdotes an deponendi.</i>	497.2. vsurarios suggillat. 55.1. &
<i>thetæ. 138.2. Voluptatis causa cur homines trahantur in errorem.</i>	624.1. Voluptates corporis similes cepis & allijs. 585.1. fugienda. 530.		seq.
<i>2. Voluptatibus inferuire quid.</i>	307.1.2. 595.2	<i>Vter. 67.1. vtres noui.</i>	ibid.
<i>Voracitatis malum.</i>	397.2	<i>Vterum Deum ad generandum habere metaphorice.</i>	218.2
<i>Voti virginei antiquitas &amp; solennitas.</i>	407.1. 417.1. Vota ridicula.	<i>Vua acerbæ dentibus, vt fumus oculis.</i>	631.1
<i>501.1. Votorum antiquitas.</i>	369.1. violatores quam peccent. 386.1	<i>Vulnus quid.</i>	583.2. vulnera sunt schismata in Ecclesia. ibid.
<i>Vox qualis esse debeat.</i>	423.1. 530.1. Vox Domini super	<i>Vulpecula similis homo dolosus.</i>	32.2. vulpes quomodo sibi medentur.
<i>aquas. 58.1. 61.2. Vox theologica impar ad exprimendam mentem</i>	dicentis. 424.1		ibid. 552.2
<i>Vox gentium multarum quid.</i>	651.1.	<i>Vultures præfagi cadis futura.</i>	30.2. pariunt sine coitu. 30.1. 551.2
<i>Vocis modum audientium necessitas definit.</i>	345.1	<i>Vultus Domini.</i>	73.1
<i>Vocem Dei quomodo accipere debemus.</i>	58.1. 61.1.	<i>Vxor aliena quæ</i>	503.1. vxor exemplo vipera mariti morositatem ferre
<i>Vocem exaltatam &amp; abiectam qui habent.</i>	650.1	<i>docetur.</i>	26.2. vxores diligendas. ibid. vxores Leuitarum seorsum.
<i>Voce cur vitimur.</i>	581.1	<i>408.2. vxores viris sint subiectæ.</i>	288.1. vxores duas habentium pena.
<i>Vociferatio quid.</i>	65.2. Vociferatorem leoni comparat.		510.2
<i>Vrbanitatem scurrilem sectari monachum non debere.</i>	377.2		
<i>Vrias &amp; Zacharias testes fideles euangelij.</i>	634.2		
<i>Vrias quid sonat.</i>	ibid.		
<i>Vrfa vulnerata verbasco sibi medetur.</i>	32.2. 552.1. Vrfo comparat dolo-		
<i>fos.</i>	40.1		
<i>De Vria &amp; hypostasos differentia.</i>	433.2		
<i>Vsus sepe imbecilles reddit bellatores.</i>	430.2		

Z

<i>Zacharias quid sonat.</i>	634.2
<i>Zambri concubitus cum scorto penas dedit.</i>	121.1
<i>Zambri stuprum.</i>	129.1
<i>Zelus.</i>	648.1
<i>Zenonis dictum.</i>	477.2
<i>Zona promptitudinis ad operandum symbolum.</i>	309.2
<i>Zona duplex virtus &amp; vitium.</i>	612.2
<i>Zona vsus.</i>	309.2

Indicis rerum & verborum finis.

INDEX PROVERBIORVM.



*Altera manu demulcet caput, altera maxillam ferit.*

	429.1
<i>Araneoli flamen pertexere.</i>	22.1
<i>Arganthonij senecta.</i>	163.2
<i>Baculo cum percussis, &amp; animam eius ex morte liberabis.</i>	144.2
<i>Bis ad eundem offendere lapidem.</i>	463
<i>Caluo non esse cum ariete aduersa fronte arietandum.</i>	465
<i>Velut ceruus sagitta ictus in hepate.</i>	392.2. 396.2. 523.2
<i>Corrumpunt bonos mores colloquia praua.</i>	126.1
<i>Corruptor suiipsius.</i>	311.1
<i>Difficile est bonum permanere.</i>	162.2
<i>in Dolium pertusum haurire.</i>	548.1
<i>Dolia fracta implere.</i>	163.1
<i>Fluuij fluctus non detorqueudus.</i>	465
<i>Graculum aspidere graculo.</i>	466
<i>inter Graculos ne sustineas primas habere, cum aquila esse queas.</i>	465
<i>Qui seipsum humiliauerit exaltabitur.</i>	155.1
<i>Ignem fodere.</i>	548.2
<i>Infirmi non sunt oriosi.</i>	463
<i>Intrus sumus.</i>	36.1
<i>Lapidem ad funiculum applicare.</i>	161.1

<i>omnem Lapidem mouere.</i>	163.2
<i>Leo ex vnguibis.</i>	432.2. 476.2
<i>Mathusalem senecta.</i>	163.2
<i>Medice cura teipsum.</i>	203.2
<i>Modus in omni re.</i>	467.1
<i>Negotium est Potium.</i>	425.1
<i>Olores canunt cum silent graculi.</i>	426.2
<i>Paruum supra paruum apponere.</i>	163.1
<i>Pelagus aquam.</i>	432.1
<i>Principium bona vite.</i>	144.1
<i>Scytale Laconica.</i>	478.1
<i>Secundo flumine.</i>	103.2
<i>Secunda vel posterior nauigatio.</i>	620.2
<i>Septa transilire.</i>	21.1
<i>Superbis respicit Deus, humilibus dat gratiam.</i>	355.1
<i>Tabulatum vel pistillum proculcare.</i>	113.2
<i>Telam arachneam ordiri.</i>	620.1
<i>Tithoni senecta.</i>	162.1
<i>in Truiuo impeditus.</i>	392.2
<i>Vinum iis qui sunt in tristitia date.</i>	113.1
<i>Vitis non sinenda sarmentis noxijs syluescere.</i>	18.1

Indicis Prouerbiorum finis.

A N T V E R P I Æ,

Ex Typographia HENRICI AERTSSI

Anno M. DC. XVI.



1. ...  
 2. ...  
 3. ...  
 4. ...  
 5. ...  
 6. ...  
 7. ...  
 8. ...  
 9. ...  
 10. ...  
 11. ...  
 12. ...  
 13. ...  
 14. ...  
 15. ...  
 16. ...  
 17. ...  
 18. ...  
 19. ...  
 20. ...  
 21. ...  
 22. ...  
 23. ...  
 24. ...  
 25. ...  
 26. ...  
 27. ...  
 28. ...  
 29. ...  
 30. ...  
 31. ...  
 32. ...  
 33. ...  
 34. ...  
 35. ...  
 36. ...  
 37. ...  
 38. ...  
 39. ...  
 40. ...  
 41. ...  
 42. ...  
 43. ...  
 44. ...  
 45. ...  
 46. ...  
 47. ...  
 48. ...  
 49. ...  
 50. ...

Indice rerum & verborum hinc.

INDEX PROVERBIORVM.

1. ...  
 2. ...  
 3. ...  
 4. ...  
 5. ...  
 6. ...  
 7. ...  
 8. ...  
 9. ...  
 10. ...  
 11. ...  
 12. ...  
 13. ...  
 14. ...  
 15. ...  
 16. ...  
 17. ...  
 18. ...  
 19. ...  
 20. ...  
 21. ...  
 22. ...  
 23. ...  
 24. ...  
 25. ...  
 26. ...  
 27. ...  
 28. ...  
 29. ...  
 30. ...  
 31. ...  
 32. ...  
 33. ...  
 34. ...  
 35. ...  
 36. ...  
 37. ...  
 38. ...  
 39. ...  
 40. ...  
 41. ...  
 42. ...  
 43. ...  
 44. ...  
 45. ...  
 46. ...  
 47. ...  
 48. ...  
 49. ...  
 50. ...

Indice Proverborum hinc.

A N T V E R P I A E  
 Ex Typographia Henrici Aertssi  
 Anno M. DC. XVI.









BAS

B  
5  
35